DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

CORAM REVERENDISSIMO DOMINO

PAVLO DVRAN

EPISCOPO VRGELLENSI

Nouissimè ex Originalibus Authoris summo studio, ac diligentia depromptæ; adiectis Argumentis, Summariis, & Indice locupletissimo.

FERDINANDI SCIAMANNÆ I.V.D. INTERAMNATIS.



LVGDVNI,

Sumpt. Ioannis Caffin, & Francisci Plaignard.

M. DC. XXXIX.

CVM SVPERIORVM PERMISSV.





VRBANVS
PAPA VIII.

DILECTO FILIO FERDINANDO SCIAMANNÆ CLERICO INTERAMNEN. I. V. D.

DILECTE Fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Literarum scientia, vitæ ac morum honestas, aliaq; laudabilia probitatis, & virtutum merita super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, vt illa tibi fauorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Cùm itaque sicut Nobis nuper exponi fecisti, tu Decisiones Venerabilis Fratris Pauli Episcopi Vrgellen.tunc Cappellani nostri, & causarum Palatij Apostolici Auditoris ab ipsis originalibus desumptas in Iuris studiosorum vtilitatem & commoditatem in Ciuitate nostra Interamnen.imprimi facere intendas; Verùm dubites ne aliqui ex alieno labore lucrum quærentes easdem Decisiones, seu earum quaslibet coniunctim, vel diuisim imprimere præsumant: Nos tuæ indemnitati hac in parte prouidere, téque intuitu laboris suscepti, & expensarum propterea factarum, & faciendarum specialis gratiæ fauore prosequi volentes, & à quibúsuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes & absolutum fore censentes: Motu proprio, & ex certa scientia, & de mera liberalitate nostris, déque Apostolicæ potestatis plenitudine tibi pro te & hæredibus, ac successoribus tuis quibuscumque, vt dictas Decisiones in Ciuitate nostra Interamnen. dummodo tamen à Venerabili Fratre Episcopo Interamnen. ac Dilecto Filio Inquisitore hæreticæ prauitatis in dicta Ciuitate Interamnen. commorante approbatæ fuerint, imprimere, vel imprimi facere liberè & licitè possis & valeas; vtque nemo ad decem annos à data præsentium numerandos tam in statu Ecclesiastico mediatè, vel

¶ 2 imme

immediatè Nobis subiecto, quàm etiam citra, & vltra montes existens dictas Decisiones, vel earum quaslibet etiam cum additionibus, scholiis, vel quibuscumque aliis distinctionibus quocumque nomine, seu vocabulo nuncupatis, ordine, vel titulo mutatis, coniunctim, vel diuisim in quacumque forma in totum vel in partem imprimere vel imprimi facere, aut impressas, seu reimpressas vendere, vel venales habere, proponere, aut aliàs edere, vel euulgare, aut etiam pro vsu proprio habere vel tenere possit, tenore præsentium concedimus & indulgemus, ac omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, & librorum impressoribus, aliísque quibúsvis personis quauis authoritate, scientia, & facultate ac priuilegiis fulgentibus, tam in statu Ecclesiastico mediatè vel immediatè subiecto, quàm etiam citra, & vltra montes existentibus sub excommunicationis, à qua contrauenientes, nisi à Romano Pontifice præter quàm in mortis articulo cõstituti absolui nequeant, & quingẽtorum ducatorum auri de Camera & amissionis librorum pœnis quoad illos in statu Ecclesiastico existentes, toties quoties contrauentum fuerit eo ipso facto, ac absque declaratione vlla incurrendis, pro vna tibi ac tuis hæredibus, ac successoribus, ac ius ab eis habentibus huiusmodi; pro altera verò Cameræ nostræ Apostolicæ applicandis, & irremissibiliter exigendis, ne durante tempore decem annorum vt suprà computandorum prædictas Decisiones, vel earum quaslibet coniunctim vel diuisim, etiam cum additionibus, vel scholiis, vel quibuscumque aliis obseruationibus quocumque nomine seu vocabulo nuncupatis à quacumque persona, cuiuscumque status, & conditionis editis, seu edendis, ordine vel titulo mutatis in quacumque forma, in totum vel in partem absque tui & hæredum, ac successorum tuorum, vel ius ab eis habentium speciali licentia in scriptis habita imprimere, seu reimprimere, seu imprimi, seu reimprimi facere, aut venalia habere, proponere, seu aliàs edere vel euulgare, seu quoquomodo clàm vel palàm distrahere, vel etiam pro vsu proprio sic impressas tenere quoquomodo audeat seu præsumat districtiùs inhibentes. Mandantes propterea vniuersis & singulis Legatis, Vicelegatis dictæ Sedis, eiúsque ditionis Gubernatoribus, & aliis Iustitiæ Ministris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis, vbique existentibus, & quoties pro parte tua ac hæredum & successorum, iúsque ab eis habentium, vt ad prædictorum requisitionem contra inobedientes & rebelles pœnas prædictas irremissibiliter exequantur, implorato si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac quibúsvis Apostolicis Constitutionibus & Ordinationibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, indultis, ac literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibúsvis clausulis & decretis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis & innouatis; Quibus omnibus etiamsi de illis eorúmque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illis aliàs in suo robore permansuris, latissimè & plenissimè hac vice duntaxat, specialiter & expressè, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus

similibus derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Et quia difficile foret easdem præsentes literas ad qualibet loca deferri, volumus quòd illorum transumptis, etiam in ipsis voluminibus, & operibus, aut eorum quolibet impreßis, eadem in iudicio & extra illud fides vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam MARIAM Majorem sub annulo Piscatoris, die XXVIII. Augusti MDCXXXV. Pontificatus nostri Anno decimotertio.

M.A. Maraldus.

¶ 3 *INDEX*



INDEX DECISIONVM.

Gerun

DECI



DECISIONVM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Coram R.P.D.

PAVLO DVRAN.

Pars Secunda.

Romana Emphyteusis.

Lun. 19. Aprilis, 1630.

ARGVMENTVM.

Emphyteusi deuoluta ad Ecclesiam, ob culpam inuestiti, qui illegitimum nominauit, non tenetur proximiorem reinuestire; etiam si nolit pro se retinere: Et an nominans excusetur si ignorabat nominatum esse illegitimum: Et à quo talis ignorantia allegari valeat.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusi finita, Dominus tenetur proximiorem vltimi inuestiti cuicumque præferre: quod procedit etiam in Emphyteusi Ecclesia, num. 2.*

3 *Limita non procedere quando Emphyteusis deuoluitur ob delictum, seu culpam inuestiti, quia tunc Ecclesia potest, relicto proximiore, alium reinuestire, etiam quòd nolit pro se retinere, & num. 8.*

4 *Illegitimus est incapax Emphyteusis Ecclesiæ, tam de iure communi, quàm ex constitutione Pij V. & numero 6.*

5 *Amplia quòd de iure communi illegitimi sunt incapaces, etiam si sint naturales tantum; & legitimati post concessionem primæ Inuestituræ.*

7 *Inuestitus habens facultatem, alium nominandi in Emphyteusi Ecclesiæ, dicitur esse in culpa, si nominauit illegitimum: iunctis num. præced. Et an nominans excusetur si ignorabat illum esse illegitimum, num. 9. Et à quo talis ignorantia allegari possit, num. 10.*

11 *In Emphyteusi Ecclesiastica potest Ecclesia nominare illegitimum, & an idem possit ille qui simpliciter habet ab Ecclesia facultatem alium nominandi, num. 12. vbi negatiuè resoluitur, & assignatur ratio aduersitatis.*

DECISIO CCLI.

PRIOR, & Conuentus Sanctæ Mariæ super Mineruam concesserunt in Emphyteusim Domum, de qua agitur, Hieronymo Picaluuæ, recipienti pro se, Simone, & Bartholomæo suis ex fratre nepotibus, & eorum filiis: in defectum autem filiorum voluerunt quòd superstes ex dictis nepotibus possit semel vnam personam nominare: Vita functis Hieronymo, & Bartholomæo; Simon superstes carens liberis, nominauit Augustinum filium illegitimum Iosephi Calcanel: post cuius obitum, Prior, & Conuentus prædicti obtinuerunt per Sententiam A. C. Augustinum declarari incapacem Emphyteusis Ecclesiæ, vti illegitimum, & idcircò Domum fuisse ad eos deuolutam, quam deinde de anno 1615. relocauerunt Michaëli Spezzæ: Sed quia dictæ relocationi se opposuit Ioannes Baptista Piccaluua, prætendens se vti proximiorem supradictis Bartholomæo, &

Simoni fore euicúmque extraneo præferendum. Du-
bitaui hodie an Ioanni Baptistæ debeatur pælatio, &
DD. vnanimiter non deberi responderunt, Quia licèt
1 † vera, & trita sit conclusio, quòd finita Emphyteu-
si Dominos tenetur proximiorem vltimi inuestiti alij
cuicúmque præferre, iuxtà doctrinam *Bart.* commu-
niter receptam, *in leg. 1. §. permittitur, num. 1. ff. de aqua quotidian. Grat. cons. 86. num. 1. Clar. in §. Emphyteusis, quæst. 43. Gabr. de iur. Emph. conclus. 1. in princ. Seraph. decis. 63. num. 3. & Rota decis. 198. num. 1. & decis. 152.*
2 *num. 12. par. 1. diuers.* † Quæ conclusio procedit etiam
in Emphyteusi Ecclesiæ, *Alex. cons. 80. num. 11. lib. 1. Dec. cons. 132. num. 2. Mantic. decis. 10. num. 6. Rota d. decis. 152. num. 12. in fin. par. 2. diuers.* & fuit dictum *in Ciuitatis Castelli bonorum, 21. May, 1614. & 23. Ianuarij,*
3 *1615. coram bon. mem. Seleucien.* † limitatur tamen vt
non procedat, quando Emphyteusis deuoluitur ob
delictum, vel culpam inuestiti, seu vocati, quia tunc
potest Ecclesia, relicto proximiore, alium reinuestire,
etiam quod uolit pro se retinere, *ad l. nemini, C. locati, Ias. in l. 2. num. 12. C. de iur. Emph. Rom. cons. 112. in fin. Paris. cons. 101. num. 132. lib. 1. Socciu. sen. cons. 167. num. 13. lib. 1. Gozzad. cons. 76. num. 16. Gabr. vbi supra, num. 8. & 9. Mares. var. lib. 1. cap. 3. num. 10. & Pheb. decis. Lusit. 30. num. 4. lib. 1.*
4 Vnde cum in casu nostro † Augustinus nominatus
à Simone vltimo loco vocato sit incapax Emphy-
teusis Ecclesiæ, tam de iure communi, *Bart. in l. ex facto, §. si quis rogatus, num. 8. in fin.* & ibi etiam *Alex nu.*
5 *17. ff. ad Trebell. Clar. in dicto §. Emphyt. quæst. 3.* † vbi
quòd etiam si sint naturales tantùm, etiam legitimati
post concessionem primæ inuestituræ, *Tiraq. de nobilit. cap. 24. num. 1. Alex. cons. 94. num. 5. & cons. 60. num. 4.*
6 *lib. 2. Cald. de Iure Emphyt. lib. 2. quæst. 19. num. 21.* †
quàm etiam ex constitut. Pij V. de qua in nouo Bul-
lario, *tom. 2. quæst. 117.* & notant *Gabr cons. 84. num. 46. & 58. lib. 2, Hond. cons. 37. num. 24. & seqq. lib. 2. Grat. discept. forens. cap. 218. num 46. & cap. 65. nu 23. Seraph.*
7 *decis. 474. num.* consequenter † deuolutio ex dicta no-
minatione fuit per culpam Simonis vltimi inuestiti,
Cald. de iur. Emphyt. lib 4. cap. 1. nu. 60. cum seqq. Pheb. d. decis. 30. num. 4 Et habetur in dicta Constit. Pij V.
8 *in §. bona verò,* † sicque potuit Ecclesia, prætermisso
proximiore, alium quemcúmque liberè reinuestire,
& fuit etiam in his terminis resolutum *in Aquen. Emphyteusis, 27. Martij, 1628. coram Eminentiss. Cardinali Virili.*

9 Neque obstat † si dicatur Simonem nominasse il-
legitimum ignoranter, & ideò excusari, *cap. 1. de controu. inter Domin. & empt.* Quia vltrà quòd ignorantia
ex facto cessat, dum in eadem nominatione, Augusti-
10 nus enunciatur naturalis, † illa non potest allegari,
prætetquam à nominante, nec alij præter eum suffra-
gari, etiam habente causam à nominante, *Laderch.* in
puncto *cons. 105. num 2.* vbi rationem assignat ex men-
te *Isernia, & Bald. in dicto cap. 1.*

11 Minùs obstat † quòd Ecclesia possit etiam illegi-
timum ad Emphyteusim Ecclesiasticam nominare,
Bald. in l. quanquam, num. 36. C. de fideic. & in cap. qua in Ecclesiarum, nu. 42. de Constitutionibus, Antonius Gamma decis. 2. num. 8. & decis. 149. num. 3. Rota decis. 474. num. 3. & 4. par. 1. diuers. Ac proinde cum Simon
habuerit facultatem nominandi ab Ecclesia, nomi-
12 nationem ab eo factam haberi ac si illa fuisset † facta
ab ipsa Ecclesia, *Corb. de iur. Emphyt. lib. 3. cap. 4. nu. 3. & 4.* Quia fuit benè responsum, quòd nominatio fa-
cta à tertio, habente facultatem nominandi ab Eccle-
sia, non habetur pro nominatione Ecclesiæ, nisi in
nominato concurrat capacitas, ita vt facultas nomi-
nandi data ab Ecclesia non debeat in dubio intelligi,
prout ipsa Ecclesia posset absolutè, & indistinctè no-
minare, sed sub tacita conditione quòd debeat nomi-
nari persona de iure capax; ea nimirum ratione, quia
cùm Ecclesia sit nobilis, & speculum Pudicitiæ, non
intelligit in dubio, vt loquit *Bald. in d. cap. qua in Ecclesiarum,* de istis filiis abusiuis, quando ipsa contra-
hit immediatè cum Bastardis est certa, notitiamque
habere videtur de illius qualitate, *l. qui cum alio, ff. de reg. iur. cum aliis per Dec. in cap. in præsenti, num. 47. de probat.* & hæc est vna notabilis differentia inter Ec-
clesiam, & illum qui habet ius nominandi ab Ecclesia,
vt Ecclesia possit nominare incapacem, non autem
habens ab ea ius nominandi, vt in puncto declarat,
Pheb. decis. Lusit. 30. num. 6. vers. tamen in præsenti, lib. 1. & decis. 161. num. 9. & 32. lib. 2.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Perusina Laudi.

Lun. 22. Aprilis, 1630.

ARGVMENTVM.

Laudum nullum, quod valere non potest in vim Laudi, An in vim pacti valere possit, vigore tacitæ emologationis: Et ex quibus talis emologatio facta dicatur, vel non. Subscriptio Laudi quando subscribenti non præiudicet.

SVMMARIVM.

6 *Laudum nullum, vtcúmque à partibus emologatum, nunquam valet in vim Laudi.*
2 *Laudi subscriptio, facta ante illius publicationem, continet tacitam conditionem, si Laudum fuerit validum, & iustum.*
3 *Subscriptio non nocet, quando subscribens ignorat contenta in scriptura.*
4 *Amplia etiam si subscriptio fiat cum Iuramento.*
5 *Laudi subscriptio præsumitur facta cum ignorantia contentorum in eo, dum quis se subscripsit ante Laudi publicationem, & num. 9.*
6 *Item quando quis se subscripsit, non lecta scriptura Laudi.*
7 *Testes de auditu aliorum non probant.*
8 *Læsio probatur ex Erroribus Arbitrorum.*
10 *Laudi emologatio tacita, resultat ex dimissione bonorum, de quibus in Laudo, & ex traditione clausum. Declara, seu potiùs limita, vt num. 16.*
11 *Laudum nullum quod nec ex emologatione tacita, aut expressa potest valere in vim Laudi, valere potest in vim pacti.*
12 *Laudum publicari debet in præsentia partium; ad hoc vt præsumatur scientia, ad effectum vt si Laudum est nullum, valeat in vim pacti.*
13 *Laudum publicatum præsumitur in absentia partium, ex erroribus Arbitrorum, & læsionibus ex laudo resultantibus.*
Præsertim si Notarius in publicatione non attestetur de præsentia partium, num. 15.
14 *Contradixisse quis præsumitur erroribus, & læsionibus in sui præiudicium, ab arbitris factis, si præsens fuisset Laudi publicationi.*
17 *Credulitas non excusat, si sit error Iuris.*
Fallit si sit error Iuris obscuri, & intricati, quia tunc excusat, prout error facti, nu. 19.
18 *Error iuris obscuri, & intricati quando dicatur.*

DECI

DECISIO CCLII.


Vit resolutum : Standum esse in vltimo loco decisis *coram me, die 11. May,* 1619. videlicet : Non constare de expressa, nec tacita emologatione Laudi, de quo agitur illudque, nec in vim Laudi, nec pacti substineri, & in primis quòd non possit in vim Laudi valere, parum difficultatis apud Dominos habuit, cùm enim de illius nullitate non possit dubitari, ex latè deductis *in dicta decisione à vers. sed repropofita hodie causa*, intrat de plano nouissima Iuris
1 Conclusio quòd † Laudum nullum, vtcumque à partibus emologatum, nunquam in vim Laudi valer, *cap. examinata, de confirm. vtil. Bald. intit. de Pacen. Constant. in gloss. in vers. sententia quoque collat.* 10. *Dec. cons.* 475. *n.* 31. cum aliis *in d. decisione* allegatis, *in vers. ex quibus.*

Vnde non obstat subscriptio Iosephi, quia vltrà
2 quòd † subscripsit ante Laudi publicationem, quo casu subscriptio continet in se, & virtualiter tacitam conditionem, si Laudum fuerit validum, & iustum ex *Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum, n.* 20. *&* 31. *ff. pro socio*, cum aliis allegatis *in eadem decisione, vers. non obstat etiam.* Et hoc Laudum de quo agitur fuit nullum, vt dictum est, nec non etiam iniustum, *vt in d. decisione, vers. Quod autem hic sit læsio.* In omnem casum
3 dicta conclusio non procedit, † quando subscribens ignorat contenta in scriptura subscripta, vt in eadem decisione, *vers. vnde non obstat* : & latè *DD. in l. si ita stipulatus, §. Grisogonus*, vbi *Alex. n.* 2. *& Ias. n.* 12. *ff. de*
4 *verb. oblig. Felin. in c. quoniam contra, n.* 48. *de probat.* † Etiam quòd subscriptio fiat cum iuramento, vt in his terminis *Guttier. de Iuram. confirm. p.* 1. *cap.* 71. *num.* 1. Et fuit dictum *in eadem decisione in d. vers. vnde non obstat ex Dec. & Iosepho Ludouico*, in locis ibi citatis.
5 Quòd autem in præsenti Iosephus subscripserit, † cum ignorantia contentorum in Laudo præsumitur, eo ipso quòd subscripsit ante publicationem, vt in puncto *Barz. decis. Bonon.* 112. *n.* 21. & dixit latius *in d. decisione, vers. neque obstat si dicatur* : Et præterea hoc idem benè probant Testes examinati pro parte Iose-
6 phi, qui concludunt, † quòd ille subscripsit non lecta scriptura Laudi, iuxtà text. *in l. si ral. C. plus valer. quod agitur, Felin.* vbi suprà & late *Menoch. pres.* 66. *n.* 21. *cum seqq. lib.* 3. & fuit dictum *in eadem decisione in d. vers. neque obstat si dicatur in fine.*

Neque obstant Testes exaduersò examinati, ad probandam scientiam de tempore subscriptionis;
7 Quia † aut sunt de auditu aliorum, aut nihil concludunt; cùm tamen testes Iosephi benè probent, non fuisse ei lectum tempore subscriptionis, quibus proptereà standum est cùm Iosephus agat de damno vi-
8 tando, & probetur læsio, † ex erroribus Arbitrorum, de quibus in suprascripta *decisione, in supradicto vers. quod autem hic sit læsio*, & tandem quia, vt dictum est,
9 † præsumptio stat pro Iosephi ignorantia, dum subscripsit ante publicationem, ex *Bart.* vbi suprà.

Deinde nec etiam Laudum valere potest in vim
10 pacti, vigore tacitæ emologationis; † resultantis ex dimissione quorumdam stabilium, de quibus in Laudo, & traditione clauium, post Laudi publicationem sequutis, & sic post habitam notitiam contentorum in eo [quæ vt prætenditur probantur ex Testibus de-
11 super examinatis;] Quia licèt vera sit Conclusio, † vt Laudum nullum, quod vt dictum est, nec ex emologatione tacita, aut expressa, potest valere in vim Laudi, possit valere in vim pacti, iuxtà *glossam* communiter approbatam, *in l.* 2. & ibi *Doct. C. commun. vtriusque Ind. Afflict. decis.* 117. Et fuit latè comprobatum in tt. *decis. in hac causa facta etiam coram me, die* 13. *Martij, anni* 1628. *& in dicta vltima decisione, in principio*, Tamen in præsenti, ex pluribus non procedit. Primò : Quia Testes non probant traditionem clauium factam fuisse per Iosephum, sed per quendam eius famulum ; de cuius mandato non constat ; Non quidem Ioanni Antonio, sed Francisco filio, de cuius pariter mandato non docetur. Secundò : Quia non est verum quòd Testes concludant prædicta fuisset facta post habitam notitiam contentorum in Laudo. Tertiò : Quia nullo modo probatur publicatio in præsentia partium, † quæ tamen talis desideratur, adhoc vt præsumatur scientia, ad effectum, vt Lau- 12
dum nullum, valeat in vim pacti, *Natt. cons.* 95. *n.* 3. *Vrsill. in addit. ad dictam decisionem Afflict.* 117. *n.* 2. & dixit *Rota in decisione in hac eadem causa facta, super Remissoria,* 11. *Martij,* 1622. *coram bon. mem. Vbaldo, vers. non etiam releuat* : Quinimò præsumptio est † 13
quòd publicatio fuit facta in Iosephi absentia; ex tot erroribus Arbitrorum, & læsionibus, ponderatis *in d. vltima decisione*; quibus verisimiliter † Ioseph, si fuis- 14
set præsens contradixisset, *ad l. cum de indebito, ff. de probat.* Et multò magis ex subscriptione Iosephi, ante publicationem facta, qua notarius visus fuit contentari : Si enim ipse coram partibus Laudum, in forma, publicare destinasset, non esset cur ante publicationem, eo non lecto, illud subscribi curasset; quia hoc facilius sit incontinenti post publicationem: Et videtur cessare omne dubium, dum † in publicatione de 15
præsentia partium non attestatur. Quartò quia, vt benè aduertit vnus ex Dominis, stante subscriptione nulliter facta, ante publicationem, † dimissio stabi- 16
lium, & clauium traditio, postea sequuta, censentur consequutiuæ dictæ subscriptionis; Ita vt sicut subscriptio fuit erronea etiam illæ fuerint per Iosephum cum eodem errore factæ; quia Ioseph credidit se teneri ex dicta subscriptione, vt in simili *Gutter. vbi suprà* : Et optimè conducit quòd in simili resoluit, *Cancer. var. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 268. *cum seqq.*

Neque obstat quòd dicta credulitas † sit error Iu- 17
ris, quæ ideò videtur non excusare, vt ibidem *Guttier.*
Quia † vltrà quòd habet etiam admixtum errorem 18
facti, prout etiam dicta subscriptio, ex qua emanauit, stante iuxta supradicta, quòd non constet de anteriori publicatione, fortius facta, in præsentia partium; ex facti circumstantiis benè comprobatur, quod fuit error Iuris intricati, & obscuri, & patet ex his, quæ hinc inde de subscriptione tradunt *Doctores in dicto §. Grisogonus, & Menoch. in d. præsumpt.* 66. *lib.* 2. † qui 19
proptereà excusat, prout error facti, iuxta tex. *in l. si fideiussor. §. quadam, ff. mandat. cap. cum dilectus*, & ibi *Abb. & Imol. de consuetud. Monach. in cap. ignorantia, de reg. iur. in* 6. *Felin. in cap. de quarta, n.* 27. *de præscript. Nauarr. cons.* 4. *de vsur. lib.* 5. *tom.* 2. *n.* 7. Et præsertim quando vt hic, agitur de damno vitando, *Dyn. cons.* 5. *n.* 7. *cum seqq. Castr. cons.* 297. *puto dicendum, in princ. li.* 1.

Et ita decisum vtraque parte sæpius informante, & causa ab omnibus Dominis visa, & discussa.

Maccraten. seu Camerinen. Cessionis.

Ven. 26. *Aprilis*, 1630.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior, vigore cessionis præfertur posterioribus Creditoribus, in bonis debitoris.*

2 *Cessio iurium reportari non potest à soluente debitum proprium.*

3 *Stipulatione Notarij stante ad fauorem absentis, quis efficitur debitor illius, vigore obligationis Cameralis*

4 *Principalis debitor quando quis efficiatur, respectu vnius, & fideiussor respectu alterius, ita vt soluendo Creditori, possit reportare cessionem Iurium contra illum, respectu cuius efficitur fideiussor.*

DECISIO CCLIII.

De anno 1592. Amicus Riccius, & Ioannes Baptista Cittadanus vterque principaliter, & in solidum, imposuerunt super eorum bonis Censum scutorum 600. in sorte principali, ad fauorem filiorum, & hæredum Dominici Filippuci, & incontinenti Riccius, recognoscens bonam fidem, declarauit dicta scuta 600. inseruisse in totum ad suum commodum, & vtilitatem Cittadanúmque nudum solùm nomen habere; quem propterea indemnem conseruare promisit, & a dicta obligatione liberare ad omnem eius requisitionem: quem Censum posteà, de anno 1615. Ansouinus extinxit, soluendo hæredibus præfati Philippuci dicta scuta 600. sortis principalis, & ab illis Iurium cessionem contra Cittadanum reportauit. Orta autem lite inter Creditores Cittadani, posteriores Credito dicti Philippuci ratione dicti Census, & Ansouinum Cessionarium: Dubitaui hodie, † An dicta Cessio suffragetur Ansouino, à dicto anno 1592.
1
quo fuit impositus dictus Census, ita vt in bonis Cittadani sit præferendus Creditoribus eiusdem posterioribus: Et Ansouino tantum informante, fuit affirmatiuè resolutum, ex regula text. in *l. si prior, §. si à Titio, ff. qui pot. in pign. hab. l. 1. & toto tit. C. de his qui prior. Cred. succed.*

Neque obstat quòd Ansouinus soluerit debitum
2
proprium, † & sic non potuerit reportare Iurium cessionem, *Castr. in l. Modestinus, n. 5 ff. de solut. Vincent. de Franch. decis. 55. n. 7. Card. Caual. decis. 568. n. 2.* & fuit dictum *in Ciuitatis Castelli Pecuniaria*, 18. *Martij præsentis anni coram me*. Debitum autem proprium soluisse ex eo probari quòd cessio, de qua agitur, fuit facta Ansouino, de anno 1615. & tamen multò prius nempe die 3. Septembris, 1604. idem Ansouinus recepit à d. Amico Riccio similia scuta 600. & censum prædictum in se accollauit, tam in sorte quàm in fructibus, cum promissione conseruandi indemnes tam Riccium, quàm Cittadanum, Censúmque prædictum penitus extinguere; Et non esse dubium quin
3
inde fuerit effectus debitor Philippuci, † ratione obligationis Cameralis, cùm stipulatio notarij fuerit nominatim ad fauorem Philippuci concepta, licèt absentis, *Magon. decis. Florent. 39. n. 14. Mart. claus. 82. n. 1. & seqq. p. 2.* Quandoquidem fuit responsum, quòd eadem 3 Septemb. quasi breui manu, dicta scuta 600. solutæ per Riccium Ansouino, peruenerunt ad manus Cittadani, vt in *Summ. n. 5.* Ita vt Ansouinus promiserit extinguere non ad suam; sed ad Cittadani vtilitatem, qui pecunias receperat, & tenebatur insolidum ad dictum Censum cum promissione releuationis dicti Riccij, vt dictum est: Quibus stantibus li-
4
cèt Ansouinus quoad Philippuccium, † ex dicta obligatione fuerit effectus principalis debitor, tamen respectu Cittadani fuit fideiussor, *Aym. cons. 77. n. 3. in fine & cons. 91. n. 2. Menoch cons. 560. n. 8. Rota dec. 153. n. 6. p. 2. diuers.* Qui propterea potuit reportare Iurium Cessionem, Quia ad effectum de quo agitur visus fuit Censum extinguisse, non pro obligatione propria, sed pro obligatione Cittadani principalis debitoris, & eius principalis, ex *Castr. in d. l. Modestinus, d. n. 5. vers. & idem si principaliter.*

Et ita Ansouino tantùm Informante.

Ferrarien. Bonorum.

Lunæ 29. Aprilis, 1630.

ARGVMENTVM.

Filius si legitimetur ad instantiam Patris, vigore Rescripti Apostolici cum clausula, *vocatis vocandis*, ad effectum vt ei succedat in bonis emphiteoticis, de quibus potest liberè disponere, vigore *Constitutionum Bonifacianæ, & Paulinæ*, non est opus, nominatim citare illum, qui aliàs esset successurus, vti vocatus in Inuestitura; sed dictæ clausulæ satisfactum dicitur per generalem citationem contra omnes sua interesse putantes. Narratiua filiationis non est iustificanda si fuerit concepta cum clausula, *vt asseritur*: Et multa ad huius clausulæ intelligentiam pertinentia.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, vocatis vocandis, *facit Executorem mixtum; & ideò ille non potest ad sententiam deuenire, nisi iudicialiter, & præuia causæ cognitione, & citatis de iure citandis, n. 2.*

3 *Filiorum, & Descendentium appellatione veniunt etiam nepotes ex filia.*

4 *Habens interesse considerabile citari de iure debet, aliàs secus: & n. 6.*

5 *Bona Emphiteotica, vigore* Constitutionum Bonifacianæ, & Paulinæ, *redacta sunt ad instar allodialium; & ideò Emphiteuta potest de illis liberè disponere, ad fauorem quorumcumque Extraneorum, seu Descendentium, pro quibus Inuestitura fuit expressè concepta; nec ex hoc alicui fit iniuria, cum nullus in dictis bonis habeat ius considerabile, & num. 8.*

7 *Legitimatio filij quando fit ad instantiam Patris, ad effectum vt ei succedat in bonis, de quibus potest liberè disponere in quoscumque nemo citari debet.*

9 Constitutio Paulina *vocat non solùm filios, & Descendentes legitimos Inuestiti, sed etiam legitimatos.*

9 *Legitimatus vocatus in Inuestitura, vigore* Constitutio Paulinæ, *succedit, non solùm ex persona Patris, sed etiam ex propria persona.*

11 *Clausula*, vocatis vocandis, *satisfactum dicitur per Citationem generalem contra omnes, & singulos sua interesse putantes, quando non sunt certi, qui veniant citandi.*

12 *Narratiua filiationis est iustificanda: Fallit vt num. 14.*

13 *Legitimatio corruit, non constito de substantia, & principali fundamento, prout est filiatio.*

14 *Clausula*, vt asseritur, *non indiget iustificatione, cùm non sit narratiua partis, sed Papæ: & an id solum procedat quando vnus tantum est supplicans, vel quando etiam sunt plures supplicantes, latè num. 15.*

Clausula, vt asseritur, vt asseris, & vt asserunt, *quando*

quando adhibeantur de stylo Cancellariæ & quando sint iustificanda, vel non, remissiuè.

16 Constitutiones, Bonifaciana, & Paulina *loquuntur, & procedunt solùm in Ducatu Ferrariæ.*

17 *Bona Emphiteotica non veniunt in generali hæredis institutione, & ideò necessarium est, vt specificè à Testatore relinquantur, cùm illa prout bona feudalia non dicantur propria Testatoris.*

18 *Fallit quando per Constitutiones Apostolicas dicta bona sunt redacta ad instar allodialium, quia tunc veniunt in generali Institutione.*

DECISIO CCLIV.

IN hac causa duæ emanarunt Decisiones coram Illustriss. Cardinali Virile tunc Rotæ Auditore Prima 15. *Decemb.* 1628. & alia 18. *Nouembr.* 1629. In quibus tria firmantur. Primum non constare de fideicommisso, ad fauorem Alberti, illúdque Andreæ non obstare, quoad portionem Petri, de qua agitur: Secundum Andræam, fuisse validè legitimatum: Tertium, & vltimum dictum Andræam sic legitimatum potuisse succedere Alphonso in bonis emphiteoticis, Alberto excluso, quamuis vocato, & comprehenso in Inuestitura: Et iuxtà dictas Decisiones lata fuit sententia Rotalis per R.P.D. meum Merlinum, suffectum in locum prædicti Illustriss. Cardinalis; Cùm autem appellationis causa mihi fuerit commissa, & ordinatum, vt omnes Domini eam viderent, fuit hodie pro confirmatione dictæ sententiæ responsum.

Primum enim, quòd fideicommissum non obstet Andreæ: Informantes pro Alberto non impugnarunt, nec impugnari posse videtur, quia motiua dictæ primæ Decisionis sunt adeò clara, & benè fundata, vt tollant penitùs omnem difficultatem.

Quo verò ad secundùm, de legitimatione, non erat dubitatio; quin Andræas fuerit de facto legitimatus per Vicarium Ferrariensem, vigore Rescripti Apostolici, impetrati per supradictos Alphonsum, & Andræam, sed solùm hæsitatum fuit de legitimationis validitate, & sufficientia: Ratio dubitandi erat, quòd in Rescripto Apostolico adest clausula, *vocatis vocandis*, † quæ facit Exequutorem mixtum, ac ideò Vicarius Ferrariensis non potuit ad sententiam legitimationis deuenire, nisi iudicialiter, & præuia causæ cognitione, *Abb. in cap. fin. n.* 13. & ibi *Felin. n.29. de præsumpt. Decius cons.*233.*n.*1. *Caputaq. decis.*184.*n.*4.
2 *p.*2. *& Greg. XV. decis.*46. *n.*5. † Et consequenter debuerunt citari, qui de iure erant citandi, *Abb. in cap. exhibita, n.6. de Iudic. & Modern. de claus. par.*1. *claus.* 596.*n.*4. Et tamen Albertus, qui de iure debuit citari, non fuit citatus.

Quòd autem Albertus debuisset de iure citari deducebatur, Quia Petrus Guarescus, eius Auus maternus, fuerat Inuestitus de bonis emphiteoticis, de quibus agitur pro se suisque filiis, & descendentibus le-
3 gitimis, & naturalibus, † quorum appellatione veniunt etiam nepotes ex filia, *ad l. cognoscere*, & ibi *gloss. ff. de verb. signif.* Et in terminis Emphiteusis *Gozzad. cons.*20.*n.*8. *Bero. cons.*95. *n.*6.*lib.*1. *Menoch. cons.*587. *num.*4.*lib.*6. *& Rota decis.*32.*num.*9. *&* 137.*num.*19. *in Impress. apud D. meum Decanum* Vnde cùm Albertus
4 † haberet ius considerabile, *l. cum Artemidoram, C. vt in poss. leg.* debuit de iure citari, ad *leg. de vnoquoque, ff. de re iudic.* & in specie, Text. in *leg. nam ita Dinus, ff. de adopt.* & ibi *gloss. verb. qui læderentur, cap.*1. *in princip. de alien. Feud. pater. in vsib. Feud.*

Sed fuit benè responsum in dicta secunda Deci-
5 sione nempe, quòd Alphonsus, † vigore *Constitutionum Bonifaciana, & Paulina*, potuit de bonis emphiteoticis, ab ipso possessis, liberè disponere, ad fauorem quorumcumque extraneorum, & descendentium, pro quibus Inuestitura fuit expressè concepta; & hoc ex eo, quia per dictas Constitutiones bona emphiteotica prædicta fuerunt redacta ad instar allodialium, vt sunt verba clara dd. Constitutionum, Et in puncto *Marcobrun. cons.*26.*n.*355. *Rimin. Iun. cons.*447. *num.*16. *Bertazzol. cons. ciuil.*11 a *num.*4. *&* 5. *in c. vol. & Surd. cons.*521, *num.* 5. Vnde cùm idem Alphonsus impetrauerit Rescriptum de legitimando, & ad eius instantiam fuerit exequutum per Vicarium Ferrarien. qui etiam Alberto inuito poterat de dictis bonis liberè disponere; inde fit quòd † Albertus non debuit 6
citari, iuxtà regulam textus *in l. qui potest inuitis, ff. de reg. iur.* & in simili est text. optimus in *leg.* 4. §. *illud videndum, ff. de fideicommiss. lib.*. Et debet sic intelligi textus ferè in his terminis in *leg. cum adoptio fit, ff. de adopt.* Per quem dixit *Bart. in leg. Gallus, §. & quid si tantùm, num.*14. *in fin. vers. respondeo quoque*, † quòd quando Pater in vita facit filium legiti- 7
mate; ad effectum vt ei succedat in bonis, de quibus potest liberè disponere in quoscumque nemo citari debet, & eodem argumento, ad effectum vt Citatio non sit necessaria, in simili vtitur idem *Bartol. in l.*3. *§. si causa, n.*7 *vers. sed hodie, ff. de bon. poss. & Bart. communiter*, in his nostris terminis, sequuntur *Doct.* præsertim *Soccin. sen. Albert. Brun. Bursat. Rimin. sen. Menoch. & aliis in dicta secunda Decisione*, allegati.

Vnde non obstat quòd Albertus habebat ius considerabile, & probabile ex Inuestitura, nec clausula, *vocatis vocandis*, Quia † quoad primum non est ve- 8
rum, stantibus supradictis Constitutionibus, quòd Albertus tale ius haberet, dum per eas; dicta bona emphiteotica fuerunt redacta ad instar allodialium; & Alphonsus sine Alberti iniuria poterat quemcumque, quamuis extraneum, hæredem instituere, aut aliter bona emphiteotica condonare, iuxtà text. in *leg. fratris, & l. fratres, C. de inoff. Testam. & Paul. de Castr. cons.*461. *visis, & diligenter examinatis, num.* 5. *lib.*1. Quinimò vt benè vnus ex Dominis dicebat cùm Constitutio Paulina † non solùm vocet filios, & 9
Descendentes legitimos Inuestiti, sed etiam legitimatos; & Andræas descendat à Petro Inuestito, & sit etiam legitimatus, ipse vocatus est in Inuestitura, vigore dictæ Constitutionis, ita vt † succedat in dictis 10
bonis emphiteoticis, non solum ex persona Alphonsi; sed etiam ex persona propria, vt in puncto idem *Castr. in d. cons.*461.*n.*4.*vers. quo præmisso*: clausulæ verò, *vocatis vocandis*, cum illa non importet, quòd aliqui sint specialiter citandi, dum non sint certi, vt in præsenti, qui habent ius considerabile, † quòd Albertus, 11
vt dictum est, non habet, satisfactum fuit per Citationem generalem, contra omnes, & singulos, sua interesse putantes, de qua in actis, iuxtà doctrinam *Bart. in d. l.* 3. *§. si causam*, 10 *ff. de bon. poss.* Et fuit millies decisum: Et idem respondetur quoad prætensum interesse Ecclesiæ, quæ pariter, stantibus dictis Constitutionibus, quoad vtile dominium non habebat considerabile interesse, vt fieret, aut non fieret legitimatio.

Deinde contra legitimationem opponebatur, quòd illa fuit facta vigore Rescripti Apostolici, cum narratiua quod Andræas erat filius Francisci, & ex muliere, etiam soluta, † quæ propterea debuerat iustificari; 12
& tamen iustificata non fuit: Vnde, vt prætendebatur, † non constito de substantia, & principali funda- 13
mento, corruit legitimatio, *Paris. cons.*10.*n.*21.*lib.*2. *Roland. cons.*89.*n.*39.*lib.*1. *Peregr. de fideicomm. art.*23. *n.*38. *Lup. de illegitim. comment.*3.§.5.*n.*11.

Sed fuit etiam optimè responsum in d. secunda Decisione, quòd † prædicta fuerunt in Rescripto nar- 14
rata, per verba, *vt asseritur*, quæ non indigent iustificatione,

eatione, cùm nō sint narratiua partis, sed Papæ, *Rebuff. In concord. tit. de refor. mand. Apost. verb. nec non omnia, vers. nota tamen. Modern. de claus. p. 1. claus. 197. in fine. Cassad. decis. 4. de prob. in princ. Rota decis. 60. de rescr. in antiq. & decis. 412. n. 2. & 447. n. 1. p. 1. diuers.*

Nec releuat si dicatur, quòd *Rebuff. Cassad. & Rota Decisiones*, loquantur & procedant, † quando vnus
15 dumtaxat supplicat, quo casu de stylo Cancellariæ apponi solet clausula, *vt asseris*, & sic est necessaria Iustificatio, Quia censetur narratiua partis, quæ si non iustificatur, Gratia est subreptitia; non autem quando apponitur Clausula, *vt asseritur*, quæ cùm non soleat apponi, quando supplicans est vnus, & est impersonalis, intelligitur esse narratiua Papæ, quæ ideò non est iustificanda: In casu autem nostro fuerunt duo supplicantes, videlicet Alphonsus, & Andræas, in quo casu, de stylo Cancellariæ dicitur, *vt asseritur, vel vt asserunt, Hieron. Paul. in prax. Cancell. in notab. super vacan. non referu. vers. Item nota quod vt asserit*, quem sequitur *Rebuff.* vbi suprà, & dixit *Rota apud R. D. meum Decanum, decis. 89. n. 4.* Et propterea in præsenti, clausulam, *vt asseritur*, non releuare ab onere iustificandi, prout, nec releuaret clausula, *vt asserunt*.

Nam in primis fuit responsum prædictam distinctionem, vnius vel plurium supplicantium, esse nimis subtilem, & nunquam per Rotam canonizatam. Quia d. *Decisio D. mei Decani*, illam non firmat sed solùm eam refert, & ea narrata dicit, quòd in casu illius Decisionis non instabat; deinde visa fuit parum in iure fundata, & inter vnum, & alium casum non posse assignari congruam diuersitatis rationem; & ex ea sequi absurdum, quòd quando sunt plures supplicantes ferè nunquam dignosci posset an sit narratiua partis, vel Papæ, quinimò semper, & indistinctè interpretaretur vt narratiua partium; Et sic plures supplicantes essent pejoris conditionis, quàm vnus. Tandem fuit etiam animaduersum, quòd *Hieron. Paul. & Rebuff.* nō dicunt, quòd vbi sunt plures supplicantes, & apponitur clausula, *vt asseritur*, narratiua sit iustificanda, prout iustificanda est, quando dicitur *vt asserunt*, sed solùm quòd quando dicitur *vt asserunt*, sed solùm quòd quando sunt plures supplicantes solet frequentiùs apponi clausula, *vt asseritur*, quàm vbi vnus dumtaxat supplicat, non tamen inde sequitur quòd sicut narratiua per clausulam, *vt asserunt* est iustificanda, idem procedat quando narratiua fit per clausulam, *vt asseritur*. Cùm enim à communiter accidentibus, duobus magis, quàm vni credendum sit, atque deferendum; propterea quando duo vel plures supplicant, crebriùs apponitur clausula *vt asseritur*, quàm in casu, quo supplicat vnus tantùm, ad effectum vt etiam sæpius quando plures supplicant, appareat; & detur intelligi narratiuam esse Papæ, qui magis duobus, vt dictum est, quam vni credere solet: vnde vis differentiæ inter vnum supplicantem, & plures supplicantes, non stat in eo quòd verbum, *asseritur*, in vno supplicante importet narratiuam Papæ, secùs autem in pluribus supplicantibus, sed in eo alio, quòd Papa frequentiùs ipse narrat, quando sunt plures supplicantes, quàm vbi vnus supplicat, & sic etiam frequentiùs Cancellaria, quando sunt plures supplicantes vtitur verbo, *vt asseritur*, quàm vbi est vnus dumtaxat.

Tandem quoad tertium, An Andræas, vti suprà legitimatus potuerit succedere in prædictis bonis emphiteoticis, excluso Alberto in Inuestitura nominato, difficultas stabat. Primò, quòd ista bona sunt sita in Romandiola, videlicet in Diœcesi Imolen. & extrà Territorium Ferrariæ, & propterea cessant *Bonifaciana, & Paulina*, † quæ solùm loquuntur, & proce-
16 dunt in bonis sitis in Territorio Ferrariæ, *Ruin. cons. 167. n. 18. circa fin. lib. 1. & Peregr. cons. 11. n. 4. & 5. lib. 6.* Deinde quia non sufficit Andræam esse legitimatum; sed etiam necesse est quòd Alphonsus ei dicta bona emphiteotica expresè reliquerit, † quia non 17
veniunt in generali hæredis Institutione sub verbis vniuersalibus, *in omnibus autem aliis, &c.* ex quo bona emphiteotica, & feudalia non dicuntur propria Testatoris, *Bart. in l. vt Iusiurandi, §. si libertas, ff. de oper. libert. Salicet. in l. si quando, §. illud adeò, C. de inoff. Test. Guglielm. de Benedict. in c. Raynutius, verb. duas habens, filias, n. 284. extr. de Testam.*

Sed responsio facilis visa fuit: Primum enim tollitur ex euidentia facti, Quia licèt dicta bona sint in Romandiola, & in Diœcesi Imolen. tamen verum est quòd sunt in Territorio Consilicis, & ideò in Ducatu Ferrariensi, vt notum est. Secundum autem tollitur ex supradictis, Quia † vera est Iuris Conclusio, Quòd 18
idem est Iudicium de bonis emphiteuticis, ac de aliis bonis hæreditariis, & veniunt etiam in generali Institutione indistinctè, prout alia bona, quando vt in præsenti, per dictas Constitutiones sunt redacta ad instar allodialium; & de eis Testator liberè disponere potest, *Valasc. de iur. emphit quæst. 48. n. 4. Guglielm. Bened. in d. cap. Raynutius, verb. cætera bona, n. 9. de testam. Dec. cons. 395. n. 5. Bursatt. cons. 3. n. 3. Surd. cons. 63. n. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 197. n. 13. latè Peregr. de fideicomm. art. 6. n. 30. cum seqq. Magon. decis. Lucen. 5. n. 38. Rota decis. 172. n. 7. & seqq. apud Pacif. de Saluian. & decis. 175. n. 7. p. 1. recent.*

Alia autem obiecta, aut visa fuerunt non indigere responsione, aut fuerunt benè sublata in supradictis duabus Decisionibus in hac causa factis.

Et ita vtraque, &c.

Romana Spolij Vineæ.

Lun. 29. Aprilis, 1630.

ARGVMENTVM.

Possessio An, & Quando capi possit propria auctoritate, absque interuentu Executoris.

SVMMARIVM.

1 *Spolium intrat, constito de duobus extremis.*
2 *Possessio capi non potest propria auctoritate, absque interuentu Executoris, licèt præcesserint sententia, & mandatum de immittendo; alias spolium committitur, & n. 3. Et an hoc procedat si sententia sit iusta, num. 5. vbi Declaratur* Bart. *adhoc allegatus.*
4 *Habens facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, si desuper adeat Iudicem, an, & quando possit variare, & redire ad exercendam suam pristinam facultatem.*
5 *Iudex dare potest licentiam capiendi possessionem propria auctoritate, illi, qui habet sententiam iustam.*
6 *Immissio in possessionem si fuit per Iudicem expresè commissa Executoribus, videtur prohibitum parti, vt eam capiat propria auctoritate.*
7 *Electa vna via non competit alia.*
8 *Instrumento rogato à Notario non creditur sine Testibus, & multò minus ei soli credendum est.*

DECI

DECISIO CCLV.



N *Decisione in hac causa facta 2. Iunij 1627.* vna tantùm parte Informante fuit resolutum intrare Spolium ad fa-
1 uorem Francisci, † Quia constabat de duobus extremis à Iure requisitis. Nec obstare quòd Laurentius, contra quem prætenditur Spolium, acceperit possessionem post sententiam, & non probetur Iudicem iniustè processisse; Quia ni-
2 hilominùs cùm possessio † capta fuerit propria Laurentij auctoritate, & non cum interuentu Executoris, commisit Spolium, ex allegatis in dicta Decisione.

Hodie fuit causa repropoſita super eisdem vtraque parte Informante: Et Domini in decisis perstiterunt: Quia licèt præcesserit sententia, & mandatum de im-
3 mittendo, non potuit † possessio propria auctoritate capi, sed capienda erat per Executores publica auctoritate, *l. penultima, in princ. vers. quatenus, C. de recep. arbitr. & l. properandum, §. sin autem Reus vers. siue ipse Iudex C. de Iudic.* Et in puncto *Innoc. in c. cum nostris, n. 3. circa med. vers. ex his Decretalibus liquet, de concess. præbend.* qui respondit ad text. *in l. si quis in tantam, C. vnde vi*, dum videtur contrarium innuere: ibi *ante aduentum Iudicialis arbitrij, Cancer. var. resolut. lib. 2. cap. 20. num. 5.* Et ratio assignatur in *l. non est singulis, 137. ff. de regul. iuris.*

4 Quòd est adeo verum, † vt etiam si quis ex pacto, aut alias habeat facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, si desuper adeat Iudicem, non potest posteà variare, & redire ad exercendam suam pristinam facultatem; nisi protestauerit de reseruatione propriæ facultatis, aut etiam in pactum deductum esset, vt electa vna via, posset nihilominùs variare, *Innoc. in c. bona, il 2. de postul. præl. Bald. in l. ede, C. locat. Dec. cons. 126. num. 6. Maram. de ordin. Iudic. 6. part. tit. Et producuntur scriptura, n. 31. & disp. 6. n. 3. & 24. Afflict. decis. 131. Capicc. decis. 119. Caualcan. decis. 43. num. 63. & decis. 45. num. 34 part. 1.*

Neque obstat si dicatur quòd sententia A. C. fuit iusta, quo casu *Bart. in d. l. si quis in tantam, n. 26.* videtur sentire contrarium. Quia vltra quod Iustitia visa fuit turbida; si benè Bartoli verba attendãtur, hoc non
5 dicit, † sed solùm, quòd illi, qui habet sententiam iustam pro se; potest per Iudicem dari licentia capiendi possessionem propria auctoritate; sicque idẽ fieri posse per Iudicem, merum sentẽtiæ Exequutorem: Et in his terminis loquuntur, *Fel. in c. cùm causa, n. 4. vers. prædicta etiam intellige, de offic. & potest. Iud. deleg. Menoc. de recup. remed. 8. n. 32 & Cassad. dec. 6. n. 6. de caus. poss. & propr.* In præsenti autem, tantum abest quòd fuerit data licentia capiendi possessionem propria auctori-
6 tate, † quinimò in mandato de immittendo, emanato vigore sententiæ, præscribendo modũ tradendi possessionem, actualis immissio fuit expressè cõmissa Executoribus, quò fit, vt parti prohibitum videatur,
7 quod eam propria auctoritate capiat, ea regula text. † *in l. cùm Prætor, C. de iudic.* Et ex regula, supra tradita, quòd electa vna via, amplius non competit alia.

Neque obstat depositio cuiusdam Notarij Curiæ Criminalis Burgi, data *in Summar. Laur. n. 7.* In qua dicit exequutorem tradidisse possessionẽ. & eum fuisse de ea rogatum, Quia vltra quòd eius depositio, ex circumstantiis visa fuit multùm suspecta; in omnem ca-
8 sum cùm dicat fuisse rogatũ de actu apprehensionis; † sicut Instrumento rogato non crederetur sine Testibus, ita nec ei soli, sed multò minùs, *Glos. in §. si verò absunt, vers. quartum adhoc, auth. de hered. & Falc. Becc. cons. 6. n. 27. lib. 1. Rota decis. 467. n. 2. & 3. part. 2. recent.*

Et ita vtraque, &c.

Placentina Decimarum.

Lun. 13. Maij, 1630.

ARGVMENTVM.

Fructus bonorum Ecclesiæ, nulliter alienatorum, nec non fructus bonorum quæ Ecclesia insolutum recepit, ex causa talis alienationis, à quo tempore hinc inde restitui debeant.

SVMMARIVM.

1 *Alienationes Decimarum sunt nullæ, ob non seruatam formam Rescripti,* Si in euidentem.

2 *Bona Ecclesiæ nulliter alienata debent ei restitui vnà cum fructibus, à die alienationis.*

3 *Et quid si illi, in quos fuit facta alienatio, crediderint alienationem fuisse rectè, & ritè factam: An teneantur ad fructus solùm à die motæ litis, & num. seqq.*

Bona fides excusat à fructuum restitutione.

4 *Mala fides causata ex omissione, & contrauentione formæ, excusari non potest, prætextu erroris facti, vel Iuris ambigui.*

5 *Fructus restitui non debent ab Ecclesia, stante nullitate contractus, nisi illi qui contraxerunt cum Ecclesia probent fructus fuisse versos in illius vtilitatem. Fallit vt n seq.*

6 *Versio in vtilitatem Ecclesiæ quando præsumatur.*

7 *Fructus restitui, vel compensari debent ab Ecclesia, si cesserunt, vel cessisse præsumuntur in illius vtilitatem.*

8 *Ecclesia est cultrix Iustitiæ, & ideò ferenda non est, vt locupletetur cum aliena iactura.*

DECISIO CCLVI.



OSTQVAM bis fuit decisum. Confirmandas esse sententias de patribus, quicus declaratarum fuit. † Alienationes De- 1
cimarum, de quibus agitur fuisse nulliter factas ob non seruatam formam Rescripti, *Si in euidentem*, Dubitaui: An, & à quo tempore debeantur fructus hinc inde, Et fuit resolutum: de-
beri vsque ab initio: † nimirum Ecclesiæ deberi om- 2
nes fructus, à die alienationis, & è conuerso: Anguissolis esse restituendum, seù compensandum quicquid probauerint soluisse, pro fructibus recompensatiuis, nec non omnes fructus per Archipresbyteros perceptos, ex bonis eis insolutum datis.

Quò enim ad fructus Decimarum moti fuerunt Domini. Quia agitur de restitutione fructuum, ex bonis Ecclesiæ alienatis, non seruatis solemnitatibus, & sic nulliter, vt in præscriptis duabus Decisionibus, in hac causa factis: quo casu recepta est iuris Conclusio, vt bona, sic alienata debeant Ecclesiæ restitui, vnà cum fructibus, à die alienationis, *l. iubemus §. 1. C. de Sacros. Eccles. Bero. in c. si quis Presbyterorum, n. 14. de reb. Eccles. non alien. Felin. in c. cum causa, n. 27. de re iud. Curt. sen. cons. 71. col. 7. n. 13. Surd. cons. 115. n. 31. & seqq. Redoan. de reb. Eccles. non alien. q. 77. c. 5. n. 2. Menoch. de recup. remed. 15. n. 634. Ricc. decis. 18. per tot. in Praxi, Archiep. tit. de reb. Eccles. non alien. Surd. decis. 45. n. 10. Rot. decis. 14. part. 1. diuers.* Et fuit dictum *in Placentinâ Bonorum 26. Iunij 1585. coram Cardinali Blanchetto, & in Vlixbonen. nullitatis locationis, 1. Iulij 1593. coram*

Card. Pamphilio, & in Neapolitana Spolij, 31. May, 1607. coram Cardinali Lancellotto.

3 Neque obstat, si dicatur quòd DD. de Anguissolis † crediderunt, venditiones, fuisse factas cum debitis solemnitatibus, stante sententia Executorum Litterarum, *si in euidentem*, & ideò non teneri ad fructuum restitutionem nisi à tempore litis motæ, Quia de tempore anteriori fuerunt in bona fide, quæ excusat à fructuum restitutione, vt in his terminis firmarunt *Felin. in d. cap. cum causa, n. 27. vers. procederet, de re iudic. Bero. in dicto cap. si quis Presbyterorum, n. 45. Curt. sen. dict. 1 cons. 71. n. 13.* & alij quos cumulat *Ruc. dicta decis. 18. n. 3.* Quia respondetur quòd cum in Instrumento alienationis fuerit insertus tenor Litterarum, *si in euidentem*, Et Constitutionis Paulinæ, de qua in *Extrauag. ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien.* In quibus
4 † præscribitur certa forma in alienationibus rerum Ecclesiæ, præcisè obseruanda; Domini de Anguissolis, qui non solùm dicta forma omissa sed etiam contrafaciendo, emerunt; de qua tamen, vt dictum est, plenam habebant scientiam, non possunt se à mala fide excusare, prætexto erroris facti, vel iuris ambigui, *l. quemadmodum, C. de agric. & Cens. lib. 11. cap. qui contra de reg. iur. in 6. Abb. in cap. de quarta, n. 12.* & ibi *Felin. num. 26. vsque ad numerum 35. de præscript. Curt. iun. cons. 185. n. 5. lib. 2. Neguf. Iun. cons. 394. num. 6. cum seqq. & Surd. in d. cons. 115. num. 32.* Si enim, in hoc casu excusatio admitteretur, penè nunquam daretur casus, in quo fructus, ob malam fidem, ab initio deberentur, vt ad sensum patet.

Fructus verò recompensatiuos, quinque pro centenario, de quibus in Instrumento venditionis, solutos per Anguissolos; nec non fructus perceptos, ex bonis per eos datis insolutum; dixerunt Domini esse resti-
5 tuendos, vel compensandos, † Quia licèt vera sit Conclusio quòd data nullitate contractus, ob non seruatam formam, vt hîc, fructus non sunt ab Ecclesia restituendi, nisi emptores probent; eos fuisse conuersos in vtilitatem, & commodum Ecclesiæ, *Gloss. in l. prædiorum, C. de prædiis min.* Quam ibi sequuntur *Bart. Bald. & Salic. Ias. in l. nam & postea, § si minor, ff. de iur. iur. num. 11. Rimin. Iun. cons. 5. num. 76. lib. 1. Natt. cons. 631. n. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt 27. in fine.* Quam conuersionem, in præsenti, dicebatur
6 non probari: † tamen Dominis visum fuit verisimiliter præsumi, & credendum esse, quòd dicti fructus deseruierunt pro alendis Archipresbyteris pro tempore, qui alioquin alendi erant, ex fructus dd. Decimarum; hancque verisimilem præsumptionem sufficere pro legitima probatione versionis, *Gloss. in auth. hoc ius, in fine, C. de Sacros. Eccles. Dec. cons. 36. incip. & pro tenui, n. 8. vers. aduertendum, Tinell. in repet. l. 2. part. 1. cap. 4. num. 66. C. de rescind. vend. & Cancer.*
7 *var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 151.* † Vnde cùm fructus huiusmodi cesserint, vel præsumantur cessisse in Ecclesiæ commodum, sunt restituendi, vel compensandi, iuxtà doctrinam *Bart. in l. cum ij, §. in transactione, C. de transact. Caualcan. decis. 46. num. 81.* Et ratio est.
8 Quia non est ferendum vt † Ecclesia, quæ est Iustitiæ cultrix, & tenebatur alere Archipresbyteros, locupletetur cum aliena iactura, iuxta text. *in cap. suam vbi Doctores de pœn.*

Et Ita decisum Archipresbytero tantùm Informante.

Esina Terrarum.

Lun. 13. Maij, 1630.

ARGVMENTVM.

Constitutiones Apostolicæ, prohibentes alienationes in forenses, procedunt etiam in venditione, quæ fit per subhastationem: Et quare subhastatio, & deliberatio factæ non præsente pecunia sunt nullæ: Secus tamen est, si creditor consentiat: Et quando eius consensus requiratur. Per petitionem immissionis, factam à Procuratore, an principalis videatur renunciare suæ possessioni.

SVMMARIVM.

1 *Possessio alicuius probatur ex subhastatione & deliberatione contra eum facta.*

2 *Possessor anterior manuteneri debet.*

3 *Factum Iudicis nulliter, & iniustè procedentis non reputatur factum partis, sed personæ priuatæ.*

4 *Iudex nulliter, & iniustè procedens non priuat possessione aliàs secus, n. 37.*

5 *Constitutiones Apostolicæ, prohibentes alienationes in forenses, vti fauorabiles, extenduntur ad quascumque alienationes.*

6 *Amplia procedere, etiam in alienatione facta sub hasta.*

Derogant quibuscumque Ciuilitatibus, & fictionibus Statutariis, n. 9.

7 *Alienatio facta subhasta, licèt si alienatio ex causa necessaria, hoc tamen non alterat naturam alienationis seu venditionis.*

8 *Venditio, quòd sit voluntaria, vel necessaria est quid accidentale, prout etiam, quòd fiat à Iudice, vel à Domino.*

10 *Subhastatio, & deliberatio, facta non præsente pecunia, sunt nulla.*

11 *Executor, vel Iudex non possunt aliter vendere, quàm præsente pecunia, & pretio non soluto venditio habetur pro infecta.*

12 *Subhastatio fieri potest cum dilatione soluendi, si Creditor consentiat: & quando requiratur etiam consensus debitoris, vide sub n. 14.*

13 *Declara quòd iste Consensus Creditoris est necessarius in actu ipso deliberationis, nec sufficit ex post præstitus; & vide rationem ibidem.*

15 *Possessioni renunciare quis videtur, si eius Procurator petiit reintegrari, seu de nouo immitti: Declara, vt num. seq.*

16 *Ratificatio gestorum per Procuratorem, extrà contenta in mandato, non inducitur in principali, stante nullitate actus; nisi probata illius scientia.*

DECISIO CCLVII.

FVit hodie resolotum: Esse confirmandum Decretum A. C. quo mandauit: Victoriam manuteneri in possessione terrarum, de quibus agitur, Quia eius anterior possessio; de tempore ante subhastationem, & sic ante occupationem illorum de Tiraboschis, non controuertebatur: † Et 1
præterea de ea constat ex dicta sobhastatione, & deliberatione, contra eum facta, vt dixit *Rota in Bononien.*

Bononien. Porteni, 17. *Decembris*, 1607. *coram bon.mem. Cardinali Marcomontio*, *& in Romana Domus*, 3. *May*,
a 1619. *coram R.P.D. meo Vbaldo* : † Vnde debet Victo-
riã, non autem Tiraboschi manuteneri, *Bart. in l. si
duo, n.4. ff. vti possid. Menoch. de retin.rem.3.n.723.
Gregor. XV. decis.40. n.2. & seqq. & decis.549. num.1.
& 4. & Rota decis.506. num.5. & 612. num.4 part.1.
diuers.*

Neque obstat, quòd Tiraboschi adepti fuerint
possessionem, Iudicis auctoritate, vigore subbasta-
3 tionis, & deliberationis, † Quia cùm Iudex nulliter,
& iniustè processerit, eius factum non reputatur fa-
ctum partis, sed personæ priuatæ, *Bald. in l. si ob cau-
sam, n.4. C. de euict.* & in his terminis, *Surd.cons.168.
4 n. 25.* † Vnde non priuauit Victoriam anteriori pos-
sessione, quam habebat, vt communiter notatur *in l.
iustè possidet, ff. de acq.poss. Seraph.decis.732. n 9. Rota
decis.159.n.2. & decis.732. n.1. part.1. recent.* & alibi
sæpius.

Quòd autem Iudex nulliter, & iniustè processerit,
ex duobus deductum fuit: Primò, quia fuit tradita
possessio Tiraboschis forensibus, contra formam
*Constitutionum Apostolicarum, Sixti V. Clementis VIII.
5 & Pauli V.* † Quæ, tanquam fauorabiles, extendun-
tur ad quascumque alienationes, *Cephal.cons.53.n.7.
6 cum seqq. Surd.cons.276.n.8. cum seqq.* † quòd proce-
dant etiam in alienatione facta subhasta, dixit *Rota
7 decis.319.n.6. apud Greg.XV.* † Quamuis enim alienа-
tio facta subhasta, dicatur alienatio ex causa necessa-
8 ria; † hoc tamen non alterat naturam alienationis,
seu venditionis, cùm illam esse voluntariam, seu ne-
cessariam, accidentaliter contingat, prout etiam quòd
fiat à Iudice, vel à Domino, vt notatur *in l. Iurisgen-
tium, §. adeò, ff. de pact. Cenc. de cens p.2.c.2.q.1.art.5.
n.25. Gregor.XV.decis.193.n.2.* Nec releuat prætensa
9 ciuilitas acquisita per Tiraboschos; † cum Constitu-
tiones prædictæ expressè derogent quibuscumque ci-
uilitatibus, & fictionibus statutariis.

Secundò fuerunt nullæ Subbastatio, & Delibera-
10 tio, † Quia non fuerunt factæ præsenti pecunia, *l. à
Diuo Pio, §. sed si emptor*, & ibi notatur per *Doct.* præ-
11 cipuè *Alex. n.5. & Ias.n. 3. & 4. ff. de re iudic.* † Vbi
quòd executor, vel Iudex non possunt aliter vendere,
nisi præsente pecunia; ita vt, pretio non soluto, ven-
ditio pro habeatur infecta, *Surd.cons.168. n.24. cum
seqq. Rota decis.23.n.1.* & ibi *Add. & d. decis.319.n.4.*
vbi aliæ Decisiones allegantur apud *Greg. XV.*

Neque obstat † quòd, Alexandro Creditore con-
12 sentiente, potuit ad subhastationem procedi cum di-
latione soluendi, *Gratian.discept.for.cap.7.n.6. Rota
decis.257. n.5. & 6. p.4. diu. & decis.464.n.1.par.2.in
recent.* Et fuit sæpius resolutum; Quia † cùm consen-
13 sus Alexandri Creditoris deducatur, ex gestis post ip-
sam deliberationem, & pro validitate actus debeat in-
teruenire in ipso actu deliberationis, loco, & vice præ-
sentis pecuniæ, vt ex tunc debitor liberetur, *d. §. si em-
ptor*, Propterea non suffragatur. ex doctr. *Bart. in l.
vniuersa sub n.5. C. de prec imper.offer. & Bald. in rubr.
C. de rescind vend. n 5.* Et in his terminis dixit *Rota
apud Greg.XV. dicta decis.23.* & in *Ausculana Pradij*,
22. *Iunij*, 1609. *coram Cardinali Sacrato*, quæ habent
apud *Marches. de Commiss. part.3. fol.46. n.3.* Quam
14 etiam refert *Add.d.decis.23.Greg.XV.* † Quibus acce-
dit, quòd deliberatio fuit facta, pretio distributo per
salmas, videlicet pro scut. 160. pro qualibet salma;
cum hoc, quòd residuum pretij, satisfacto Alexandro
Creditore, solueretur Victoriæ debitrici, & Dominæ
terrarum: vnde non potuit haberi fides de pretio, sine
consensu Victoriæ: cùm enim ageretur de eius interes-
se, eadem ratio militat in ea atque in Creditore, vt
ad sensum patet.

Neque obstat quòd Victoria visa fuerit animo re-
nunciare anteriori possessioni, † dum eius Procurator 15
petiit reintegrari, seu de nouo immitti, vigore facul-
tatis redimendi, *Card. Mantic.decis.20.n.1. Seraph.de-
cis.1417.n.3.* Et fuit dictum in *Ianuen. Parochialis* 13.
Martij, 1626. *coram me* : Et tantò magis, quia videtur
ratificasse dictum Procuratoris petitionem, dum in-
de fuit sequuta immissio; Quia hoc procederet si
probaretur, Victoriam habuisse scientiam nullitatis
subhastationis, seu venditionis; † dum autem scientia 16
non probatur, non potest inde induci renunciatio
possessionis, seu ratificatio gestorum, per Procurato-
rem, extra contenta in mandato, ex reg. quam firmat
*gloss. in leg. non dubium, vers. agnouerit, C. de testa-
ment. leg. mater, §. certum, ff. de inoffic. Testament.
Bald. in leg. mater, num. 3. C. de rei vendic. Gabr.
cons. 36. num. 59. in fine libr. 1. Castrens. cons. 465.
num. 5. vers. restat, libr.2. Surd. cons. 49. num. 32.
Rota decis. 662. num.6. part. 2. recentior. Seraph. de-
cis. 477. num.10. Gregor. XV. decision. 311. num. 15.*
Et ferè in his terminis dixit *Rota in Perusina Laudi*,
22. *Aprilis*, 1630. vt in simili in *Romana Siluæ*, 26.
Febr. 1627. *coram me.*

Præterea, quatenus supradicta non procederent,
nec de anteriori possessione Victoriæ, de tempore an-
te venditionem constaret, aut illi visa fuisset renun-
ciare, ex quo eius Procurator, vt dictum est petiit
immitti, cessat penitùs difficultas, quia deliberatio
fuit facta die 20. Decembris, 1623. cum facultate re-
luendi, seu redimendi infrà sex menses, & cum effe-
ctu Victoria redemit, die 1. Iulij, anni 1624 & sic ante
præfinitum tempus, mediante oblatione pretij depo-
siti, & per Iudicem admissi, quin supradictorum exe-
quutionem, eam immitti mandauit, prout immissa
fuit, mediante Bartholomæo Georgio eius legitimo
Procuratore: Vnde sicut Tiraboschi prætendunt Vi-
ctoriam fuisse priuatam eius anteriori possessione,
per possessionem ab eis captam, Iudicis auctoritate;
† pariter etiam, & multò magis ipsi fuerunt priuati 17
dicta earum possessione, per eam, quam Victoria ea-
dem Iudicis auctoritate adepta fuit, vigore dictæ
facultatis redimendi, ex *d. l. iustè possidet*, iuncta, *l. quod
iussit, ff. de re iudic.*

Quæ verò dicebantur contra Depositum per Vi-
ctoriam factum, & per Iudicem acceptatum, & alia
huiusmodi, visa fuerunt nullius considerationis, &
ideò non indigere vlteriori discussione.

Et ita decisum vtraque, &c.

Spoletana Bonorum.

Ven. 17. *May*, 1630.

ARGVMENTVM.

Intentato remedio retinendæ, quando Iudex possit pronunciare super remedio adipiscendæ. Matris institutio stantibus liberis Testatoris, an restringatur solùm ad alimenta, ita vt intret Bulgari consuetudo. Et nonnulla de requisitis Reciprocæ substitutionis, & de Detractionibus Legitimæ, & Trebellianicæ.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana locus est, dum sententia fuit lata in possessorio, inter Laicos, & super re prophana, & constat de illius validitate & Iustitia.*

2 *Sententia est nulla, si non sit conformis libello: ut puta si fuerit intentatum remedium Retinendæ, & Iudex pronunciauerit super Remedio adipiscendæ.*

3 *Fallit si in libello fuerit, etiam deductum quodcumque aliud remedium, cum clausula,* deducens omne ius suum, &c. *quia tunc, si ex deductis in processu constet, competere Remedium adipiscendæ, poterit Iudex super illo pronunciare.*

4 *Matris Institutio restringitur ad alimenta, stantibus liberis Testatoris, iuxta Consuetudinem Bulgari, quæ licet loquatur in Vxore, procedit etiam in matre, n. 5.*

6 *Declara dictum Consuetudinem solùm habere locum, quando mater, aut Vxor sunt dumtaxat relictæ Vsufructuariæ, non tamen quando vnico contextu instituuntur hæredes.*

7 *Subdeclara non procedere, si concurrunt vrgentes coniecturæ, quòd Testator voluit solùm alimenta relinquere.*

8 *Fideicommissarius immitti debet in possessionem bonorum defuncti, vel in vim* l. fin. *vel ex vtili Saluiano, stante purificatione fideicommissi ad eius fauorem.*

9 *Substitutio Reciproca inter vocatos facta dicitur à Testatore, concurrentibus tribus requisitis necessariis, de quibus remissiuè, n. 10. & seqq.*

11 *Substitutio vltimo morienti facta censetur, dum facta fuit omnibus decedentibus.*

12 *Substitutio, ad hoc vt facta censeatur in vniuersa hæreditate, non est necessarium, vt specificè fiat in tota & vniuersa hæreditate, sed sufficiunt verba æquiualentia, quæ idem importent.*

13 *Legitima non debetur parentibus, existentibus Descendentibus.*

14 *Tutrix præsumitur satisfacta de suo credito, si adhuc non reddiderit rationem de bonis, quæ ex administratione Tutelæ ad ipsius manus peruenerunt.*

DECISIO CCLVIII.

LATA sententia per A. C. qua fuit pronunciatum Baptistam filiam Sebastiani Bonelli immittendam esse in possessionem bonorum, de quibus agitur; & commissa mihi causa appellationis cum clausula *Constito quòd sit locus Ægidianæ, &c.* Dedi Dubium: An Ægidiana intret; Et Domini incatè re-
1 sponderunt, † Quia sententia prædicta fuit lata in possessorio inter Laicos, & super re prophana; Vnde cùm sit valida, & iusta, est exequenda, iuxtà Ægidianam, *Vestr. in prax. lib. 7. c. 3. n. 5. Contard. de moment. poss. in verb. Ægidiana, quæst. 1. Modern. Bononien. var. resol. c. 75. n. 1. & seqq. lib. 2. Seraph. decis. 603. n. 1. Rota decis. 263. n. 1. part. 1. diuers. & Gregor. XV. decis. 491. & ibi Add.*

De validitate sententiæ constat ex reuolutione processus, cùm in ea interuenerint omnia iuris requisita, de quibus *Caputaq. decis. 160. lib. 2.*

2 Neque obstat illa vnica prætensa nullitas, † quòd sententia non fuerit libello conformis, cùm fuerit intentatum remedium Retinendæ; & tamen Iudex concessit immissionem; & sic non pronunciauit super dicto remedio intentato, sed super remedio Adipiscendæ, contra Reg. Text. *in l. vt fundus, ff. com. diuid.* Et in his ferè terminis *Surd. cons. 273. n. 11. cum seqq.* † Quia, imò in prædicto libello fuit, etiam deductum; quodcumque aliud remedium necessarium, & opportunum, cùm clausula *deducens omne ius suum, omnemque actionem:* atque ideò, cùm ex deductis in processu coram A. C. constiterit competere remedium Adipiscendæ, benè potuit ille, etiam super dicto remedio pronunciare, *Innoc. & Bald. in cap. 2. de ord. cogn. Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina, n. 17. de caus. poss. & propr. Mart. claus. 156. n. 7. Rota decis. 265. n. 2. & seqq. p. 1. diuers.* & fuit dictum *in Romana Societatis, 2. Iunij, 1627. coram me, Et in Narnien. hæreditatis, 16. Nouemb. 1629. coram R. P. D. Ghislerio.*

Iustitia verò deducebatur ex duplici capite: Primò ex quo Sebastianus instituit sibi hæredes Baptistam filiam & Rentiam propriam matrem; † Quæ matris 4
institutio vt contendebatur, est restringenda ad alimenta, & præeminentiam, iuxtà, Consuetudinem Bulgari, de qua *gloss. in auth. hoc locum, in verb. derogari, vers. alij dicunt, C. si secund. nupt. mul. Gabr. de Vsufr. concl. 2.*
† Quam non solùm habere locum in vxore, sed etiam 5
in propria matre Testatoris, firmarunt *Bald. in l. Titia, §. Titia, vers. Item eodem, de l. 2. Angel. cons. 209. n. 2. vers. restat de matre, Corn. cons. 110. n. 1. vol. 3. Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 7. n. 12. Menoch. præs. 139. n. 64. lib. 4.* Et propterea mortua Rentia matre, & sic resoluto omnis illius Iure, Immissionem in omnibus bonis Patris, de quibus agitur, etiam ex hoc capite, dandam esse Baptistæ filiæ, non autem Eufrasiæ hæredi Rentiæ.

Sed quia † veriùs est dictam Bulgari Consuetudi- 6
nem solùm habere locum, quando mater aut Vxor sunt dumtaxat relictæ Vsufructuariæ, non autem quando, vt in casu nostro, vnico contextu, vnicaque oratione, & vna verborum structura instituuntur hæred. *Castr. cons. 355. n. 1. lib. 2. Gozzad. cons. 80.* & contra *Gab. & Mant.* qui contrarium dixerunt, latè *Surd. de alim. tit. 2. q. 15. n. 81. cum seqq. Menoch. vbi supra n. 5. Rota*
decis. 138. in princ. p. 4. diuers. † Nisi concurrant conie- 7
cturæ efficaciter vrgentes quòd nihilominus Testator voluit solùm alimenta relinquere, vt fuit latè deductum per *Rotam in Spoletana Bonorum, 26. Ianuarij, 1629. coram R. D. meo Decano:* Domini autem, an in præsenti tales coniecturæ concurrerent, non erant concordes; propterea ex hoc capite nihil fuit firmatum.

Secundò Iustitia sententiæ deducebatur & Dominis placuit, ex quo inter Rentiam matrem, & Baptistam filiam, omnésque alios in eodem Testamento institutos, & substitutos Testator fecit Reciprocam
fideicommissariam substitutionem, † quæ cùm fuerit 8
purificata per mortem Rentiæ, ad fauorem Baptistæ, ei danda erat immissio in bonis Testatoris, vel in vim *l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. toll.* vel ex vtili Saluiano *Gabr. cons. 46. n. 20 lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 48. n. 55. Rota decis. 131. n. 1. & decis. 237. num. 1. part. 1. recent.* & alibi sæpius.

De Reciproca autem † constare Domini in vna- 9
nimiter dicebant, ex quo Testator in vltima substitutione facta ad fauorem piæ Causæ, sic dixit, *& si omnes supradicti hæredes instituti & substituti decesserint, tunc & eo casu mandauit, & reliquit, quòd fructus omnes bonorum omnium hæreditariorum dispensarentur, &c.* Ex quibus verbis vt ad oculum patet, necessariò infertur, fuisse factam substitutionem, ad fauorem piæ causæ, decedentibus omnibus superiùs institutis, & substitutis, & sic vltimo morienti, & in vniuersa hæreditate, & consequenter voluit etiam Testator facere in-
ter vocatos Reciprocam fideicommissariam; † Quia 10
concurrunt tria requisita reciprocæ, de quibus DD. *in l. hæredes, §. cum ita, ff. ad Trebell. Mantic. de coniect. lib. 7.*

lib.7. tit. 5. num. 3. & 15. In primis enim concurrit primum requisitum, quia versamur inter vocatos; cùm sit clarum, quòd Rentia, & Baptista sunt expres-
11 sè hæredes institutæ: † Deinde concurrit secundum requisitum, quia substitutio facta fuit vltimo morienti, dum fuit facta omnibus decedentibus, *Soccin. Iun. cons. 1517. num. 7. & 9. & cons. 110. num. 23. lib. 2. Rota decis. 166. num. 23. & decis. 361. num. 15. par. 1. recent.* Et demum Substitutio facta fuit in vniuersa hæreditate, quòd est tertium requisitum; dum Testator commodum omnium bonorum hæreditariorum, dece-
12 dentibus omnibus vocatis, applicauit Piæ Causæ: † non enim requiritur, vt specificè fiat in tota, & vniuersa hæreditate, sed sufficiunt verba æquiualentia, quæ idem necessariò inferant, & importent, *Rip. in d. l. heredes mei, 1. cum ita, num. 18. ff. ad Trebell.* & sæpius tenuit Rota, & præsertim *in d. decis. 166. num. 23. cum ibi alleg.*

Non obstant prætensa detractiones, pro quibus Euphrasia hæres Rentiæ prætendebat retentionem; nam prima de regato scutorum 200. tollitur, Quia probata fuit solutio: secunda de legitima pariter tollitur. Quia, aut prætenditur Rentiæ deberi legitimam in bonis Sebastiani filij, & ei non debetur; Quia Se-
13 bastianus reliquit dictam Baptistam filiam; † descendentibus autem existentibus non debetur parentibus legitima, *§. 1. in auth. de hered. ab intest. ven. Bald. cons. 28. num. 3. lib. 3. distinct. 2. num. 8. Merlin. de Legitim. lib. 1. tit. 2. quæst. 12. nu. 12.* Aut verò prætenditur deberi Legitimam eidem Rentiæ in bonis Catharinæ filiæ, quæ ei prædecessit, scripto hærede dicto Sabastiano fratre, & cùm hæreditas dictæ Catharinæ cōsisteret solùm in scutis 1200. Legitima illius erat medietas tertiæ partis dictorum scutorum 1200. stante dicto Sebastiano fratre; & sic solùm scuta 200. quæ sunt compensanda cum legitima debita Baptistæ in bonis eiusdem Rentiæ, quæ, vt apparet ex Testamento eiusdem Rentiæ, ascendit ad scuta quingenta, quæ ei pro legitima legauit; & sic adhuc Baptista esset Creditrix in scutis 300. Tertia de Trebellianica, &
14 dote Rentiæ pariter cessat, † quia Rentia fuit Tutrix dictæ Baptistæ, & ex administratione tutelæ ad eam peruenerunt, nedum fructus totius hæreditatis, sed etiam plura bona mobilia, descripta in inuentario, de quibus cùm rationem non reddiderit, censetur de suo credito satisfacta, *Guttier. de tutel. par. 2. cap. 9. num. 51. Cels. Vgo cons. 75. nu. 9. Gallesi cas. 48. num. 10. Gurb. decis. 51. num. 13. Rota in Romana seu Viterbien. Dotis, 8. Februarij, 1627. coram Eminentissimo Cardinali Virile.*

Et ita vtraque, &c.

Mileuitana Pecuniaria.

Merc. 29. Maij, 1630.

ARGVMENTVM.

Apocha priuata, trino Teste munita probat anterioritatem crediti de tempore eius datæ, etiam in concursu cuiuslibet publici Instrumenti: Et an in dicta Apocha requiratur expressio causæ, vel sufficiat illam aliunde, etiam coniecturaliter probari: Et plura alia noranda, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Restitutioni in Integrum non est locus stante Iniusta Sententia, quia tunc cessat læsio, quæ est fundamentum restitutionis.*
2 *Apocha priuata, trino Teste munita probat creditum, & illius anterioritatem de tempore eius datæ; etiam in concursu cuiuslibet publici Instrumenti.*
3 *Amplia etiam quoad interesse, quia potior in sorte est, etiam potior in fructibus.*
4 *Præsertim quando fructus sunt promissi ab eodem sortis debitore.*
5 *Apocha priuata non probat, dum in ea causa non exprimitur.*
Declara quòd sufficit aliunde probari aliquam causam præcessisse, etiam coniecturalem, num. 7. ita vt censeatur apocha emanasse ex dicta causa præcedenti, num. 8.
6 *Pro causa debiti non habentur hæc verba*, per ogni resto, & saldo de conti *Contrarium, nu. 10.*
9 L. cum de indebito, §. fin ff. de prob. *quando locum habeat.*
11 *Calculo standum est, nisi error probetur.*
12 *Causa debiti sufficit quod sit actu potens, & conueniens persuasiuè tantum, licèt non concludat obligationem per necessè.*
13 Alex. cons. 3. nu. 1. vol. 1. *Declaratur.*
14 *Creditor habens bona debitoris, ex Testamento separato à credito, dici non potest ex illis, de suo credito satisfactus.*
15 *Donationi iurata obijci non potest defectus Insinuationis.*
16 *Iuramentum nihil operatur in tertij præiudicium.*
17 *Obligatio tollitur debiti solutione.*
18 *Soluens debitum pro alio, non potest contra illum agere, sine cessione.*
19 *Enunciatiua non probat anterioritatem crediti, in præiudicium aliorum Creditorum.*
20 *Salarium non debetur ratione famulatus, si non fuit conuentum, aut non constet, quòd illud prætendens sit solitus inseruire pro famulo.*

DECISIO CCLIX.



IN Concursu Creditorum Spolij fratris Antonij Martelli, Prioris Messanæ, Florentiæ habito, fuit per Assembleam Religionis Hierosolymitanæ facta graduatio, & in ea fuit primo loco graduatus Vincentius Martellus pro credito scutorum quinque millium sortis principalis, & interesse promissi, quinque pro centenario: sed deinde Ioannes prætendens se dicto Vincentio præferendum esse pro quibusdam assertis creditis, obtinuit Melitæ duas sententias fauorabiles, contra d. Vincentium, quæ fuerunt reuocatæ per Inquisitorem d. insulæ, Iudicum delegatum, qui declarauit Vincentium, seu eius hæredes præferendos esse: cuius sententia cum transierit in iudicatum, ob non interpositam appellationem, Ioannes præfatus obtinuit mihi commitri causam restitutionis in integrum, quam hodie proposui: Et fuit resolutum: Non constare de causis restitutionis: Ratio
1 resolutionis fuit, † Quia cùm Sententia dicti Inquisitoris fuerit iusta, cessat læsio, quæ est fundamentum restitutionis, *leg. nam, & postea, §. si minor, ff. de iur. iur. Abb. in cap. ex literis, num. 5. de restit. in integr. Rota decision. 1. eod. tit. in non. & decis. 731. num. 1. par. 2. recent. & decis. 194. num. 2. apud Cardinal. Canal.*

De

De iustitia autem dictæ Sententiæ constat, dum
apparet de bono iure Vincentij,& de malo iure Ioan-
nis. De bono iure Vincentij constat, Quia eius cre-
2 ditum dd. Scutorum quinque millium † probatur ex
Apoca priuata priuata trin o Teste munita, facta de
anno 1599.quæ etiam,in concursu cuinslibet publici
Instrumenti,probat anterioritatem crediti de tempo-
reeius datæ, *leg.Scripturas, C. qui pot.in pign. Abb. in
cap.1.num.5.& 7. de fid Instr. Gabr. concl.12.num.1. de
3 probat. Caputaq. decis.112.par.3.* † etiam quoad inte-
resse, quia potior in sorte est etiam potior in fructi-
bus, *leg Lucius de Vsur.*latè *Alex.in leg.si cum dotem,
2.§.si autem in scussimo,ff.solu.mat.& Osasch.decis.119.
4 n.11.& per tot.* † præsertim quando fructus sunt pro-
missi ab eodem sortis debitore,*Seraph.decis.481.n.5.*
5 Neque obstat quòd dicta Apoca priuata † non
probet, dum in ea causa non exprimitur, *cap.si cautio
6 de fid.Instr.*† Nec pro causa haberi illa verba,*per ogni
resto & saldo de conti,&c, Alex.cons.3.nu.1. cum seqq.
lib.*2. Quia responderut primò sufficere aliunde pro-
7 bari aliquam causam causam præcessisse,†etiam con-
iectutalem, *Abb.in dicto cap.si cautio col.3.nu.2.* & ibi
*Felin.num.13.Farinc.de Inuent par.5.num.113. cum plu-
ribus seqq.*prout in præsenti benè probatur præcessis-
se cùm inter Vincentium,& fratrem Antonium fue-
rint computa, & hinc inde data & recepta, præser-
tim ex quodam Instrumento, in quo apparet, quòd
Vincentius prius soluerat Comitissæ de Martellis,pro
8 fratre Antonio scuta 3500. ita vt † ex dicta Causa
præcedenti censeatur dicta Apoca emanata,argumen-
to Textus in *leg.si quis ex Argentarius,§.si initium,ff.
de edend.*Et in his terminis per d.Text. *Ioann. Andr.in
add.ad Specul.in tit.deposit.super rubr. Iacob. de Sancto
Georgio in leg.1. nu.17. ff. de in Integr.rest.* Accedente
9 maximè † quòd Ioannes visus fuit hoc creditum
confiteri in libello per eum Melitæ porrecto, ita vt
ex eius confessione, iunctis aliis supradictis, intrare
videatur dispositio Textus *in l. cum de indebito, §.fin.
ff.de probat.*

Secundò respondetur in dicta Scriptura contine-
ri, & fuisse, expressam sufficientem causam: In illis
10 verbis, ibi, † *per ogni resto & salde di conti fra di loro,
fino à questo giorno, saldorno d'accorde, &c.* iuxtà text.
in *d.l.si quis ex Argentarius,§. rationem,ff.de edend.* Et
in puncto *Salic.in l.vnic.nu.6.vers. Sed iuxtà prædicta
quæro,C.de confess. Alex.cons.83. num.5. vers.secundum
principale fundamentum lib.1.& cons.141. num 4.lib.6.*
11 Et ratio est † Quia calculo standum est, nisi error
12 probetur, *leg.1. C. de error. calcul.* Et satis est,† quòd
causa sit actu potens. & conueniens, persuasiuè tan-
tùm, licet non concludat obligationem per necesse,
per *doctr.Bald.in l.generaliter in 4.quæst.n.22.C.de non
num.pecun.*

Ex quibus non obstat supradictum *cons. 3. Alex.
13 nu.1.vol.1.*† Quia loquitur in casu multùm diuerso:
nempe quantum Instrumentum debiti se refert ad
Instrumentum computorum, de quo non apparet; &
sic in terminis, *Auth.si quis in aliquo,C.de eden.& l.in
Testamentum quidem,ff.de cond.& demonst.*Quòd pro-
ptereà non applicatur, prout nec pariter quòd hære-
des Martelli habuerint bona patrimonialia fratris
Antonij,& quòd ex eis fuerint satisfacti de dicto cre-
dito,Quia cùm illa habuisse constet, vigore donatio-
tionis præcedentis, cum licentia magni Magistri, at-
14 que ideò † cùm in dictis bonis habeant titulum sepa-
ratum, non potest dici quòd inde fuerint satisfacti
de credito,de quo agitur, *Bald.Bart.& Salic.in leg.si
15 quidem, C. de transact.* Contra quam donationem †
cùm fuerit iuramento roborata,non potest obiici de-
fectus insinuationis,*Ioan.Andr.in addit.ad Specul.tit.
de Instr.edit.§.porrò,in addit. incipit de prædiis, vers.sed
quid si renuncians,Aym.cons.118. Gabr. de donat.concl.
1.num.1.nu.72. Mancin. de iuram.par.4.effect.19. Rota
decis.165.num.2.in fin.par.1.recent.* vbi allegantur:Nec
etiam † quòd dictum iuramentum nihil operetur in 16
tertij præiudicium, *cap.cum contingat in fin.de iur.iur.
iur.Bart.in l.Titia,§.Imperator,ff.de legat.2.* Quia tol-
litur ex eisdem, cùm credita Ioannis non probentur
anteriora dicta donatione.

De malo autem iure Ioannis apparet,ex singulari
dinumeratione partitarum sui crediti, quæ aut appa-
rent solutæ, aut posteriores credito dictorum hære-
dum; quandoquidem partita scutorum 400. quæ de
anno 1585. fuerunt mutuata fratri Antonio à Iacobo
Patre, Ioannis apparet soluta ipsi Ioan.ex Instrumen-
to confecto de anno 1609 † solutione autem sublata 17
fuit omnis obligatio,*leg.1.ff.de solut.cum vulg.* Partita
scut.1880.debita Dominis de Medicis,vltrà quòd non
apparet in qua quantitate fuerit ab ipso Ioanne, di-
ctis de Medicis soluta, † nec quòd habeat ab illis 18
cessionem,sine qua agere non potest;*leg.cum alter,vbi
gloss.Bart.& Bald.C.de fideiuss. Ronchegall.in l.Reos. in
princ.num.54. de duobus Reis Magon. decis.Florent.94.
nu.11.*Cessat difficultas, Quia non apparet quòd cre-
ditum dictæ partitæ sit anterius credito dd. hære-
dum,nisi ex enunciatiua, † de qua in Instrumento 19
Concordiæ,initæ inter dictos de Medicis, & fratrem
Antonium,de anno 1618.quæ non probat anteriori-
tatem, in præiudicium aliorum Creditorum, *leg.1.§.
mutuam.ff.si quid in fraud.per Castr.in l.Seia municipij,
ff.ad Velleian.Natt.cons.438.nu.9.circa med.Rolan.cons.
85.nu.7.lib.2.Rota decis.460.nu.1.par.2.recent.*

Creditum salatij,ratione famulatus, † vltrà quòd 20
non fuit conuentum, nec apparet quòd Ioannes esset
solitus inseruire pro famulo,quod ideò non debetur,
*Alex.cons.109.per tot.lib.6. Natt.cons.376.num.3. & 6.
Grauet.Tho.rem.12.nu.9.Put decis.45. lib.1. in correct.
Rota in Toletana Salarij,8. Nouembris,1622.coram b.m.
Vbaldo & in Romana Pecuniaria, 14.Decembris,1628.
coram Reuerendissimo Domino meo Decano,* In omnem
casum, salarium probatur solutum, mediante dona-
tione scutorum trium millium,effectum sortita,facta
per fratrem Antonium, de anno 1611. in renumera-
tionem,vt cantat,seruitiorum,& laborum,quæ dictus
Ioannes ei præstitit, ex qua donatione mercedem sa-
tis amplam consequutus fuit.

Et demum creditum alterius donationis,scutorum
bis millium est de anno 1612. & sic posteriùs credito
dictorum hæredum,quòd proptereà non obstat.

Et ita decisum vtraque &c.

Romana Fideicommissi de Formicinis.

Merc. 29. Maij, 1630.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus,fideicommissario petente,te-
netur conficere Inuentarium,de bonis hæ-
reditariis, & cauere etiam debet de con-
seruando,& restituendo fideicommissum,
eueniente casu restitutionis; aliàs Fidei-
commissario conceditur immissio in dd.
bonis.Substitutio facta in vno casu,quando
etiam ad alium casum extendatur.

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta cum clausula*, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, *in casu quo institutus habeat filios, & illi posteà sine filiis decedant, habet locum ex coniecturata mente Testatoris, etiam in casu quo institutus nullos filios habeat: Et explicantur casus quos d. clausula potest comprehendere, num. 2. & 4.*

3 *Caducatio graduum quando non attenditur, prout nec etiam attendi debeant conditiones in iis apposita, remissiuè.*

5 *Heres grauatus tenetur, petente Fideicommissario, conficere Inuentarium, de omnibus rebus hereditariis, aut docere se illud legitimè confecisse; alias fideicommissarius in dd. bonis immitti debet, num. 9. & 10.*

6 *Item tenetur reddere rationem Fideicommissario, de bonis hereditariis.*

7 *Inuentarium conficere debent qui rationem reddere tenentur, cùm illud sit caput rationis.*

8 *Heres grauatus tenetur cauere Fideicommissario de conseruando, & restituendo: aliàs ei immissio conceditur, in bonis Fideicommisso subiectis, num. 9.*

DECISIO CCLX.

OANNES Franciscus Formicinus hæredem vniuersalem instituit D. Catharinam de Fabiis, eius vxorem, & si illa transiret ad secunda vota, & filios haberet legitimos, & naturales, voluit vnum ex dictis filiis ab ea nominandum, hæredem esse, qui filius nominatus, si filios habuerit, eos inuicem substituit, sin autem non habuerit, substituit Venerabilem Confraternitatem Sanctissimæ Virginis Mariæ de Annunciata: Cùm autem D. Catharina ad secunda, & tertia vota transierit, & nullos vnquam filios procreauerit; Confraternitas substituta institit, vt D. Catharina faceret Inuentarium, aut illud legitimè confecisse doceret, & caueret de conseruando & restituendo, &c. Quòd cum facere recusaret, fuit lata sententia per Iudicem deputatum ab Illustrissimo Cardinali Protectore, qua fuit declaratum; Venerabilem Confraternitatem immittendam fore, & esse in possessionem omnium & singulorum bonorum mobilium stabilium, se mouentium, Iurium, & actionum quorumcúmque hæreditariorum dict. quondam Ioannis Francisci, retinendam donec & quousque dicta D. Catharina legitimum Inuentarium faciat, vel confecisse docuerit, & cautionem vt supra præstet: Et commissa mihi causa, in gradu appellationis, Domini hodie dictam sententiam confirmandam esse dixe-
1 runt: † Quandoquidem ex coniecturata mente Testatoris, de Fideicommisso, ad fauorem Confraternitatis videtur non posse dubitari, etiam in casu, quo Domina Catharina nullos filios habebat, quamuis vocatio Confraternitatis in verbis solùm concepta sit in casu quo habeat filios, & illi posteà sine filiis decedant, *Laderch. cons. 72. num. 2. cum pluribus seqq. Menoch. præsumpt. 65. num. 2. lib. 4. Fusar. quæst. 460. per tot.* & sæpius decidit Rota præsertim in *Bononien. Fideicommissi de Grifombus, 18. February, 1619. coram bon. mem. Buratto, & in Perusina Fideicommissi de Baptistis, 15. Decembris, 1628. coram D. meo Pirouano,*

2 Et ratio est, Quia † Confraternitas in Casu sequuto, quo Catharina transiit ad secunda vota, fuit illi, eiúsque filiis vulgariter, & per fideicommissum respectiuè substituta, ita vt in D. Catharina, cùm adierit hæreditatem, solùm possit habere locum fidei-commissaria, si nullos habeat filios, aut filij ante eam sine filiis prædecedant, respectu verò filiorú potest habere locum vulgaris, casu quo nulli extent, aut præmoriantur eius matri sine filiis, perinde ac, si nulla facta mentione filiorum, Confraternitas esset immediatè per fideicommissum Catharinæ Substituta; † 3
Quia gradus caducati ob non existentiam filiorum, & conditiones in eis appositæ non attendúntur, sed pro non scriptis habentur, *Bart. in l. quamdiu, num. 10. ff. de acquir. hered. Crauett. cons. 183. per tot. Peregr. de fideicomm. art. 15. num. 17. Fusar. quæst. 469. num. 32. & 37. Ioseph. Sisse decis. Aragon. 50. per tot. Rota in supradictis Bononien. & Perusina, & in Romana Fideicommissi de Angelis, 7. Iulij, 1627. coram me:* † In casu verò quo filij extarent, & illi posteà quandocúmque de- 4
cederent sine filiis, intraret etiam quoad eos fideicommissaria ad fauorem Confraternitatis, iuxtà expressa verba Testatoris.

† Quibus sic stantibus, clarum est, quòd petente 5
Confraternitate Fideicommissaria, D. Catharina tenetur Inuentarium conficere de omnibus rebus hæreditariis, aut docere illud legitimè confecisse, *Bart. in l. cum tale, §. Titius, num. 2. ff. de cond. & demonstr.* & ibi *Paul. de Castr. num. 5. vers. nota ergo, Cephal cons. 54. & Roland. de Inuent. par. 3. quæst. 12. Fusar. quæst. 512. per tot.* Et ratio est, Quia † hæres grauatus tenetur fideicó- 6
missario de bonis hæreditariis rationem reddere, *d. l. cum tale, §. Titius,* & ibi *Bart.* Inuentarium autem est rationis caput, † & sic illud conficere debent omnes, 7
qui rationem reddere tenentur, *l. orphana, fab. & leg. nulli, C. de Episcop. & Cler. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 28. num. 3.*

Tenetur etiam Domina Catharina, ob eandem rationem, videlicet quia est grauata, vt dictum est, Confraternitati cauere, *leg. cum Artemidoram, C. vt legat. seu fideicom. nom. cau. & tot. tit. ff. eodem,* Et argumento à speciali benè probat Text. *in leg. iubemus, §. in supradictis, C. ad Trebell. Bart. in d. §. Titius,* & latè *Fusar. quæst. 515. per tot.*

Vnde meritò in dicta Sententia fuit concessa Immissio Confraternitati, in casu † quo Domina Catha- 8
rina non faciat Inuentarium, aut doceat confecisse, & non caueat, iuxtà Text. *in l. si certa forma, 22. C. vt in possess. legat. Bertrand. cons. 96. num. 5. lib. 1. Cephal. cons. 38. num. 3. Plot. de in lit. iurand. §. 26. in fine num. 6. Peregr. de Fideicomm. art. 40. num. 14. in fine* quos refert & sequitur *Fusar. dict. quæst. 515. num. 5.* qui licèt solùm loquantur in casu quo hæres grauatus non præstat cautionem, cum non possit ad cautionem deueniri nisi appareat super quibus bonis cautio præstanda sit, quòd nisi per Inuentarium constare non potest, idem, ex rationis identitate, dicendum est, † si 9
recuset facere, aut docere fecisse Inuentarium, & fuit de mente *Bartoli in dicto §. Titius.*

Et ita, &c.

Leodien. Decimarum.

Ven. 7. Iuny, 1630.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Assistentia Iuris communis, cum quasi possessione generali, decimandi, sufficit pro manutentio-ne,*

ne, etiam quoad Terras particulares: fallit vt num.3.

2 *Cistercienses Moniales non tenentur soluere Decimas de terris quas excolunt propriis sumptibus, stante priuilegio Sixti IV.*

4 *Exceptio clara, respiciens petitorium, admittitur, etiam in iudicio possessorio.*

DECISIO CCLXI.

DOMINI dixerunt standum esse in vltimo loco decisis coram me *sub die 25. Iuny*, 1629. Et sic denegandam esse manutentionem Capitulo, & Canonicis Aquen. in quasi possessione percipiendi Decimas, ex Terris, vulgò, Bonartis, cultis per Moniales Roberti Montis earum sumptibus, & expensis, Quia de huiusmodi quasi possessione Capituli, quando supradictæ Terræ ab ipsis Monialibus coluntur non constat, quemadmodum latiùs ostensum fuit in dicta Decisione.

1 Neque obstat † quòd ex quò dictæ Terræ sitæ sunt intra fines Parochiæ S. Remacli, quæ est prædictorum Capituli, & Canonicorum, ipsis competat manutentio, ex iuris assistentia, cum generali quasi possessione decimandi in terris sitis intra fines dictæ Parochiæ, *Abb.cons.54.num.3.in princip.lib.1. Maresc. var.resol.lib.1.cap.11. num.27. Seraph.decis.1047.nu.1. & decis.1315.nu.6.* Idque etiam in Terris, quæ à dictis Monialibus, propriis earum sumptibus coluntur, per

2 Text. *in cap. nuper, de Decim.* Quia † prædictæ Moniales à solutione Decimarum, ex Terris quas propriis sumptibus colunt, sunt exemptæ, per amplum priuilegium Sixti IV. quo Monachi, & Moniales Ordinis Cisterciensis (quales sunt dictæ Moniales Roberti Montis) à solutione Decimarum, ex Terris, propriis eorum expensis, cultis eximuntur cum expressa derogatione Concilij generalis, de quo in d.

3 *cap. Nuper.* † Quo priuilegio stante, prædicta Iuris assistentia, & quasi possessio generalis Capitulo quoad Terras, de quibus agitur non suffragatur, *Marescott. vbi supra, num.11 & 32. Greg. XV. decis.312.nu. 1. Rota apud Reuerendissim. Dominum meum Decanum decis.261.num.1.*

Non obstat quòd exceptio dicti Priuilegij sit reij-

4 cienda ad petitorium, † Quia id procederet si de illius existentia, & dispositione posset dubitari: sed cùm de eius existentia non dubitetur, & eius dispositio sit clara ad fauorem Monialium, illius exceptio, etiam in hoc Iudicij possessorio, est admittenda, *Seraphin. decis. 810. num. 4. Greg. XV. decision. 425. num 3.*

Et ita vtraque, &c.

Leodien. Diuortij.

Ven. 7. Iuny, 1630.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Mulier vbi commorari debeat pendente lite super diuortio, relinquitur arbitrio Iudicis. Et an Monasterium dicatur locus tutior, num. 2.*

DECISIO CCLXII.



VIT resolutum: Impartiendam esse licentiam D. Catharinæ exeundi à Monasterio, Quia licèt in illud, custodiæ causa, per Rescriptum Signaturæ, instante Gerardo viro, ingressa fuerit, durante lite super prætenso per eam diuortio, ob dicti Gerardi sæuitiam, & deinde Rota declarauerit duos eorum filios infantes esse educandos penès D. Catharinam, in Monasterio, expensis viri, iuxtà Consuetudinem illarum partium: Quia tamen eadem Signatura, instante dicta Catharina præscripsit, vt *præfixo dicto Gerardo termino ad præstanda alimenta filiis, & eo elapso procederetur ad vlteriora in causa, ac si in dicta prima Commissione, ad instantiam Gerardi emanata, non adesset clausula; Repetita priùs dicta Catharina in Monasterio*; Propterea cùm dicto Gerardo, seu eius legitimo Procuratori, die 29 Iul 1629. fuerit præfixus terminus sexaginta dierum, ad præstãda dicta alimenta, & hue vsque non constiterit de paritione; quinimò constet de renitentia, ex fidibus Abbatissæ, & Monialium: propterea, vigore dictæ secundæ Commissionis cum dicta clausula *ac si, &c.* negocium fuit reductum ad terminos iuris communis, quo attento, † locus, vbi interim mulier debeat commorari, relinquitur Iudicis arbitrio; videlicet, vel apud aliquam honestam matronam, vel consanguineos; aut demum in aliquo religioso loco, *cap. ex transmissa*, & ibi *Hostiens. num.5. de rest. spol. Farin. de delict. Carn. quæst. 143. num.218.* In præsenti autem, iuxtà facti, & personarum circumstantias, Domini arbitrarunt, Impartiendam esse Catharinæ dictam licentiam exeundi à Monasterio, vt possit commodiùs in Domo Patris sui, vnà cum filiis commorari, quàm in Monasterio, attenta maximè qualitate dicti eius patris; qui vt deponunt Testes, est vir nobilis, & in illis partibus notæ æstimationis, & auctoritatis. 1

Vnde non obstat, † quòd Monasterium videatur locus tutior, vt fuit dictum in *Terdonen. separationis Thori, 24. Ianuarij, 1599. coram Penna*, Quia termini sunt diuersi, stantibus circumstantiis supradictis; videlicet commodioris educationis filiorum, & Domus paternæ, patrísque qualitatis. a

Minùs obstat, quòd Gerardus non teneatur ad dicta alimenta, cùm Catharina gaudeat dote quingeotorum florenorum annuorum, quæ pro se, filiísque suis alendis sufficiunt, vt dicunt Testes, Quia quicquid sit de hoc, vrget præcisum Rescriptum Signaturæ supradictum, & Rotæ Decisio.

Et ita vtraque, &c.

Cæsaraugustana Canonicatus.

Lun. 10. Iunij, 1630.

ARGVMENTVM.

Beneficium, vacans per obitum vnici Subcollectoris, est reseruatum, & quomodo quis probetur vnicus Subcollector; Et an ad effectum Reseruationis sit necessaria acceptatio, & exercitium Subcollectoriæ, vel sufficiat sola deputatio. Reseruatio condonata Capitulo, ratione mensis, an impediat

impediat Reseruationem ex alio capite resultantem. Vacatio per obitum quando dicatur consumpta Et, an & quando Successor in Beneficio iuuari possit titulo Prædecessoris: Et ex quibus probentur requisita ad Gratiæ iustificationem.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vacans per mortem vnici Subcollectoris est reseruatum per* Reg.4.*hodie* 5. Cancellariæ.
2 *Subcollectoris deputatio probatur ex Literis patentibus Nuncij Apostolici.*
3 *Subcollector, ad effectum Reseruationis, non requiritur, quod Subcollectoriam acceptauerit, aut exercuerit, sed sufficit sola deputatio, etiam quòd illam non viderit, neque receperit licèt quandoque Rota de hoc dubitauerit, vt num.4.*
5 *Subcollectoria acceptatio ex quibus probetur.*
6 *Iuramentum, solitum extraiudicialiter præstari præsumitur fuisse præstitum.*
7 *Iuramentum, requiritur in Subcollectore, solùm ad effectum exercitij, non autem Reseruationis.*
8 *Subcollector vnicus præsumitur, nisi contrarium probetur.*
9 *Subcollector reuocatus censetur per deputationem alterius Subcollectoris.*
10 *Reseruatio beneficiorum condonata Capitulo, ratione mensis, cum clausula* dummodò illa dispositioni Apostolicæ reseruata, vel ex generali Reseruatione, affecta non fuerint *non impedit, quia stante reseruatione ex alio capite, Collatio spectet ad Papam.*
11 *Papa non præsumitur sibi voluisse in Reseruationibus præiudicare in vno casu, & non in alio, si non adsit ratio disparitatis.*
12 *Vacatio consumpta dicitur per prouisionem alterius cum supplicatione registrata, etiam non apprehensa possessione.*
13 *Reseruatio intrat, si Beneficiatus decedit in Curia.*
14 *Successor in beneficio iuuari non potest titulo Prædecessoris, dum hic non fuit triennalis possessor pacificus, sed tenetur Gratiam Prædecessoris iustificare, & num 15.*
16 *Subrogatus in iuribus duorum defunctorum potest venire independenter ex vna, aut ex altera vacatione.*
17 *Clericatus probatur ex Literis patentibus Ordinarij.*
18 *Oriundus ex aliquo, loco quis probatur ex Testibus, desuper examinatis.*
Valor Beneficij probatur ex Testibus.
19 *Item præsentia in Curia.*
20 *Obitus probatur ex partita libri defunctorum, per tenorem extracta.*

DECISIO CCLXIII.

CVM Canonicatus, de quo agitur, vacaret de mense Martij, per obitum Hieronymi Fernandez de Heredia, in Ciuitate, & Diœcesi Cæsaraugustana, Subcollectoris Apostolici, de eo, vti reseruato, fuit à Sede Apostolica prouisus Hieronymus de Exea: à Capitulo verò Cæsaraugustano; ad quod, vigore, *Bulla Secularizationis Clem. VIII.* spectat collatio Canonicatuum, vacantium in mensibus Martij, & Septembris, fuit prouisus, & in possessionem immissus Petrus Hieronymus Martinez. Cùm autem prædictus Hieronymus de Exea obierit in Curia, possessione, nondum capta, fuit ab eadem Sede de dicto Canonicatu, prouisus Hieronymus Compan, cum plena subrogatione in omnia iura dicti Hieronymi de Exea, qui propterea veniens, tam ex vacatione per eius obitum, quam Hieronymi de Heredia, obtinuit hodie disputari: Cui dictis Canonicatus debeat adiudicari: Et fuit resolutum: Adiudicandum esse Hieronymo Compan Informanti: quandoquidem, aut vacatio, per obitum Hieronymi de Heredia, non fuit consumpta per prouisionem
Hieronymi de Exea, † & cùm ille fuerit vnicus Sub- 1
collector in Ciuitate & Diœcesi Cæsaraugustana, dictus Canonicatus est reseruatus per *Reg.* 4. hodie *quintam Cancellariæ*; vt sunt clara verba, *Gonzal. ad Regul.8.gloss.51.num.67.cum sequ.* Et pluries decidit *Rota*, & signanter *Decis. 715. num.5.par.1. recent. & in Lician. Canonicatus, 26. Maij, 1629. coram R.P.D. meo Dunozetto*, & nuper in *Cremonen. Canonicatus, 14. Ianuarij, & 15. Aprilis præsentis anni, coram me.*

Quòd verò Hieronymus de Heredia fuerit Sub-
collector Apostolicus, † apparet ex Literis Paten- 2
tibus Illustrissimi Nuncij Hispaniarum, *Gonzal. vbi supra, Rota dicta decis.715. num.4. & d.decis.152.nu.3.*
Et licèt † non requiratur quòd Subcollectoriam ac- 3
ceptauerit, aut exercuerit, sed sufficiat sola deputatio, etiam quòd illam non viderit nec receperit, iuxtà magis veram sententiam, *Mandos. super. reg. ad Reg.4.quæst.4.vbi* rationem assignat, *Simonet. de reseru. quæst.33.num.8. & seqq. Æneas de Falcon. de reseruat. quæst.3.in princip.num.16. Choquer. super dicta Reg.4. num.20.* quam Rota tam antiqua quam moderna sequitur, vt in *decis.11. de præbend. in non. Verall. decis. 141.num.1.par.2. Put decis.329.num.4 par.2.in correct.* cũ aliis in dicta *Cremonen. Canonicatus coram me*: Nihilominus, quatenus acceptatio requireretur, prout
requiri † quandoque Rota dubitauit, vt habetur apud 4
Garz. de benef.par.5.cap.1.num.346. benè probatur, †. 5
ex quò dictus Hieronymus Heredia, vti Subcollector obtinuit exemptionem à iurisdictione Illustrissimi Archiepiscopi Cæsaraugustani, & dedit mandatum procuræ ad præstandum Iuramentum de fideliter exercendu, quæ citra nomen Subcollectoris fieri non possunt, vt ad sensum patet: & in simili fuit dictum
in *dicta Cremonen. Canonicatus, coram me*; † Quoad Iu- 6
ramentum vltrà quòd, cùm soleat extraiudicialiter præstari, præsumitur fuisse præstitum, *Crescent. decis.2. de iur. iur.* † ad effectum Reseruationis non requiri- 7
tur, sed solum, ad effectum exercitij, *Put. decis. 329 libr. 2.*

Quòd pariter dictus Heredia fuerit Subcollector
vnicus † prout Regula exposuit, præsumitur, nisi 8
contrarium probetur, vt post *Mandos.* & alios, *Garz. de benef.num.5.par.1.recent.Rot.decis.recent.* & in dicta Cremonen. coram me.

Et cessat difficultas, tum quia in Literis deputatio-
nis, vnicus enunciatur. Tum etiam quia, † quando de 9
tempore deputationis adfuisset alius Subcollector, ille per deputationem secundi censeretur reuocatus, ad *l. quis, §. Iulianus, ff. de procur.* Et in puncto *Bellenc. in tract. de charit. subsid. q.109 in princ. Mand. ad Reg. 4.q.10.nu.2. Rota decis.9. de offic. deleg. in nou. & d.decis. 715.nu.6. & d.decis.251.num.5.par.2.recent.*

Stante autem d. Reseruatione, ex capite Subcollectoriæ, quamuis d. Canonicatus vacauerit in mense Martij, prouisio, & collatio illius non spectat ad Capitulum, sed ad Papam, nam prædicta Bulla Secularizationis, cui innititur Petrus, à Capitulo prouisus, indulget quidem Capitulo collationem beneficio-
rum vacantium in mensibus Martij, & Septembris; † 10
attamen non simpliciter & absolutè, sed cũ clausula,

*dummodo dispositioni Apostolicæ reseruata, vel ex gene-
rali reseruatione affecta non fuerint.* Et sic fuit con-
donata Capitulo solùm illa Reseruatio, quæ proue-
nit, ratione mensis, quæ non impedit quin stante
Reseruatione ex alio capite, collatio spectet ad Pa-
pam, iuxta ea, quæ tradit *Gonzal. ad Reg* 8. *gloss.* 45.
§.1. *n.*67. & dixi in *Colimbrien. Canonicatus* 24. *May*
1599. *coram bo. me. Cardinali Millino.*

Neque obstat si dicatur quòd cum d. clausula
Dummodo &c. in Bullâ Secularizationis sit apposita
immediatè post facultatem conferendi concessam Ar-
chiepiscopo in mensibus Iunij, & Decembris, ad illam
solùm sit referenda, non autem ad d. facultatem datã
Capitulo, quæ præcesserat, Quia ex serie, & contex-
tura verborum, iuxta eorum naturalem sensum, vt
Dominis videbatur ad vtrámque facultatem refer-
tur; maximè cùm sit in fine apposita, & nulla dispa-
ritatis ratio assignari possit, quare Papa voluerit pin-
guiorem Collationem Capitulo, quàm Archiepisco-
11 po concedere; † nec quod sibi voluerit in Reserua-
tionibus præiudicare in vno casu, & non in alio,
*Felin. in cap. nonnull. n.7. de rescript. Sarnen. in proem.
reg. quæst.5.n.2. Rota decis.666. n.8. par.1.& decis.569.
n.6.& 7.par.2.recent.* Quinimò clarè constare videtur
de contrariâ Papæ voluntate, dum inferiùs in *d. Bul-
lâ, in vers. & nihilominus*, conceditur Aragonum Re-
gibus ius nominandi ad Dignitates, & Canonicatus
vacantes in quatuor mensibus, de quibus ibi, etiam
quòd aliàs dispositioni Apostolicæ essent reseruati,
seu affecti, ita vt hæc exceptio, quoad Regem, firmet
voluntatem Papæ in contrarium, quoad Canonicos,
& Capitulum, ex iuribus vulgatis.

Aut verò vacatio per obitum Herediæ fuit con-
12 sumpta † per prouisionem cum supplicatione regi-
stratâ Hieronymi de Excâ, etiam non apprehensâ
possessione, prout verè consumpta videtur, *Rebuff.
cons.48. num.1. Paris. de resign. lib.10. quæst.6. num.54.
Gonzal. ad reg.8. gloss.15.§.1. num.33.* Et fuit dictum in
Legionen. Canonicatus 10. *Decembris* 1627. *coram R.
13 P. D. meo Dunozetto.* Et in hoc casu † Reseruatio est
clarior, ex quò dictus Exca decessit in Curiá, *cap.
præsenti, de præbend. in* 6. *Simonett. de reseruat. quæst.* 30.
*num.*1. *Gonzal. ad Reg* 8. *gloss.*13. *num.*47.& 68. *Rota
decis.*17. *de præbend. in antiq.* Et multò minùs potest
intrare prætensio Capituli, quamuis dictus Exca de-
cessetit in mense Capituli, videlicèt in mense Se-
ptembris; cùm hæc reseruatio sit expressè exceptoa-
ta in d. Bulla Secularizationis.

14 Neque obstat si dicatur, quòd † quatenus Hiero-
nymus Compan prætendat vacationem, ex personâ
Hieronymi de Exeâ, dum hic non fuit triennalis pos-
sessor pacificus, non possit ille iuuari *allegatione Lap.*
89. de quâ etiam *Cassad. decis.* 2. *in fin. de caus. poss.&
15 prop.* † Sed teneatur Gratiam dicti Hieronymi de
Excâ iustificare, *Rebuff. in tit. de Subrogat. num.*15.&
super concord. tit. de mand. Apost. §. *declarantes in verb.
successores, circa fin. in vers. in super subrogatos Ægid.
decis.*112. *Cassad. dictâ decis.*2. Et fuit sæpissimè resolu-
tum: Quia vltrà quòd ex supradictis Gratia dicti
Hieronymi de Excâ videtur satis iustificata: cessat pe-
16 nitùs cùm † Hieronymus Cõpan sit in iuribus vtri-
úsque subrogatus, & possit venire independenter ex
vnâ, aut alterâ vacatione, ita vt si vacatio Hierony-
mi de Herediâ non fuit consumpta per prouisionem
Hieronymi de Exeâ, quando illa non esset iustificata
possit ex integro venire ex vacatione per obitum
Hieronymi de Herediâ, ex dictâ Reseruatione, ratio-
ne Subcollectoriæ.

In reliquis autem Gratia Hieronymi Compan vi-
sa fuit Dominis in omnibus iustificata; nam illius
17 Clericatus † probatur ex litteris patẽtibus Ordinarij,
*cap.*2. *vbi Abb. in* 1. *notab. de Cleric. peregr. Gramm.
decis.*87. *Rota decis.*16. *de probat. in antiq. & in Neo-
castren. Parochialis* 16. *Ianuarij proximè præteriti co-
ram me*: † Quòd sit oriundus ex Diœcesi Cæsarau- 18
gustanâ: & quòd valor Canonicatus non excedat
ducat 24. & cõputatis distributionibus ducatos 500.
ex Testibus desuper examinatis, *Greg. XV. decis.* 35.
*num.*2.& *decis.*38. *num.*3. & *in Maioricen. Beneficij* 3.
præsentis mensis coram R. P. D. meo Merlino: † Præ- 19
sentia eiusdem in Curiâ, ex eisdem Testibus; Et de-
mum † quòd Hieronymus de Excâ obierit in mense 20
Septembris in Curiâ, probatur ex partita libri defun-
ctorum per tenorem extracta, *Imol. cons.* 110. *in fin.
Rota decis.* 605. *num.*4. *par.*2. *recent.* & *decis.*78. *nu.*2.
apud Greg. XV. & fuit sæpius firmatum.

Et ita, &c.

Anconitana Censuum.

Lun. 10. *Iunij*, 1630.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria petitio quando videatur calumniosa, remissiuè.*

2 *Testes deponentes de existentia aliorum bonorum defuncti, non descriptorum in Inuentario, quomodo interrogari debeant.*

DECISIO CCLXIV.

POST litem in partibus, & in Curia diu
agitatam, & Testes etiam diu in parti-
bus, & in Curia examinatos, multásque
decisiones super bono iure factas, &
duas sententias conformes, ad fauorem
DD. de Leonibus, vnam extra Rotam, aliam verò in
Rota latas, quæ transitum fecerunt in rem iudicatam,
& Causam, sunt iam, circiter vndecim anni sine in-
termissione discussam, in gradu restitutionis in inte-
grum per Triumphos commissam; ita quod lis vi-
deretur breui terminanda: Domini de Triumphis
petierunt Remissoriam, ad probandum, fuisse multa
bona in hæreditate Petri, non descripta in duobus In-
uentariis, desuper factis, & alia huiusmodi, tendentia
ad augendam illius hæreditatem; & sic ad extinguen-
dum, aut diminuendum effectum Subsidiariæ, per
Leonios contra eos intentatæ: de quo effectu latiùs
in supradictis Decisionibus & Sententiis. Vndè hodie
proposui Dubium: An dicta Remissoria esset conce-
denda: † Et Dominis primò aspectu videbatur eam 1
non carere calumniæ præsumptione, petique ad im-
pediendam imminentem causæ expeditionem, & ad
Leonios pauperes defatigandos: Tum quia, vt dictum
est, fuit lis diu agitata, & testes examinati in partibus,
& in Curia bonáque Petri per Creditores hæredita-
rios latè discussa, eiúsque hæreditas habita semper
pro omninò exhausta, & non soluendo; ita vt, in di-
sputationibus habitis per tam longum tempus, fue-
rit hoc semper præsuppositum, vti certum & indubi-
tatum: Et quia articuli continent ferè idem quòd
quædam reuelationes de dictis prætensis bonis in In-
uentariis non descriptis, factæ ante examen Testium
supradictorum, de quibus propterea dicti Testes po-
tuerunt facilè interrogari, & quicquid de hoc sit, aut
esse potuit, videtur iam euacuatum, & discussum in

dictis

dictis Decisionibus : Tnm etiam quia Petrus obiit anno 1591. & Inuentaria fuerunt eodem anno facta; adeò vt difficile admodum videatur, vt repetiri possint Testes, qui relenanter de bonis, tunc oon descriptis in Inoentariis, identifiee attestari possint ; nempè cum expressione qualitatis, quantitatis, & valoris ; & prætereà quia in omnem easum Remissoria videbatur irreleuans ; ex quò tone Leonij erant infantes, ex latè deductis in Decisionibus coram me factis : Et demum eò magis calumniæ præsumptio apud Dominos vigebat, Quia cùm causa, esset iam in statu supradicto, articoli nimis generieè sunt concepti, non benè distinguentes, quæ, & qualia bona essent vltra contenta in Inuentario, & an libera fuerint domi reperta, aut aliter manifesta ; & earum descriptio non potoerit sine culpa prætermitti, ita vt eorum omissio imputari possit Leonibus, seu eorum Tutoribus ; nec pariter cuius essent valoris, ex quibus apud Dominoa erat etiam alia non leuis suspicio, videlieet, quòd facta probatione, ita generica Triumphi ad supradicta liquidanda, & specificanda, ac magis causam differendom petant aliam, ae aliam Remissoriam.

Verùm quia Triumphi dicebant, viuere adhuc quosdam ex his qoi fecerant reuelationes supradictas ; & in effectu negari non possit quin aliqui ex dictis articulis releuare possint ad diminuendam Subsidiariam ; proptereà post non modicam habitam inter Dominos disputationem, maior eorum pars inelinauit vt Remissoria concedatur, cum eo tamen, & non aliter quod Triumphi addant articulos continentes specificè bona quæ prætendontur non fuisse
2 descripta in Inoentariis ; † taliter quòd Testes interrogentur etiam de quantitate, qualitate, & valore, ita vt, ad effectum liquidandi, non sit opus alia Remissoria ; quia clarum est quòd iidem Testes, qui deponent de existentia boaorum, & non alij debent etiam deponere de quantitate qualitate, & valore.

Et ita vtraque, &c.

Illerden. Canonicatus.

Ven. 14. Iunij, 1630.

ARGVMENTVM.

Supplicatio originalis attendi debet non autem eius sumptum, quando inter se discrepant. Mandatum de nominando, quod præcessit Gratiam Papæ, An importet nominationem, ad effectum iustificationis Gratiæ, in qua dicta nominatio fuit narrata : Et an sufficiat illam post Gratiam, actualiter fieri, ita vt retrotrahatur ad diem datæ Gratiæ. Et plura alia notanda, quæ habes in Summario,

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio attendi debet, nec potest ab Expeditoribus alterari.*

2 *Sumptum ex Registro supplicationum fidem facit, iuxta modernum stylum Curiæ : Declara, vt n. 14. 15. & 16.*

3 *Sumptum Bullarum probat etiam iuxta stylum antiquum : Declara vt n. 16.*

4 *Erroris præsumptio excluditur, ex geminatis scripturis in contrarium.*

5 *Collatio facta à Papa, ad nominationem Canonici Turnasij, dicitur actus Iustitiæ.*

6 *Gratia corruit, narratis non iustificatis.*

7 *Lis dicitur esse iudicium fortunæ.*

8 *Et facit rem dubiam, & variam.*

9 *Scriptura lectura illa amplecti debet, quæ est rationi conformis, & magis verisimilis.*

10 *Datariæ stylus est vt vno verbo plurali comprehendantur plures personæ, in numero singulari expressæ.*

11 *Supplicatio originalis attendi debet, non autem sumpta Registri Supplicationis, & Litterarum, in casu discrepantiæ, & nu. 14.*

12 *Registrum, & inde sumpta veniunt reformanda, iuxta originalem Supplicationem.*

13 *Instrumentum publicum, discrepans à Matrice, seu Prothocollo, debet secundum illud corrigi, & emendari.*

15 *Transumptum Supplicationis non meretur fidem, quando nec Supplicationi originali fides datur.*

16 Put. decis. 130. lib. 3. & Rota decis. 407. par. 1. rec. *firmantes quod Sumpto ex Registro Supplicationis non creditur, si agitur de canonizanda Gratia, declarantur.*

17 *Narrata iustificari debent, de tempore datæ Gratiæ.*

18 *Nominatio facta censetur ex mandato ad nominandum, ad effectum iustificationis Gratiæ, in qua illa fuit narrata. Et contraria, de quibus, n. 21. declarantur n. 25. 53. 54. & 25.*

19 *Consensus sufficit quòd quandocunque aut quomodocunque præstetur, quando non est adhibendus pro forma, nec ob publicum, sed priuatum fauorem, & interesse ; Et habetur ac si fuisset à principio præstitus, nu. 39. & 41.*

20 *Consensus, debentis nominare, probatur ex solo mandato ad nominandum.*

21 *Mandatum ad nominandum non est nominatio: Declara vt nu. 22.*

Mandatum de vendendo non est venditio.

22 *Mandatum ad vendendum vni, si quis dederit, an & quando nihilominus possit alteri vendere.*

26 *Ex alternatiuis sufficit alterum verificari.*

27 *Mandatum ad nominandum certam personam, si quis dederit, dum illud non reuocauit, censetur semper esse in eadem voluntate, & sic continuò nominare.*

28 *Nominatio facta, iuxta Gratiam Papæ, vbi & per quem annotari soleat.*

29 *Nominatio ex quibus facta præsumatur.*

30 *Notarij Cameræ non solent consensum, nisi iam præstitum, annotare, & in his annotationibus, de stylo, non solent admitti Testes, n. 31.*

32 *Liber Cancellariæ, vel Cameræ, in quo annotantur consensus præstiti, attendi debet, tanquam matrix, quando circa diem rogitus illorum adest varietas in exemplis : Declara, vt n. 37.*

33 *Notarij Romanæ Curiæ tenentur ex* Reformatione Pauli V. *quolibet trimestri ligare Instrumenta in suis Prothocollis.*

34 *Consensus est actus reiterabilis.*

35 *Consensum præstitum fuisse apud Notarium Cameræ, probari potest, non solùm per publica Instrumenta, sed etiam per præsumptiones, & Testes; præsertim si non agatur contra eum, de cuius consensu quæritur.*

36 *Consensus præstitus esse potuit, & non prothocollari.*

38 *Nominatio retrotrahitur ad diem Datæ Gratiæ, si illa postea actualiter sequatur.*

40 *Retrotractio, ad hoc vt fiat, sufficit; vt Terminus, ad quem illa fit, sit habilis in potentia.*

41 *Retrotractio fieri non potest, si medio tempore fuit alteri ius quæsitum.*

Retrotractio, ad hoc vt fieri valeat, terminus à quo debet esse habilis; ita vt intra illum potuerit actus fieri.

43 *Nominatio, & possessio capta, & facta respectiuè, lite pendente sunt attentata.*

44 *Lis nihil aliud, est quàm discordia iudicialis.*

45 *Discordia probari debet de tempore, quo fuit narrata.*

46 *Canonicus præsens in Capitulo, & non contradicens resolutionibus capitularibus, habetur pro consentiente: Declara, vt nu. 47. & 48.*

DECISIO CCLXV.



N Ecclesia Illerden. (in qua Collatio & prouisio Canonicatuum, cessantibus Reseruationibus, Affectionibus Apostolicis, ad Ordinarium, & Capitulum, ad nominationem tamen Canonici Turnarij, spectare dicitur) Vacauit, de mense Septembris 1618. Canonicatus, de quo agitur per obitum Petri Roselli: sed cùm Simon Cortes, & Gaspar Virgilius fuissent, vigore Turni, in discordia nominati, nempè Simon ab Onuphrio Alentorn, Gaspar verò à Ioanne Paulo Myà Canonicis dictæ Ecclesiæ, prætendentibus in Turno existere: Gaspar præfatus obtinuit de dicto Canonicatu, à Papa prouideri, cum narratiua de qua infra; Et mota desuper lite, eaque in Rota introducta: fuit disputatum coram bo. me. Vbaldo; An dicta Gratia esset iustificata; Et sub 5. Iunij 1620. Domini responderunt affirmatiuè; deinde sub. 9. Decembris eiusdem anni responderunt negatiuè; Et tandem die 29. Maij 1623. recedendo à secunda Decisione, steterunt in decisis primo loco; Concessa autem Simoni noua audientia, perstiterunt hodie in dicta vltima Decisione, & sic pro iustificatione Gratiæ.

Non fuit quicquam dubitatum, nec dubitari potuit, circa iustificationem narratiuè Clericatus, & originis ex Ciuitate Tarraconen, nec valoris, & obtentorum, prout nec residentiæ in Curia; nec tandem quòd Gaspar paruerit Decreto, vt intra annum susciperet gradum Doctoratus, hæc enim omnia benè fuerunt iustificata, ex iuribus de quibus in summario primæ positionis, ac per Dominos approbata in *dicta prima Decisione in principio.* Sed tota difficultas reducebatur circa iustificationem narratiuæ, in illa parte, ibi, *Asserenti te ad Canonicatum & Præbendam præfatam à Ioanne Paulo Mya Canonico eiusdem Ecclesiæ in Turno existere, nonnullis verò alijs Turnum huiusmodi ad se spectare prætendentibus, in discordia prædicta nominatum fuisse seu nobis nominari.* Quandoquidem pro parte Simonis, contra eius iustificationem, tria opponebantur: Primum non fuisse narratum, quòd Canonicus Ioannes in Turno existere prætenderet, & sic quòd existentia Turni fuerit narrata per viam prætensionis, sed assertiuè quòd in Turno existebat, & tamen non fuit iustificatum: Secundum non esse verum, quòd de tempore datæ Gratiæ, nec antea, Gaspar fuerit nominatus per Canonicum Ioannem: Et tandem non verificari discordiam narratam; & de his fuit particulariter actum in dictis tribus Decisionibus; sed quia hodie fuerunt per Informantes pleniùs excitata, & per Dominos examinata, erit etiam de eisdem pleniùs agendum.

Quoad primum, videlicèt non fuisse narratum, quòd Canonicus Ioannes in Turno existere prætenderet, sed certitudinaliter quòd in Turno existebat; Simon se fundabat in quodam sumpto authentico supplicationis, extracto ex Registro secreto, vbi legi-
tur, in *Turno existente*, † Supplicatio autem attendi 1
debet, ita vt non possint eam Expeditores Litterarum alterare, *Abb. in cap. 2. de treg. & pac. Paris. cons. 51. num. 17. lib. 4. Rebuff. in prax. par. 3. in verb. datum, num. 9. Mandos. super Regul. 27. quæst. 15. nu. 6. Gratian. discept. 548. nu. 28. cum seqq. Caputaq. decis. 75. num. 6. par. 1. & Rota decis. 464. num. 4. par. 2.*
recent. † Et non est dubium quin iuxta vsum, & sty- 2
lum modernum Curiæ, Sumptum ex Registro supplicationum, fidem faciat, *Mandos. ad Reg. de non iudic. iuxta form. supplic. quæst. 6. nu. 2. Add. ad dec. 28. de prob. in antiq. Crescent. decis. 2. de fid. Instr. Rota decis. 407. num. 2. & 3. par. 1. recent.*

Et præterea quòd lectura dictæ Supplicationis, *in Turno existente* sit vera, non autem erronea, confirmabat Simon ex pluribus: Primò ex alio sumpto authentico Bullarum, ex Registro Bullarum extracto, in quo pariter, sic legitur, *Ioanni Paulo Mya in Turno exi-*
stente; † Cui Bullarum sumpto (quicquid sit de sum- 3
pto Supplicationis) fides datur; etiam iuxta stylum antiquum. *Sarnen. ad dictam Regulam de non iudic. quæst. 1. num. 4. vers. hinc est. Bellencin. de carit. subsid. qu. 113. Mandos. ibidem in dicta q. 6. nu. 3. & Add. ad d. decis. Rota 28. de probat. in antiq.* Item ex Instrumẽto consensus reseruationis pensionis, vbi etiam Gaspar asseruit fuisse nominatum à Canonico Ioanne, in Turno existente: Et tandem ex Instrumento cuiusdam nominationis, de eius persona, de qua infra, factæ de anno 1619. & ex quadam fide, extracta ex libro Officialis per obitum, in quibus habetur, nominationem Gasparis fuisse factam à Canonico Ioanne Tur-
nario. † Et tot autem geminatis scripturis excludi- 4
tur omnis erroris præsumptio ad *l. si mulier, la seconda, C. ad Vellean. Cuman. cons. 160. Paris. cons. 9. num. 21. lib. 3. & Crauett. cons. 1698. num. 2.*

Quòd autem huiusmodi narratiua, *in Turno existere*, siue *in Turno existente*, respiciat substantiam Gra-
tiæ, videtur clarum, † Quia si Gaspar fuit nominatus 5
à Canonico Turnario, seu existente in Turno, Papa faciliùs ei prouidit; Cum collatio tunc sit actus iustitiæ, *c. ex frequentibus, de Instit. c. si verò de iurepatr. Ferret. cons. 33. num. 4. Garz. de benef. par. 5. cap. 8. num. 85. Rota decis. 80. num. 3. par. 1. recent. & fuit dictum in Elnen. Beneficij 28 Iunij 1627. coram me:* Si verò nominatus fuit à Canonico, prætendente esse in Turno. tunc collatio fuit de Gratia cùm Ca-
nonicus posset non esse in Turno, † & ideò Papa 6
difficiliùs prouidisset; ergò dum non iustificatur Canonicum Ioannem fuisse in Turno, prout fuit narratum, Gratia corruit, ex Regula textus *in cap. super litteris, de Rescript. Lap. alleg. 49. num. 4. Menoch. de arb. cas. 201. & Rota decis. 150. & ibi add. apud Gregor. XV.*

Hæc difficultas fuit iam breuiter sublata in *dicta prima Decisione in hac causa facta, vers. circa primum,* sed hodiè pleniùs ex facto remouetur; tam ex Supplicatione originali, quàm ex litteris originalibus, desuper expeditis, in quibus leguntur hæc verba: *Qui ad. dd. Canonicatum, & præbendam sic vt præfertur vacãtes, à deuoto vestro Io. Paulo Mya Canonico dictæ Ecclesiæ in Turno existere, nonnullis verò alijs Turnum huiusmodi ad se spectare prætendentibus, in discordia prædicta nominatus fuit, seu nominatur,* Et accedit quòd ex visione dictæ Supplicationis originalis apparet quòd manu tũc Datarij, Dominis nota, fuit correctum verbum *existẽte*; & quidem meritò, quia Datarius præuidit quòd fuit scriptum verbum *existente* per errorem scribentis; cùm iuxta subiectam materiam supplicationis,

& con

& congruum sensum, ac modum loquendi Datariæ,
& Cancellariæ dicta Clausula debuerit formari, vt
legatur *existere*; maximè pro firmiori actus vali-
ditate, ad *leg. quoties, cum vulg. ff. de reb. dub.* Et in pri-
mis iuxta subiectam materiam, & congruum sensum,
quia cùm etiam narretur discordia, circa prætensio-
nem Turni, imò, vt infra dicetur lis iam desuper
7 per penderet, † quæ iudicium dicitur esse fortu-
8 næ, *leg. seruus de stat. homin.* † rémque dubiam, &
variam facit, ad *leg. quod debetur, ff. de pecul.* Conse-
quenter, ac dubio procul narrari debuit, quòd Ca-
nonicus Ioannes prætendebat esse in Turno non au-
tem quòd in Turno existebat, vt sic supplicatio nõ es-
9 set sibi virtualiter contraria, † ita vt prædicta lectura;
vti etiam rationi conformis, & sic magis verisimilis,
veniat amplectenda, *ad leg. ob carmen. §. vltimo, ff. de*
10 *testib. Crauett. cons. 75. num. 20.* † Deinde iuxta stylum
Datariæ, & Cancellariæ, vt vno verbo plurali, vt ibi
moris est, comprehendantur plures personæ in nu-
mero singulari expressè; ita vt verbum, *prætendenti-
bus*, referatur ad Canonicum Ioannem, & nonnullos
alios Canonicos, prætendentes in Turno existere, vti
de facto prætendebant, ac Papa intellexit, & alia in
supplicatione narrata se habent, dum vt dictum est,
discordia fuit etiam narrata, & Papa non tam iusti-
tiam quàm Gratiam fuit Gaspari impartitus, quò fit,
vt obiectum hoc; quòd supplicationibus standum
sit, contra Simonem retorqueatur.

Neque obstant sumpta Registri Supplicationis &
11 Literarum, & alia supra pro Simone ponderata; †
cùm non illis, sed potius supplicationi originali, in
12 qua legitur verbum *existere*, standum sit, † quinimò
ipsummet Registrum, & inde sumpta, veniunt refor-
manda, iuxta originalem supplicationem, *Mandos. in*
13 *dicta Reg. de non iudic. qu. 19. nu. 6.* ex trita Regula, †
Quod Instrumentum publicum, discrepans à matri-
ce, seu Prothocollo, debet secundum illud corrigi, &
emendari, *leg. si quis ex argentariis, §. Prætor,* & ibi
Bart. ff. de eden. Felin. in cap. quoniam contra num. 10. de
14 *probat.* † Vnde in casu nostro, in quo extat suppli-
catio originalis discrepans ab eius Sumpto, non pro-
cedit modernus stylus, quòd Sumpto sit adhibenda
fides, sed potius stari debet Supplicationi originali,
ita vt etiam iuxta modernum Curiæ stylum intrent,
cons. Rom. 336. num. 5. vers. cæterum, & decisiones Rotæ
15 *antiquæ, 1 c. de fid. Instr. & 28. de probat.* dum firmant †
transumpto Supplicationis non esse fidem dandam:
quas sequitur, *Sarnen. in dicta Reg. de non iudic. dicta
quæst. 1. nu. 4.* Prout etiam intrant, & procedunt, quan-
do nec Supplicationi originali fides datur, quia nec
tunc transumpto ab ea, fides dari debet, vt saluando
Rotam antiquam optimè distinguit *Mandos. dicta*
16 *quæst. 6. nu. 2. vers. aut loquuntur:* † & hoc modo etiam
sunt intelligendæ Decisiones *Putei 230. lib. 3. in non.
impress. & dicta decis. 407. par. 1. recent.* in quibus habe-
tur, quòd sumpto ex Registro Supplicationis non
creditur, si agitur de canonizanda Gratia, quia est ve-
rum quando extat supplicatio originalis, discrepans
ab eius Sumpto, aut quando illa non probat, quia
Literæ non sunt ad huc expeditæ, aut alias; extra au-
tem prædictos, & similes casus, soli Sumpto Suppli-
cationis authentico datur fides, iuxtà stylum Curiæ
modernum; quoad omnes effectus, etiam Canoniza-
tionis Gratiæ, sicut, & Sumpto Literarum, vt latè
Mandos. in d. quæst. 6.

17 Secundùm de quo opponebatur, † nempe non iu-
stificari de tempore datæ Gratiæ, nec antea, Gaspa-
rem fuisse Papæ nominatum per Canonicum, Ioan-
nem, vti narratum, fuit, quòd tamen debuit iustifica-
ri de tempore Datæ, *cap. si eo tempore de Rescript. in 6.
Felin. in cap. cum te num. 18. extr. de Rescript. Capuaq.
decis. 58. par. 2.* fuit hodie plenius disceptatum, ex
quò in eo, Informantes pro Simone, faciebant præci-
puum fundamentum, impugnando tres solutiones da-
tas *in dicta vltima Decisione in hac causa factu*; quas
Domini nihilominus amplexi sunt.

Fuit itaque primo loco, in dicta Decisione respon-
sum, satis esse vt Datam Gratiæ, quæ fuit die 8. Octo-
bris, 1618. præcesserit mandatum de nominando, ro-
gatum sub die 8. Septembris præcedentis, † quòd 18
Mandatum donec à Procuratore acceptetur, & se-
quatur actualis nominatio, continet in se implicitam
nominationem, ita vt habeatur pro nominatione, vt
sit verum dicere ad effectum iustificationis, quòd de
tempore Datæ Gratiæ imò, & de tempore Mandati
Gaspar erat nominatus, vt in puncto *Crauett. cons. 76.
num. 5. vers. non obstat, Rota apud Seraph. decis. 1365.
num. 51.* Et in simili apud eundem *Seraph in decis.
1163. & apud Curd. Caual. decis. 28. num 4.* Et ratio
est, Quia † cùm consensus, in hoc, & similibus casi- 19
bus, non sit adhibendus, ob publicum, sed priuatum
fauorem, & interesse; non debet esse formalis, & sic,
aut sic expressus; sed sufficit quandocúmque, aut
quomodocúmque præstetur, siue ante, siue post Da-
tam Gratiæ, etiam ad effectum iustificationis, prout
de iure, iuxta receptam distinctionem, *Doctorum in l.
si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acq. hæred. Bart. in l. 1.
§. sed, & si filius, ff. de leg. 3. Gabr. cons. 2. num. 12. vol. pri-
mo, Bursatt. cons. 39. num. 43.* Et ferè in his terminis,
*Gonzal. in Reg. 8. gloss. 47. num. 28. cum seqq. Cassad de-
cis. 3. vers. & Papa non magis respicit, de renunciat. Achil.
decis. 12. de iurepatr. & Seraph.* vbi supra: † Consen- 20
sus autem Canonici Ioannis, ex solo Mandato ad
nominandum plene probatur, ad hunc effectum, vt in
fortioribus terminis *Mohed. decis. 5. de renunc. Rota
decis. 396. p. 1. & 586. par. 3. diuers.*

Neque obstat, † quòd aliud sit Mandatum ad no- 21
minandum, aliud Nominatio, sicut Mandatum de
vendendo non est venditio; *leg. quod sæpe, §. si quis
amico, ff de contrah. empt. l. aliud est vendere, ff. de verb.
signif. Clem. prima de renunciat. Anchar. cons. 18. num. 3.
in fine, Boer. decis. 48. num. 10. & Rotæ decis. 725. num. 7.
par. 2. recent.* cum aliis *in 1. Decisione in hac causa fa-
ctu* allegatis, Et ferè in his terminis, *gloss. in cap. pe-
nult. §. absens in verb. exprimendum de elect. in 6.* quam
ibi sequuntur *Gemin. num. 5. in fin. gloss. & Franc. etiam
in fine, super eodem verbo*; Ac ideò per Mandatum de
nominando non iustificari narratiuam, quòd Gaspar
erat nominatus de tempore Gratiæ.

Quia fuit benè responsum; † illud procedere ad 22
effectum vt literæ non possint expediri ante actualem
nominationem, iuxta *Regulam 45. Cancellariæ*, &
quoad inducendam obligationem contra Consti-
tuentem, cùm ille possit pœnitere, donec exe-
quatur Mandatum; † sicut qui dedit Mandatum ad 23
venden. vni potest nihilominus alij vendere, quoús-
que per Procuratorem fiat venditio actualis, † ita 24
vt quoad hoc mandatum de nominando non ha-
beatur pro Nominatione, *Crauett. vbi supra Cres-
cent. decisione 9. de procurator. Rota decis. 396. num.
8. parte 1. diuers. & decis. 227. num. 3. parte 2. recent.*
Quò autem ad effectum consensus ex parte Man-
dantis, ita vt pro substantia Gratiæ non sit ne-
cessè probare alium consensum, de tempore Gra-
tiæ, † Mandatum de nominando habetur pro No- 25
minatione, requisita de eo tempore, cùm in effe-
ctu, actus Procuratoris posteà sequutus, non
tam sit nouus consensus, quàm declaratio volun-
tatis sui principalis, iam emanatæ in Mandato,
ad text. *in leg. heredes palam, §. si quid, ff. de
testament.* Et in puncto optimè aduertit, *Cassad.
decisione prima, numero quarto, & quinto de renunc.*

quam solum Papa considerauit, ad eámque respexit,
& se restrinxit vt in supradictis *Decisionibus apud*
Achill.Crescent.Mohed.Seraph.& 586.parte 3. diuers.
vnde non intrat *gloss. in dicto cap. fin.* quia loquitur
de mandato ad eligendum in Capitulo, & per Scru-
tinium, quod ideo non potest haberi pro electione,
quia electio non potuit fieri nisi in Capitulo, & per
Scrutinium; Nominatio autem Gasparis, vt dictum
est, potuit ante, & post Datam Gratiæ fieri.

26 Secundò fuit in dicta Decisione responsum, † ne-
dum verificari vnam ex alternatiuis narratiuæ, vide-
licet Gasparem fuisse ante Datam Gratiæ nomina-
tum, quòd sufficit, *cap. in alternatiuis, de Reg. iur. in 6.*
Sed etiam verificari illam aliam, quòd verè, tunc tem-
pore Datæ Gratiæ fuit actualiter nominatus, tum per
27 ipsummet Canonicum Ioannem vigore mandati, †
qui dum illud non reuocauit, censetur de tempore
Gratiæ esse in eadem voluntate, & sic continuè no-
minare, arg. Text. *in cap. maiores in fin. de Baptismo &*
eius effectu; Et in his ferè terminis; *Mantic. de ta-*
cit. & ambig. conuen. lib. 7 tit. 3. num. 4. & 7. & sentit *Cas-*
sad. in dicta Decisione prima, num. 2. & Rota in supradi-
28 *cta Decisione 396. parte prima diuers.* † & per eius
Procuratorem, vigore dicti Mandati, eadem die Gra-
tiæ, vt probatur ex tribus annotationibus, factis per
Notarium dictæ Cameræ cum eiusdem Subscriptio-
ne. prima à tergo Supplicationis Originalis: secunda
à tergo Literarum prouisionis, tertia & vltima à ter-
go Literarum subrogationis gratiosæ quæ cùm sol-
eant ibi fieri, *Paris. de Resign. lib. 8. quæst. 7. num. 24.*
29 & elatè cantent, † ac sint toties repetitæ, constétque
de mandato præcedenti, & supplicatio fuerit signa-
ta cum narratiua nominationis, visum fuit Dominis
ea eis inducere animum, ad perfectè credendum, tunc
nominationem fuisse actualiter factam, etiam quòd
dictæ Adnotationes sint sine Testibus, ad text. *in leg.*
indicia, C. de rei vendic. Præsertim pro validitate actus
30 & Notariorum legalitate, † Qui non solent consen-
sum, nisi iam præstitum à tergo adnotare, & subscri-
bere, iuxtà not. *per Paris. de resign. lib. 8. quæst. 8. num.*
31 59. † Et tandem quia in his Annotationibus de sty-
lo non solent apponi Testes, vt est omnibus no-
tum.

Neque obstat, si dicatur, quòd in huiusmodi An-
notationibus à tergo non apponuntur Testes, prop-
ter relationem quam illæ virtualiter habent ad li-
bros Cancellariæ, vel Cameræ, in quibus consensus
32 reperitur rogatus cum Testibus; † ita vt quãdo in d. li-
bris reperitur rogatus sub diuersa die, tũc stari debeat
libro tanquam Matrici, non autem adnotationi à ter-
go, *gloss. in auth. de Tabell. in vers. Prothocollum circa*
med. Angel in leg. si duobus in fin. ff. quemad. test. aper.
Surd. cons. 141. num. 8. lib. 1. Rogitus autem in li-
bris Cameræ, & sic in Matrice cantant, nominatio-
nem fuisse factam per Procuratorem 16. Octobris an-
ni 1618. & 8. Octobris 1619. Quibus propterea cre-
dendum, & standum est, non autem Annotationibus
à tergo; maximè concurrentibus infrascriptis, Pri-
mò quòd Instrumentum dicti consensus, præstiti 8.
Octobris, 1619. reperitur insertum in Prothocollo
dicti anni, diuerso & separato Prothocollo, anni 1618.
Secundò quia reperitur scriptum, & registratum suc-
cessiuè post alios actus, & Instrumenta anni 1619.
33 Tertiò quia † Notarij Romanæ Curiæ, ex *Reforma-*
tione Pauli V. tenentur quolibet trimestre ligare In-
strumenta in suis Prothocollis: Vnde cùm non pos-
sint hoc per annum differre, necessariò videtur con-
uinci consensum non fuisse rogatum, die 8. Octobris
anni 1618. sed de anno 1619. Quartò Quia in margi-
ne dicti Instrumenti nominationis, factæ de dicto an-
no 1619. reperitur sic scriptum, *Vide Mandatum*
procura ad nominandum aliàs productum sub die 16.
Octobris, 1618. si ergo dicta die fuit productum
Mandatum, cuius, vigore debuit fieri nominatio,
non potuit illa esse facta die 8. præcedenti: & tandem
quia in Prothocollo, anni 1618. non constat de aliqua
nominatione, facta sub dicta die 8. Octobris, eiusdem
anni.

Quia his omnibus fuit vnico verbo benè respon-
sum: † Nominationem, seu consensum, de quo agi- 34
tur, esse actum reiterabilem, *Gonzal. ad Regulam octa-*
uam gloss. 47. num. 40. Put. decis. 212. num. 1. & decis. 257.
num. 4. lib. 3. in non impress. Caputaq. decis. 218. par. pri-
ma, & decis. 58. num. 4. parte secunda. † Et potest pro- 35
bari fuisse præstitum apud Notarium Cameræ, non
solùm per publica Instrumenta; sed etiam per præ-
sumptiones, & testes; præsertim in casu nostro, in
quo non agitur contra eum, de cuius consensu quæ-
ritur, *Paris. de Resign. d. q. 8. num. 55. Caputaquen. decis.*
212. & 213. par. 1. Vnde consensus præstiti, seu no-
minationes factæ die 16. Octobris, 1618. & 8. Octobris
1619. de quibus in libris Cameræ, non excludunt, aut
remouent consensum præstitum die 8. Octobris, 1618.
de quo in prædictis adnotationibus; prout nec etiam
excludunt eiusdem probationem, per aliud genus
probationis: quia non valet consequentia; Con-
sensus non reperitur descriptus in libris Cameræ
sub die tali, ergo non fuit præstitus, nec potest pro- 36
bari; † quandoquidem potuit esse præstitus, & non
prothocollari, *Crauett. cons. 112. nu. 7. Rota decis. 483.*
nu. 5. par. 2. recen. & potest etiam aliàs; quàm ex li-
bris probari, ex allegatis: Vnde cessat quòd debeat 37
recurri ad Matricem; † quia foret verùm si esset idẽ
consensus; cùm autem sit diuersus, & de Matrice non
constet, non potest ad eam recurri: Præterea Domi-
ni dicebant quòd d. nominatio Matricis in eo quod
cantat sub 8. *Octobris*, 1619. continet probabilem er-
rorem, cùm videatur, debuisse ie ea apponi annus
1618. ea quo literæ prouisionis fuerunt productæ in
Rota 27. Martij 1619. cum dicta adnotatione à tergo,
quæ cantat sub die 8. Octobris, 1618. quæ ideò vide-
tur priùs facta, & verior, dum conformat cum aliis
duabus annotationibus supradictis, etiam à tergo fa-
ctis, Data autem libri erronea, & multò minus rele-
uat illa adnotatio supradicta, facta in margine Instru-
menti nominationis, de anno 1619. in illis verbis;
Vide Instrumentum Procura, &c. Quia est vnica & si-
ne Notarij subscriptione; quinimò nescitur à quo
fuit scripta: Et tandem præponderant tres adnota-
tiones supradictæ cum circumstantiis ponderatis, ita
vt istæ sint veræ, illa autem videatur erronea.

Tertia, & vltima dictæ Decisionis responsio fuit, † 38
quòd in omnem, casum circumscriptisque omnibus
supradictis narratiua, *nominatum seu nominari*, iustifi-
catur de tempore Gratiæ, id est, d. die 8. Octobris,
1618. ea actuali, & explicita nominatione posteà se-
quuta, apud Notarium Cameræ die 16. eiusdem
mensis, & anni; † ea quo dicta nominatio retrotra- 39
hitur, & perinde habetur ac si dicta die 8. fuisset fa-
cta. ex Reg. text. *in leg. fin. C. ad Maced. leg. bonorum,*
ff. rem. rat. hab. cap. suggestum de iurepatron. Bart. in
dicto §. iussum, num. 5. Gonzal. dicta gloss. 47. num. 33.
Cassad. decis. 1. num. 8. & decis. 3. num. 2. & 3. de re-
nunc. Crescent. dicta decis. 9. de procurat. cum aliis in
dicta tertia Decisione, cumulatis: Cùm enim, vt
dictum est, non requiratur Consensus pro for-
ma, sed sufficiat de consensu quomodocúmque
constet, siue ante, siue post Gratiam, cense-
tur, quandocúmque præstetur, perinde ac præ-
stitus de tempore Gratiæ; & in casu nostro pro-
cedit sine difficultate, stante mand. præcedenti; † 40
quod operatur, vt dubitari non possit quin termi-
nus,

nus,ad quem fit retrottactio, sit habilis in potentia, quòd sufficit ex doctrina *Bart.in l.si is qui pro emptore,num.8 ff.de vsucap.* Et in casu simili *Ioannes Baptista Costa de retrotract.cap.8.cas.16.in princ.* Vnde meritò reprobatur distinctio, quæ quoad retrottactionem fiebat pro Simone,inter consensum explicitum & actualem,ex causa resignationis, per Procuratorem præstitum post Gratiam, & casum nostrum; cùm in effectu non adsit ratio differentiæ,sed eadem penitus

41 sit,† Ea quò in vtroque casu talis consensus non requiritur pro substantia Gratiæ, & ad publicum fauorem,sed ad effectum vt constituens non possit pœnitere, & expeditionis Litterarum, qui, ideò potest quandocúmque præstari, ex *Gonzal. Cassad.Cresc.* & aliis supracitatis.

42 Nec releuat si dicatur,† quòd retrottactio fieri non potest propter ius,medio tempore,Simoni quæsitum, ex nominatione, de eius persona facta, per Canonicum Onuphrium, die 11. eiusdem mensis Octobris, cum possessione subsequuta,ita vt termini ad quò sit retrottactio, id est dies 16. sequens non fuerit habilis, vt in ea fieri potuerit nominatio de persona Gasparis, iuxta text.*in d. l. bonorum*, vbi *Bart. num.1. in fin.cap.quamuis de rescript.in 6.idem Bart.in dicta leg. his qui pro emptore,num.4 Surd.cons.157.num 17.& decis.206. num.2.* Quia procederet argumentum, si esset verum,quòd Simoni,per dictam nominationem, & possessionis traditionem, fuisset ius aliquod quæ-

43 situm, † Sed quia tam nominatio, quàm possessio fuerunt nullæ, & attentatæ, vti litè pendente factæ, *tot.tit.ff.& C.vt lit.pend Lancell.de Attent.par.2 cap.4. n.346.* nullum ei fuit ius quæsitum. De lite autem,& quodnon cessauerit, nec non quòd de illa dari non possit,contra nominationem Gasparis,non potest dubitari, dum ipse discordia narrauit in supplicatione, ex infra dicend.sprout nec patitet de eo,quòd bodiu obiter dicebatur, nempe Gasparem non potuisse nominari in Canonicum, quia non erat Doctor, iuxtà statutum Ecclesiæ Illerden. Siquidem Statutum non requirit Doctoratum de tempore nominationis, sed de tempore receptionis, & adeptæ possessionis, vt sunt verba statuti clara.

Superest tandem vltimum, & tertium obiectum, videlicet,An nominatio Gasparis fuerit in discordia facta; circa quod nunquam fuit dubitatum, quin à

44 principio fuerit lis mota,† quæ nihil aliud est,quàm discordia iudicialis,vt in *d.vltima Decis. in hac causa facta*; Sed solùm prætenditur,quòd de tempore no-

45 minationis Gasparis, lis & discordia cessauerint, † & tamen videtur quòd debent probari de eo tempore, cũ fuerint sic narratæ,ibi, *in discordia nominatũ,seu,&c.* ex Reg.text.*in l.in dilectis,§.1.ff.de nox.act.*Et io puncto firmauit,*Rot.in Hispal.Portionis,20.Iunij,1594.*

Quòd verò cessauerit discordia, prætenditur ex tribus actibus Capitularibus, Primus fuit die 12. Septembris, quo Capitulares habuerunt pro bona,& valida acceptationem Turni, factam per Canonicum Onuphrium:Secundus die 11. Octobris anni 1618. in qua, præsente eodem Canonico Ioan. fuit admissa nominatio,ad fauorem Simonis; Et tandem tertius, die 12.eiusdem mensis Octob. in quo præsente etiam eodem Canonico Ioan. Simon fuit in Capitulo ad-

46 missus ad osculum pacis:† præsente autem in Capitulo,& tacens,ex quo ad illud vocatus,ad approbandũ, vel contradicendum, resolutionibus Capitularibus, habetur pro cõsentiẽte, *Innoc.in c.1.n.4.*vbi *Ab n.13.de his quæ fiunt à maiori parte cap. Pars.cons.76.n.6.cum pluribus seqq.lib.4.Seraph.decis.708.n.4.*Et videtur ad hoc esse textus in *cap. dilecto filio*, ibi, *cum Canonicus aliis ad osculum recepisti*,vbi *gloss.verb.recepisti,de prabend.* & ibi etiam *Innoc.nu.1.*

His omnibus fuit optimè responsum *in dicta vltima Decisione*: sed prætereà hodie ex supradictis faciliùs remouentur: nam in primis cùm nominatio in discordia fuerit etiam narrata de præterito, & alternatiue,& narratiua nominationis,vt supra dictum est, iustificetur ex illa sola nominatione implicita de qua in mandato ad nominandum, quod habet Datam sub d.die 8. Septembris; & sic multò ante tres actus Capitulares supradictos,& de eo tempore non possit de lite & discordia dubitari; non est cur vlteriùs discordia verificetur pro iustificatione Gratiæ.

Deinde quando discordia esset iustificanda de tempore nominationis,factæ die 16.Octobris,non obstat primus actus Capitularis,factus sub dicta die 12. Septembris, Quia in eo non solùm non fuit præsens Canonicus Ioannes, vt dicitur in dicta tertia Decisione, † sed illicò habita notitia de d. actu institit 47 coram Episcopo eum reuocari, vt attentatum in præiudicium litis pendentiæ; & die prima Octobris obtinuit reuocari.

Non obstant etiam secundus,& tertius,facti die 11. & 12.Octobris, Tum quia Canonicus Ioannes † li- 48 cèt præsens, non fuit visus consentire,cùm sciret ius suum saluum esse, propter litem iam notam; & sic ex declaratione præcedenti per eùm facta, *ad l.sicut, §.non videtur,ff quib.mod.pign. vel hyp. solu.* cum aliis per *Surd. cons.190. num.59. lib.2.* & pleniùs in dicta tertia Decisione; ita vt non intret doctrina *Innocentij, & Panorm. in dicto cap.1. de his qua fiunt à maiori parte cap.* Quæ procedit in dubio; non autem stante declaratione præcedenti, aut subsequenti, *Seraph d. decis.708, nu. 5.* In præsenti autem de declaratione antecedenti, & subsequenti non dubitatur, ea lite priùs mota, & vsque ad dictos duos actus continuò agitata, & posteà prosequuta Quibus accedunt Testes de fama publica deponentes de contradictione, tunc in eodem Capitulo facta per d. Canonicum Io. Tum.& in omnem casum,quia iuxta supradicta, nominatio fuit facta de tempore Datæ Gratiæ,quæ fuit 8.Octobris eiusdem mensis, vt ex supradictis tribus annotationibus cũ adminiculis & ante duos actus Capitulares, & ea hoc cessat omnis difficultas, quia adetat discordia,tam de tempore nominationis,quàm de tempore Datæ Gratiæ.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Mediolanen. Pensionis.

Lun. 17. Iunij, 1630.

ARGVMENTVM.

Condemnatus in sententia simpliciter ad fructus: An, & quando teneatur ad fructus per alium perceptos,vigore cessionis, habitæ ab eodem Condemnato. Cessio, an & quando importet simplex mandatum ad exigendum, aut verò propriam solutionem, ad effectum,vt ex ea statim contingat liberatio cedentis, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Sententia,condemnans simpliciter ad fructus,intelligi debet de fructibus perceptis per condemnatum; non autem per alium: Declara vt per tot.*
2 *Sententia verba sunt strictè intelligenda: fallit in duobus casibus,quos vide,nu. 17. & 28.*
3 *Faciens per alium,fictè,non autem realiter,per se facere dicitur: Declara,vt nu.8. & seqq*
4 *Factum vnum impossibile est quòd sit factum alterius.*

5 Cessio

5 *Cessio habet vim mandati, & ideò exacta per Cessionarium, habentur vti verè exacta per Cedentem.*
6 *Pecunia in genere suo, functionem recipiunt.*
7 *Factum Procuratoris est factum principalis fictè, & interpretatiuè, non autem realiter, & verè.*
8 *Fallit quando agitur de acquirendo, & de lucro captando, quia cum tunc acquisitio fiat realiter principali censetur factum eiusdem, propriè & verè.*
9 *Faciens per alium per se propriè facere dicitur in omnibus factis in quibus vertitur adminiculum acquisitionis.*
10 *Ecclesia acquirens per alium, per se ipsam acquirere dicitur.*
11 *Factum Procuratoris quando censeatur factum principalis, propriè, vel fictè, distinguitur.*
12 *Mandatum rei turpis nullum est.*
13 Put.decis.197.lib.3.& Achil.decis.21.de rest.spoliat. *Declarantur, & nu.27.& seqq.& præsertim, num.30.& 31.*
14 *Periculum nominis cessi an & quando in Cessionarium transferatur.*
15 *Delegatio debiti quid operetur.*
16 *Cessio nominis duplex; & de effectu vtriusque remissiuè, & nu.17.& 20.*
18 *Cessio in dubio censetur simplex, & facta causa solutionis.*
19 *Nouatio non fit in dubio.*
20 *Cessio importans ipso iure liberationem cedentis fit tribus modis, de quibus ibidem.*
22 *Delegatio debiti, ad hoc vt fiat, & ex ea contingat nouatio, seu liberatio, non sufficit quòd Contrahentes vtantur Verbo* Delego, *dum non interuenit formalis stipulatio inter debitorem cessum, & Cessionarium.*
23 *Datio in solutum non fit, nisi expressè dicatur, & postea cessio sequatur.*
24 *Nouatio fit solo pacto, de iure Canonico, non minùs quam de iure ciuili per stipulationem: & an id procedat inter mercatores remissiuè ad DD. cit. num.25.*
26 *Debitor cessus, si non soluit, remanet pristina actio Creditori, dum non fuit expressè facta nouatio, vel animus nouandi ex coniecturis colligatur.*
29 *Procuratores, & Administratores conueniri non possunt proprio nomine, de his quæ Procuratorio, & Administratorio nomine perceperunt.*
31 *Alienans, lite pendente, rem litigiosam, tenetur etiam ad fructus perceptos per eum in quem alienauit, & potest ad illos de iure condemnari.*
32 *Arbitrium quid operetur.*
33 *Percipiens per alium, per se regulariter percepisse dicitur; & potest ad perceptorum restitutionem condemnari.*
34 *Arbitrium intrare debet ad moderandum seu declarandum verba Sententiæ, iuxta Iuris dispositionem.*

DECISIO CCLXVI.



IN lite mota per Beneficiatos Ecclesiæ Mediolanen. contra Capitulum eiusdem Ecclesiæ, super immissione percipiendi integram Pensionem, de qua agitur; Beneficiati, per duas sententias Rotales, obtinuerunt immitti; nec non Capitulum, condemnati ad restitutionem Pensionum perceptarum, à die motæ litis, quæ deinde per Rotam in *Decisione facta die 25. May, 1629. coram me,* fuerunt liquidatæ in scutis 2200. Quam liquidationem esse veram & Capitulum ad illam teneri, fuit etiam hodie habitum pro constanti: Quia licèt exactio fuerit facta per Thesaurarium fabricæ maioris, non autem per Capitulum; tamen facta fuit per dictum Thesaurarium, vigore cessionis habitæ à Capitulo, & ad eiusdem vtilitatem; dum totidem receperat à dicta Fabrica maiori, ad vtilitatem fabricæ domorum Canonicalium, ex deductis in dicta Decisione.

Solùm itaque tunc difficultas stetit in eo, An Capitulum teneatur ad restitutionem dd. Pensionum, vigore dd. sententiarum, ita vt ex eis possit contra illud agi executiuè, dum dictæ Pensiones non fuerunt per Capitulum, nec per eius Thesaurarium exactæ,
sed per dictum Thesaurarium fabricæ maioris, † cùm 1
tamen Sententia, condemnans simpliciter ad fructus, debeat intelligi de fructibus perceptis per condemnatum verè, & realiter; non autem de ficta perceptione; & de ea quæ fit per alium, *Put. decis. 197. lib. 3. Achill. decis. 21. rest. Spol.* Ex eo, nempe quòd verba Sententiæ debent accipi in propria significatio-
ne, † & sunt strictè intelligenda, & non ad intelle- 2
ctum, quem verba possunt habere, ex lata significatione vocabuli, *l. Paulus, ff. de re iudic. leg. 8.* vbi *DD. C. si plures, vn. sent.* cum aliis in dictis *Decisionibus Put. & Achill. alleg.* Qui autem per alium facit fictè,
& quadam iuris interpretatione, per se facere dicitur, 3
l. 1. ff. gessisse, ff. de vi & vi arm. & notant *Doct. in c. qui per alium;* vbi *Din. de reg. iur. in 6. & l. qui damnum dat,*
vbi *Dec. ff. eodem*, non autem realiter per se facit; † 4
impossibile sit, quòd factum vnius sit factũ alterius, ad *l. inter stipulantem, in princ. ff. de verb. obl. cum vulg.*

Sed nihilominus in *d. Decis. coram me*, fuit resolutum Capitulum teneri executiuè, vigore dictarum sententiarum quæ in rem iudicatam transierunt; Quæ Decisio, cum hodie reuideretur, Domini in decisis
perstiterunt: Ratio resolutionis fuit, † Quia Cessio fa- 5
cta per Capitulum fabricæ maiori, vim mandati habuit, ac ideò Pensiones exactæ per Thesaurarium d. fabricæ, vigore d. Cessionis seu mandati, habentur vti exactæ a Capitulo, non fictè, sed verè, & realiter: dum inde Capitulum consequutum fuit liberationem à mutuo, quòd à d. fabrica acceperat, & pecuniæ exactæ per Thesaurarium, ex d. Pensionibus non diuersæ, sed eædem penitus, censeatur cum illis, quas
Capitulum, ex mutuo acquisiuit; † cùm pecuniæ in 6
genere suo functionem recipiant, *l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. pet. Casond. lib. 7. comment. cap. 1. num. 4.* cum aliis
in *d. Decisione* alleg. † Quandoquidem licèt regula 7
sit, quòd factum Procuratoris sit factum principalis fictè, & interpretatiuè, non autem realiter, & verè, iuxtà doctr. *Bart. in l. si is qui pro emptore, num. 56. cum seqq. vers. venio ad Secundum, col. 15. ff. vsucap. Alex.*
cons. 65. num. 13. vol. 4. † tamen fallit quando, prout 8
in casu nostro, agitur de acquirendo, & de lucro captando, quia cùm acquisitio fiat realiter principali, censetur etiam factum eiusdem propriè, & verè, iuxtà text. in *l. certè, §. si Procurator, ff. precar,* ibi, *si Procurator meus me mandante, vel ratum habente, precarium rogauit; ego precario propriè habere dicor,* Quem textum ad hoc, vnicum, & singularem in iure reputat *Bald. in l. 1. §. re autem, n. 9. v. ex isto, & n. 19. v. item no-*
ta, C. de caduc. toll. vbi † *quod in omnibus factis in qui-* 9
bus vertitur adminiculum acquisitionis, qui per alium facit ipse propriè facit, Et mirabilem appellat *Ias. in fin.*
n. 114. Inst. de act. vbi magis ad casum nostrum, † quòd 10
Ecclesia, quæ per aliũ acquirit, propriè per se ipsam acquirere dicitur, quos etiam in *d. §. si Procurat.* alleg. *glos. marg.* & prius idem per d. text. dixerunt *Din. in d. cap. qui per alium, & Bart. vbi supra, nu. 57.*

Præterea, vt bene aduertit vnus ex Dominis, non
videtur posse firmari Regulã, † quod faciens per Pro- 11
curatorẽ, dicatur fictè, & interpretatiuè facere, sed potius esse distinguendũ, prout magistraliter distinguũt,

Bart.

Bar. in l. sed & si vnus, §. seruus meus, ff. de in iur. & Alex.
d. cons. 65. num. 16. quos DD. communiter sequuntur,
videlicet inter mandatum rei licitæ, & honestæ, &
de genere permissorum, vt in præsenti, & mandatum
rei illicitæ & de genere prohibitorum; vt primo ca-
su, factum Procuratoris indistinctè dicatur factum
Principalis, realiter, & verè; dum Procurator post
susceptum mandatum, necessitate ciuili, illud exequi
tenetur, secùs autem esse in secundo casu; cùm etiam
post susceptum mandatum Procurator liberum ha-
beat arbitrium exequendi, aut non exequendi, aut
12 non exequendi, † Quia rei turpis nullum est man-
datum, leg. si remunerandi, §. res turpis, ff. mand. leg. si à
reo, §. fin. ff. de fideiuss. Bald. & Salicet. in l. non ideò mi-
nus, C. de accusat. Cùm igitur, in nostro casu, manda-
tum exigendi, susceptum per Thesaurarium fabricæ
maioris, fuerit mandatum rei licitæ, & quod post il-
lud susceptum necessitate ciuili, exequi tenebatur:
Propterea exactio Pensionum per eum facta, dicitur
verè, & realiter per Capitulum facta.
13 Ex quibus non obstant † Decis. Put. & Achill. supr.
alleg. Quia loquuntur in casu, in quo Reus conuen-
tus rem litigiosam, lite pendente in alium transtulit;
Qui propterea condemnatus simpliciter ad fructuum
restitutionem non tenetur, vigore Sententiæ, ad fru-
ctus perceptos per eum, in quem fuit facta translatio;
Quia cùm ille fructus perceperit nomine proprio, &
vti absolutè Dominus (licèt talis non esset, stante
litis pendentia) non autem perceperit de mandato,
& nomine transferentis, quia translatio rei litigiosæ,
vti rei prohibitæ, mandatum importare non potuit, ex
supradictis, propterea in casu dd. Decisionũ, nõ intrat
dispositio text. in d. l. certè, §. 1. ff. Precar. Nec limitatio,
& distinctio supradictæ, quæ mandatum supponunt;
sed intrat, quòd verba Sententiæ sunt strictè intelli-
genda, & sic de fructibus perceptis verè, & realiter
per condemnatum, non autem per alium.
14 Non obstat etiam si dicatur, † Cessionem prædi-
ctam per Capitulum factam Thesaurario fabricæ ma-
ioris, non importare mandatum, sed veram, & pro-
priam solutionem, ita vt ex tunc fuerit Capitulum
penitus liberatum, & periculum nominis cessi, in fa-
bricam maiorem translatum, l. si mandato meo, §. quod
mihi debebas, ff. mand. l. pupilli 96. §. soror, ff. de solut. &
latè per Surd. cons. 145. per tot. Et præsertim, quia In-
strumentum contractus, initi inter Capitulum, & fa-
15 bricam maiorem, cantat de delegatione; † per dele-
gationem autem fit ipso iure liberatio, & transit om-
ne periculum, l. 3. §. quòd si, C. de nouat.
16 Quia pro responsione est aduertendum, † duplicem
esse nominis cessionem: vnam simplicem, qualis est
illa, quæ fit ad commodum cedentis, solutionis cau-
sa, vt cùm quis cedit iura sua alteri, ad exigendum
ab aliquo certam quantitatem, vt de ea, sibi de cre-
17 dito satisfaciat, † & hæc Cessio non habetur loco so-
lutionis, aut satisfactionis, sed solùm importat sim-
plex mandatum, ita vt nullo modo contingat libera-
tio, ante factam solutionem, sed cedentis sit pericu-
lum, non autem Cessionatij, iuxtà gloss. in l. legans in
gloss. magna ad fin. de libert. leg. Alex. in l. si eum empto-
re, num. 4. post med. vers. vnde teneas, ff. de pact. benè de-
clarat Imol. in l. facta, §. si hæres, nu. 4. ff. ad Trebell. Socc.
sen. cons. 37. per tot. lib. 4. latè Gabr. cons. 155. per tot. lib.
1. Eugen. cons. 37. num. 16. lib. 1. Cancer. var. resol. lib. 2.
cap. 6. num. 168. Osasch. decis. 62. num. 7. Et de hac Ces-
sione loquitur text. in leg. 3. in princip. vsque ad vers.
quòd si, C. de nouat. dum ibi dicitur quòd potest re-
uocari, aut debitum exigi à cedente; dum non con-
currit vnum trium requisitorum, de quibus ibi; in qua
etiam procedunt quæstiones, quas firmat, Grat. disc.
356. per tot.

Alia verò cessio est cùm nomina debitoris ven-
duntur, insolutum dantur, aut delegantur, & hæc ces-
sio habetur, eo ipso, loco solutionis; ita vt ex tunc de-
bitor cedens liberetur, dum Creditor nominis ces-
sione contentatur: & de hac Cessione loquuntur iu-
ra in d. §. soror. & in d. §. mihi debebas, & in l. inter cau-
sas, §. abesse, ff. mand. l. delegare, ff. de nou. & in d. l. 3. §.
quod si, C. de nouat. Bald. in l. pro debito, C. de bon. auth.
iud. poss. Gozzad. cons. 38. per tot. Cancer. ibid. num. 174.
Socc. Gabr. Osasch. & Surd. vbi supra.

Qua distinctione sic præmissa, facilè tollitur diffi-
cultas; siquidem Cessio Pensionis, de qua agitur, fa-
cta per Capitulum fabricæ maiori, fuit simplex Ces-
sio, nempe solutionis causa, & sic importat simplex
mandatum, prout clarè conspicitur ex Instrumento
dicti contractus, seu Cessionis, vbi narratur, quòd ad
preces Capituli fuit obtentum Decretum a Deputatis V.
Hospitalis, ad effectum, vt Thesaurarius d. Hospitalis
possit recognoscere pro solutione facienda, ibi pro solutio-
ne facienda præfatæ Pensionis, vt infra assignanda, & ibi,
vsque quo fuerint soluta d. scuta 3000. vt supra, & ibi
assignauerunt, & delegarunt, & assignant, & delegant,
ad solutionem infrascriptarum aliarum librarum, &c. &
in fine ibi, & hoc ad eam Pensionem consequendam &
exigendam, &c. Ex quibus clarè patet quòd Cessio
fuit simplex, & solutionis causa: † Tum quia talis in 18
dubio censetur, Bald. in l. fin. num. 5. C. ad leg. Falcid.
Gabr. dicto cons. 155. num. 20. in fine: † Tum etiam quia 19
in dubio non fit nouatio, leg. fin. C. de nouat. ergo fuit
simplex Cessio, per quam non fit nouatio; non au-
tem cessio absoluta, per quam nouatio fit iuxtà su-
pradicta.

Deinde idem apertiùs probatur à sufficienti par-
tium enumeratione, † Quia supradicta secunda no- 20
minis Cessio, illa videlicet, quæ importat ipso iure,
liberationem cedentis, fit, vt dictum est, vno de tri-
bus modis dumtaxat, videlicet, per nominis vendi-
tionem, per delegationem, aut per dationem in so-
lutum: † quæ verò fuit facta per Capitulum dicto 21
Thesaurario, in primis non fuit venditio, vt ad ocu-
lum patet, deinde nec delegatio, † quia, vt illa fiat, & 22
ex ea contingat nouatio, seu liberatio, non stat vis in
eo, quod contrahentes, vt hic vtantur verbo, delego,
dum interuenit formalis stipulatio inter debitorem
cessum & Cessionarium, leg. 1. C. de nouat. in princ. &
dicta l. 3. §. quod si, C. eodem Gabr. dicto cons. 155. nu. 13.
cum seqq. & Surd. dicto cons. 145. nu. 4. † Tandem non 23
fuit insolutum datio quia illa non fit, nisi expressè
dicatur, & posteà sequatur Cessio, Gozzad. in dicto
cons. 38. Soccin. in dicto cons. 37. num. 8. cum seqq. Paris.
cons. 69. num. 10. cum sequ. lib. 1. & Surd. in dicto cons. 145.
num. 28. Bellon. decis. Gen. 2. num. 26. & Curt. decis. 19.
num. 2.

Non obstat quòd dum Capitulum visum fuit
mandare Thesaurario Hospitalis, vt solueret, & The-
saurarius acceptando promisit soluere Thesaurario
fabricæ maioris, vti Creditori, satis videatur in solu-
tum datio, & propterea obligationem fuisse noua-
tam, & sic liberationem sequutam; † & maximè cùm 24
de iure Canonico, etiam solo pacto fiat nouatio, non
minùs quàm de iure ciuili per stipulationem, iuxtà
Reg. tex in cap. 1. extr. de pact. Et in his terminis Gab.
in d. cons. 155. num. 14. † Quia quicquid fit inter mer- 25
catores ex eorum particulari stylo, de quo Bald. in
dicta leg. fin. C. ad leg. falcid. Dec. cons. 17. & Gabr. vbi
supra nu. 18. cum seqq. † Veritas est quod, dum debi- 26
tor Cessus non soluit, remanet pristina actio, & so-
lùm obligatio additur obligationi, etiam quòd sol-
uere promiserit, dum non dicitur expressè, quòd fiat
nouatio, aut ex coniecturis nouandi animus neces-
sariò colligatur, iuxtà leg. fin. C. de nouat. Et in
puncto

puncto videntur esse optima iura in *leg. item illa* 18. *§. vetus & in l. vbi quis pro alio, ff. de const. pec. Sur. Gab. & Osasch. in loc. cit.* Et in his terminis *Alex. cons.* 137. *per tot. lib. 7. & Fab. in Codic. diffin. 3.* hîc autem non adsunt pactum nouandi, nec tales coniecturæ, ex quibus colligi possit, quòd partium intentio fuerit, vt nouatio fiat, imò in contrarium ex verbis Instrumenti, & ex aliis supradictis; Et patet ad sensum, quia non est verisimile quòd fabrica maioris Ecclesiæ fuerit taliter contenta, vt per consensum soluendi per Thesaurarium Hospitalis, præstitum, voluerit, in omnem euentum, liberare Capitulum, quinimò nec contentari potuit, dum in Decreto interposito super licentia, huc non fuit expressum.

Secundò in omnem casum, quando etiam factum Thesaurarij, vigore d. mandati non esset verè, & realiter factum Capituli, Respondetur prædictis *Decisionibus Achill. & Put.* quòd licèt verba sententiæ re-
27 gulariter sint strictè accipienda, † tamen fallit in duobus casibus, in quibus receditur à propria significatione, & fit extensio etiam de vno casu ad alium, Prior est quando aliàs sententia esset nullius effectus, & momenti, *l. aduersus, 34. vers. quid ergo, ff. de recept. arbitr. Ang. cons. 257. col. fin. vers. superest autem videre:*
28 † Secundus casus est, quando ex verbis Sententiæ, necessariò, ex mente Iudicis, infertur ad alium casum, *Bart. in l. Iulianus verum debitorem, num. 15. ff. de cond. indeb. Alex. cons. 125 vol. 1. Dec. cons. 43. num. 4.* Qui duo casus, hîc benè applicantur; nam in primis condemnatio ad restitutionem Pensionum esset superflua nisi intelligeretur de Pensionibus perceptis per Thesaurarium fabricæ maioris: Tum quia Capitulum, lite pendente exegit alias Pensiones, in quibus condemnari potuerit: Tum etiam quia nunquam verificari potest quòd Capitulum possit exigere per se ipsum, sed per medium alterius personæ, ab eo potestatem habentis, ergo Sententia debet intelligi, & exequi in Pensionibus exactis per dictum Thesaurarium, alioquin sequeretur quòd Sententiæ, quæ simpliciter condemnant Capitula, Collegia, Vniuersitates, & similes ad restitutionem fructuum perceptorum, nunquam exequi possent: non contra Capitulum, & Vniuersitates, quia nunquam verificari
29 posset, quòd per se percipiant; † deinde nec contra Procuratores, & Administratores, quia ipsi non possunt conueniri proprio nomine, de his quæ Procuratorio, & Administratorio nomine perceperunt, *leg. 2. ff. de admin. tut. l. tutori, ff. quand. ex fact. tutor. l. 4. §. tutor. quoque, ff. de iudic.* & notant *Bart.* & ibi *Doct. in l.*
30 *Procurator qui pro emptione, ff. de procur.* † Non tamen supradicti duo casus applicantur prædictis *decis.*
31 *Achill. & Put.* † Quandoquidem in casibus, de quibus ibi, condemnatus ad restitutionem fructuum, qui lite pendente, in alium rem litigiosam transtulit, potuit etiam per se ipsum fructus percepisse, tam ante quàm post translationem in quibus poterat condemnatio verificari, ita vt non esset superflua, & sic termini sunt diuersi.

Tandem fuit sublata omnis difficultas, ex quò Beneficiati ad tollendas difficultates ortas, & excitatas, in dictis duabus *Decisionibus Achill. & Putei*, nec non DD. varias santentias habuerunt recursum ad Signaturam Sanctissimi quæ mihi Rescripsit, *vt constito quòd Termini exacti per Thesaurarium fabricæ maioris cesserint in commodum, & ad vtilitatem dicti Capituli, vel fabricæ Canonicalis, & quod Thesaurarius fabricæ maioris exegit, procederem, ad vlteriorem executionem rei iudicatæ perinde ac si verè & non fictè Capitulum*
32 *exactionem huiusmodi fecisset, Arbitrio Rotæ*; † Arbitrium autem, pro executione, intrare (quicquid esset de supradictis) non est dubium: Etenim est clarum quòd *decis. Put. & Achill.* procedunt de stricto iuris rigore, dum habetur in eis, & est certum quòd condemnatus ad fructus, aliàs de iure tenebatur, etiam ad fructus perceptos per eum, in quem lite pendente transtulit rem litigiosam; & quòd potest ad eos de iure condemnari, ex quò habetur pro possessore, quia tamen verba sententiarum sunt strictè intelligenda, fuit dictum in dictis Decisionibus, Sententias de quibus ibi, quæ condemnant ad fructus perceptos, intelligendas esse de perceptione vera, & non ficta; Vnde cum Arbitrium moderetur iuris rigorem, operetúrque, vt iudicetur secundùm iuris æquitatem, *Bart. in l. 1. num. 5. C. de leg. Modern. de claus. par. 1. claus. 13. num. 3. & Rota decis. 85. num. 4. & decis. 179. nu. 2. par. 1.*
recent. † Et de iure, etiam sit quòd percipiens per 33
alium, per se regulariter percepisse dicatur, ita vt si petatur, possit & debeat ad eorum restitutionem condemnari; propterea si in casu *dd. Decisionum* proculdubio intraret Arbitrium, quia non esset contra ius, sed potiùs secundùm ius, & solùm moderatio, seu declaratio verborum Sententiarum, multò magis in casu nostro intrare debet, dum constat quòd exactio cessit in vtilitatem Capituli, adeò quòd: Aut nunquã erit dare casum, in quo possit intrare Arbitrium, ad
moderandum iuris rigorem. † Aut certè intrare de- 34
bet in hoc casu, ad moderanda, seu potiùs declaranda, iuxtà iuris dispositionem, verba Sententiæ, de qua agitur, maximè cùm semper Domini, pro maiori parte, per supradicta (etiam circumscripto Arbitrio) fuerint pro Beneficiatis.

Et ita vtraque, &c. sæpius informante, &c.

Romana Fideicommissi de Formicinis.

Lun. 17 Iunij, 1630.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

1 *Fideicommissum extenditur de casu ad casum, ex coniecturata mente Testatoris.*
2 *Et præsertim ad fauorem piæ Causæ.*

DECISIO CCLXVII.



POSTQVAM Rota resoluit: Confirmandam esse sententiã Iudicis, deputati ab Eminentissimo Cardinali Protectore, ad fauorem Confraternitatis Sanctissimæ Annunciatæ, latam, qua fuit declaratum d. Confraternitatem immittendam esse in possessionẽ omnium bonorum hæreditariorum q. Ioan. Francisci Formicini, retinendam donec, & quo vsque D. Catharina, illius vxor, & hæres, legitimum fecerit Inuentarium, seu confecisse docuerit, cautionémque præstiterit, de bona restituendo, & conseruando: Domini ex solita benignitate ordinarunt, vt d. Catharina reaudiretur super Decisione iam facta, Confraternitate solùm informante, emanata, Sed ea sæpius citata, & persistente in contumacia, iterum proposui causam su-
per eisdem: Et Domini in decisis perstiterunt, ex ra-
tionibus in Decisione deductis, quæ eò tendunt, vt † 1
Fideicommissum ad fauorẽ Confraternitatis habeat locum, tam in casu quo D. Catharina habeat filios, & illi decedãt sine filiis, quàm in casu quo nullos filios habeat, In quo, vt ad sensum patet non solùm eadem, sed maior militat ratio; ita vt non solùm non repugnet contraria Testatoris voluntas; quinimò

quinimò magis exuberet, iuxtà ea, quæ latè tradunt, *Fusar. de subst. quæst. 460. num. 21. cum seqq. & Add. ad*
2 *decis. Greg. XV. 358. num. 14.* † Et præsertim ad fauorem piæ Causæ, cuius fauore in hoc, & similibus terminis, Fideicommissum extenditur de vno casu ad alium, *Tiraq. de pia caus. priuil. 62. & Rota decis. 140. num. 4. par. 2. diuers.*

Et ita Confraternitate tantùm informante, &c.

Perusina Saluiani.

Lun. 21. Iunij, 1630.

ARGVMENTVM.

Saluianum non intrat, si deficiat hypotheca, & non probetur possessio debitoris, de tempore obligationis, vel posteà; & quantitas crediti non sit liquida: Et an in generali hypotheca veniant aliena bona. Obligatio, & Renunciatio quando inductæ censeantur; & quomodo sint interpretandæ. Et plura alia notanda, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non datur sine hypotheca.*
Hypotheca est mater Saluiani.
2 *Saluiani requisitum præcipuum est possessio debitoris, de tempore obligationis, vel postea.*
3 *Sub hypotheca generali non veniunt bona aliena: imò nec illa possunt expressè hypothecari.*
4 *Donatio iurata, facta vxori, valet.*
5 *Dotem constituere obligatus, prout sibi placuerit, poterit illam, ipsius arbitrio, constituere; vel quantitas erit declaranda arbitrio boni viri, num. 6.*
7 *Obligatio seu Renunciatio, de certis bonis, non potest ad alia extendi.*
8 *Præsens alienationi, rei sibi obligatæ, & tacens, non sibi præiudicat.*
9 *Donatoris bona, quæ ipse sibi, ad testandum reseruauit, spectant ad eius hæredem, non autem Donatarium.*
10 *Obligatio seu Renunciatio in dubio sufficit quòd in aliquo verificetur; ita vt minùs præiudicet obligatio, seu renuncianti quàm fieri possit.*
11 *Promissio, & Renunciatio sunt stricti iuris, tam respectu rerum, & iurium, quàm personarum, & nu. 12.*
13 *Constitutum transfert veram possessionem.*
14 *Possidere non possunt duo eandem rem, iure proprio, & in solidum.*
15 *Donans, cum Clausula Constituti, desinit esse Dominus, & Possessor.*
16 *Possessio de qua Testes deponunt, quando sit intelligenda de possessione iure familiaritatis, iuncto numero præcedenti.*
17 *Saluianum requirit summam certam, vt possessor Reus conuentus possit illam soluendo, immissionem euadere.*

DECISIO CCLXVIII.



AROLVS de Settis Creditor Sfortiæ Valeriani in scutis mille residui dotis Violantis suæ Vxoris, de anno 1618. ab eodem Sfortia sibi promissæ, egit Perusiæ Iudicio Saluiani contra Equitem Nicolaum Pallatinum, tertium Possessorem cuiosdam Prædij, quòd de tempore constitutionis dictæ dotis, prætendebat esse in bonis dicti Sfortiæ, sed lata per Gubernatorem dicti Ciuitatis sententia, qua Nicolaus fuit absolutus, Caussa per appellationem ad Rotam deuoluta, & mihi commissa: Dubitaui hodie: An intret Saluianum: Et Domini negatiuè responderunt: † Tum quia Ca- 1
rolus caret hypotheca super dicto Prædio, quæ est mater Saluiani, *Bald. in l. fin. §. etiam si quis, C. commun. de leg. Corn. cons. 190. nu. 2. lib. 1. Natt. cons. 474. num. 34. Pacific. de Salu. inspect. 1. cap. 4. num. 107. & Rota decis. 18. nu. 1. apud eundem & decis. 462. num. 1. par. 2. recent.* † 2
Tum etiam quia non probauit Sfortiam debitorem, de tempore contractæ obligationis, vel posteà, prædium possedisse: huiusmodi autem possessio est vnum de præcipuis requisitis ad obtinendum in Saluiano, *gloss. in § item Seruiana, in verb. quasi, Inst. de act. Bart. in l. 1. ff. de Salu. inter. Surd. cons. 131. nu. 1. & seqq. & cons. 513. num. 18. Pacif. de Salu. insp. 1. cap. 6. nu. 1. Rota decis. 22. num. 1. apud eundem.*

Quòd verò Carolus non habeat hypothecam, videtur clarum cùm illam deducat ex Instrumento promissionis dotis scutorum trium millium factæ per Sfortiam de dicto anno 1618. cum obligatione & hypotheca omnium bonorum suorum: & tamen hoc prædium longè ante d. Instrumentum fuerant ab eodem Sfortia, vna cum aliis pluribus suis bonis, cum Iuramento, & ob causam, donatum Angelæ vxori suæ,
† quòd propterea vti alienum, nedum non venit sub 3
generali obligatione, & hypotheca bonorum dicti Sfortiæ; sed nec expressè potuisset per eum hypothecari, in præiudicium Angelæ Donatariæ, aut Nicolai, qui ab Angela causam habet, *leg. 1. in princip. vers. speciem, ff. de pign. leg. fin. C. de reb. alien. & leg. qui filios, C. quæ res pign. oblig. possess. Neguš. de pign. membr. 3. par. 2. nu. 52. Pacific. de Salu. inspect. 3. cap. 2. nu. 4. apud eundem Pacific.* † De validitate autem dictæ donationis, 4
per Sfortiam factæ, Angelæ eius vxori, non potest dubitari, cùm fuerit iuramento confirmata, *Bart. in l. si quis pro eo, in fin. ff. de fideiuss. & in l. Seius & Augerius, ff. ad l. falc. Abb. in c. donatio, de donat. inter vir. & vxor.* & latè, *Gabr. de donat. conclus. 3. per tot. Greg. XV. decis. 563. num. 7.* & ibi *Add.*

Neque obstat quòd dicta bona fuerint Angelæ donata, cum conditione, vt dotem Violanti constitueret, Quia licèt ex hac obligatione inferatur, vt Angela teneatur dotare, non tamen, vt pro dote à Sfortia promissa, Angela remaneat obligata, bonáque ei donata sint hypothecata; † Maximè quia obligatio An- 5
gelæ est restricta ad constituendam dotem, quæ sibi placuerit; quæ propterea non erat à Sfortia arbitranda, sed vel erat constituenda arbitrio ipsius Angelæ, iuxtà text. *in l. fideicommissaria libertas, 46. in vers. si ei libuerit, ff. de fideic. libert. Bart. in l. alio, nu. 9. vers. quod probo, ff. de alim. & cibar. leg. Dec. in l. actionibus, nu. 11. ad med. vers. & idem est, ff. de lit. iur.* † vel in omnem 6
casum, erat quantitas declaranda, arbitrio boni viri, *Abb. in cap. verum. num. 6. de for. compet. Felin. in cap. 1. num. 50. ante fin. de Constit.*

Neque obstat si dicatur quòd Angela consensit constitutioni dictæ dotis in dicta quantitate scutorum trium millium, ita vt propterea visa fuerit se obligare, seu renunciare iuri suo in rebus donatis, in concursu Caroli, Quia; Aut prætenditur consensum Angelæ fuisse expressum pro tota dicta summa scutorum trium millium, & hoc non subsistit in facto, cùm ex dicto Instrumento, claris verbis appareat, ipsam solùm consensisse consignationi certorum bonorum, ex illis sibi donatis, pro summa scutorum bis millium dumtaxat, iuxtà æstimationem faciendam; † obliga- 7
tio verò, seu renunciatio de certis bonis, non potest

ad alia extendi, *leg.emptor,§. Lucius, ff. de pact. Caualcan.decis.22.num.13.par.3.Vin.decis.316.num.15. cum*
8 *seqq.* † Aut verò præsumitur tacitè consensisse,ex quò
illa fuit præsens constitutioni dictæ dotis, & pariter
cessat, ex Regula text. *in l.sicut,§.non videtur, ff. quib.
mod.pign. vel hypoth.solu.* vbi quòd præsens alienationi
rei sibi obligatæ, non sibi præiudicat, vbi etiam
*Bart. Negus.de pignor.in 3.memb.6.par.princip.nu.23.in
1.fallen. Bursatt. cons.32. num.38. Surd. decisione 302.
num. 6.*

Et tollitur penitùs difficultas: Tum quia dicta scuta mille residui dotis, Sfortia promisit ex bonis suis,
soluenda post eius obitum, per eius hæredes; & sic
9 ex bonis, quæ sibi ad testandum reseruauit, † quæ
non pertinent ad Donatarium, sed ad eius hæredes,
*Alex.in l.fin.C.de pact. Bart. cons.76. Crauett. cons.22.
per tot. Boer. decis.205. num. 45. ad fin. & Vincent. de*
10 *Franch. decis.204.nu.45.ad fin.168.* † Tum, & etiam
quia, quando agitur de obligatione, seu Renunciatione, & versamur in dubio, sufficit quòd obligatio, seu
Renunciatio in aliquo verificari possint, vt minùs
quàm fieri possit, præiudicent illi, qui se obligat, &
renunciat, ad text. *in l. si domus, de seruit. vrb. præd.
Grat cons.17.num.46.& cons.66.num.18. vol.1. Decian.*
11 *respons.169.vol.2 per tot.* † Et facit Regula, quod promissio, & Renunciatio sunt stricti iuris, tam respectu
rerum, ac lucium, *l.quicquid astringenda, ff. de verb. obl.
l. qui cum tutoribus, ff. de transact.* quàm personarum,
*l.si vnus,§.ante omnia, ff.de pact. Aret.cons.161.num.9.
& Crauet.cons.42.num.2.* Vnde cùm obligatio seu Renunciatio Angelę verificetur in bonis consignatis pro
scutis bis millibus; quo verò ad scuta mille nihil di-
12 ctum fuerit: † aut saltem versemur in dubio, Renunciatio iuris proprij non ad dicta scuta mille extendenda.

Ex quibus cessat etiam prætensa possessio Sfortiæ,
de tempore obligationis, ad fauorem Caroli factæ: siquidem cùm donatio facta Angelæ, vt dictum est, præcesserit dictam obligationem, & habeat clausulam
13 Constituti, † ex qua inducitur vera possessionis translatio, *l.quod meo,* vbi *Bart.ff.de acq.poss. Tiraq. de iur.
const.par.2.ampl.1.nu.2.Greg.XV.decis.491.*proinde desiit ex tunc possessio esse apud Sfortiam; † cùm duo
14 non possint eandem rem, iure proprio, & in solidum
possidere, ex iuribus volg.

Neque obstant Testes pro Carolo examinati, dum
deponunt de possessione Sfortiæ, tam de tempore con-
15 tractæ obligationis, quàm posteà. † Quia cùm per dictam donationem, cum clausula Constituti, desierit
Sfortia esse non solùm D.*§.sic itaq. discretis, Inst.de act.*
16 † sed etiam possessor, ex supradictis; Testium dicta
sunt intelligen.de possessione, iure familiaritatis, iuxtà
tradita per *Doctores in l.qui iure, ff.de acq.poss.*Et in simili, *Surd.cons.44.n.36.*Et in his terminis fuit firmatú
in Romana Dotis, siue Saluiani, 10. Iunij, 1626. coram me.

Tandem, quando supradicta si cessarent adhuc,
vt dicebant Domini, Saluianum, pro nunc, non intraret: Cùm enim illa certa corpora ex illis, quæ Angelæ fuerunt donata, fuerint Carolo assignata pro rata
scutorum 2000. cùm pacto, vt æstimarentur per duos
homines, communiter eligendos, ita vt, si plus valerent, si Carolus teneretur restituere, sin minus Sfortia
teneretur supplere; non facta dicta æstimatione, cre-
17 ditum Caroli non est liquidum in certa summa, † &
consequenter non est locus Saluiano, quod requirit
summam certam, vt possessor Reus conuentus possit,
illam soluendo, immissionem euitare, *Aret. in §. item
Seruiana, n.15.Inst.de act. Roland.cons.14.n.13.lib.1.Rot.
decis.203.n.1.cum seq.apud Pacif.de Salu.* Et fuit dictú
*in Romana Domorum in Burgo, 22. Ianu.1615.& 8.Febr.
1616.coram b.m.Vbaldo.* Et ita decisum vtráque, &c.

Romana Casalis Aguzani.

Ven. 21. Iunij, 1630.

ARGVMENTVM.

Manutentio debetur Tutori, vel Curatori, in possessione bonorum pupilli, seu adulti defuncti, donec ille rationem reddiderit. Mutare causam possidendi quis præsumitur ex superuenienti nouo titulo, absque alia declaratione: Et an ad hunc effectum requiratur in eo scientia noui tituli: Et ex quibus illa probetur. Petitio Immissionis quando non præiudicet possidenti, ad effectum manutentionis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio ex quibus probetur.*
2 *Tutor, aut Curator finita tutela per obitum pupilli, seu adulti, habet custodiam rerum administratarum, quousque reddiderit rationem; cuius Custodia vigore, licèt non possideat, sed solum dicatur esse in possessione, competunt ei nihilominus remedia possessoria, Officio Iudicis, & nu.3.*
4 *Possessorium summarissimum respicit non tam veram possessionem, quam statum illum rei, qui erat tempore mota litis.*
5 *Tutor, finita tutela, tenetur de periculo, & damno, quousque fuerit minori, aut eius hæreditati Curator datus, aut aliàs reddiderit rationem.*
6 *Tutori finita tutela competit retentio pro suo interesse.*
7 *Tutoris interesse non cessat, finita tutela, ratione cuius interesse dicitur Detentor, & Custos rerum pupillarium, ita vt per mortem Pupilli possessio non dicatur vacans.*
8 *Manutentio competit Tutori in possessione bonorum Pupilli, ratione custodiæ, & interesse, quod habet in illis.*
9 *Possessio vacans non dicitur, dum illa detinetur causa Custodiæ.*
10 *Mutare sibi causam possessionis quis præsumitur, ex titulo superuenienti, etiam sine alia declaratione: Declara quòd ad hoc est necessaria scientia noui tituli, num.14.*
11 *Colonus mutat sibi causam possidendi, ex titulo superuenienti, vt possideat nomine proprio.*
12 *Possidens iure pignoris, superueniente causa, possidet nomine proprio.*
13 *Vxor quæ possidebat bona mariti iure familiaritatis, superueniente causa, mutat sibi causam possessionis sine alia declaratione.*
15 *Scientia Testamenti præsumitur in hærede, ex eius cohabitatione in domo Testatoris.*
16 *Item probatur si hæres interfuit Testamento.*
17 *Petens immitti fatetur se non possidere, & quatenus possideat, animo amittit possessionem.*
18 *Fallit si possessio bonorum fuerit generaliter petita, quia tunc dicta petitio non intelligitur respectu rei, quæ à petente possidetur.*
Item fallit, si Immissio fuerit petita cum clausula omni meliori modo, *quia tunc petita censetur ad confirmandam antiquam possessionem, numero 20.*
19 *Extensio fieri non debet ad præiudicialia.*

DECI

DECISIO CCLXIX.

FVIT resolutum D. Alexandræ dandum
esse mandatum de manutenendo in pos-
sessione Casalis Aguzani,de quo agitur,
non autem D. Marchionissæ de Maxi-
1 mis : † Quia anterior possessio Alexan-
dræ,nempe dum viuebat Carolus, benè probatur per
Testes desuper examinatos ; & ex locationibus effe-
ctuatis,cum receptione pensionum, *Menoch. de retin.*
remed. 3. num. 572. Gabr. de locat. conclus. 4. num. 1. & 3.
Greg. XV. decis. 500. *num.* 2. cùm tamen possessio Mar-
chionissæ fuerit capta post mortem Caroli.

Neque obstat quòd Alexandra possederit nomine
Caroli, cuius ipsa erat Tutrix, & pro tempore Cura-
trix, & mortuo Carolo, fuisse finitam tutelam, &
curam ; & consequenter possessionem quam illius
2 nomine habebat ; † Quia Tutor, aut Curator, finita
tutela per obitum pupilli, seu adulti, habet deten-
tionem,seu custodiam rerum administratarum, eám-
que continuat, quò vsque reddiderit rationem : Cu-
ius detentationis, seu custodiæ vigore, licèt non pos-
sideat, sed solùm dicatur esse in possessione, *leg. si quis*
3 *ante, ff. de acquir. possess.* † Competunt ei nihilominus
remedia possessoria, officio Iudicis, iuxtà doctrin. *Ca-*
strens. in l. censemus nemini, num. 3. C. de Sacros. Eccles.
Menoch. de recuper. remed. vltimo, num. 21. Et in his
terminis *Couar. pract. quæst. cap. 17. num. 5. vers. sic sanè*
4 *Menoch. de retinend. remed. vltim. quæstion. num.* 15. †
Et ratio est Quia hoc possessorium Summariissimum,
in quo versamur, vt dicit *Couar. vbi supra*, non tam
veram, & propriam possessionem respicit, quàm sta-
tum illum rei, qui erat tempore motæ litis ; & præ-
tereà in Tutore consideratur etiam particulare inte-
5 resse, † Quia finita tutela tenetur de periculo, &
damno, quò vsque fuerit minori, aut eius hæreditati
Curator datus,aut aliàs rationem reddiderit, *Gail. ob-*
seru. 96. lib. 2. num. 3. Gutier. de tutel. & cur. par. 3.
6 *cap.* 39. vbi quòd † Tutori, finita tutela, competit
retentio pro suo interesse, Et ferè in his terminis, *Se-*
7 *raph. decis.* 82. † vbi quòd finita tutela non finitur in-
8 teresse Tutoris, † ratione cuius dicitur detentor, &
Custos rerum pupillarium : ita vt per mortem pupil-
li possessio non dicatur vacans : Vnde, Aut Alexan-
dra petit manutentionem in Summariissimo, ratione
d. detentionis, & Custodiæ pro suo interesse admini-
strationis ; & ei non potest manutentio denegari, ex
supradictis ; non autem dari debet Marchionissæ, ex
quò possessio, cui innititur, tradita ei fuit à Iudice,
9 quatenus esset vacans, vt in eius *Summario num.* 5. †
Dum autem Alexandra detinebat, & custodiæ causa
ei incumbebat, possessio non erat vacans, *leg. 2. §. va-*
cua, ff. de act. empt. vbi *gloss. in verb. possideant, & Se-*
raph. vbi supra num. 5. Aut verò Alexandra petit ma-
nuteneri titulo hæreditario, vti hæres à Carolo insti-
10 tuta,& pariter est manutenenda,† Quia superuenien-
te causa extrinseca, nempe titulo hæreditario, visa
fuit sibi mutasse causam detentionis,seu possessionis,
etiam sine alia declaratione, *leg. cum nemo, C. de ac-*
quirend. possess. Bald. in leg. pen. numer. 1. C. de pignor.
act. Soccin. cons. 181. num. 5. vers. Ex eo maximè, *lib.*
2. *Purpurat. cons. 98. num. 12. Bursatt. cons. 9. num. 8.*
11 *lib. 1. Rum. cons. 61. num. 14. in fin. lib. 1.* † vbi quòd
Colonus, ex titulo superueniente, mutet sibi causam
possidendi, vt possideat nomine proprio, *Surd. cons.*
377. *lib. 1. Gregor. XV. decis. 92. numero 3.* & ibi
12 *Addit. Rota decis. 143. num. 4. par. 2. diuers.* † vbi
quòd possidens iure pignoris, superueniente causa,
possidet nomine proprio, *Rota decis. 601. lib. 3. par. 3.*
13 *diuersar.* † vbi quòd Vxor quæ possidebat bona ma-
riti, iure familiaritatis, superueniente causa, mutat
sibi causam possessionis,sine alia declaratione vt pos-
sideat ex causa noua.

Minùs obstat † quòd, ad hoc vt ex titulo superue- 14
niente, præsumatur mutata causa possessionis, neces-
saria sit scientia noui tituli, vt resoluit *Rota apud*
Put. decis. 187. lib. 3. in nou. impress. Quia vltrà quòd,
in omnem casum Alexandræ debetur manutentio, ex
sola detentione, vt supradictum fuit ; † satis probatur 15
scientia noui tituli Testamenti Caroli, nedum præ-
sumptiuè, ex cohabitatione Alexandræ in domo Ca-
roli, *Bald. cons. 392. num. 2. lib. 1. Aym. cons. 193. num. 7.*
& cons. 168. num. 6. † Sed etiam clarè ex quò Ale- 16
xandra interfuit Testamento, vt idem Testamentum
narrat, & in puncto *Aym. d. cons. 193. nu. 7. vers. æquè pro-*
baretur Honded. cons. 83. nu. 85. lib. 1.

Non obstat, † quòd cùm Alexandra petierit im- 17
mitti, videatur fateri se non possidere, & quatenus
possedisset, quòd animo possessionem amisit, *Man-*
tic. dec. 10. nu. 1. & Rota decis. 174. nu. 5. par 4. diuers. E
latè *in Romana hæreditatis de Cincijs*, 15. *Decembris*,
1623. *coram R. P. D. meo Pirouano*, † Quia est aduer- 18
tendum, quòd Alexandra,seu veriùs eius Procurator,
non petierunt immitti in possessionem huius Casalis,
sed in genere, in possessionem bonorum hæreditario-
rum ; Vnde petitio Immissionis, seu mandatum ad
eam petendam, non extenditur ad hoc Casale, in cu-
ius possessione iam Alexandra erat, atque ideo retor-
quetur argumentum, in quo fundantur Decisiones
supra allegatæ, Quia ex quo petens immitti fatetur
se non possidere ; mandatum, ad petendam Immis-
sionem in genere, non debet intelligi de immissione
in ea bona, quæ iam possidentur ; † ne fiat extensio 19
ad præiudicialia, iuxtà Regul. text. *in cap. cum in gene-*
rali de reg. iur. Castrens. cons. 336. num. 2. vers. 3. quia
lib. 1. Et latissimè, *Cornel. cons. 225. lib. 2. per tot.* Et
in puncto mandati ad capiendam possessionem ; *Rota*
in Placentina Bonorum prima Iulij 1611. *coram Lancel-*
lotto. Et prætereà, ac in omnem casum,cessat difficul-
tas, † Quia immissio fuit petita cum clausula *omni* 20
meliori modo : & sic intelligatur petita ad confirman-
dam,& confouendam antiquam possessionem ; prout
de iure peti potest, ex multis, quos citat, & sequitur,
Menoch. de adipisc. remed. 4. quæst. 44. num. 348. cum
sequent.

Tandem non obstat prætensum fideicommissum
Marchionissæ, & alia huiusmodi pro eius parte alle-
gata, Quia requirunt altiorem indaginem, quæ ideò
in hoc Iudicio non attenduntur.

Romana Assignationis Bonorum.

Merc. 26. Iunij, 1630.

ARGVMENTVM.

Donatio inter patrem, & filium in potestate existentem, & contractus mandati inter eos celebratus, An & quando valeant : Ratificatione promissa intra certum tempus, An illud currere incipiat à die facti contractus, vel à die interpellationis: Et quando mora incurratur, vel non, Et quando illa purgari possit, non obstante pacto resolutiuo in contractu apposito. Agere ad implementum quando quis possit, etiam si ex parte sua non impleuerit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est valida, concurrentibus requisitis, de quibus* Caput. decis.260.par.2.

2 *Chirographum quando habeat executionem paratam.*

3 *Donatio inter Patrem, & filium in potestate est nulla.*

4 *Pallit si d. Donatio contineat causam alimentorum.*

5 *Mandatum Patris, susceptum per filium, ob aliquid sibi à patre promissum, de soluendo eius Creditoribus, producit actionem ciuilem inter patrem, & filium; ita vt filius antequam soluat, possit agere contra patrem, pro adimplemento.*

Obligatus in forma Cameræ tenetur omnibus, quibus interest.

6 *Exceptione non implementi repelli potest is, qui ex parte sua non adimpleuit; prout promisit: intellige, vt num.12.*

7 *Et præsertim procedit, si adsit pactum resolutiuum, in casu non adimplementi: Declara, vt num.9.*

8 *Ratificatio promissa simpliciter intra 15. dies intelligi debet, vt illi incipiant currere à die interpellationis; non autem à die celebrati contractus, licèt alij contrarium teneant, vt num.9.*

9 *Mora incursa, ob non ratificationem factam in tempore conuento, quando purgari possit, non obstante pacto resolutiuo, in contractu apposito, & quando dicta purgatio moræ præsertim admittatur, numero 10.*

11 *Mora non incurritur vbi debitum non est liquidum, & num.15.*

12 *Ad implementum agere quis potest, etiam si ex parte sua nondum adimpleuerit, quando ex ordine scripturæ colligitur; quod vnus debet prius quàm altèr adimplere.*

13 *Traditio vera non probatur ex verbis,* tradidit, dedit, assignauit; *& similibus, quando contractus non est factus in conspectu rei deductæ in contractu.*

14 *Chirographum est nullum, si non fuit Archiuiatum, iuxta Bullas Apostolicas.*

16 *Repetere non possum à te, quod solui tuis Creditoribus, de pretio tuorum bonorum, cùm de bonis tuis soluisse dicar, vt nu.19.*

17 *Alienationis prohibitio personalis restringitur ad modum, ibi expressum, maximè si nulla fuerit adiecta causa prohibitionis.*

18 *Hæreditas defuncti, postquam est adita, desinit esse de patrimonio illius, & efficitur de patrimonio hæredis.*

DECISIO CCLXX.



DOMINI dixerunt esse confirmandam sententiam secundi Collateralis qua declaratum fuit Chirographum, de quo agitur exequendum esse, contra D. Iulium, ad fauorem D. Camilli eius filij, iuxtà liquidationem bonorum, per dictum secundum Collateralem
1 faciendam: † quandoquidem de validitate dictæ sententiæ videtur non posse dubitari; cùm concurrant requisita, de quibus *Caputaq decis.260.p.2.* prout nec
2 etiam de iustitia, †. Quia cùm dictum Chirographum sit iuxtà formam *Statuti Vrbis lib.1.cap.85.* nec non obligatione Camerali roboratum, habet paratam executionem, vt disponit idem *Vrbis Statutum, Gall. ad form.Cam q.2.n.9.& 11.* & ibi *Zacch.n.4. Rot dec.12. num. 1. apud eund. Zacch. & Mant. decis.283 num.1. in fin.*

Non obstat Primò, si dicatur Chirographum continere donationem, dum in eo Iulius pater promisit
consignare bona ibi contenta Camillo eius filio; † 3
cum tamen donatio inter Patrem, & filium in potestate, nulla sit, *leg.donationis, § pater, ff.de donat.l.2.C.*
de inoff.donat. latè *Menoch. præsumpt.29.l.3. per tot.* † 4
Quia vltrà quòd d. promissio assignationis bonorum continet causam alimentorum, ex qua donatio inter Patrem & filium sustinetur, *gloss.in d.l.2.in verb.in potestate*, Verius est dictum Chirographum, non tam continere donationem, quàm mandatum susceptum per Camillum filium, cum obligatione Camerali de soluendo Creditoribus Domos. seu familiæ de Bona-
uenturis; † Quòd mandatum cùm egrediatur perso- 5
nas patris, & filij, ex quò Camillus, vigore obligationis Cameralis, obligatur, nedum Iulio patri suo, sed etiam dictis Creditoribus, quibus interest, *Zacch. ad Gallesi.de oblig.Cam. quæst.5. num.6. Rota decis.663. in princ par.1.diuers.& decis.99.nu.7.apud eundem Zacch.* & alibi sæpè: propterea ex dicto Chirographo oritur actio ciuilis inter dd. patrem, & filium; Ita vt Camillus, etiam antequam soluat, agere possit contra Iulium patrem, vt in puncto *Bart. in leg. frater à fratre, num.55.q.5.ff.de cond.indeb.*

Non obstat etiam, † Quòd Camillus non adim- 6
pleuerit ex parte sua, ex quò intra 15. dies non fecit ratificare Chirographum a D.Cleria Vxore sua, nec etiam soluit debita sibi accollata intra sex menses; prout promiserat, & propterea veniat repellendus ex-
ceptione, *leg.Iulianus, §.offerri, ff. act. empt.* † Maximè 7
cum in dicto Chirographo adsit pactum resolutiuum, in casu non implementi ex parte Camilli, quoad ratificationem Cleriæ.

Quia in primis, quoad ratificationem, fuit benè responsum, eam iam fuisse factam cum solemnitatibus
Statutariis, † & suffragari etiam quòd facta non fue- 8
rit intra 15. dies à data celebrati contractus, seu Chirographi; cùm enim in eo non fuerit præscriptum tempus à quo 15. illi dies inciperent. intelligi debet, vt incipiant à die interpellationis, iuxtà magis communem, & receptam sententiam, per text. *in l.fin.C.vt intr.cert.temp.Crim.quæst. Abb.in cap.penul. num.19.* & ibi *Anton.de Butr.num.11.de iudic. Vrsill.ad Afflict. decis.234.num.1.* Nec dissentit *Osasch. decis. 49. per tot.* Et plures alij, quos refert, & magis sequi videtur *Fa-*
rinac.in Prax.quæst.34.num.125.cum seqq. † Et præte- 9
reà quando etiam 15. dies currerent a die celebrati Contractus, iuxtà aliam opinionem, quam in puncto iuris veriorem dicit *Anton.Gomez.var.resol.li.3.cap 9. nu.9.* Quæ etiam non displicet *Osasch.vbi supra* Cùm tamen dictum pactum resolutiuum, in casu quo D. Cleria non ratificaret, non fuerit simpliciter conceptum, sed sub conditione, si D.Iulius voluerit à contractu recedere; interim quòd ipse non declarauit velle recedere, res fuit integra; ita vt D.Camillus faciẽdo D.Cleriã ratificare, prout ratificare fecit, potuerit morã, si quã fecit, purgare, vt in fortiorib. terminis, *Dec.consi.138.n.5.& 6.Ceph.cons.25.n.25 cum seqq. Cran.*
cons.59.n.7.Serap.decis.1150.n.1. † Et tantò magis cùm 10
inde Iulij ius non fuerit factum deterius, nullúmque ei sequutum damnum, ex doctrina *Bald. cons.127.lib. 1. Surd. cons.101. num. 24.* Et fuit dictum in *Firmana Pecuniaria, 10. Nouembris, 1619. coram bon. mem. Seleucien.& in Romana Societatis officij scutorum mille, 10. Nouembris, 1625. coram me.*

Quò verò ad solutionem debitorum, intra sex
menses, † vltrà quòd ante illorum liquidationem 11
Camillus nullam potuit moram incurrere, ad *leg. qui Romæ, §. Eugenius,* vbi *Bartold. Paul. Ias. & alij, ff. de verbor. obligat. Bald. in leg. acceptam in 6. oppos. numero 19. C. de vsur. Alex. cons.49. num. 2.*

num.1.in fin.vol.1.Gratian.discept. Forens.c.851.num.1.
12 Et in terminis *Surd. cons.* 38. *num.*13. *cum seqq.* †. In
omnem casum non tenebatur Camillus soluere, nisi
priùs facta per D. Iulium consignatione bonorum;
Cùm enim iste, iuxtà ordinem scripturæ, priùs consi-
gnare, & è contra posteà veluti in recompensationem
dictæ promissionis, Camillus debita soluere promise-
rit, debuit præcedere adimplementum ex parte Iulij,
ita vt Camillus, etiam antequam ipse adimpleat, pos-
sit agere contra Iulium vt adimpleat, & non è contra,
Iulius contra Camillum, *Bald.in l.1.num.*23. *C. de vs.
& fruct.leg.Burs. cons.*184. *num.*48. *cum seqq. Surd.d.
cons.*38.*num.*16.*vers.*2.*resp.* Et benè *Rota decis.*769.*n.*1.
*par.*4.*diuers.*

Nec releuat, si replicetur quòd consignatio cum
effectu facta fuit in ipsomet Chirographo, per illa
13 verba, *Da, & consegna,* †. Quia quando Contractus nõ
est factus in conspectu rei, in contractu deductæ, ex
verbis, *tradit, dedit, assignauit*, & similibus non proba-
tur vera traditio. *Bart.in l.pradia* 48.*num.*1. vbi *Alex.
& alij, ff.de acqu.poss. Nat.cons.*360.*num.*2. *Menoc.cons.*
663.*num.*10.*cum seq.Grat.discept.*611.*num.*4. *Put.decis.*
309.*lib* 3.*in correct.*

14 Minùs obstat, † si dicatur, dictum Chirographum
esse nullum, ex quò non fuit Archiuiatum, iuxtà Bul-
las Apostolicas, Quia hæc nullitas fuit per S.D.N. sa-
nata, per Rescriptum dicto secundo Collaterali dire-
ctum; quò fuit ei ordinatum, vt non obstante dicto
defectu ad vlteriora procederet: Et quamuis illud
contineat etiam conditionem, *restitutis per Camillum
pecuniis, quæ de proprio soluit, in extinctionem debitorum,
quæ Camillus in dicto Chirographo sibi accollauit, iuxtà*
15 *liquidationem per Iulium faciendam*; † Tamen cùm
Iulius in terminis sibi assignatis, non docuerit se quic-
quam soluisse de proprio, Camillus non fuit in mora,
quia interim nihil debuit restituere, ex *dicto §. Auge-
rius*, cum aliis supra allegatis.

Nec quicquam facit solutio quorundam debito-
rum facta per Iulium ex pretio Casalium Sancti Viti,
16 & Panzanatæ, † Quia cùm dicta Casalia spectarent
ad Camillum, dum Iulius soluit ex eorum pretio, non
soluit de proprio, sed de bonis Camilli; & ideò non
intrat repetitio, de qua in dicto Rescripto, *l. quoties,
61.ff.de solut.l.de hereditate, in fin.vers.nam repeti, C.de
pet.hered. Bald.in leg.vnica, num.*4.*vers* 6.*nota, C. si Sa-
cram. exter.* Quòd autem Casalia essent Camilli, vi-
detur clarum, quia: Aut pertinebant ad Domum de
Bonauenturis, & vtique, iuxtà conuentionem, de qua
in dicto Chirographo, de consignandis omnibus bo-
nis, tunc spectantibus ad dictam Domum, illa erant
consignanda Camillo, Obiectum enim, quòd licèt di-
cta Casalia vendita, essent de dicta Domo; tamen fue-
runt donata à Iulio Mazzarosto bon.mem. Mario Bo-
nauenturæ, cum expressa prohibitione, quod Marius
Donatarius non valeret de eis disponere, ad fauo-
rem Camilli, & eius filiorum: & quatenus decederet
ab intestato, Camillus, & eius filij essent pariter ab
eisdem exclusi: & succederent alij proximiores; cessat
17 penitus, † Quia dicta prohibitio, prout in verbis est
personalis, & sic restringenda ad immediatam suc-
cessionum, siue ex Testamento, siue ab intestato di-
cti Marij Donatarij, maximè cùm nulla fuerit ex-
pressa prohibitionis causa, ex Regula quam firmat,
*Bart.in leg.huius, §.Sempronia, num.*1.*ff.de leg.*3.*Roman.
in leg.si quis filium, §.fin.num.*6. *ff. de acquirend. hered.
Ias.in leg.filiusfamilias, §. Diui, num.*151. *ff. de legat.*1.
*Petr.de fideicomm.quæst.*1.*num.*37.*Fusar. de subst. quæst.*
18 673.*num.*17. *cum seqq. & Surd. decis.*125.*per totum.* †
Vnde cùm Mario in dictis bonis de Mazzarostis suc-
cesserit Iulius eius pater, & alij eius fratres, præter

Camillum, benè potuit deinde idem Camillus suc-
cedere Iulio, Quia desierunt esse de patrimonio Ma-
rij, & effecta de patrimonio Iulij, *leg. sed si plures, §. fi-
lio impuberi, ff. de vulg. & pupilla, §.* 1. *Inst. de hæred.
qual. & differ. Afflict. decis.*1-8. *num.*4. Et fuit in simili
dictum *in Bononien. Successionis*, 19. *Nouembris*, 1627.
coram me.

Aut verò dicta Casalia spectabant ad illos de Ca-
stro, ex quò Camillus, vti Procurator Iulij, & eius fra-
trum ad euitandam exequutionem sententiæ Rotalis
illa dimisit dd. de Castro, † & cùm idem Camillus, 19
qui etiam ante dictam Concordiam possidebat dicta
Casalia, tanquam Creditor scutorum 4500. dotalium
Dominæ Cleriæ eius Vxoris, occasione vnius Cen-
sus super dictis Casalibus impositi, illa posteà nomi-
ne proprio emerit, cum plena cessione iurium ei factâ
à dd. de Castro, pretiúmque pro ratâ scuta 400. vnius
Census, quæ ad ipsum spectabant, ratione Primoge-
nituræ soluerit, & de reliquis fuerit habita fides, ideò
tantò minùs pretium redactum ex venditione, posteà
facta, & Creditoribus Domus de Bonauenturis solu-
tum, est dicto Domino Iulio restituendum, vigore di-
cti Rescripti, ex *d.l.quoties*: Et ex Regula text. *in leg.
qui sic soluit, ff.de solut.*

Et ita vtraque, &c.

Bononien. Rescissionis Permutationis.

Merc. 26. *Iunij*, 1630.

ARGVMENTVM.

Bona Fideicommissi, ex quibus causis alienari possint, vel non: Et an liceat illa permutare cum rebus vtilioribus. Legitima viuente patre, An possit assignari filio in potestate existenti: Et quomodo talis assignatio valeat.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio, facta cum conditione Beneplaciti Apostolici, resoluitur, si Beneplacitum non potuit obtineri.*

2 *Bona fideicommisso vniuersa subiecta permutari possunt cum aliis rebus vtilioribus, aut magis commodis: fallit, vt num.* 5.

3 *Alienatio bonorum Fideicommissi tenet, ratione Legitimæ filio debitæ.*

4 *Item ratione æris alieni Testatoris, ab hærede soluti.*

*Declara, quòd ad dictum effectum, non sufficit docere de existentia æris alieni defuncti sed debet etiam constare de solutione hæredis, num.*8.

6 *Legitima assignari potest viuente patre, etiam filio in potestate existenti, saltem vt reuocabiliter valeat: & talis assignatio confirmatur morte patris, vt valeat irreuocabiliter, & num.*7.

DECI

DECISIO CCLXXI.



OMINI dixerunt Confirmandam esse sententiam Rotalem, latam per R.P.D. meum Ghislerium; Quia eius validitas non controuertitur: De iustitia autem, dum mandat restitui prædium, perpetuo fideicommisso suppositum, permutatum sub conditione Beneplaciti Apostolici, & quòd interim non aequiratur, nec dominium, nec possessio, apparet ex deductis *in Decisione desuper facta, 14. Ianuarij, 1628.*
1 *coram eodem* † Vbi quòd dicta Permutatio cum quadam Domino facta, fuit conditionalis, & resoluta, ex quò Beneplacitum non potuit obtineri, *Paris.cons.31. num.17.lib.4.Seraph.decis.805.nu.8. & decis.838. nu.3. cum seqq.*

Neque obstant in contrarium adducta: nempe: Primò quòd Beneplacitum fuerit reseruatum, quatenus
2 esset necessarium, † bona autem fideicommisso vniuersali subiecta posse permutari cum aliis rebus vtilioribus; aut magis commodis, *Peregr. de fideic. art.*
3 *40.num.32.* † Secundò dictam alienationem sustineri
4 ratione legitimæ, Iacobo filio, & hæredi debitæ. † Tertiò sustineri ratione æris alieni Testatoris, ab eodem Iacobo soluti, ex iuribus vulg.

Nam ad primum, de Reseruatione Beneplaciti, quatenus opus esset, vltrà quòd non constat de maiori vtilitate, imò de contrario, ex Testibus examinatis,
5 super denegatione Beneplaciti; † illud omninò in præsenti erat necessarium, stante præcisa Testatoris prohibitione alienationis cùm verbis prægnantibus, vt in illis verbis Testamenti, ibi, *prohibendo, & espressamante vietando la lor venditione, alienatione, e distrattione, &c. perche vuole, & intende ch' in ogni modo tutti seruano perpetuamente à commodo delli suoi, &c.* Quo casu, nec cùm re vtiliori permutatio fieri potest, *Pet. de fideicomm. quæst.8. num.518. Peregr. vbi supra numero 33.*

Ad secundum de legitima, benè respondet *dicta*
6 *Decisio in hac causa facta*, † Quòd illa fuit assignata Iacobo, viuente patre, & quòd talis assignatio, de iure fieri potuit, etiam filio in potestate existenti, saltem vt valeat reuocabiliter, vt notat *Bald. in leg. quamuis, C. de fideicomm. & in leg. illud, quæst.3. C. de Sacros. Eccles.* & clariùs *in l. cum oportet, §. non autem, C. de bon. quæ lib. Ang in l. si non mortis, ff. de inoff. testam. Ias. in leg. frater à fratre in prima lectura, num.44. vers. tu vltra Aretinum. Dec. cons.86. num.8. & cons.616 num.5. Paris. cons. 34. n. 42. lib.2. Ruin. cons. 65. in fin. li.5. Solon de Paz. cons. 38. num.12.* Et facit text. *in leg. cum quo de peculio, ff. ad*
7 *leg. falcid.* † Et talis assignatio morte Patris confirmatur, vt valeat irreuocabiliter, *Rip. in leg. quartam, num.172 ff. ad leg. Falcid.*

Ad tertium de ære alieno, benè etiam respondet
8 Decisio † illud non probari; & quando probaretur, non posse ab hærede detrahi, dum non probat solutionem, *Alex. cons. 45. num 11. lib.1. Merlin. de Legitim. lib.2. tit.1. quæst.16. num.13.*

Et in vna tantùm, &c.

Romana Restitutionis in Integrum.

Merc. 26. Iunij, 1630.

ARGVMENTVM.

Fructus quando debeantur solùm à die motæ litis, vel etiam à die occupationis.

SVMMARIVM.

1 *Actio pro dote nulla competit filiæ viuente patre, dum ille non fuit stipulatus simpliciter dotem filiæ reddi, sed sibi patri vel cui de iure.*

2 *Condemnatio in fructibus perceptis fit solùm à die mota litis, dum versamur in simplici Iudicio restitutorio, & contra possessorem coloratum, non autem in spolio violento, seu attentato, aut in notorio malæ fidei possessore.*

3 *Sententia condemnans ad fructus, à die occupationis, intelligi debet, quatenus illi extent, non autem de consumptis, & de iis qui percipi potuerunt, si versemur in possessore colorato, iuncto, d. num.2.*

4 *Fructus veniunt in spolio de natura iudicij, etiam quod in sententia, nulla fructuum mentio fiat.*

DECISIO CCLXXII.



ATHARINA, ratione residui dotis sibi ab Antonio eius Patre promissæ, fuit immissa in possessionem quinque domuncularum, de quibus agitur; sed quia nulliter egerat, nempe actione dotis, vigore Instrumenti dotalis; † cùm tamen 1
nulla ei pro dote, viuente Patre, actio competeret, dum ille non fuit stipulatus simpliciter dotem Catharinæ reddi, sed sibi Patri, vel cui de iure, *leg. dos à Patre, ff. solut. matrim. & leg. vltim. C. com. vtriusque Iudic. Castrens. cons. 11. num.2. lib.1. Thesaur. decis.190. nu.2. & seqq. cum alijs allegatis in Decisionibus desuper factis coram bon. mem. Manzanedo, & coram me:* Propterea Francisca, & Elisabetha de Bolinis, neptes d. Antonij, eiusdémque hæredes, obtinuerunt per D. Senatorem restitui in pristinam possessionem dd. Domuncularum, cum condemnatione fructuum à die occupationis: Vnde cum coram eodem Senatore, procedente de voto Rotæ, instaretur relaxari mandatum pro dictis fructibus: Dubitaui hodie An illud sit relaxandum, & pro qua Summa: † Et fuit resolutum Man- 2
datum esse relaxandum pro fructibus solùm perceptis à die litis motæ, cum non versemur in spolio violento, seu attentato, nec aliàs in notorio malæ fidei possessore, sed in simplici iudicio restitutorio, & contra possessorem coloratum, iuxtà distinctionem, semper in Palatio receptam, de qua testatur *Bellam* vbi rationem assignat, *in cap. grauis, quæst.11. num.40. vers. ex isto iustificatur, de restit. Spol. Rota decis.552. num.1. cum sequent. par.1. diuers.* Et sensit, *Rota antiqua decis. 10. de rest. Spol. in antiq.*

Neque obstat, † quòd Causa appellationis à d. Sen- 3
tentia fuit commissa, non retardata executione, & ideò quòd executio debeat fieri præcisè, vt cantat Sententia, & sic in fructibus à die occupationis, quia intelligi debet quatenus illi extent, non autem de consumptis, & de iis qui percipi potuerunt, prout de iure, iuxtà supradictam Palatij distinctionem, vt declarant *Bellam. Rota antiqua, & diuers. vbi supra.*

Minus obstat, quòd sententia Senatoris emanauerit de voto Rotæ, & tamen in decisionibus Rotalibus, de fructibus nullum verbum; Quia vltrà quòd, vt dictum est, causa appellationis fuit commissa non retardata executione, tollitur penitus; † Quia cùm 4
versemur in spolio, fructus veniunt de natura Iudicij, etiam quòd in sententia, nulla fructuum mentio fiat; *Bald. in rubr. num.1. C. de fruct. & lit. expens. Ias. in §. omnium, num.181. Inst. de act.*

Quò verò ad secundam Dubij partem, videlicet ad quam

quam quantitatem fructus ascendant pro parte Francisc æ,& Elisabethæ, fuit data quędam locatio facta à Pulraicho Marito Catharinæ 4. Domuneularum ex dictis quinque domuocculis pro pensione annua scutorum 62. baioc. 50. nec oon dati fuetuot duo testes examinati ad perpetuam rei memoriam, deponentes de locatione quintæ domuneulæ, pro annua peosione scutorum 27. sed quia d. locatio oon concludit, nisi de vno anno, & forsan domuneulæ oon fuerunt locatæ, qoia non fuit repertus Cooductor, aut Conductiones non fuerunt vniformes, vt sæpè contingit, & d. testes non fuerunt formiter recepti, nec demum locatio, & Testes concludunt de pensionibus, deductis expensis, cùm tamen verisimiliter expensæ fiant in reficiendis domibus; propterea DD. reiecerunt liquidationem ad aliam dispositionem, & ordinarunt qoòd interim coadiuuetur probatio.

Et ita vtraque, &c.

Corduben. Iurispatronatus.

Ven. 28. Iunij, 1630.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sumptus litis non tenetur Reus Actori subministrare.*

2 *Expensa non debentur Capitulo litiganti cum eo quando non agitur de illius vtilitate.*

DECISIO CCLXXIII.

IN lite, quæ vertitur inter Capitulum Ecclesiæ Corduben. & Priorem Sancti Augustini eiusdem Ciuitatis, communes Patronos piorum operum quondam Ferdinandi Sanchez super eo, An Capitulum pro tractandis, & exequendis negotiis prædictorum piorum operum teneatur accedere ad Conuentum Sancti Augustini, fuit in partibus lata sententia ad fauorem dicti Prioris, & deinde Causa per appellationem deuoluta ad Rotam, emanarunt duæ Decisiones pro illius confirmatione.

Stante causa in his terminis, Prior petiit sibi subministrari expensas, Et dato super hoc hodie particulari Dubio: fuit negatiuè resolutum; Quia in primis expensæ non debentur Priori ex bonis Capituli,
1 Rei conuenti; † Quia Regula est, quòd Reos non tenetur sumptus litis Actori Subministrare, *leg. Imperatores, ff. de tutel. & rat. distrah.* & ibi *Bald. Surd de*
2 *alim. tit. 1. quæst. 110. num. 1.* † Deinde nec ex opere pio, quia non agitur ad illius vtilitatem, sed solùm de honore, & præeminentia Compatronorum inter se, iuxtà aliam Regulam quam firmant, *Dec. in cap. ex literis, nu. 34. de probat. & Rota decis. 263.* & ibi *Add. apud Greg. XV. decis. 138. num. 1. cum seqq. parte prima.*

Et ita vtraque, &c.

Romana Electionis Prothomedici.

Ven. 28. Iunij, 1630.

ARGVMENTVM.

Accipe ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio debetur quoad omnes actus pertinentes ad Officium, de quo agitur quando probatur possessio in aliquibus actibus, ad dictum Officium spectantibus cum attendi debeat causa vniuersalis.*

2 *Inhibitio facta Collegio, non afficit Possessorem non inhibitum, qui debet etiam inhiberi.*

3 *Sententia lata super possessione, ad fauorem alicuius, vel contra eum, ipsi soli nocet, vel prodest, non autem alij*

4 *Electus si turbatur in quasi possessione Exercitij; non ideo turbatur Collegium in quasi possessione eligendi.*

5 *In iudicio summarissimo manutentionis non attenduntur respectiua petitorum.*

6 *Inhibitio facta post actus possessorios non præiudicat, ad effectum manutentionis.*

DECISIO CCLXXIV.



FVIT resolutum D. Ioannem Manelphum esse manutenendum in quasi possessione exercendi Officium Prothomedicatus, Quia illius quasi possessio benè probatur, ex quo exercuit plures actus, vti talis Prothomedicus videlicet Officiales creauit, & decreta iudicialia fecit, vt in eius *Summario num. 2. & 3* † Ex quibus debet etiam manuteneri 1
quoad omnes alios actus de Iure, aut aliàs ex Concordiis, & Bullis Apostolicis ad idem Officium pertinentes, cùm attendi debeat Causa Vniuersalis, iuxtà doct. *Bart. in leg. 1. §. si quis hoc interdicto, ff. de itin. actuq. priu. Bald. in leg. 1. num. 24. C. de emancip. liber. Abb.* per illum text. *in cap. 1. de relig. dom. Felin. in cap. audituis, de præscript. Cassan. in Consuetud. Burgund. rubr. 1. tit. des Iustices, num 92. & 93. Crauett. de antiq. temp. 4. par. nu. 28. & cons. 27. in fin. Greg. XV. decis. 557. nu. 2. vbi Add. num. 6. cum sequ.*

Neque obstat prætensa inhibitio ante actus possessorios supradictos, facta Collegio Medicorum, & quòd propterea possessio Ioannis, vti attentata non sit manutenibilis, † Quia ex inhibitione, facta Collegio, nó 2
sequitur, quòd Ioannes fuerit inhibitus, & tamen debuit etiam inhiberi, cùm ad ipsum principaliter, circumscripto Collegio, competat ius defendendi suam possessionem; † ita vt sententia super possessione cō- 3
tra ipsum, aut in eius fauorem lata, ipsi soli, non autem Collegio nocere possit, *cap. cum olim quæstio de caus. poss. & propr.* vbi *Abb. num. 12. Innoc. in cap. dilectus filius, il 2. num. 4. ve f. & est ratio diuersitatis, de prab. & dign. Couar. pract. quæst. cap. 14. num. 1. & 2.* & ferè in his terminis *Bart. in leg. 1. §. huius autem interdicti, nu. 3. ff. vti possid.* vbi † quod si electus turbatur in quasi 4
possessione exercitij, non ideò videtur turbari Collegium in quasi possessione eligendi.

Quæ verò dicebantur contra electionem Ioannis in Prothomedicum, spectant ad petitorium, & requi-

5 runt altiorem indaginem, † quæ ideò in hoc summarissimo manutentionis Iudicio, attendi non debent;
6 † prout nec inhibitio Ioanni, facta de mense Martij, quia actus possessorij supradicti præcesserunt, cùm facti fuerint de mense Ianuarij.

Et ita vtraque, &c.

Leodien. Cappellæ.

Ven. 28. Iunij, 1630.

ARGVMENTVM.

Prouisio, facta vigore Turni, à Canonico in Sacris non constituto, non valet.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus non constitutus in Sacris, de tempore quo prouidet, vigore Turni, non potest eo gaudere, & multis hoc resoluitur, & comprobatur num. 4. 5. & 6. non obstantibus allegatis in contrarium, numero 3.*
2 Clem. vt ij, qui de ætat. & qualit. ord. *procedit quoad omnes actus Capitulares, ex Garz. ibi allegat.*
3 *Canonicus Turnarius non prouidet in Capitulo, sed extra: Contrarium, num. 10. vbi reprobatur* Rebuff. & Rota, *ad id alleg.*
4 *Canonicus, non constitutus in Sacris, potest facere actus, qui ad Canonicos, vti tales extra Capitulum spectant.*
5 *Prouisio per Turnum, cuius loco sit subrogata, & quæ re adinuenta.*
7 *Incapax à principio ad eligendum non potest loco alterius subrogari.*
8 *Prohibita vna via permitti non debent alia via.*
9 *Causa originalis semper est attendenda.*
11 *Prouisio beneficiorum spectat in dubio, etiam in Collegiatis, ad Capitulum, non autem ad Canonicos vti singulos.*

DECISIO CCLXXV.



N duabus Decisionibus in hac causa factis coram me 24 Nouembris, 1628. & 18. Martij, 1630. fuit resolutum: Beneficium de quo agitur esse adiudicandum Henrico, vti prouiso per D. Hermannum Canonicum Ecclesiæ Collegiatæ de Corthesem, ad quem vigore Turni pro illa vice prouisio spectare dicebatur.

Neque obstare dictum fuit, quòd Hermannus, qui prouidet vigore Turni, de tempore prouisionis non
1 esset in Sacris, † qui propterea videbatur non posse gaudere Turno, *Clem. vt ij qui de ætat. & qualit. ordin. Imol. in d. Clem. num. 4. & 22.* & ibidem *Vitalin. nu. 23. Monet. de Distribut. quotid. quæst. 20. num. 2. Garz. de*
2 *benef. part. 3. cap 4. nu. 14.* † Vbi dicit procedere, quoad omnes actus Capitulares, Quia fuit responsum, quòd d. Clementina prout S. Conc. Trid. solùm disponunt, vt non existentes in Sacris, non habeant vocem in Capitulo, & quòd in actibus Capitularibus expediendis non possint in Capitulo interuenire, qui non
3 est casus noster; † Cùm Canonicus Turnarius non
4 prouideat in Capitulo, sed extra; †. Canonicus autem non constitutus in Sacris benè potest facere actus, qui ad Canonicos vti tales, extra Capitulum spectant, iuxtà *Gloss. in d. Clem. in verb. Capitulo.* Et in terminis *Rebuff. de nominat. quæst. 8. num. 4.* Et in pondo *Rota in Romana Beneficiatus Sancti Petri, 13. May, 1591. coram Gipsio*, quæ habetur *in 4. part. diuers. decis. 600.*

Sed nihilominus Domini hodie, negotio attentius discusso, atque perpenso, A decisis recesserunt; hac viua, & inuincibili ratione, quod Canonicus, ad quem ex Statuto, vel consuetudine spectat prouisio, ratione Turni, dicitur prouidere nomine, & vice Capituli, non autem vti singularis Canonicus; ita vt prouisio habeatur ac si à Capitulo, capitulariter facta fuisset, *cap. fin. de præbend. in 6. Gloss. verb. Statuto & Franc. n. 1.* Nec etiam prouidet, vti quælibet extranea persona, habens mandatum à Capitulo, ita vt solùm habeat merum exercitium sibi à Capitulo commissum, sed prouidet vti Canonicus, ratione Turni: † Cùm au- 5
tem prouisio per Turnum sit subrogata loco Capituli, ac illius vocis, & iuris eligendi, quòd singuli Canonici habent in Capitulo; & adinuenta ad euitandas dissensiones inter eos, qui habent vocem, & ius eligendi in Capitulo; & sic inter personas capaces faciendi actus Capitulares, iuxtà *Gloss. in d. verbo Statuto & text. in Clem. plures de Iurepatr.* non potest pertinere ad alioquin non capacem † & sic Canonicum 6
in Sacris non constitutum, ex Regula *subrogatus, &c.* de qua in *leg. si eum, §. qui iniuriarum,* & ibi *Gloss. & Bart. ff. si quis caut.* latè *Euerard. in loco à vi subrogationis,* Et benè conducit Doctrina *Bald. in leg. Parabolani in fin. C. de Episc. & Cleric.* vbi per illum text. dicit quòd ille, † qui non est idoneus à principio ad 7
eligendum, non potest loco alterius subrogari, † alio- 8
quin quòd vna via prohibetur, ob publicum Religionis fauorem in quo fundantur dicta *Clem. vt ij, qui, & Sacrum Concilium*, alia via permitteretur, contra Reg. text. *in cap. cum quid de reg. iur. num. 6.* † Et non atten- 9
deretur causa originalis, quæ tamen semper attendi debet, *l. Tutor. datus, ff. de fideiuss.*

Neque obstant *Rebuff. & decisio Gipsij* in locis supradictis: †. Quia *Rebuff.* non nititur bono funda- 10
mento, dum constituit differentiam præstare suffragium in Capitulo, & nominate, seu conferre per hebdomadas, extra Capitulum, & sic ratione Turni, quandoquidem idem in effectu sunt; *Clem.* autem *& Sacrum Concilium*, non attendunt ad verba, sed ad effectum, & vrget dispositio, *d. cap. finalis,* vbi in materia stricti iuris æquiparantur, quoad effectum, & iuris dispositionem, beneficia prouidenda per Capitulum capitulariter, & beneficia prouidenda per Canonicos Turnarios, vigore Statuti, aut consuetudinis: *Decisio vero Gipsij*, videlicet *Decisio 600. par. 4. diuers.* dum facit eandem distinctioné, & dicit Hebdomadarium, seu Turnarium habere nudum exercitium. Dominis non placuit, ob rationes supra traditas, & minùs saluari potest, dum in *ea num. 2. vers. t. responsum fuit*, habetur, quòd in eo casu, non satis constabat, an prouisio Beneficij, de qua ibi, ad Capitulum priuatiuè ad Canonicos, vel ad Canonicos, vti singulos, pertineret, † cùm in dubio prouisio beneficiorum, etiam 11
in Collegiatis, ad Capitulum, non ad Canonicos vti singulos spectet, *Innoc. in cap. bonæ il. 1. in vers. temerè recedit, de postulat. Prel. Felin. in c. cum omnes, num. 27. de constit.* & ibi etiam *Imol. nu. 9. & 10. & Bero. num. 85. Federic de Sen. consf. 192. n. 6. vers. item illa receptio, Rota decis. 4. de concess. præbend. in no. & Cassad. decis. 2. de præbend.*

An autem Henrico suffragetur Cessio iuris sibi facta per Arnaldum, reiecerunt Domini ad aliam disputationem.

Et ita decisum vtraque, &c.

Cordu

Corduben. Cappellaniæ.

Lun. 1. Iulij, 1630.

ARGVMENTVM.

Testes examinati sine partis citatione quando probent: Et quid si se referant ad primum examen nullum, & non constet eos iurasse, tactis scripturis.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones apposita in fundatione Iurispatronatus seruari debent, in illius prouisione.*
2 *Examen Testium, sine citatione factum, substinetur, propter notitiam illius, quam habuit pars aduersa.*
3 *Testes nulliter ab initio examinati sufficit, quòd postea fuerint formiter repetiti.*
4 *Testem iurasse in forma iuris, si Notarius attestetur, sufficit de stylo Hispaniarum, etiam si non constet Testem iurasse tactis scripturis.*
5 *Testes probant, etiam si se referant ad primum examen nullum.*
6 *Beneficium obtentum non facit incompatibilitatem, respectu adeptionis, sed tantum respectu retentionis.*

DECISIO CCLXXVI.

Fvit resolutum: Cappellaniam de qua agitur, esse adiudicandam Ioanni Baptistæ, non autem Romero, quia cùm ex tenore fundationis, patroni in concursu plurium Consanguineorum, in eodem gradu existentium, debeant præsentare magis benemeritum, & ex actis benè constet Ioannem Baptistam à Patronis præsentatum esse in æquali gradu fundatrici cum Romero: & præterea esse magis benemeritum; ideò illi est beneficium adiudicandum;
1 †. Cùm conditiones in fundatione appositæ sint seruandæ, *Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 1. quæst. 9. per tot. Seraphin. decis. 774.* Et in his terminis fuit decisum *in Papien. Parochialis, 17. May, 1598. coram Orano, & in Pamphil. Parochialis, 12. Decembris, 1597. coram Litta:* Et tantò magis est locus dictæ adiudicationi, quia cùm Romerus petierit Remissoriam ad probandum se esse in eodem consanguinitatis gradu, ac esse bonæ vitæ, & famæ, nec non Laurentium de Fonseca Clericum Corduben. qui ei iura cessit, esse in secundo gradu dictæ consanguinitatis, in quibus ius suum fundare nitebatur, fuit ei denegata, vti irreleuans, ex rationibus latè deductis *in decis. desuper facta, 5. Decemb. 1629. coram me:* Quæ penitus concludunt bonum ius d. Ioannis Baptistæ, & non ius dicti Romeri.

Neque obstat, si dicatur quòd Testes Ioannis Baptistæ, deponentes de paritate gradus, fuerint ab initio
2 nulliter examinati, ob defectum citationis, † Quia vltrà, quòd eorum examen videtur, nihilominus posse substineri, propter notitiam examinis, quam pars habuit, vt dixit *Rota decis. 686. par. 1. recent.* Cessat difficultas, † quia fuerunt posteà formiter repetiti, quòd
3 sufficit, *Greg. XV. decis. 331. num. 15.*

Non obstat quòd Testes non iurauerint tactis scripturis, & quòd se referant ad primum examen nullum, † Quia primum tollitur de stylo Hispaniarum,
4 iuxtà quem sufficit, vt Notarius attestetur, testem iurasse in forma iuris, *Gonzal. in annot. null. & attent. n. 112. Seraph. decis. 857. num. 26.* Secundum autem non 5
substistit, † Quia imò Testes probant, licèt se referant ad primum examen nullum, *Bart. in l. legata inutiliter, num. 3. ff. de leg. 1. vbi Alex. num. 7. idem Bart. in leg. eos, num. 6. ff. ad leg. Corn. de fals. Farinac. de test. quæst. 66. num. 39. & sequent. Gregor. XV. dict. decision. 331. & ibi Addit. Seraph. decis. 270. in fin. & decis. 1147. num. 9.*

Demum non obstat quòd Romerus habeat Cessionem à Fonseca, & Gratiam, *Si neutri*, & quòd Ioannes Baptista habeat aliud Beneficium, quia hæc fuerunt plenè sublata in *d. alia decis. super irrelevantia Remissoriæ, coram me*, † Vbi quòd Fonseca, erat incapax & 6
quòd in hoc casu habere aliud Beneficium non facit incompatibilitatem, respectu adeptionis, sed respectu tantùm retentionis, ex *Seraph. decis. 774.* & aliis ibi allegat. Et demum, quòd Gratia, *Si neutri*, non suffragatur, cùm clarè constet de bono Iure. Ioannis Baptistæ.

Et ita vna tantùm, &c.

Cæsaraugustana Canonicatus.

Lun. 1. Iulij, 1630.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Papa non censetur, per facultatem concessam Capitulo conferendi Beneficia, in aliquibus mensibus reseruatis, voluisse sibi præiudicare in aliis Reseruationibus.*
2 *Papa si confirmet Concordiam, in qua disponitur circa Collationem reseruatorum quomodo intelligatur.*
3 *Papa non præsumitur velle contra se confirmare.*

DECISIO CCLXXVII.

Die 11. Iunij præteriti fuit resolutum: Canonicatum, de quo agitur, esse adiudicandum Hieronymo Campan prouiso Apostolico, non autem Petro Hieronymo Martinez prouiso à Capitulo Cæsaraugustano: Cùm autem pro parte Petri fuerit instatum pro noua audientia, Hodie iterum causam proposui: Et Domini vnanimiter in decisis perstiterunt, ex rationibus, in Decisione desuper extensa, cumulatis; & præsertim ex ea de qua ibi *in vers. Neque obstat si dicatur, quòd cùm dicta clausula, &c.* Videlicet quòd etiam si in Bulla Sæcularizationis non adesset restrictiua illa, *dummodò dispositioni Apostolicæ, &c.* Papa † nihilominus, per facultatem Capitulo datam 1
conferendi beneficia in mensibus Martij; & Septembris, non censeretur voluisse præiudicare suis Reseruationibus, *Felin. Sarnen.* & alij *in d. Decisione coram me*, allegati, & in fortioribus terminis dixit *Rota in causa Vercellen. Archipresbyteratus, 6. Iunij, 1507. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, quæ est in impress. *decisio 349. num. 6.* †. Vbi quòd si Papa confirmet Concor- 2
diam, in qua disponitur circa Collationem Reseruatorum, intelligitur illa Concordia, quatenus Episcopus aliàs habeat Indultum conferendi reseruata, &

non

3 non aliter, & hoc ex eo, iuxtà supradicta,† quia Papa non præsumitur. vt contra se coofirmare velit, *Bald. in cap. venientes, num. 4. ante fin. verf. sed quid si Princeps, de Iure iur. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 44. num. 12.*

Et ita resolutum Campan tantùm Informante, Procuratore tamen Perti, qui audientiam petiit citato, & nihilominus informare recusante, &c.

Prænestina Rectoricæ.

Lun. 1. Iulij, 1630.

ARGVMENTVM.

Collige ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans Beneficium vti vacans, ob non seruatam formam* Constitutionis Pij V. *quid teneatur iustificare.*
2 *Gratia non iustificata non meretur executionem.*
3 *Reus & possessor vincit per non eius Actoris.*

DECISIO CCLXXVIII.

Zacchariæ non esse adiudicandam Rectoriam, de qua agitur, Domini responderunt: 1 † Quia cùm ille eam impetrauerit, vti vacantem, ob non seruatam formam, *Constitutionis S. mem. Pij V.* vltrà valorem, & Clericatum, duo præcipuè tenebatur iustificare, nempe Rectoriam prædictam vacasse, & quòd in illius prouisione, facta de Bernardino altera parte, non fuerit seruata forma dictæ Constitutionis, vt fuit sæpè resolutum, & signanter *in Salmantina Parochialis, 21. Iunij, 1593. coram Orano, & in Cæsaraugustana Parochialis de Meella, 8. Nouembris. 1599. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in Vicen. Parochialis, 14. Ianuarij, 1611. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, quæ est *decis. 323. par. 2. recent.* Et ideò eum prædicta non iustificauerit,
2 non est ei Rectoria adiudicanda; † Cum gratia non iustificata executionem non mereatur, *Ioan. Andr.* & communiter alij *in cap. 1. de lit. contest. in 6. Rota decis. 20. de præbend. in nou.* Nec est agendum de iuribus
3 Bernardini, † Quia ille est Reus, & possessor: & sufficit ei vincere per non ius actoris, *leg. fin. C. de rei vend. Bart. in l. 2. nu. 1. de except. rei iudic. Rota decis. 6. de re indic. in antiq. & decis. 158. nu. 1. & 259. num. 4. apud Reuerendissimum Dominum meum Decanum.*

Et ita Bernardino tantùm Informante, &c.

Rauennaten. Censuum.

Lun. 1. Iulij, 1630.

ARGVMENTVM.

Habes ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Census extinguitur per interitum rei censuata, & ideò fructus postea soluti sunt restituendi, & n. 2.*
3 *Partita extracta ex libris Banchi probant, si sint aliunde adminiculatæ.*
4 *Quietantiæ, formiter recognita probant solutionem, præsertim si sint adminiculatæ ex articulis, medio Iuramento datis.*

DECISIO CCLXXIX.

Declaravit A. C. duos annuos † Census, de quibus agitur vnum scutorum 150. ad fauorem bon. mem. Cardinalis Dezzæ, & alium scutorum 75. ad fauorem Marci Antonij Sabbatini, impositos per Virgilium Budriolum die 28. Nouembris anni 1591. fuisse extinctos; ex quò terræ super quibus fuerunt fundati perierunt per inundationem aquarum fluminis Senij, quæ contigit de anno 1593. de mense Aprilis, ita vt fuerint redditæ infructiferæ, † & proinde declarauit etiam omnes fructus à tempore inundationis solutos, esse restituendos; Quæ sententia cùm fuerit posteà in Rota confirmata, & Creditores dicti Budrioli repeterent fructus post inundationem solutos; Dubitaui hodie ad quam summam ascendant: Et fuit resolutum, ascendere ad summam scutorum bis mille & vigintiquinque, quæ ex actis apparet legitimè soluta, pro semestribus dictorum Censuum decursis post inundationem. 1 2

Nam in primis in causam census scutorum 150. Cardinalis Dezzæ, constat de solutione scutorum 150. pro duobus semestribus maturatis 28. Nouembris 1593. & 28. Maij 1594. Et sic post inundationem, † ex partitis extractis ex libris Banchi q. Ioano. Baptistæ Vbertini, quæ cùm fuerint legitimè extractæ, & in hac causa exhibitæ per Dominos de Dezza; nec non adminiculatæ, ex Testibus examinatis ad eorundem iostantiam deponentibus in genere de pluribus solutionibus factis per medium dicti Banchi, benè probant, *Aym. de antiq. temp. p. 1. §. vidimus, nn. 25. Rota apud Greg. XV. decis. 301. nu. 5.* 3

Deinde in causam eiusdem Census, constat pariter de solutione scutorum 1175. pro decem, & septem semestribus post dictam inundationem maturatis; nempe ex vna quietantia Gabriëlis Salæ scutorum 75. quæ fuerunt ei soluta in vim ordinis subscripti ab eodemmet Cardinali, † & aliis sexdecim quietantiis similium scutorum 75. pro earum qualibet subscriptis manu Francisci Martinez Procuratoris dicti Cardinalis, & eius hæredum, quæ etiam benè probant, vti formiter recognitæ, & adminiculatæ ex articulis per Dominos de Dezza medio Iuramento datis, *Greg. XV. decis. 215. num. 5.* 4

Tandem in causam annui Census scutorum 75. ad fauorem prædicti Sabbatini, apparet fuisse soluta scuta 600. post inundationem, vt ex quindecim quietantiis eiusdem quatum vna est scutorum 75. pro duobus semestribus, aliæ verò quatuordecim sunt scutorum triginta septem cum dimidio pro qualibet pro totidem semestribus, quæ in totum faciunt dictam summam scutorum 600. quæ cùm etiam fuerint subscriptæ ab eodem Sabbatino, & formiter recognitæ plenè probant, ex supradictis.

Non obstat quòd Creditores prætendant repetere etiam alias duas partitas, solutas per Banchum eiusdem Vbertini, Quia cùm ex earum lectura constet fuisse solutas pro semestribus maturatis, ante inundationem, fuerunt benè solutæ, quæ ideò repeti non possunt.

Et ita, &c. vna tantùm, &c.

Lunen.

Lunen. Sarzanen. Cappellaniæ.

Merc. 3. Iulij, 1630.

ARGVMENTVM.

Accipe ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur de iure ab Institutione: illa tamen non admittitur, quando causa fuit commissa,* appellatione remota.

2 *Absolutoria, quando, & quomodo sit concedenda, ad fauorem possessoris.*

3 *Præsentandi quasi possessio sufficit quoad petitorium adiudicationis Beneficij, ad fauorem præsentati, quicquid sit inter Patronos, quoad petitorium Iurispatronatus.*

4 *Petitorij suspensio non releuat, si illa fuerit postea in tempore reuocata.*

DECISIO CCLXXX.

PER duas Decisiones conformes, vtraque parte Informante emanatas, *die vltima Maij, 1627. & 24. Ianuarij, 1628.* fuit resolutum; Hieronymum Furlanum esse instituendum, vti præsentatum à maiori parte Patronorum, existentium in quasi possessione præsentandi, quarum vigore fuit ei data insti-
1 tutio, & possessio per viam Decreti: † à qua institutione, licèt de iure datetur appellatio, quia tamen causa fuit commissa, *appellatione remota*, non fuit admissa. Quapropter hodie in relationibus Memorialium idē Hieronymus possessor petiit causam expediri ad eius
2 fauorem, † per viam absolutoriæ in forma, cum impositione perpetui silentij super petitorio, quoad obtentum dicti beneficij, & adiudicationis Cappellæ: Et Domini etiam vtrâque parte per Memorialia informante, attento quòd bonum ius fuit plenè discussum, & de eo constat ad fauorem dicti Hieronymi, ex deductis in dictis duabus Decisionibus; quódque post illas elapsi sunt iam duo anni, & alia pars nihil deduxit; ordinarunt causam, super dicta absolutoria, prout fuit petitum, expediri in forma, & iuxtà stylum de quo *Rota decis. 3. de re iudic. in nou. & Cassad. decis. prima, num. 1. & decis. 2. in princ. eodem titulo.*

Neque obstat obiectum in Memoriali ex aduerso factum, videlicet quòd non possit causa expediri, nisi priùs desuper disputato dubio maximè cùm Hiero-
3 nymus suspenderit petitorium, † Quia, quicquid sit inter Patronos, quoad petitorium Iurispatronatus, disputatio dubij super petitorio adiudicationis, quoad præsentatos est superflua, cum ex Decisionibus desuper emanatis claré constet de quasi possessione præsentandi eorum qui Hieronymum præsentarunt; quæ quasi possessio sufficit quoad petitorium adiudicatio-
4 nis, *capitulo consultationibus cum vulg. de Iurepatr.* † quòd verò suspensum fuerit petitorium, nihil releuat, cùm postea suspensio fuerit in tempore reuocata.

Et ita, &c.

Ciuitatis Castelli Bonorum.

Merc. 6. Nouembris, 1630.

ARGVMENTVM.

Bona in litē deducta, in quibus casibus alienari possint, sine vitio litigiosi; ita vt sententia, contra alienantem lata, exequi non possit sine nouo processu, contra illum in quem dicta bona peruenerunt.

SVMMARIVM.

1 *Litigiosa dicitur res contra quam fuit intentata actio realis.*

2 *Sententia lata contra alienantem rem litigiosam exequi potest, aduersus in ea re successorem, absque nouo processu.*

Fallit si alienatio, lite pendente, facta fuerit ex causa dotis, num. 5.

Declara quòd dicta alienatio ex causa dotis non potest fieri nisi in subsidium, num. 8. Contrarium tamen resoluitur num. 9 vbi *declaratur* Lancell. & *reprobatur* Cephal. *ex aduerso alleg.*

3 *Bona in litem deducta alienari possunt sine vitio litigiosi, ex causa restitutionis dotis, & ex alijs causis, ibi expressis.*

4 *Amplia hoc procedere, siue dos constituatur, siue restituatur.*

6 *Litigiosa re alienata, in casibus de iure permissis, lis prosequi debet contra alienantem, non autem contra eum, in quem facta fuit alienatio: & in dictis casibus censetur tantùm alienatus euentus litis, non autem inde infertur quòd sententia, contra alienantem lata, possit exequi absque nouo processu, contra eum, in quem res fuit alienata, & num. 7.*

9 *Lex non distinguens est simpliciter intelligenda.*

10 *Identitas bonorum fideicommissi, æquiuocè probata non releuat.*

DECISIO CCLXXXI.



IN *Decisione in hac causa facta, 31. Maij, 1627.* coram me, fuit resolutum: Sententiam Rotalem, latam super iudicio petitorio, hæreditatis, ad fauorem Bartholomæi de Albizinis, cum immissione inde sequuta in prædio de Sancto Anastasio, contra hæredes Alexandri Futij, esse exequendam contra Tiburtiam Futiam, quoad duo corpora, quæ de pertinentijs dicti prædij esse prætenduntur, nuncupata *il Campo della Noce*, seu *della Fornace*, *e la Casa noua*, per illam detenta, & possessa: Et resolutionis ratio fuit;
† Quia Tiburtia acquisiuit dicta duo corpora titulo 1
emptionis à Flaminia, in quam peruenerant, lite iam pendente super illis, cum dictis hæredibus Alexandri Reis conuentis, actione reali; & sic cum vitio litigiosi, *Auth. litigiosa, C. de litig.* † Vnde contra eam, absque 2
nouo processu, potest exequi sententia, contra dictos hæredes lata, *l. fin. vbi Bart. C. de litig. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 6. num. 27.* vbi rationem assignat cum pluribus alijs in *dicta Decisione* allegatis.

Sed proposita hodie causa super iisdem Domini à decisis recesserunt, duplici fundamento: Primum est, quia licèt verum sit, quòd dicta duo prætensa corpora Prædij Sancti Anastasij peruenerunt, lite pendente,

tu Fla

in Flaminiam, à qua Tiburtia causam habet; tamen
verum etiam est, quòd peruenerunt in eam ex causa
3 restitutionis dotis, ex qua; † prout etiam ex causa
legati, transactionis, & diuisionis, bona in litem dedu-
cta, possunt ratione publicæ vtilitatis, sine vitio liti-
giosi, alienari, *leg. fin. in fin. C. de litigios. gloss. in l. ante*
diuisionem, & ibi *Bald. C. de iur. dot. Aug. in auth. de li-*
4 *tigios. in princ.* † vbi quòd limitatio procedit, siue dos
constituatur, siue restituatur, *Abb. in c. fin. num. 3. de*
alien. Iudic. mut. caus. fact. Natt. cons. 401. num. 1. Peregr.
vbi supra *num. 22. Guidopap. quæst. 327. Minsing. obseru.*
55. censur. 1. Afflict. ad Constitutiones Neapol. lib. 2. rubr.
41. num. 13. Capicc. decis. 128. num. 7. Intrig. decis. 39. nu.
5 *4. & 5.* † stante autem quòd alienatio lite pendente
fuit facta ex causa dotis, & sic sine vitio litigiosi, sen-
tentia lata contra dictos hæredes Alexandri, exequi
non potest, contra Tiburtiam, ea non citata, & sine
processu, *Abb. vbi supra, d. num. 8. Capicc. d. decis. 128.*
num. 7.

Neque obstat, si dicatur, quòd in casibus exceptua-
6 tis *in d. l. fin.* † & sic quando res litigiosa alienatur ex
causa dotis, lis nihilominus debet prosequi contra
alienantem, seu cedentem, non autem contra cessiona-
rium, seu eum in quem alienatur, ita vt in dictis casi-
bus solùm censeatur alienatus euentus litis, quæ agi-
tatur cum alienante, *Auth. nunc si hæres, C. de litig.*
7 *Abb. in d. c. fin. num. 5. Peregr.* vbi supra *num. 24.* † &
consequenter sententiam latam contra cedentem,
etiam in dictis casibus præiudicare Cessionario, Quia
inde solùm infertur, quòd etiam post alienationem lis
durat contra cedentem, & quod solùm censetur alie-
natus litis euentus, non tamen quòd propterea sen-
tentia lata contra Cedentem possit exequi contra
Cessionarium, eo non citato, aut sine nouo processu,
vt bene infertur ex dicta *Auth. nunc si hæres in vers.*
igitur, & ex Abb. dict. num. 8. & Capicc. dict. deci-
sione 128.

8 Non obstat etiam, † quòd alienatio ex causa dotis
lite pendente, non possit fieri, nisi in subsidium, id est,
non extantibus aliis bonis non litigiosis, ex adductis
per *Lancellot. de attent. lit. pend. par. 2. cap. 4. limit. 8. nu.*
9 *9. Cephal. cons. 64. num. 11. & 24.* † Quia vltrà quòd di-
cta lex finalis non distinguit, sed simpliciter loqui-
tur, quæ ideò est etiam simpliciter intelligenda, ad
leg. non distinguemus ff. de recept. arbitr. Lancellot. non
loquitur in aliquo ex casibus exceptuatis per d. legem,
sed in terminis longè diuersis, ex quo propterea non
potest fieri illatio ad nostrum casum, & ad alios in
eadem lege exceptuatos, ratione publicæ vtilitatis,
Cephal. autem nullo nititur fundamento, & sequere-
tur quòd etiam res litigiosa non posset per viam le-
gati in alium transferri, stantibus aliis rebus quod es-
set absurdum, vt ad sensum patet.

10 Secundum fundamentum fuit; † Quia non pro-
batur identitas, nempe quod d. duo corpora, alienata
ex causa dotis in Flaminiam, sint de pertinentiis il-
lius Prædij Sancti Anastasij, super quo lis vertebatur;
quandoquidem est in facto aduertendum, quòd de
tempore mortis Bartholomæi senioris fideicommit-
tentis, in tenimento S. Anastasij aderant multa alia
petia, seu corpora terrarum per alios possessa, sub iis-
dem vocabulis, & confinibus quàm illa possessa à fi-
deicommittente, nec quòd Antonius hæres grauatus
emit eorum aliqua sub eisdem vocabulis, & Confini-
bus prædictorum duorum corporum, quæ hodie con-
trouertuntur: Vnde cùm esse possit, vt dicta duo
corpora non sint de pertinentiis fideicommissi, sed de
illis quæ per alios possidebantur de tempore mortis
fideicommittentis, aut de emptis per hæredem gra-
uatum; consequenter probatio identitatis remanet
æquiuoca, ita vt sententia prædicta non possit exequi
in dictis duobus corporibus, ad text. *in §. curare, Inst.*
de act. l. vbi autem non apparet, ff. de verb. oblig. latè *Pe-*
regr. de fideicom. art. 44. per tot.

Et ita resolutum, &c.

Anconitana Censuum.

Ven. 8. Nouembris, 1630.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio non fit de credito liquido ad illiqui-*
dum.

DECISIO CCLXXXII.

LICET per duas Decisiones coram me, & primo in aliis coram bon. mem. Buratto, fuerit plenè discussum, & resolutum; Non extare alia Petri, quæ Triumphis suffragentur, ad excludendam subsidiariam actionem per Leonios intentatam contra eos; Domini nihilominus ex solita benignitate ordinarunt, vt strictè & particulariter disputaretur; An ad effectum Compensationis sit pro rata habenda ratio mobilium descriptorum in Inuentario, & Salmarum quatuor prædij S. Apollinaris; Et deinde die 10. *Iunij*, præteriti concesserunt Triumphis Remissoriam ad probandum fuisse multa bona in hæreditate Petri non descripta in duobus Inuentariis desuper confectis, quæ cùm non fuerit hucusque expedita, processi ad vlteriora in causa: Et proposui hodie supradictum Dubium: Et Domini persistendo in decisis, Negatiuè responderunt, ex motiuis, & rationibus in dictis duabus Decisionibus coram me fusè deductis: Et præterea quoad mobilia fuit nouiter deductum, & probatum quòd in dictis Inuentariis fuerunt in confuso descripta, tam bona mobilia Petri, quàm Hieronymi Archiepiscopi; † Vnde dum non constat quæ bona 1
essent Petri, quæ verò Archiepiscopi, non intrat Cõpensatio cum credito liquido DD. de Leonibus, qui sunt hæredes Archiepiscopi, ex reg. text. *in l. fin. C. de compensat.* cum vulg. Et hoc idem intrat etiam quoad illa quædam mobilia, quæ in vltimo Inuentario narrantur vendita pro alimentis pupillorum: Quia vltrà alias responsiones datas in præteritis Decisionibus cum non constet, an essent de hæreditate Petri, aut de hæreditate Archiepiscopi, non est Compensationis locus.

Quò verò ad quatuor Salmas, placuit præcipuè motiuum, *Decis. 20. Febr. 1630. in vers. præterea, & secunda fuit, &c.* nempe quòd non sunt compensandæ, quia Leonij possunt eas retinere pro aliis suis creditis prioribus, & potioribus in multò maiori quantitate. & non obstare quòd adsint alij Creditores anteriores, & potiores Leonibus, quia bene intrat dilemma hodie factum, quòd; Aut Leonij sunt anteriores, & non intrat Compensatio, sed retentio, vt in *d. decis. & in dec. 22. Iun. 1619. v. reliqua quatuor, &c.* Aut sũt posteriores, & pariter non tenentur Leonij dictas Salmas intricatas, & Creditoribus anterioribus restituendas compẽsare, ex deductis in *d. decis. 10. Feb. v. de bonis autem & in d. vers. præterea.* Et ita, &c.

Romana

Romana Executionis Laudi.

Merc. 13. Nouembris, 1630.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Identitas bonorum defuncti probatur, si constet illa possideri per eius heredes sub eisdem nominibus, & Contradis, sub quibus possidebantur à defuncto.*

DECISIO CCLXXXIII.

DOMINI steterunt hodie in decisis die 22. *May* præteriti coram me: Et sic mensurationem Prædij Pontis Retorti, prædij apud Turrem Bagni, & Prædij in Campo S. Valentini, esse incipiendam à confinibus de quibus in dicta Decisione.

Neque obstat, non constare de dictis confinibus, nisi per Testes ad perpetuam rei memoriam examinatos;
1 † Quia cùm non dubitetur, nec dubitari possit de identitate dictorum prædiorum, dum possidebantur per Tiberium, ex Laudo desuper lato, & quadam executione per Lelium producta, & certum sit quòd possidentur hodie per Lelium, qui est illius hæres, mediante persona Angeli eius Patris tria Prædia sub eisdem nominibus & Contradis, præsumptio est, iunctis adminiculis, dicta Prædia, hodie possessa per Lelium, esse illa eadem, quæ à Tiberio possidebantur, iuxtà *cons. Fulg.* 145. *nu.* 2. per Rotam sæpius Canonizatum, & præsertim *in d. Dec.* 706. *nu.* 2. *par.* 2. *recent.* cum aliis allegatis per *Ad. ad Greg. XV.* 575. Testes autẽ prædicti, etiam ad perpetuam rei memoriam examinati, cùm sint plures, & benè deponant, & essent in actis producti ante latam sententiam, visum fuit Dominis esse sufficiens adminiculum, ex adductis per *Rotam decis.* 160. *nu.* 12. *& decis.* 494. *nu.* 3. *par.* 1. *recent.*

Cætera, & præsertim illud de ampliatione dictorum Prædiorum per Lelium facta, fuerunt sublata *in dicta Decisione.*

Et ita vtraque, &c.

Leodien. Decimarum.

Merc. 20. Nouemb. 1630.

ARGVMENTVM.

Collige ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Moniales Cistercienses sunt exempta, ex priuilegio Sixti Quarti à solutione Decimarum ex Prædiis quæ propriis sumptibus colunt.*

DECISIO CCLXXXIV.

IN partibus super possessorio Reintegrandæ, intentato per Decanum, & Capitulum Aquen. contra Moniales Roberti Montis, super quasi possessione iuris Decimandi, in Terris, de quibus

agitur; fuerunt latæ duæ sententiæ, quibus dictæ Moniales fuerunt absolutæ; Et Causa deuoluta ad Rotam per appellationem, per duas Decisiones fuit denegata Decano, & Capitulo manutentio. Vnde hodie proposui Dubium super negocio principali: videlicet: An sententiæ de partibus sint confirmandæ, vel infirmandæ: Et fuit pro confirmatione responsum: Quandoquidem de validitate constat ex actis; cùm ibi appareat fuisse seruata omnia requisita, de quibus in vulgata *decis. Caputaq.* 160. *par.* 2. Iustitia
autem visa fuit clara: † Tum ex amplo priuilegio 1
Sixti Quarti, quo Monialibus conceditur exemptio à solutione Decimarum, ex prædiis, quæ propriis sumptibus colunt, qualia sunt hæc, de quibus agitur: Tum etiam ex quasi possessione Monialium non soluendi dictas Decimas; vt fuit latè deductum, & comprobatum in dictis duabus Decisionibus super manutentione factis.

Et ita, &c.

Florentina Subdecanatus.

Merc. 27. Nouembr. 1630.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus quando censeatur gentilitium vel hæreditarium.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus reseruatum pro se, & descendentibus est familiare.*

2 *Iuspatronatus Vniuersitati concessum, non potest ab ea transferri in eos, qui sunt extra Vniuersitatem.*

3 *Iuspatronatus Hæreditarium transit ad hæredes extraneos, etiam sine Apostolica auctoritate.*

4 *Iuspatronatus acquiritur ex dotatione beneficij, prius sine dote existentis, etiam absque expressa reseruatione Iurispatronatus, & num.* 28.

Declara id procedere, dum expressè fiat mentio de dote; quo casu acquiritur Iuspatronatus, nisi expressè remittatur, nu. 29.

5 *Amplia hanc acquisitionem intelligi ipso iure factam pro hæredibus quibuscumque dotantis; etiam non nominatis.*

6 *In contractibus censetur prospectum hæredibus, quamuis de eis non fiat specialis mentio.*

7 *Iuspatronatus est hæreditarium de sui natura, & transitorium, etiam ad hæredes extraneos.*

8 *Clausula executiuæ declarant Concessionem.*

9 *Papa non præsumitur voluisse alterare statum præcedentem Iurispatronatus, dum non fuit de eo informatus; quia licèt ad fuerit potestas, non tamen voluntas, & num.* 116.

10 *Bulla emanata censetur ad supplicationem solius impetrantis, dum non constat de mandato aliorum, quorum nomine fuit etiam obtenta,*

Fallit si constet de obseruantia dictæ Bullæ, quia tunc etiam præsumitur mandatum aliorum, numero 52.

11 *Patronus præiudicare non potest aliis Compatronis, absque eorum mandato, alterando statum Iurispatronatus, & nu.* 51. 117. *&* 139.

12 *Iuspatronatus hæreditarium pinguius est quàm Gentilitium; tùm de illo faciliùs Patroni disponere valeant.*

13 *In constructione, vel dotatione Iurispatronatus requiritur confirmatio Papæ, vel Ordinarij, ad effectum, vt illud acquiri possit, & num. 44. & nu. 121. Et præsertim si Beneficium fuit iam erectum, n. 45. Et ex quibus talis confirmatio præsumatur, nu. 15. 46. & 103.*

14 *Titulus inualidus productus non excludit præsumptionem melioris tituli; quando productio fuit facta ab alio, & num. 47. & 97.*

16 *Obseruantia præsumitur potius in vim tituli validi præsumpti, quàm tituli inualidi.*

17 *Iurispatronatus obseruantia, talis fuisse præsumitur, quale ab initio fuit Iuspatronatus.*

18 *Enunciatiua Iurispatronatus, facta tanquam spectantis ad N. & eius filios, si non fuit taxatiuè concepta, est intelligenda de filiis, vti hæredibus.*

19 *Enunciatiua vnica facta per Ordinarium in Institutione, quod Iuspatronatus sit descendentium alicuius non probat.*

20 Descendentium, *dictio, apposita in dispositione rei de sui natura transitoria ad hæredes, prout est Iuspatronatus, censetur apposita demonstratiuè, non autem taxatiuè ad exclusionem hæredum.*

21 *Obseruantia non probatur ex actu æquiuoco.*

22 *Eleemosynæ, & oblationes futuræ, An possint constitui, & destinari pro sufficienti dote Beneficij.*

Iuspatronatus Beneficij erecti, & dotati ex Eleemosynis, & Oblationibus singulorum hominum Vniuersitatis, An acquiratur ipsi Vniuersitati.

23 *Papæ potestas, præsertim in Beneficialibus, non potest in dubium reuocari.*

24 *Dotatio actualis Beneficij, cum traditione dotis de præsenti, non est semper necessaria de iure, sed sufficit sola promissio, aut obligatio dotandi.*

25 *Beneficium remanens sine dote, non extinguitur, aut immutatur, sed permanet adhuc in eodem esse, licèt officiatur de pertica.*

26 *Iuspatronatus non acquiritur ex largitione cuiusuis quantitatis à tertio facta beneficio iam fundato, dote tamen destituto, nisi exprimat, quod dat pro dote, aut sibi expressè reseruet Iuspatronatus, aliàs non dicitur Dotator, sed Benefactor, & nu. 27. & 76.*

Fallit si ex coniecturis constet de animo largientis, qui velit acquirere Iuspatronatus, num. 72. Et plures numerantur coniecturæ, nu. 81. & pluribus seqq.

30 *Iuspatronatus acquiritur ei qui dat aliquid Beneficio sine dote existenti, quod sufficiat pro dote; quamuis non exprimat de re pro dote, dum expressè non remittit Iuspatronatus.*

31 *Declara hoc verum esse, quando quis dat in principio erectionis Beneficij, & nu. 77. secus quando aliquid dat Beneficio iam erecto, quia tunc non acquirit Iuspatronatus, nisi exprimat quòd dat pro dote, aut expressè sibi reseruet Iuspatronatus, & ratio differentiæ ponitur, num. seqq.*

Fallit, si ex coniecturis colligatur animus donantis, volentis Iuspatronatus acquirere, num. 78.

32 *Beneficia à principio nunquam fundantur, aut consistunt sine dote, licèt ex post facto consistere possint sine dote.*

43 *Donans, aut Benefaciens simpliciter, incipiendo à traditione, non tenetur de euictione.*

34 *Fallit si donatio non sit simplex, sed ob causam. & num. 84.*

35 *Iuspatronatus non acquiritur ex augmento dotis, sed requiritur, vt in totum Ecclesia seu Beneficium dotetur, & num. 92.*

36 *Iurispatronatus acquisitionem prætendens, ex dotatione, de nouo facta, tenetur probare primam dotem fuisse redactam de esse, ad non esse.*

37 *Dos datur ratione tituli Beneficij; Distributiones verò dantur ratione seruitij quotidiani, & ideò differunt inter se.*

38 *Distributiones quotidianæ sunt redditus incerti, & dantur ratione cuiusdam ministerij personalis, & ideò non sunt de corpore Beneficij, & num. 94.*

39 *Amplia procedere, etiam quòd Beneficium nullos habeat redditus, quàm Distributiones: contrarium, num. 95.*

40 *Dos, & acconcium differunt.*

41 *Distributiones quotidianæ non computantur in dote Beneficij, iuxtà sententiam* Lamb. *quæ declaratur, num. 101.*

42 *Causam certam, & determinatam habens non debet ad aliam causam referri.*

43 *Dotare non præsumitur is, qui dat Beneficio, iam erecto, expressa causa, quæ de se non continet dotem,* ex Felin. Rot. *& aliis, qui declarantur, numero 101.*

48 *Actus secundus, qui fit in executionem alterius præcedentis, regulatur secundùm illum primum actum præcedentem.*

49 *Ex effectuatione vnius præsumitur effectuatio aliorum in Bulla contentorum.*

50 *Interpretatio ea in dubio capi debet, per quam euitatur subreptio Gratiæ.*

53 *Conuentio, facta nomine aliorum, reuocari potest, ante illorum ratificationem; Et quando reuocata censeatur, nu. 54.*

55 *Bulla præsumitur impetrata nomine eorum, quorum vtilitatem respicit.*

56 *Iuspatronatus Vniuersitatis non potest aliis acquiri, sine illius consensu, aut cessione.*

57 *Beneficium remanens sine dote, sicut non extinguitur, ita nec Iuspatronatus illi cohærens.*

58 *Iuspatronatus quod remansit sine dote potest iterum dotari à Patrono, priuatiuè ad quemcumque alium, & ideò si ab alio dotetur, non acquiritur illi Iuspatronatus, irrequisito primo Patrono, & nu. 59. 68. & 143. Declara vt nu. 144. & seqq.*

60 Innocentianæ Constitutionis *tenor, super reuocatione Concessionum Iurispatronatus ex priuilegio, recitatur, & nu. 141.*

61 *Clausula* non obstantibus Cõstitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, &c. *tollit omnia quæ Gratiæ obstare possunt, tam in specie, quàm in genere.*

62 *Iuspatronatus est Ecclesiasticum, si dos constituatur ex bonis Ecclesiæ.*

63 *Iuspatronatus dotatum ex Oblationibus, & eleemosynis datis à Christi fidelibus, animo illud acquirendi, dicitur ex dotatione, & non ex priuilegio.*

64 *Iuspatronatus fundatum ex bonis, intuitu Ecclesiæ acquisitis, in sui erectione si relictum sit Laico non Presbytero, censetur Laicale, maximè si Laicus sit in illius quasi possessione.*

65 *Iuspatronatus tale censetur, qualis est persona, quæ illud possidet.*

66 *Papa potest disponere liberè, & super omnes de bonis Ecclesiæ.*

67 *Patronus compelli potest ad redotandum Iuspatronatus, quod remansit sine dote; prout Pater cogi potest ad redotandam filiam, quæ dotem amisit.*

69 Innocentiana Constitutio *non reuocat Concessiones Iurispatronatus, emanatas ex causa onerosa.*

70 Innocentianæ Constitutionis *dispositio quando intret, vel non, remissiuè, & nu. 149. & 154.*

71 Innocentiana Constitutio *fundatur in præiudicio Collatoris.*

72 *Causa, posita in Proemio, est finalis, Et totam dispositionem restringit.*

73 *Iurispa*

73 Iurispatronatus reseruatio facta in limine erectionis Beneficij est correspectiua ad ipsam erectionem, cum fiant vno eodémque actu.

74 Innocentiana prout non tollit erectionem Beneficij, ita nec Iurispatronatus reseruationem factam in actu erectionis, iuxtà naturam Correspectiuorum.

75 Regula reuocatoria Vnionum, non effectuatarum, non comprehendit Vniones factas in erectione Dignitatis, & quare.

79 Dos Ecclesiæ, seu beneficij Ecclesiastici probatur leuioribus probationibus.

80 Verborum interpretatio nunquam tanti haberi debet, vt melior sensu existat.

81 Donans, incipiens ab actuali traditione, non tenetur de euictione.

82 Premissio non debet esse fatua, & ridicula.

83 Dotis causa, quis censetur assignasse bona beneficio, cum animo acquirendi Iuspatronatus sibi, & suis heredibus; quãdo in tali assignatione fuit sibi illisq; stipulatum aliquid fieri, in quo non potest aliud interesse considerari, quàm reseruatio Iurispatronatus, & num. 85.

86 Item dotis causa quis assignasse præsumitur, si voluit quòd in occurrentia litis, super bonis assignatis, expensa fieri debeant ab eius heredibus.

87 Donatio seu assignatio bonorum stabilium, facta Ecclesiæ, in dubio præsumitur pro dote; etiamsi Ecclesia fuerit iam constructa; dum illa pauper sit, & indotata.

88 Amplia hoc procedere in qualibet assignatione facta beneficio, quod nullam dotem habet; maximè si illud habeat Dignitatem annexam.

89 Beneficium habens annexam Dignitatem non præsumitur esse sine dote.

Mulier nobilis non præsumitur indotata.

90 Dos Mulieris, & Beneficij æquiparantur.

91 Iuspatronatus non acquiritur sine dote.

93 Libro Vniuersitatis non creditur contra eos, qui non sunt de Vniuersitate, & num. 135. & 138.

96 Distributiones quotidianæ obtinent locum Præbendæ, in Canonicatibus, carentibus certa Præbenda.

97 Dos beneficij, quæ dicatur.

98 Dos datur Ecclesiæ ad hoc, vt Rector illius ex ea sustentari valeat.

99 Canonicatus trium Basilicarum Vrbis, licèt in genere habeant fructus certos; tamen, quoad singulos Canonicos, consistunt in solis Distributionibus, debitis interessentibus dumtaxat; Et huiusmodi Canonicatus alibi adsunt, & præsertim in Hispania.

100 Assignatio bonorum, facta pro Distributionibus quotidianis, dicitur magis fauorabilis Ecclesiæ, quàm illa, quæ fit pro Rectore, seu Beneficiato, cùm ob dictas Distributiones augeatur cultus diuinus.

104 Contrarietas vitanda.

105 Gesta per aliquem, carentem iure, & actione, nihil operantur.

106 Iura non releuant, si non sint in forma probanti; nec formiter extracta; & num. 34.

107 Tractatus simplex non attenditur, & nihil in esse ponit, si non constet de consensu partium, postcà sequuto.

108 Multa tractantur, quæ posteà non concluduntur.

109 Mandatum ad consentiendum non habetur pro consensu actuali.

110 Mandatum de vendendo non est venditio.

111 Mandatum de renunciando non est Renunciatio.

112 Mandatum de nominando non est Nominatio.

113 Subreptitia, & Obreptitia dicuntur, quæ impetrantur tacita veritate, & expressa falsitate respectiuè.

114 Producens non potest per eum producta impugnare.

115 Bulla subreptitia non attenditur, & numero 145.

118 Scriptura referens, aut confirmans non probat nisi relata præiudicantur.

119 Vniuersitatis consensus requiritur ad impetrandam Bullam super immutatione Status Iurispatronatus, eidem Vniuersitati concessi; ita vt non sufficiat consensus Consulum, non obstante quod in Bulla adsit clausula Consulum accedente consensu, &c. & nu. 120. & 125.

121 Iuspatronatus relictum Confratribus non censetur relictum Prioribus, seu Consulibus Confraternitatis, sed toti ipsi Confraternitati.

122 Priuilegium concessum Clericis, censetur concessum Ecclesiæ.

123 Ciuibus relictum, habetur vti relictum Ciuitati.

124 Iuspatronatus relictum Consulibus, seu Prioribus Vniuersitatis, non censetur relictum ipsi Vniuersitati, sed solis Prioribus, & Consulibus pro tempore; ita vt ipsi soli debeant præsentare.

126 Papa si uerit tenorem alicuius conuentionis non est opus, vt aliter de ea constet: Declara, vt num. 127.

128 Gratia, seu Confirmatio Papæ corruit, narratis non verificatis.

129 Clausula, ex certa scientia, non releuat, quando non constat, fuisse adhibitam causæ cognitionem.

130 Confirmatio in forma communi quæ sit, & quid operetur, nu. 13c.

132 Impensa modica, facta in expeditione Bullæ, quam faciat præsumptionem.

133 Fides non faciunt fidem, si sint simplices attestationes.

136 Testis de Vniuersitate, pro ea examinatus non est idoneus, contra eos, qui non sunt de Vniuersitate.

137 Scripturæ illius non creditur, in qua ipse non est Idoneus Testis.

140 Iuspatronatus si fuerit alicui concessum à Papa, cum conditione, vt ab eo dotari debeat; necesse est, vt constet de tali dotatione, ad hoc vt Iuspatronatus ei acquisitum dicatur, vigore d. Concessionis.

141 Iuspatronatus acquiritur Absenti, mediante acceptatione, & stipulatione Notarij.

142 Contractus reuocari non potest ab vno ex Contrahentibus absque consensu, etiam alterius Contrahentis: & ideo non obstante reuocatione vnius, potest alius contrahens adimplere promissa illis, qui cum eo contraxerunt.

146 Narrata sunt iustificanda: nisi adsint clausulæ, Motu proprio, aut certa scientia.

147 Referens non probat, si relatum etiam non probet.

148 Titulum nullum producens non potest iuuari alio titulo præsumpto.

150 Iuspatronatus Vniuersitatis, dotatum ex Eleemosynis, & Oblationibus elargiendis, dicitur, ex priuilegio, & quare.

151 Clausula non obstantibus, &c. apposita in vltima parte Bullæ, non refertur ad præcedentia, quæ sunt contraria iuri communi.

152 Nec aliquid operatur si Bulla in qua est apposita est nulla, & subreptitia.

153 Non tollitur per eam ius quæsitum.

155 Constitutio Adriani Sexti edita de anno 1522. reuocat omnes Concessiones Iurispatronatus ex priuilegio, cum absoluta relatione ad Innocentianam.

156 Iuspatronatus acquisitum ex dotatione Beneficij iam erecti, & fundati, fingitur ab initio erectionis acquisitum; ita vt idem sit quòd Iuspatronatus

acquisitum ex dotatione ab initio, & hoc ita etiam procedit in Iurepatronatus ex priuilegio concesso ab initio erectionis; sicut in concesso post erectionem, num. 57.

158 *Iuspatronatus dicitur ex priuilegio, si non habeat dotem, quæ respondeat, aut æquiualeat concessioni Iurispatronatus.*

159 *Titulus præsumptus suffragatur, regulariter longæuis Possessoribus & præsertim in beneficialibus.*

160 *Ordinarius non præsumitur, quòd permiserit quem diu possidere Iuspatronatus absque titulo, cùm titulus requiratur.*

DISCVRSVS CCLXXXV.

CVM fuerit in Rota sæpius habita disputatio, An sit standum, vel recedendum *à decisione coram me facta die 12. Maij, 1628.* in qua ad fauorem D. Octauiæ Capponiæ, & contra Dominos de Puccis, & de Venturis fuit resolutum: *Bullam Iulij Secundi sub Data tertio Nonas Iunij, dicti mensis anni* 1510. non esse attendendam, & consequenter Iuspatronatus Dignitatis Subdecanatus Ecclesiæ Florentinæ non esse Gentilitium, sed Hæreditarium: Tandem hodie quinta vice, causa desuper proposita, & non resoluta, sed dictum non liquere; Domini mihi ordinarunt, vt pro faciliori illius intelligentia, & resolutione Discursum, & progressum Causæ, ac in ea hinc inde hucusque deducta, ac per Dominos discussa ordinatè enarrarem.

Vt autem enarratio ordinata, & clarior redderetur, atque ideò faciliùs percipi valeat, eam diuidendam esse duxi in quatuor principales partes. In prima sub quibusdam præmissis factum continetur. In secunda status Causæ, rationésque dubitandi vtrimque propositæ vsque ad diem, quo emanauit dicta Decisio, illiúsque series, & tenor, nec non alterius *Decisionis* super obseruantia postea emanatæ 20. *Decembr. eiusdem anni.* Tertia continet deducta, & allegata in disputationibus postea habitis pro parte Dominorum de Puccis, & de Venturis, contra *d. Decis.* Et in Quarta, & vltima, vice versa, continentur, quæ pro illius confirmatione fuere deducta pro Domina Octauia.

PRIMA PARS,

Continens quædam circa factum præmissa.

PRIMO præmittendum est in facto, in progressu huius Causæ nunquam fuisse dubitatum, neç hodie dubitari de existentia Iurispatronatus d. Subdecanatus, nec etiam de pertinentia in genere, Quia tam asserti Patroni, quàm ab eis ad illum præsentati, conueniunt, Iuspatronatus fuisse Antonij de Puccis, & hucúsque fuisse etiam apud habentes causam ab illis; sed solùm difficultas versatur circa qualitatem pertinentiæ. quia D. de Puccis; & de Venturis prætendunt esse Gentilitium, seu familiare: Domina verò Octauia, Legataria quondam Ruberti de Puccis eius mariti, prætendit esse Hæreditarium.

Secundò præmittendum est, quòd prædictus Antonius de Puccis de anno 1509. fuit per eundem Papam Iulium Secundum prouisus de dicto Subdecanatu, vti vacante certo modo, nulláque facta mentione Iurispatronatus, vt in Bulla desuper expedita, octauo Kal. Iulij; id est die 24. Iunij d. anni *vt in summ. D.D. de Puccis dato, die 28. Ianuarij, 1630. num. 1.* cuius diei vtriúsque partis summaria data, eorumque ordinem cum plena sint, & posteà nihil aliud relevans in facto datum fuerit, sequemur in hoc discursu, quò fit, vt attenta d. Bulla aliis circumscriptis, d. prouisio Antonij de hoc Subdecanatu fuerit de libero.

Tertiò præmittendum est, quòd anno sequenti; nempe 13. Aprilis, 1510. fuerunt initæ certæ conuentiones; inter prædictum Antonium iam prouisum Apostolicum de d. Subdecanatu, quàm nomine aliorum de Puccis suprà dictorum ex vna; & Capitulum Ecclesiæ Florentinæ ex alia parte; de quibus conuentionibus factum fuit publicum Instrumentum, datum *in Summ. D. Octauiæ, d. die 28. Ianuarij num. 1.* Et quia in d. Instrumento consistit totum fundamentum D. Octauiæ super eo, quod illa prætendit; videlicèt hoc Iuspatronatus esse Hæreditarium, oportet propterea ibi narrata, & conuenta hic breuiter inserere, & enarrare.

Et in primis in exordio d. Instrumenti conuentionum Antonij, eum Capitulo narratur, qualiter retrò actis temporibus fuit in d. Ecclesia Florentina erecta d. Dignitas Subdecanatus, cui vsque tunc nullus præfuit, & quòd nouissimè per sedem Apostolicam fuerat de eo prouisus prædictus Antonius, & per dictum Capitulum, capitulariter acceptatus, & admissus in Canonicum. Secundò narratur, quòd idem Antonius postquam fuit admissus, requisiuit Capitulum instantissimè, vt ipsum, & eius successores in d. Subdecanatu admitteret ad distributiones quotidianas mensæ Capitularis, offerendo illi assignare bona stabilia infrà dicenda, ex quibus perpetuò realiter, & cum effectu Capitulum perciperet fructus, & prouentus annuales, in recompensationem prædicti noui, & perpetui oneris admittendi, & subministrandi Distributiones ex parte Capituli, ipsi, & Subdecanis pro tempore, quod Capitulum susceptturum erat, & quòd super dicta assignatione Prædiorum ex parte Antonij, & obligatione subministrandi distributiones, ex parte Capituli, fuerat priùs inter dictas partes sæpius habitus tractatus, & quòd tandem Capitulum consensit, eo tamen, quod Antonius priùs faceret dictam assignationem. Tertiò habetur in eodem Instrumento, quòd in actu concessionis illius, Antonius nominibus, quibus suprà, in executionem supradictorum, acceptantibus, & stipulantibus Canonicis ibi nominatis, & ad hoc specialiter per Capitulum deputatis, dedit, tradidit, & adiudicauit actualiter, & de præsenti duodecim Prædia cum expressione nominum, & Confinium vniuscuiúsque eorum promittens de euictione pro se, & prædictorum de Puccis, eorúmque hæredibus, & successoribus: Et vice versa Capitulum incontinenti, & in eodem Instrumento, suscepit in se prædictum onus subministrandi distributiones ex mensa Capitulari, dicto Antonio, & Subdecanis pro tempore. Quartò fuit conuentum, quòd idem Antonius, nomine etiam prædictorum, posset dicta Prædia tunc actualiter ob dictam causam Capitulo assignata, & tradita recuperare intra tempus in eodem Instrumento præfixum, semper; & quando assignaret, & traderet eidem Capitulo in eandem causam, alia similia bona intra decem milliaria Ciuitatis Florentiæ, reddituus annui scutorum 52. auri in auro; & cum eo, quòd in actu consignationis Prædiorum similium sub eisdem vgandorum, deberent a ced. re, & se obligare de euictione, & in forma Cameræ, mnes prædicti de Puccis, pro se, & eorum hæredibus, & tandem pro complemento, & perpetua duratione omnium supradictorum, dictus Antonius pro se, & prædictis de Puccis, eorúmque hæredibus, & successoribus se obligauit in ampla forma Cameræ, confitens

tiens expressè, vt ipsi, eorúmque hæredes possent pro obseruantia cogi, excommunicari, carcerari vno, & eodem tempore, vel diuersis temporibus, vsque ad integram solutionem, & obseruantiam omnium præmissorum.

Quartò præmittendum est, quòd vice versa principale, & præcipuum fundamentum Dominorum de Puccis, & de Venturis, dum contendunt hoc Iuspatronatus esse Gentilitium, consistit in illa supradicta Bulla Iulij II. emanata ad supplicationem eiusdem Antonij, tam nomine proprio, quàm prædictorum de Puccis, quam Rota in decisione, quæ reuidetur, dixit, non obstare, quò minus hoc Iuspatronatus fuerit hæreditarium, quæ cùm habeat Datam, vt diximus supra in principio, tertio nonas Iunij, id est die vndecima Iunij, anni 1510. consequenter emanauit per circiter duos menses cum dimidio, dumtaxat post factam, & stipulatam proximè dictam conuentionem inter Capitulum, & eundem Antonium super subministratione Distributionum, & assignatione dd. Prædiorum respectiuè, vt supra in tertio præmisso; quapropter illius narratiua, & dispositio sunt pariter recensendæ.

Et Primo in dicta Bulla narratur, hunc Subdecanatum fuisse erectum a Sixto IV. dotandum ex quibusdam piis eleemosynis à Christi fidelibus, intuitu cuiusdam Plenariæ indulgentiæ elargiendis; & quòd in eadem erectione, ius præsentandi fuit reseruatum Confratribus Artis Lanæ, Ciuitatis Florentiæ; & quia Indulgentia fuit reuocata, Subdecanatum remansisse sine dote, & Distributionibus, & quòd de eo, certo modo vacante, & adhuc carente dote, & Distributionibus, propter dictam reuocationem Indulgentiarum, fuerat priùs prouisus Laurentius de Puccis, & deinde quia ille, Literis adhuc non expeditis, renunciauit, fuit de eodem prouisus dictus Antonius: Secundò narratur, quòd Canonici, & Capitulum Ecclesiæ Florentiæ, prospicientes Subdecanatum esse sine dote, & inde eis, quoad Distributiones quotidianas fieri præiudicium, noluerunt dictum Antonium ad Subdecanatu huiusmodi recipere, nec admittere, nin præstita prius per eum cautione, de soluendo 1000. Ducatos aureos, vel id, quod declaret Archiepiscopus Florentinus, pro emendis immobilibus, assignandis mensæ Capitulari pro Distributionibus ipsi Antonio, & aliis pro tempore Subdecanis, diuinis interessentibus, subministrandis, prout aliis Dignitatibus eiusdem Ecclesiæ: Tertiò narratur, quòd Consules Artis Lanæ, vti asserti Patroni prouisioni de dicto Subdecanatu Antonio factæ, suum præstiterunt consensum: Quartò habetur in eadem Bulla vt attento quòd Subdecanatus exceptis dictis Distributionibus, in aliis, sine dote, penitùs remanebat, quòd pariter iidem Consules Artis Lanæ consenserunt, vt ius præsentandi, quoties ille vacare contigerit, esset prædictorum Antonij, Laurentij, & Fratrum de Puccis supradictorum, eorúmque descendentium, cum ea tamen conditione; vt præfatus Antonius Orator eidem Subdecanatui pro dote, bona immobilia annui valoris Ducatorum 24. assignaret, & Subdecani pro tempore singulis annis vnã candelam ceræ albæ, vnicuique ex dictis Consulibus Artis Lanæ dare tenerentur. Quintò aliis omissis, quę ad rem non faciunt, in ea Bulla narratur, Antonium Oratorem dicto nomine, & Consules Artis Lanæ cõuenisse, vt quandocúmque dicti Consules emerent tot bona valoris dictæ summæ à Puccis persolutæ pro distributionibus Subdecanatus, dicta bona per eos sic empta, cum aliis bonis emendis per dictos de Puccis, ad instar dotis Subdecanatus; id est, valoris prædictorum 24. Ducatorum, deberent deseruire pro dote alterius Dignitatis in eadem Ecclesia erigendæ; qua erecta, Iuspatronatus Subdecanatus deberet redire ad dictos Consules; Pucci verò præfati essent Patroni dictæ alterius Dignitatis erigendæ.

Quibus sic in dicta Bulla narratis, Iulius Secundus omnia in ea contenta approbauit, atque ideò pro tūc attenta dicta Bulla, & circumscripta dicta conuentione Antonij cum Capitulo, & assignatione Prædiorum per duos menses cum dimidio, prius facta, vt dictum est, Iuspatronatus, de quo agitur quod antea, vt supponitur in narratiua Bullæ, erat penès Confratres Artis Lanæ, de Consulum consensu, & Apostolica auctoritate interim, & quousque dicta alia Dignitas erigeretur, fuit translatum in prædictos Dominos de Puccis pro se, & ipsorum descendentibus: Vnde cùm dicta alia Dignitas nunquam fuerit erecta, siue attendatur dicta Conuentio, siue dicta Bulla, remanserunt dicti de Puccis vsque hodie Patroni dicti Subdecanatus, & ideò, vt supra diximus, solùm stat difficultas circa qualitatem illius.

Quintò Præmittendum est, quòd circiter sex menses ante dictam secundam Bullam Iulij Secundi, de qua in toto dicto præmisso, Consules Artis Lanę scripserunt Oratori Florentino, Romæ degenti quasdam literas missiuas, *Summ. de Puccis, num.* 3. sub data 24. *Nouembris*, 1509. cum tamen dicta Bulla, vt diximus, habeat datam 11. *Iunij*, 1510. In quibus literis dicti Consules rationem dant dicto Oratori de quadam conuentione, tractata inter ipsos, & Antonium de Puccis super dicto Subdecanatu, & dant illi facultatem consentiendi, & ratificandi eorum nomine dictam Conuentionem, & desuper obtinendi Apostolicam confirmationem, transmittẽdo mandatum procuræ ad dictum effectum in personam eiusdem Oratoris d. tum 22. *Nouembris* dicti anni 1509. & sic duobus diebus dumtaxat ante Datam prædictarum literarum, quòd mandatum cauerat ad consentiendum cuidam compositioni cum familia de Puccis, quod habetur in eodem *Summ. num.* 3. in quibus etiam literis iidem Consules specialiter commendarunt eidem Oratori, vt in supplicatione & literis Apostolicis desuper expediendis contineretur, vt Iuspatronatus dicti Subdecanatus deberet ad Vniuersitatem Artis redire, quoties illa solueret, quòd deinde fuit in dicta Bulla expressum, vt suprà in dicto quarto præmisso in fine, & tandem in *eodem Summ.* vbi proximè, dantur aliæ literæ missiuæ eorundem Consulum cum Data 15. *Decembr.* eiusdem anni 1509. directæ ad eundem Oratorem; ex quibus constat; quòd Orator prædictus receperat dictum ordinem sibi datum, & quòd in executionem illius formare fecit supplicationem Papæ desuper porrigendam, eamque transmisisse videndam ad Consules dictæ Vniuersitatis.

Sextò, & vltimò sunt quædam alia particulariter in facto præmittenda, de quibus infrà in discursu suis commodis locis habetur ratio. Primò nempe, qualiter Consules Artis Lanæ die 7. *Decembris*, 1509. & sic ante prædictam Conuentionem Antonij cum Capitulo, concesserunt eidem Antonio Subdecano Domum positam in Claustro dictæ Ecclesiæ; quæ assignatio probatur ex quadam partita; de qua *in dicto summario DD. de Puccis, num.* 2. Secundò *in eodem summario, & eodem num.* 5. habetur quædam attestatio Cancellarij Fabricæ S. Mariæ de Flore, in qua dicitur, quòd Horatius, qui fuit Subdecanus de anno 1579. soluit libras 400. dictæ fabricæ S. Mariæ, in causam dictæ Domus positæ in Claustro. Tertiò *in eodem Summario D. Octauiæ, num.* 4. habetur quædam alia attestatio Cancellarij eiusdem fabricæ S. Mariæ de Flore Ciuitatis Florentiæ, in qua dicitur, quòd dicta fabrica, quando vacat Subdecanatus, disponit liberè de dicta Domo, destinata pro Subdecano, eam locādo, vt sibi videtur, & quòd de tempore dictæ attestationis tenebat

nebat in ea vnum Prædicatorem. Quartò, *in eodem summario num.* 6. habentur duæ attestationes, siue fides; vna Cancellarij Artis Lanæ; & altera asserti alterius Cancellarij, quorum primus attestatur prædictum Horatium de Puccis olim Subdecatum, toto tempore vitæ suæ, anno quolibet, io festo Purificationis, tradidisse Consulibus Artis Lanæ vnam candelam ceræ albæ, in recognitionem Subdecanatus, iuxta Bullam Iulij Secundi, aliter verò, quod in libro, vbi sunt registratæ possessiones adeptæ beneficiorum Ecclesiasticorum, de anno 1547. adest quædam partita, cuius tenor in dictâ fide inseritur, in quâ habetur, qualiter in eo anno Horatius accepit possessionem Subdecanatus cum narratiuâ, quòd illius Iuspatroontus spectat ad Domum, & familiam de Puccis, & quòd tunc iam non spectabat ad Vniuersitatem Artis Lanæ, vigore dictæ Bullæ. Quintò, *in Summario tertiæ positionis*, datur mandatum Apostolicum in forma Commissaria de prouidendo dictum Horatium, vigore cuius deinde idem Horatius adeptus fuit possessionem, vt supra: in quo mandato de prouidendo narratur Iuspatronatus esse familiæ de Puccis ex dotatione, & fundatione, in quo etiam adest clausula, *Patronorum accedente consensu.* Sextò, in aliis summariis pro parte D. Octauiæ datur quoddam mandatum Alexandri de Puccis factum de anno 1527. in quo tam nomine proprio, quàm suorum hæredum constituit eius filium Procuratorem ad consentiendum prouisioni Apostolicæ, ad fauorem Leonardi de Guasconibus. Septimò, & vltimò pro parte illorum de Puccis dantur duæ partitæ Visitationis Ordinarij, vna de anno 1514. in qua enunciatur hoc Iuspatronatus esse Antonij de Puccis, & suorum filiorum, & in alia idem Ordinarius in quadam institutione per eum facta, de anno 1577. enunciat, Iuspatronatus dicti Subdecanatus esse descendentium Antonij de Puccis.

SECVNDA PARS.

Discursus, in qua enarrantur vtriúsque partis prætensiones, & status causæ vsque ad diem Decisionis 22. May, & Decisionis 20. Dec 1628. de quibus agitur.

STANTIBVS supradictis, circa factum vt supra in prima Discursus parte deductis, fuit in Rota disputatum: An Iuspatronatus huius Subdecanatus sit Gentilitium, vel Hæreditarium, & sit attendenda Bulla Iulij II. de qua suprà in prima parte, in quarto præmisso; Et esse gentilitium dicebant Domini de Puccis, & de Venturis clarè constare, ex verbis d. Bullæ, vbi illud expressè reseruatur Laurentio, & fratribus de Puccis, eorumque descendentibus,
1 † Quam reseruationem pro se, & descendentibus, dicebant, proculdubio importare Iuspatronatus esse familiare, *Paris. cons. 48. nu. 9. lib. 4. Peregr. cons. 33. nu. 15. lib. 1. Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 2. quæst. 2. art. 2. n. 2. Seraph. decis. 378. n. 8. & dec. 364. n. 1. & 8. Rota dec. 1. n. 18. vers. nec repugnat;* apud *Modern. Pisan. de iurepat. & Rota in Causa Mediolanen. Sacristiæ, 26. Iunij, 1622. coram Cardinali, & in Florentina Canonicatus, 25. May, 1626. coram bon. mem. Buratto.*

Nec quicquam obstare posse dicebant, quo minùs dicta Bulla sit attendenda, cùm illa sit in forma probanti, & obseruantia fuerit ei conformis, dum huc vsque exercitium præsentandi fuit apud familiam, & descendentes de Puccis, qui occurrente vacatione semper cum effectu præsentarunt; & tantò magis quia idem Iuspatronatus à sui erectione & ab initio, & deinde semper dum fuit apud Vniuersitatem Artis Lanæ, & antequam ea auctoritate Apostolica illud cederet Dominis de Puccis erat Gentilitium, seu ad
instar Gentilitij, † cùm sit clarum quòd nullo modo 2
d. Vniuersitas poterat illud transferre in eos, qui erãt
extra Vniuersitatem, *Lamb. li. 1. p. 2. q. 2. ar. 9. n. 19. Seraph.*
dec. 364. nu. 2. † cùm tamen Iuspatronatus Hæredita- 3
rium, etiam sine auctoritate Apostolica passim transeat ad hæredes etiam extraneos.

Exaduerso D. Octauia dicebat Iuspatronatus esse Hæreditarium ex eo, † quòd cùm Subdecanatus esset sine dote fuit DD. de Puccis ante dictam Bullam Iulij II. acquisitum Iuspatronatus ex dotatione, etiã quòd illud sibi expressè non reseruauerint; nempe vigore prædictæ actualis assignationis Prædiorum, factæ in d. conuentione Antonij cum Capitulo, de qua supra in prima parte, in tertio præmisso, ex tacita mente Antonij assignantis. *Abb. cons. 59. nu. 2. Ioan. Andr.* & alij relati per *Felin. in c. significauit il 2. de test. Paris. cons. 35. n. 26. lib. 4. Rocch. de Iurepatr. verbo, & dotantes, n. 4. & Rot. dec. 5. de Iurepatr. in antiq. & decis. 167. n. 4. p. 2.*
recent. † hancque acquisitionem Iurispatronatus ex 5
dotatione intelligi ipso iure factam; non solùm pro Antonio, & aliis de Puccis nominatis in conuentione; Sed etiam pro eorum hæredibus quibuscúmque;
tum ex generali regula † quòd in contractibus cense- 6
tur hæredibus prospectum, quamuis de eis non fiat specialis mentio, *l. veteris c. de contr. & comm. stip. Menoc. cons. 355. n. 24. li. 4. Sur. dec. 322. n. 36. & Rot. dec. 682.*
n. 4. p. 1. diu. & in rec. dec. 587. n. 2. p. 1. † Tum etiam quia 7
Iuspatronatus de sui natura est Hæreditarium, & trãsitorium ad hæredes, etiam extraneos, *Clē. plures de Iurepat. Io. And. in c. cum seculum, & Bero. in c. 1. n. 6. de Iur.* Et tantò magis in hoc casu, cùm vltrà Iuris præsumptionem, quæ stat pro hæredibus quibuscúmque in eadem Conuentione, quamuis executiuis ita etiam mentio de hæredibus, & successoribus DD. de Puccis
eos vti tales obligando, vt in dicto tertio præmisso, † 8
cùm etiam clausulæ executiuæ declarent concessionem, *Bald. in l. eam quam, nu. 36. C. de Fideic.* Nec obseruantiam fuisse in contrarium; sed imò conformem; Quia, vt dicebant, licèt descendentes, à dictis Puccis semper præsentauerint, id tamen non fecerunt vti descendentes, sed vti hæredes, quia semper descendentes fuerunt hæredes eorũ qui prius Iuspatronatus acquisierunt ex dotatione, videlicet ex supradicta assignatione Prædiorum pro se, & eorum hæredibus, & successoribus.

Super prædictis sic in facto, & in Iure deductis, & allegatis, emanauit d. *Decisio 22. May, 1628.* quæ ad præsens controuertitur: In qua, vt dictum est, resolutũ fuit, hoc Iuspatronatus esse Hæreditarium, vigore d. prætensæ dotationis & assignationis Prædiorum, nec non d. Bullam Iulij II. postea impetratam, vti subreptitiam non obstare: subreptionem autem Bullæ probabat: Tum quia in ea non fuit narratus præcedens status iurispatronatus hæreditarij acquisiti ex d. Cou-
uentione, & assignatione Prædiorum, † quem Papa, 9
dum non fuit de eo informatus, noluit alterare, atque ideò licèt adfuerit potestas, non tamen voluntas, *Cald. cons. 15. de iur. Dec. cons. 226. n. 4. Lamb. de Iur. ar. 6. q. 7. li. 5. Ach. dec. 13 de Iur. Capnt. dec. 129 p. 5. Seraph. dec.*
799. n. 3 & dec. 1273. n. 3. † Tum etiam quia dicta Bulla 10
emanauit ad supplicationem solius Antonij, dum nõ
constat de mandato aliorum de Puccis; † Quibus 11
proptereà non potuit Antonius præiudicare, alterando
statum Iurispatronatus; † Cùm clarum sit, Hæredi- 12
tarium,

riũ, quoad ipsos Patronos, esse pinguius. quàm Genti-
litium cùm de illo faciliùs possint Patroni disponere.
Nec obstare in eadem Decisione dictum fuit quòd
si dicta Bulla Iulij II. non esset attendenda, Iuspatro-
13 natus remaneter sine confirmatione, † quæ tamen,
vel Ordinarij vel Papæ requiritur in constructione
vel dotatione, vt acquiri possit Iuspatronatus, *c. nobis, de Iur. c. nemo de consecr. dist. 1. Auth. de Monach. §. illud.*
14 *col. 1.* † Quia fuit responsũ, quòd cùm Bulla non fuerit
producta per D. Octauiam, sed per DD. de Puccis, &
de Venturis, illa non excludit ad fauorem D. Octauiæ
præsumptionem melioris tituli, seu Confirmationis
conformis præcedenti conuentioni cum Capitulo,
Sarn. in reg. de trien. qu. 10. in fin. Put. decis. 346. lib. 1. in correct. Seraph. decis. 474. n. 4. Greg. XV. dec. 353. n. 13. vbi
15 etiam *Add. n. 19* † Et præsertim stantibus effectuatio-
ne dictæ præcedentis Conuentionis, cùm Prædia in
ea assignata sint hodie penès Ecclesiam, & existentia
Iurispatronatus per longissimum tempus apud DD.
de Puccis, quæ non controuertuntur, *Rota decis. 407. nu. 4. p. 1. diu. & decis. 381. n. 2. vers. tamen quia. p. 1. rec. &*
16 *apud D. meum Decanum decis. 106. nu. 11.* † Et conse-
quenter cùm ex prædictis, Bulla videatur subreptitia,
obseruantiam subsecutam potiùs præsumi in vim ti-
tuli validi, & sic alterius confirmationis præsumptæ,
quàm tituli inualidi, nempe Bullæ, *l. similes, ff. de test. mil. Crauett. cons. 322. num. 5. vers. rursus non obstat,* &
dixit *Rota in Maurien. Sacristiæ, 5. Nouembris,* 1605.
coram bon. mem. Cardinali Pamphilio.
Sed quia nihilominus *in eadem Decisione 22. Maij,*
de qua agitur, fuit reseruatum, vt particulariter vide-
retur qualis post dictam Bullam Iulij II. fuerit ob-
seruantia, videlicet An de Iurepatronatus Hæredi-
tario, An verò de Gentilitio: fuit deinde 20. Nouem-
bris 1628. causa desuper proposita, & resolutum; Ob-
seruantiam post dictam Bullam fuisse de Patronatu
Hæreditario, vt in Decisione, dicta die facta, etiam
coram me: Ratio resolutionis fuit, Quia cùm firma-
tum fuerit, Iuspatronatus ante Bullam, fuisse in esse
productum, & extitisse in rerum natura, vigore dictæ
præcedentis dotationis seu assignationis Prædiorum,
illúdque fuisse Hæreditarium; & Bullam Iulij II. vti
subreptitiam non obstare, quò minus fuerit tale, &
17 de existentia Iurispatronatus dubitari non possit; †
Propterea præsumptionem Iuris esse quòd talis sem-
per fuit obseruantia, quale ab initio fuit Iuspatrona-
tus, ex regula *l. 1. C. de impon. lucr. descr. lib. 10. & l. 1. C. de acq. poss. Crauett. cons. 281. nu. 6. Anchar. cons. 7. n. 7.*
Et in puncto, fuit dictum *in Pistorien. Parochialis, 9. Februarij, 1624. in fine coram D. meo Merlino,* Et eo ma-
gis, quia cùm dicta Iuris præsumptione concurrit
etiam, quòd de anno 1527. & sic post dictam Bullam,
Alexander de Puccis, vti Patronus, tam nomine pro-
prio, quàm suorum hæredum, constituit Antonium
eius filium Procuratorem ad consentiendum Proui-
sioni Apostolicæ, ad fauorem Leonardi de Guasconi-
bus, quod verisimiliter non fecisset, nisi patroni etiam
post dictam Bullam reputauerint hoc Iuspatronatus
esse Hæreditarium: Vnde quòd Domini de Puccis
semper præsentauerint, dictum fuit retorqueri; Quia
cùm illi semper fuerint hæredes, præsumendum est
quòd etiam semper præsentauerint, vti tales.
Neque obstare Visitationem Ordinarij, de anno
1514. dum in ea enunciatur hoc Iuspatronatus esse
18 Antonij de Puccis, & suorum filiorum, † Quia fuit
responsum, quòd cùm huiusmodi enunciatiua non
fuerit facta taxatiuè, est intelligenda de filiis, vti hæ-
redibus, iuxtà primæuam naturam dicti Iurispatro-
natus non immutatam, ex his quæ tradit *Soccin. Iun. cons. 144. num. 77 lib. 3.* Et in specie, *Seraph. decis. 364.*
19 *num. 3. & 4.* † Et pariter non obstare quòd idem Or-
dinarius in institutione per eum facta, de anno 1577.
enunciauerit istud Iuspatronatus esse descendentium
Antonij Puccij: Tum quia dicta enunciatiua tan-
quam vnica non probat, *l. non epistolis, C. de probat. Soccin. cons. 266. num. 12. lib. 2. & Rota decis. 160 num. 6.*
par. 1. recent. † Tum etiam quia cùm illud verbum 20
Descendentium fuerit appositum in dispositione rei
de sui natura transitoriæ ad hæredes; prout est Ius-
patronatus, censetur appositum demonstratiuè, non
autem taxatiuè. ad exclusionem hæredum, ex dedu-
ctis per *Anchar cons. 81. sub num. 3. vers. licèt ergo, Seraph. dicta decisione 364 num. 8. & 9. & Rota decis. 185.*
num. 3. part. 1. diuers. † Et in omnem casum, dictam 21
enunciatiuam fuisse æquiuocam, & ex actu æquiuo-
co non probari obseruantiam, *Arc. cons. 115. num. 3. Rota decis. 240 num. 2. & decis. 394. num. 6. part. 2. diuersar.*

TERTIA PARS.

Discursus in quo recensentur deducta & allegata per DD. de Puccis, & de Venturis contra dictas Decisiones 22. May, & 20. Decembris, 1628.



Vm basis totius difficultatis huius Cau-
sæ stet principaliter super decisis in di-
cta decisione 22. Maij, & sic in eo an
hoc Iuspatronatus sit Hæreditarium vel
Gentilitium, & consequenter an D.
Octauiæ obstet dicta Bulla Iulij Secundi, quia inde
etiam, iuxtà supra in secunda parte dicta, dependet
qualis fuerit obseruantia, propterea concessa desuper
Dominis de Puccis noua audientia, fuit in quatuor
præcedentibus disputationibus disceptatum, An sit
standum dictæ decisioni, vel ab ea recedendum, &
hodie quinta vice causa proposita, pro recessu & sic
pro Gentilitio, I. formantes pro Dominis de Puccis,
& de Venturis, adducebant hæc quæ sequuntur.
Primùm quòd ante dictam Conuentionem Anto-
nij cum Capitulo & sic ante prætensam dotationem,
ex assignatione Prædiorum resultantem, fuerat iam
iste Subdecanatus erectus per Sixtum IV. cum dote
emenda ex futuris Eleemosynis dictæ Plenariæ In-
dulgentiæ, & Iuspatronatus reseruatum Confratribus
Artis Lanæ, vt constat iam ex d. secunda Bulla Iulij II.
de qua in prima parte in quarto præmisso, vbi hoc
narratur, quàm etiam ex prima Bulla eiusdem Iulij II.
de qua in eadem prima parte in secundo præmisso, vbi
quòd de eo fuerant iam prius auctoritate Apostolica
prouisi Laurentius, & Antonius de Puccis: † Quicquid 22
enim sit an, Eleemosynæ, & Oblationes futuræ possint
constitui, & destinari pro sufficienti dote beneficij, &
an de iure, Vniuersitati acquiratur Iuspatronatus Be-
neficij erecti, & dotati ex Eleemosynis, & Oblationi-
bus singulorũ hominum Vniuersitatis, quòd latè tract.
Lamb. lib. 1 par. 1. quæst. 5. art. 21. num 9. & quæst. 7. ar. 15. num. 9. cum seqq. vbi vtrũnque resoluit negatiuè. in ca-
su nostro videtur cessare difficultas, cum Papa claris
verbis Subdecanatum in Ecclesia Florentina erexe-
rit, illúmque ab initio de bonis emendis ex dictis fu-
turis Eleemosynis dotari mandauerit, illiúsque Iuspa-
tronatus Vniuersitati Artis Lanæ expresse reseruaue-
rit; † de cuius potestate præsertim in Beneficialibus 23
dubitandum non est: † Et maximè cum de iure non sit 24
semper necessaria actualis dotatio cum traditione
doris de præsenti, sed sufficiat sola promissio, aut
obligatio dotandi, *Lambert. libr. 1. quæst. 5. art. 7. sub num. 7. vers. in dic. & art. 10. num. 20.* & d. . .

Rota in causa Gerunden. Beneficij, seu Iurispatronatus 5.
25 *Martij, 1 27. coram Domino meo Pirouano:* † Vnde
quamuis postea, per reuocationem Indulgentiatum,
remanterit Subdecanatus sine dote, non propterea
Dignitas Subdecanatus fuit extincta, aut immutata,
sed permansit nihilominus in eodem esse, in eadém-
que substantia Beneficij, licèt de Pertica, iuxta di-
stinctionem *Sarn. in reg. de annal. poss. qu. 47. vers. pre-
terea:* quòd, & obseruantia comprobauit, cùm de
tempore dictæ Conuentionis, in qua Puccij prædia
assignarunt pro distributionibus, iam Antonius, vt di-
ctum est, Subdecanatum possideret; stante autem
quòd, licèt per reuocationem Indulgentiarum Sub-
decanatus remanserit sine dote, non tamen desiit es-
26 se beneficium, intrat Regula † quòd si tertius tali
beneficio sic iam fundato, dote tamen destituto, ali-
quid dat, aut confert, quid, quantúmque illud sit, nisi
exprimat, quòd dat pro dote, aut expresè sibi reser-
27 uet Iusp. non dicitur dotator; sed benefactor; † at-
que ideò non acquirit Iuspatronatus, quia iura il-
lud non Benefactori sed dotanti indulgent, *c. filius 16.
q. 7. gloss. in c. pia mentis eadem quæst. 7. Ioan. Andr. in
capitulo primo num. 8. in princ. vers. alias autem, de Iu-
repatronatus, Abb. in capitulo 3. num. 10. & Bero. n. 89.*
vbi de magis communi *eodem titulo, idem Abb. d. cons.
59. nu. 2. vers. vnde si quis, & cons. 106. sub n. 2. versic.
primo enim, 1. parte, Rocch. in d. vers. & dotauit, quæst.
6. nu. 9. Lambert. lib. 1. parte prima, quæst. 6. art. 1. nu.
9. cum pluribus seqq. Garz. de benef. parte 5. cap. 9. nu.
60. Seraph. decis. 1103. sub num. 1. Rota dicta decis.
167. num. 3. parte 2. diuers.* vbi etiam de magis com-
muni, *& in Lucana Mansionatus quarta Decembris,
1587. coram Orano, & in Nolana Beneficij 19. Ianuarij
1594. & in Aretina Cappellaniæ 16. Nou. eiusdem anni
coram Arigonio:* Igitur cùm in dicta Conuentione
Antonij cum Capitulo, ex qua sola, cum actuali assi-
gnatione Prædiorum, prætendit D. Octauia fuisse il-
lis de Puccis acquisitum Iuspatronatus Hæredita-
rium, non exprimantur illa Prædia data, aut consi-
gnata fuisse pro dote, nec aliàs reseruetur Iuspatro-
natus, eo ipso sequi videtur, quòd Antonius in dicta
Conuentione non fuit dotator, sed Benefactor, iux-
ta tradita per *Oldr. cons. 254. num. 14. vers. ad formam
verò, & num. 21. vers. præterea aliud, Angel. in cons.
275. num. 4. & in vers. sic in negatiua.* Et in puncto
*Massobr. in prox. hab. concurs. ad Parr. præl. 1. dub. 4.
num. 54. Modern. de re benef. lib. 2. quæst. 8. num. 78.* &
dixit *Rota in Causa Cæsaraugusta de Maella 13. No-
uembris 1620. coram Reuerendissimo Domino meo De-
cano,* & consequenter, quòd ex ea non fuit ei acqui-
situm Iuspatronatus.

Ex quibus non obstare dicebant supra deducta in
secunda Discursus parte, in *vers. exaduerso, & in dicta
Decisione 22. May,* de qua agitur, ex *Abb. Ioan. Andr.
Card. Butr. Fel. Paris. Rocch.* & aliis, & *Rota in dicta*
28 *decis. 5. de Iurepatr. in antiquis*: videlicèt, † quod si
beneficio erecto sine dote, vel postea penitus dote
destituto, dos datur, acquiritur danti Iurispatrona-
tus, etiam sine particulari reseruatione. Quia benè
procedût in terminis in quibus illi Doctores loquun-
29 tur, † nimirum quando expresè dicitur, dari, aut
relinqui pro dote beneficij iam fundati, & dote pe-
nitus destituti, quo casu acquiritur Iuspatronatus, nisi
expresè illud remittatur, *cap. significanit de test. gloss.
in cap. si quis Basilicam, de consecrat. distinct. prima
cap. nouit. de Iurepatr. DD. in capitulo 1. eodem titulo
in 6. Lambert.* qui de communi attestatur *lib. 1. par. 1.
quæst. 2. art. 4. num. 12. & 14. & quæst. 6. art. 2. num. 31.
Staphil. de litt. Grat. in rubr. de Iurepatr. num. 81. &
81.* vbi etiam de communi, *& in capitulo tertio. nu-
mero 55. eodem titulo,* & sæpius dixit *Rota.* Ergo cùm
Antonius in dicta Conuentione nihil de dote dixe-
rit, non fuit illi, & aliis de Puccis acquisitum Iuspa-
tronatus, & consequenter dicendum necessariò vi-
detur, illud fuisse eis acquisitum ex dicta secunda Bul-
la Iulij secundi pro se, & descendentibus, & sic esse
Gentilitium.

Non obstare patiter dicebant *dictam glossam, in
dicto Capitulo, si quis Basilicam, in vers. sub tributoria,
Abb. in dicto cap. significanit in primo notab. de test.
Rocch. in vers. Ecclesiam fundauit, quæst. 8. nu. 12. Bald.
nouell. de dot. par. 1. num. 5. Garz. de benef. 5. par. cap. 9.
num. 62. & alij supra in secunda par. & in d. decis. 22.
May, allegat.* dum resoluunt, † Quòd qui benefi- 30
cio, sine dote, aliquid dat, aut confert, si illud suf-
ficiat pro dote, acquirit Iuspatronatus, quamuis non
exprimat, dare pro dote, si illud expresè non remit-
tit, † Quia loquuntur quando quis ab initio erectio- 31
nis Beneficii aliquid ei dat, aut confert, quòd suffi-
ciat pro dote, quo casu, iuxta magis communem
sententiam acquiritur Iuspatronatus, quamuis non
exprimatur dari pro dote, *Felin. in dicto cap. signifi-
cauit, numero 2. Lambert.* qui de communi attesta-
tur *lib. 1. parte prima, quæst. 1. dicto articulo 4. numero
12. & 14. & dicta quæst. 6 art. 3. num. 11. Rota in di-
cta decis. 5. de Iurepatr. in antiq. & alij DD. in ea-
dem decis. 21. May allegati,* qui non est casus noster:
Non autem loquuntur, quando vt in casu nostro,
beneficio iam fundato, aliquid datur, aut confertur,
imò dicunt contrarium, nempè quod tunc non ac-
quiritur Iuspatronatus, nisi exprimatur dari pro do-
te, aut Iuspatronatus expresè reseruetur, ita vt si
neutrum fiat, qui donat non censeatur dotator, sed
simplex benefactor duntaxat, vt dictum fuit: Ratio
autem differentiæ inter vtrumque casum est, quia
† a principio nunquam Beneficia fundantur, neque 32
consistunt sine dote, *dicto cap. nemo, de consecrat. di-
stinct. prima. Modern. de re benef. lib. 1. quæst. 31. nu-
mero 1. Rota de Causa Gerunden. Vini 4. May, & 1.
Iuly coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio:* Ex
post facto autem, Beneficium consistere potest sine
dote, ex *Sarn.* & aliis supra allegatis.

Tandem nec releuare contendebant quòd Anto-
nius, quando conuenit cum Capitulo, & Prædia as-
signauit, se obligauit de euictione, quæ obligatio
videtur importare animum dotandi, & acquirendi
Iuspatronatus, non autem animum dotandi, & be-
nefaciendi duntaxat, † cum ille, qui simpliciter donat, 33
aut benefacit, incipiendo à traditione, vt hîc non
teneatur de euictione, vt notatur *in l. Aristo. §. fin. ff.
de donat. Tiraq. in l. si vnquam in verb. donatione, nu-*
mero 59. C. de reuoc. don. † Quia cum Donatio non 34
fuerit simplex sed ex causa, nimirum vt Antonius
Subdecanus, & alij successores in Subdecanatu par-
ticiparent de distributionibus mensæ Capitularis, o-
bligatio de euictione fuit necessaria, iuxta doctr.
*Bart. & aliorum. Doctor, in l. Iulianus, §. 1. ff. de verb.
obligat. Tiraq.* vbi supra, *Menoch. consilio 112. nu-
mero 29.*

Secundò deductum fuit, non esse verum, quòd de
tempore dictæ Conuentionis Antonii cum Capitulo:
atq; ideò de tépore assignationis Prædiorũ, Subdeca-
natus esset omninò indotatus, propter præceden-
tem reuocationem Indulgentiarum, sed vice ver-
sa verum esse, quòd imò tunc erat adhuc illi dos cu-
iusdam Domus eidem assignatæ per Vniuersita-
tem Artis Lanæ, vt probari videtur supra *in
prima parte in sexto, & vltimo præmisso in principio.*
vbi quòd Consules Artis Lanæ, die septima Decem-
bris anni 1509. & sic ante dictam Conuentio-
nem

nem Antonij cum Capitulo, quæ facta fuit de mense Aprilis 1510. concesserunt dicto Antonio Subdecano Domum positam in Claustro, seu Canonica Ecclesiæ Florentinæ; Vnde sequitur quòd dicta assignatio Prædiorum posteà facta Sobdecanatui iam erecto, etiam quòd fuisset facta pro dote, non fuit totalis dotatio sed augmentum, aut supplementum do-
35 tis: † Ius autem patronatus non acquiritur ex augmento dotis, sed requiritur vt in totum Ecclesia, seu beneficium dotetur, *Rocch. de Curt. in d. verb. dotauit, quest. 3. Lambert. parte prima lib. 1. quæst. 6. art. 1. nu. 9.*
36 *Gonzal. in reg. 8. gloss. 11.* † Quod adeò verum est, vt ille, qui ex dotatione de nouo facta, prætendit sibi acquisitum esse Iuspatronatus, debeat probare primã dotem fuisse penitus redactam de esse ad non esse, *Fel. in capitulo Venerabilis, n. 37. de excep. Bero. cons. 4. nu. 26. vol. 1. Paris. in tract. de confid. benefic. quæst. 23. nu. 140. ad fin. Alois Ricc. dec. 72. nu. 10. par. 1. Rota dec. 457. num. 18. parte prima, & decis. 428. par. 2. diuers. num. 1.*

Tertiò deductum fuit, quòd dum cõuentio Antonij cum Capitulo, & assignatio Prædiorum cantant in certam causam, nempe pro participatione Distributionum mensæ Capitularis, non possunt esse pro
37 dote, † Quia aliud est dos, quæ datur ratione tituli beneficij, aliud verò sunt Distributiones, quæ dantur
38 ratione seruitij quotidiani, † quæ ideò vti redditus incerti, & causales, & qui dantur ratione cuiusdam ministerij personalis, non sunt de corpore Beneficij, *Oldrad. cons. 118. nu. 1. & 2. Fel. in cap. ad aures, num. 14. vers. decimatertia Conclusio de rescript. Boer. decis. 340.*
39 *nu. 4. & Rota decis. 8. de prebend. in nou.* † Quod procedere videtur etiam, quòd beneficium nullos alios habeat redditus quàm distributiones, ex latè deductis per *Monet. de distribut. quotid. parte prima quest. 8.*
40 *nu. 9. vers. secundo ampliatur.* † sicut etiam in simili, aliud regulariter est acconcium aliud dos, *Seraph. 126.*
41 *nu. 6.* † Et in specie, quòd Distributiones quotidianæ non computentur in dotem Beneficij, *Lam. lib. 1. part.*
42 *prima, quæst. 5. art. 11. num. 9.* † Vnde intrat regula, quòd habens certam, & determinatam causam non debet ad aliam referri, *l. si certo, C. de transact. l. 2. ff. de*
43 *solu. Paris. cons. 121. lib. 4.* † Et quod ille, qui dat beneficio iam erecto, expressa causa quæ de se nõ continet dotem, eo ipso excludat animum dotandi, firmat *Abb. in dicto cons. 59. nu. 2. vers. quinimo si verè, &* clariùs *Felin. cons. 45. sub num. 6. vers. 1. considero, Modern. de re benef. lib. 1. quæst. 31. num. 60. & 61.* Et conducunt quæ tradit *Rot. decis. 50. num. 1. de concess. Prebend. in antiq.*

Quartò pro eadem parte deductum fuit, quòd etiamsi in dicta Conuentione Antonii cum Capitulo, fuisset expressè dictum, quòd assignatio Prædiorum fiebat pro dote; quinimo dato etiam quod re-
44 vera dos esset, licet cantet pro distributionibus, † nihilominus non sufficeret ad acquirendum Iuspatronatus, sine consensu, & Confirmatione superioris, *cap. nullus de Iurepatr. Lambert. eodem tract. lib. 1. parte prima quæst. 2. art. 3.* cum aliis supra allegatis in secunda Discursus parte, *in vers. nec obstare.* Qui consensus tantò magis erat in præsenti necessarius ad dictum effectum, nempè acquisitionis Iurispatrona-
45 tus, † ex quo Subdecanatus erat iam erectus, vt cõmuniter notatur in dicto *cap. 3. de iurepatr. Abb. dicto cons. 59. par. 2. Rocc. in d. vers. dotauit quæst. 2. & 3. par. 2. diuers.* Ergo necessaria fuit Bulla, quæ post circiter, tres menses, à die d. Conuentionis fuit obtenta, quia ea circumscripta, de superioris consensu non constaret.

Neque difficultas hæc tolli dicebatur ex responsione *dictæ decisionis 22. Maij*; de quâ suprà in secunda parte in *dicto vers. non obstare*, videlicet, † quòd 46
ex effectuatione dictæ Conuentionis, & existentia Iurispatronatus per longissimum tempus penes illos de Puccis præsumitur adesse alia valida confirmatio, conuentioni conformis, & quòd illa non excluditur ex confirmatione expressa, de qua in dicta
Bulla, † dum ea non fuit producta per D. Octauiam, 47
ex *Seraph. Put.* & aliis ibidem allegatis. Quia replicabatur quòd imò videtur Bullam emanasse, etiam pro Confirmatione dictæ Conuentionis Antonij cum Capitulo: Primò ex litteris missiuis, & mandato Consulum Artis Lanæ, de quibus supra in prima parte Discursus, in quinto præmisso, directis Oratori Florentino, tunc *Romæ* degenti, cum data de mense Decembris anni 1509. & sic non solùm ante dictam Bullam, quæ emanauit die 11. 1510. sed etiam ante dictam conuentionem cum Capitulo, quæ facta fuit de mense Aprilis eiusdem anni 1510. In quibus litteris constat de tractatu super contentis in dicta Bulla, & de illa impetranda per dictum Oratorem, cum consensu, & cessione Iurispatronatus Consulum Artis Lanæ, & ideò præsumi debet, quod tam Bulla, quàm Conuentio Antonij cum Capitulo posteà secuta, emanarunt in executionem dicti præcedentis tractatus cum Consulibus Artis Lanæ, iuxta Regulam.
† Quod actus secundus, qui fit in executionem al- 48
terius præcedẽtis, regulatur secundum illum primum actum præcedentem, *Alex. cons. 90. in fin. lib. 3. & cons. 156. lib. 6. Crauett. cons. 135. num. 13. & Menoch. præsumpt. 49. num. 9. lib. 3.* Secundò quia omnem casum verius videtur, quod etiam obseruantia subsecuta sit Bullæ magis conformis quàm dictæ Conuentioni cũ Capitulo, quandoquidem, iuxta Bullam, Subdecanus pro tempore præsentandus à descendentibus illorum de Puccis tenetur anno quolibet, in die Purificationis recognoscere Consules Artis Lanæ, tradẽdo vnicuique eorum vnam candelam ceræ albæ, vt supra in prima parte in quarto præmisso; in *vers. quarto habetur in fine*: Quam quidem candelam, Horatius Subdecanus toto tempore vitæ suæ, prædictis Consulibus, tradidit anno quolibet in dicta die Purificationis, & in executionem dictæ Bullæ vt ex fide Cancellarii Artis Lanæ, de qua suprà in eadem prima parte, in sexto, & vltimo præmisso in *vers. tertio in eodem summario*: Cùm tamen in dicta Conuentione Antonii cum Capitulo nullum verbum fiat de dicta Candela, nec de Consulibus Artis Lanæ, & per consequens videtur clarum quòd obseruantia sit de Gentilitio de quo in Bulla, & non de Hæreditario,
de quo in Conuentione † cum ex effectuatione vnius 49
præsumatur effectuatio aliorum in Bulla contentorum, vt in fortioribus terminis dixit *Rota in Auximana Vnionis 26. Aprilis 1619. coram bon. mem. Cardinali Canalerio*, quæ in Impressis eiusdem est *decis. 500.* & in aliis ibidem allegatis, *& in Tiburtina Assignationis Dotis 9. Decembris 1626. coram Dominico Pironano.* Tertiò, & vltimò accedit quia cùm negari non possit, quia obseruantia sit æquiuoca, ex quo illi qui hucusque præsentarunt fuerunt nedum hæredes, sed etiam Descendentes; potius amplecti debet obseruantia de Gentilitio, iuxta Bullam, tum ex dicta traditione candelæ, quæ est conformis Bullæ, vt nuper dictum fuit, tùm ex duabus enunciatiuis Visitationum Ordinarij, de quibus in prima parte in sexto præmisso in *versicul. sexto, & vltimo*, in quibus enunciatur hoc Iurispatronatus esse filiorum, & descendentium, de Puccis.

Puccis; tum ex prædictis literis missiuis; & mandato procuratæ Consulum Artis Lanæ, directis Oratori Florentino, quæ vt dictum est, cantent ad consentiendum compositioni inter Consules Artis Lanæ, & familiam de Puccis, super dicto Iurepatronatus; Cum stante cum partita libri, in quo sunt registratæ possessiones Beneficiorum anni 1547. in qua partita fit mentio de dicta Bulla, & de Iurepatronatu, quod ante illam habebat Vniuersitas Artis Lanæ vt supra in prima parte in Sexto præmisso in *dicto vers. tertio in eodem summario in fine*: Tum, & tandem quia alioquin Bulla esset subreptitia, dum illa supponit non fuisse ante eam aliquod Iuspatronatus acquisitum Dominis de Puccis, & sic quòd per Conuentionem anteà factam cum Capitulo, aut aliàs non fuit illis acquisitum Iuspatronatus; sed semper vsque ad
50 datam Bullæ illud fuisse Vniuersitatis Artis Lanæ; † cùm tamen semper in dubio interpretatio capi debeat, per quam euitatur subreptio Gratiæ, *Gabr. consil. 200. nu. 14. lib. 1.*

Præterea ob eandem rationem non obstare dicebant prætensam subreptionem Bullæ, & quia supra in secunda parte in *vers. super prædictis*, & signanter quòd quatenus ex conuentione cum Capitulo fuisset
51 Puccis acquisitum Iuspatronatus Hæreditarium, † non potuit posteà Antonius, qui solus in dicta Bulla supplicauit, sine consensu, aut mandato aliorum de Puccis, per eam impetrare, vt Iuspatronatus Hæreditarium, iam aliis acquisitum, per Conuentionem, & assignationem Prædiorum, alteraretur, seu mutaretur in Gentilitium: Tum quia cùm obseruantia, ex proximè dictis fuerit secundùm dictam Bullam, & sic de Gentilitio, præsumitur Bulla obtenta de mandato il-
52 lorum de Puccis, † & præsertim cùm idem Antonius, qui priùs conuenit cum Capitulo, nomine Dominorum de Puccis, Bullam posteà impetrauerit, nomine eorundem; alioquin ex quò dicta Conuentio cum Capitulo fuit etiam facta per Antonium absque actuali interuentu aliorum de Puccis, de quorum mandato non constat in dicta conuentione imò de contrario, cùm in ea idem Antonius promittat quòd illi eam ratificabunt, sequeretur quòd sicut Conuentio, sic Bulla sit attendenda, Iuspatronatus fuisset acquisitum soli Antonio, qui propterea etiam solus potuis-
53 set Bullam impetrare, † Conuentionémque cum Capitulo priùs factam reuocare absque aliorum consensum, & ratificationem; cùm non adesset eorum præiudicium, *Dec. consil. 226. nu. 1. Curt. Ian. consil. 120. num. seqq. Steph. Bertrand. consil. 290. num. 13. lib. 3. Natt. consil. 645. num. 10. Couar. in Rubr. de Testam. parte tertia, nu-*
54 *mero 3.* † dictámque Conuentionem Antonium reuocare visum fuisse, eo ipso, quòd post impetrauit Bullam, in qua aliter quàm in Conuentione disponitur, iuxta ea, quæ tradunt *Iason in leg. 3. circa med. C. de leg. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 23. num. 14.* Vnde cùm inter partes non dubitetur, quin omnibus de Puccis contentis in Conuentione, & in Bulla, qui fuerunt iidemmet; pro quibus Antonius conuenit cum Capitulo, & Bullam impetrauit, Iuspatronatus fuerit acquisitum, sed solùm dubitetur de illius qualitate; propterea necessariò dicendum videtur, Bullam fuisse impetratam de consensu omnium prædictorum de
55 Puccis: † Tum etiam quia ratione vtilitatis, aliis de Puccis, ex dicta Bulla resultantis, præsumitur illa eorum nomine impetrata ad text. *in cap. constitutus, vbi Abb. de rest. & ex doctr. Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi Pretori, num. 19. ff. de nou. oper. nunc. Menoch. præs. 23. numero 7. lib. 2. Gregor. XV. decis. 278. numero 8. & ibi Addit. numero 13.* Quod autem aliis de Puccis vtile tunc esset habere Iuspatronatus, vigore d. Bullæ, & non ex præcedenti Conuentione cum Capitulo, videtur elatum, ex quò per solam Bullam, & literas missiuas, & mandatum Vniuersitatis Lanæ pro ea impetranda probatur consensus, & cessio d. Vniuersitatis, † sine quo consensu aut cessione, Iuspa- 56
tronatus, quòd ante erat Vniuersitatis, non poterat Puccis acquiri, iuxta vulgata Iura.

Quintò, & vltimò fuit pro eadem parte allegatum, quòd cùm Subdecanatus fuerit ab initio dotatus ex bonis emendis, comparatis ex Plenaria indulgentia, & Iuspatronatus in illius erectione, Confratribus Artis Lanæ reseruatum, † quamuis posteà dos prædi- 57
cta cessauerit, sicut non fuit extinctus Subdecanatus, vt supra in hac tertia parte in primo obiecto dictum fuit, ita pariter nec Iuspatronatus Vniuersitatis expirauit, aut extinctum fuit, *Sarn. dicta regula de annal. dicta quæst. 47. sub num. 7. vers. breuiter*: † Vnde potuit 58
Vniuersitas Patrona iterum dotare priuatioè ad quemcúmque alium, *Ioan. Andr. in dicto cap. nobis, num. 5. verbo construxerit, Card. ibidem, num. 17. in septima quæstione, de iurepatr. idem Card. in Clem. plures secunda quæstione, eodem titulo, Roc. de iurepatr. verb. Ecclesiam fundauerit, nu. 4. Lambert. lib. 1. q. 2. st. 1. art. 12. num. 4.* † 59
Quò fit, vt non potuerit Subdecanatus posteà per Antonium dotari, nec ei acquiri illius Iuspatronatus, in præiudicium Vniuersitatis Artis Lanæ, absque ipsius consensu, & ea priùs non requisita an dotare vellet, *Abb. in dicto cap. 3. num. 9. vers. item debet requiri, de Iurepatr. Hostien. ibidem num. 4. vers. æquum est, Lamber. par. 1. lib. 1. quæst. 6. in princip. num. 19.* vbi quòd dictum *Hostiens.* nedum est æquum, sed necessariò seruandum, *Modern. Pisan. de Iurepatr. lib. 1. cap. 5. au. 13. vers. & quod non admittatur.*

Neque obstare dicebatur † *Constitutionem* reuoca- 60
toriam Concessionum Iurispatronatus ex priuilegio, editam ab *Innocentio VIII. anno 1485.* quæ in nouo *Bullario tom. 1. est Const. 5. eiusdem. Pontificis fol. 377. columna prima*, per quam reuocantur omnes Concessiones Iurispatronatus, ad fauorem quorumcúmque etiam Vniuersitatum, ab annis 25. citra factæ, quæ non sunt ex fundatione, constructione, seu dotatione, saltem medietatis dotis ex propriis bonis; per quam propterea Constitutionem etiam quòd reuocata Indulgentia remanserit Subdecanatus, prætenditur de tempore Conuentionis Antonij cum Capitulo, & assignationis prædiorum & sic etiam de tempore d. Bullæ Iulij II. Iuspatronatus Vniuersitatis Artis Lanæ, fuisse iam reuocatum, extinctum, & penitus ad non esse deductum; & consequenter cessare quòd Vniuersitas debuit requiri vti Patrona cùm iã Patrona non esset, quando Antonius dotauit dum conuenit cum Capitulo, & pariter etiam cessare prorsus alia dicta quatuor fundamenta, siue obiecta Dominorum de Puccis, & Victoris contra Decisionem, de qua agitur: cùm dubium non sit quin reseruatio Iurispatronatus ad fauorem dictæ Vniuersitatis per Sixtum Quartum facta, de qua fit mentio in dicta secunda Bulla Iulij Secundi, fuerit à viginti annis citra, ante *Bullam*, seu *Constitutionem Innocentianam*, ex quò, vt dictum est Constitutio emanauit de anno 1485. Sixtus autem Quartus fuit creatus Pontifex de anno 1471. & sic per annos citeriter quatuordecim dumtaxat ante d. *Constitutionem Innocentij*.

Quia fuit tripliciter responsum; nempe primò d. Constitutionem fuisse derogatam in dicta secunda Bulla Iulij Secundi, per clausulam *non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, &c.* † Quæ 61
clausula tollit omnia, quæ Gratiæ opponi, & obstare possunt, tam in specie, quàm in genere, *Ias. consil. 110. in fin. lib. 4. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 35. num. 4. Mant. claus. 79. in princ. nu. 1. par. 1. Rota in recent. decis. 306. nu. 1. par. 1.*

Secundò

Secundò fuit responsum dictam *Constitutionem Innocentij* non intrare, imò per eam Iuspatronatus Vniuersitatis Artis Lanæ fuisse magis corroboratum, ex quò illud apud eam fuisse videtur ex integra dotatione, nimirum ea Eleemosynis offerendis per laicos; ita vt laici offerentes, & Eleemosynam elargientes visi fuerint de proprio dotare, & ita Iuspatronatus fuisse
62 laicale, † prout; vice versa, si dos constituitur, ex bonis Ecclesiæ, dósque ab ea proficiscatur, Iuspatronatus dicitur Ecclesiasticum, *Felin. in cap. ex literis, nu. 3. de Const. Lambert. de Iurepatr. lib. 2. par. 1. quæst. 8. art. 7.*
63 *cum seqq.* † Et quòd Iuspatronatus Beneficij dotati ex Oblationibus, & Eleemosynis datis Christi fidelibus, animo illud acquirendi, dicatur ex dotatione, & non ex priuilegio, sentit *Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 52. n. 4.*
64 *vers. nam potest esse*; Quinimò quòd magis est, † si Iuspatronatus Beneficij, fundati ex bonis, intuitu Ecclesiæ acquisitis, in sui erectione relictum sit Laico à Presbytero, vel alio quouis, qui de dictis bonis liberam disponendi facultatem habet, censetur Laicale; maxime si laicus sit in illius quasi possessione, vt dixerunt *Garz. de benef. 5. par. cap. 1. num. 592. cum pluribus sequent. & Rota apud Mohed. decis. 9. de Iurepatr.*
65 ea ratione, † quia Iuspatronatus tale censetur, qualis est persona, quæ illud possidet, igitur licèt Eleemosynæ, & Oblationes præfatæ essent intuitu Ecclesiæ, vi-
66 delicet Indulgentiarum † quia tamen Papa, qui liberè, & supra omnes; de bonis Ecclesiæ disponere potést, dotauit ea eis Subdecanatum, & illius Iuspatronatus d. Vniuersitati quæ est laicorum reseruauit, & insuper, vt prætenditur, Vniuersitas esset in quasi possessione, quia præsentauerat Antonium; vt probari contenditur ex dictis Bullis Iulij Secundi, consequenter hoc Iuspatronatus, vti existens apud Artem Lanæ, ea dotatione non videtur fuisse reuocatum per supradictam *Constitutionem Innocentij Octaui.*

Nec obstare addebant quòd postea cessauerit Indulgentia, & consequenter quòd dos assignanda, ex futuris Eleemosynis, & Oblationibus Indulgentiarum, non habuerit effectum, Quia respondebant quòd cùm Subdecanatus, vt dictum est non fuerit extin-
67 ctus, remansit † nihilominus Vniuersitas Artis Lanæ, ex vi illius erectionis, & reseruationis Iurispatronatus, ad ipsius fauorem factæ; obligata ad dotandum de proprio, ad quod poterat compelli, prout pater redotare filiam quæ dotem amisit; *Abb. cons. 89. nu. 2. lib. 2. Lambert. par. 1. lib. 1. quæst. 5. art. 8. & quæst. 6. ar. 7. Modern. Pisan. de Iurepatr. lib. 2. cap. 3. nu. 23. & cap. 4.*
68 *nu. 9.* † quæ ideò erat requirenda antequam per alium posset Subdecanatus dotari, & Iuspatronatus acquiri, ex supradictis; quinimò eo ipso quòd Vniuersitas erat obligata dotare, & ad hoc poterat compelli, concessionem Iurispatronatus videri ad eius fauorem emanasse, ex causa onerosa, & non ex priuilegio: quæ
69 propterea non fuit reuocata per *Constitutionem Innocentij*; & multò minus de tempore Bullæ per *Constitutionem Adriani*; cùm hæc emanauerit longè post Bullam, & cessionem Vniuersitatis, iuxtà tradita per *Gonzal. gloss. 28. num. 22. cum seqq.* & post plures *Rota decisiones*, quas allegat, resoluit *Gonzal. par. 5. cap. 9.*
70 *num. 120.* Tertiò, & vltimò fuit responsum à *Constitutione Innocentiana*, non intrare, nisi quando à principio Beneficium est liberæ collationis, & deinde subijcitur Patronatui alicuius; non autem quando, vt in casu nostro Beneficium in sui erectione nascitur subiectum, & sic nunquam fuit liberum, nec ad Ordi-
71 narij collationem pertinuit; † quo casu cessat ratio amissionis libertatis, & præiudicij Collatoris Ordinarij in qua videtur fundari, *dicta Constitutio Innocentij*; vt deprehenditur ex illius Proœmio *in vers. nos igitur* ibi *Ne sedis Apostolicæ auctoritas, & locorum Ordinariorum, aliorúmque Collatorum, & Collatricum, Iurisdictio in dies minuatur*, Et infra ibi *ac Monasteria, & alia beneficia sua solita gaudeant liberalitate*: quæ verba videntur non posse referri, nisi ad beneficia iam erecta, & quæ ante concessionem Iurispatronatus libertatem habebant: † causa autem posita in Proœmio est 72
finalis, & totam dispositionem restringit. *leg. fin. ff. de hered. instit. & leg. 3. ff. ad Maced. Bald. cons. 159. num. 4. vers. nisi dicamus, lib. 2. & Rota decis. 403. num. 1. par. 1. recent.* Et accedit ratio † Quia cùm reseruatio Iuris- 73
patronatus, in limine erectionis beneficij, sit ad ipsam erectionem correspectiua, cum fiant vno eodémque actu, iuxtà notata per *DD. in leg. petens, ff. de pact. Paris. cons. 97. num. 23. lib. 3. Gramm. decis. 103. nu. 157.*
propterea dicebatur, † quòd sicuti per *Innocentianam* 74
non tollitur erectio Beneficij, ita nec reuocatur Iurispatronatus reseruatio, facta in actu erectionis, vt hìc, iuxtà naturam correspectiuorum, ex latè deductis per *Craner. cons. 461. num. 39. Seraph. decis. 449. num. 4. & Rota decis. 418. num. 6. par. 1. recent.* Prout etiam, in simili ea eadem ratione, † Regula reuocatoria. Vnio- 75
num non effectuatarum non comprehendit vniones factas in erectione Dignitatis, quia cum non comprehendat erectionem, quæ est Gratia principalis, nec etiam vnionem tanquam accessoriam ad erectionem, *Cresc. decis. 1. & 3. Paroch. Seraph. decis. 983. & Caualc. decis. 449. nu. 6.*

QVARTA, ET VLTIMA PARS.

In qua enarrantur adducta, & allegata per D. Octauiam pro confirmatione Decisionis.



VNDAMENTA D. Octauiæ dum contendit Iuspatronatus, de quo agitur esse Hæreditarium, & sic Decisionem 22. *Maij*, esse confirmandam, ad tria præcipua capita reducuntur: Primum consistit in sæpe dicta Conuentione Antonij cum Capitulo de qua supra in prima parte, in tertio præmisso, ex qua sola, cum actuali assignatione duodecim Prædiorum ibidem facta, & præsumpta Confirmatione Apostolica, prætendit fuisse Dominis de Puccis acquisitum Iuspatronatus ea dotatione, & illud esse Hæreditarium, iuxtà naturam Iurispatronatus: Secundum consistit in eo, quòd non sit habenda ratio de Bulla Iulij Secundi quæ cantat de Gentilitio, vti non effectuata ac subreptitia, & obreptitia. Tertium, & vltimum, quòd influit in duo præcedentia, illáque confirmat, stat in eo quòd apud Artem Lanæ, de tempore dictæ Bullæ, nullum fuerit Iuspatronatus; quæ tria capita clariùs discutienda esse duxi suis commodis locis, in responsionibus ad singula obiecta DD. Puccis, contra dictam Decisionem, proposita supra in tertia parte, quam si de per se vnumquódque in capite separato proponeretur.

Et quidem Primò informantes pro D. Octauia non obstare dicebant, Primum obiectum DD. de Puccis, de quo supra in tertia parte, *in vers. primum videlicet*, † quòd qui beneficio iam fundato, dote tamen penitus destituto, vt in casu nostro, aliquid dat, aut confert, nisi exprimat dare pro dote, aut expressè sibi reseruet Iuspatronatus, non præsumitur dotator, sed simplex benefactor; ita vt non propterea acquirat Iuspatronatus; *ex gloss. Ioan. Andr. Abb.* & alijs in dicto primo obiecto allegatis, † licèt aliud sit quando 76
quis ab initio erectionis Beneficij aliquid ei dat, aut confert; quo casu, iuxtà magis communem senten-

tiam,

riam, si illud sufficiat pro dote, acquirit Iuspatrona-
tus, quamuis non exprimat pro dote, Quia responde-
baot, prædictam distinctionem esse regulariter veris-
simam, sed ab ea recedi ex coniecturis, ex quibus ap-
pareat, animúsque sapieotis inducatur ad perfectè
78 credendum, † quòd dotans, aut legans aliquid, bene-
ficio iam fundato, dote tamen penitus destituto, ve-
lit potius dotare, quàm simpliciter donare, & sic esse
dotator, & non simplex benefactor, sibique tacitè
velle Iuspatronatus reseruari, argumento textus, *in
leg. cum cura fidem, C. de iur. dot.* vbi *Bald. in secunda
lectura, num. 1. Decian. cons. 49. num. 4. lib. 2. Rocc. in vers.
& dotauit, quæst. 6. num. 11. in fin. Lambert. de Iurepatr.
lib. 1 par. 1. quæst. 6. art. 2. num. 16. Bero. in d. cap. 3. num.*
90. *vers. tacitè etiam dicitur, de Iurepatronatus*; Qui
textus, & DD. licèt loquantur in dote matrimonij
79 carnalis, idem, & à fortiori procedit io dote Eccle-
siæ, seu Beneficij Ecclesiastici, † cùm hæc leuiores re-
quirat probationes, *Dec. cons. 136. num. 2.* Et in termi-
nis *Garz. de benef. par. 5. cap. 9. nu. 60. Massobr. in prax.
habendi concurs. prælud. tertio dubio 3. num. 55. Modern.
Pisan. in prax. Iurispatronatus lib. 2. cap. 5. num. 2.* Et
fuit resolutum in *d. Causa Lucana Matusculatus*, 4.
80 *Decembris, 1587. coram Orano.* Et accedit ratio, † Quia
cùm dotare potius, quàm benefacere, & è contra, de-
pendeat ab animo, & mente fundatoris, quomodo-
cúmque cooster de mente; ita vt maoifestissimus sit
Fundatoris sensus, nuuquam interpretatio verborum
tanti haberi debet, vt melior sensu existat, *leg. fin. C.
quæ res pignor. oblig. possess. leg. si quis filium, C. de lib.
prat.* Et in bis terminis *Lambertin. & Rocch.* vbi pro-
ximè.

In casu autem, in quo versamur, informantes pro
D. Octauia plures considerabant coniecturas rele-
uantes, quas ex conuentione Antonij cum Capitulo
deducebant, ex quibus animus dotandi, & sic acqui-
rendi Iuspatronatus, ex dicta sola conuentione, & as-
signatione Prædiorum in Antonio, suo, & aliorum
de Puccis nomine, colligi videbatur, quæ coniecturæ
sunt quæ sequuntur.

Prima Coniectura erat, quòd Antonius in d. Con-
uentiooe, & assignatione Prædiorum, expressè, & so-
lemniter promisit ibi contenta, de euictionéque, ibi
in perpetuum teneri voluit non solùm nomine pro-
prio sad etiam nomioe Alexandri sui Genitoris ac
Francisci, & Raphaëlis suorum fratrum, nec non Lau-
rentij, & Roberti, & Petri fratrum, filiorúmque q. An-
tonij: Ex qua promissione elici videtur quòd Anto-
nius non habuit nudam intentionem beneficiendi,
sed imò reseruandi, etiam Iuspatronatus pro supra-
dictis, cùm nomine illorum omnium promissionem
fecerit: Tum quia si voluisset solùm benefacere, non
erat opus quòd omnes supradictos obligaret, quia ipse
81 solus, cuius dixit esse Prædia, poterat benefacere, † &
cum inceperit à traditione, consignando, & tunc
actualiter tradendo rem donatam, amplius non tene-
batur, ex *d. leg. Aristol. §. fin. ff. de donat. leg. & res dona-
tæ, ff. de edil. edict.* vbi *Paul. de Castr. gloss. Bart. & Bald.
in leg. 2. C. de euict. Ias. consilio 73. ad fin. lib. 1.* Tum etiam
quia dum pro euictione obligauit etiam perpetuò ne-
dum illos de Puccis, pro quibus promisit, sed etiam
illorem omniuo hæredes, & successores; infertur
quòd pariter voluit etiam in perpetuum, eorundem
hæredibus, & successoribus consulere, reseruando eis
82 Iuspatronatus; † quia alioquin si dicti successores
nullum haberent interesse, fuisset fatua, & ridicula
promissio, ac contra Regulam text. *in leg. inter stipu-
lantem, in prin.* ibi *de se quenquam promittere oportet, ff.
de verb. oblig.*

Secunda Coniectura fuit, quòd idem Antonius fuit
in dicta Conuentiooe stipulatus, Distributiones
non solùm sibi, sed etiam Subdecanis, pro tempore,
háocque stipulationem fecit ad fauorem hæredum, &
successorum prædictorum de Puccis: Vnde cùm nec
io ipso Antonio, nec in successoribus, & hæredibus
prædictis possit aliquod interesse considerari in eo
quòd Subdecanis, pro tempore dentur Distributio-
nes, nisi interesse, ratione Iurispatronatus, propterea
nedum verisimiliter, † sed imò necessariò dicendum 83
videtur, quod dicta assignatio Prædiorum fuit pro
dote; & sic ad effectum acquirendi Iuspatronatus,
iuxtà Regulam quam constituunt, *gloss. in leg. neque
natales, in verbo cum nihil, circa medium in vers. si verò
sint duo, C. de probat. Bald. ibidem nu. 3. vers. quandoque è
contra, & Salic. nu. 2. in fine.*

Ex quibus duabus coniecturis obiter videtur, non
releuare quòd exaduerso dictum fuit supra in tertia
parte, io primo obiecto, *in vers. tandem nec releuare*:
videlicet quod ex obligatione euictionis non possit
elici dotandi animus, cum illa fuerit necessaria. † 84
dum assignatio Prædiorum non fuit donatio simplex,
sed ob causam, nempe pro participatione Distributio-
num, ex doctr. *Bart.* & aliorum *in d. leg. Iulianus, §. 1.
ff. de verb. oblig.* Quia vt dicebatur, esset verum si assi-
gnatio Prædiorum fuisset solùm ad hoc facta, vt so-
lus Antonius, qui promisit, & assignauit, participaret
de Distributionibus, quia vt ille posset percipere etiam
in euentum quòd Prædia assignata fuissent euicta,
fuit necessaria obligatio de euictione; † Cùm autem 85
Antonius fuerit etiam stipulatus, vt successores in
Subdecanatu, deberent etiam de illis participare in
perpetuum; & vlteriùs fuerit promissa euictio; non
solùm pro se, sed etiam pro hæredibus, & successori-
bus illorum omnium de Puccis, in quibus nulla ne-
cessitas, nullúmque aliud quàm Iurispatronatus po-
terat tunc considerari interesse; signum euidens, quòd
dicta assignatio fuit pro dote, sine qua acquiri non
poterat Iuspatronatus, ex doctr. *gloss. Bald. & Salic.*
vbi supra.

Tertia Coniectura ex eo desumebatur, † quòd in 86
eadem Conuentione inter Antonium & Capitulum
expressè cautum fuit, vt quandocúmque in occurren-
tia litis super Prædiis, pro participandis Distributio-
oibus ibi coosignatis, expensæ essent faciendæ, illæ
deberent fieri per hæredes, & successores supradicto-
rum de Puccis; quòd verisimiliter non est creden-
dum Antonium ob aliam causam promisisse, nisi ex
eo qoòd etiam eiusdem hæredibus, & successoribus
vtile esse respexit, ratione Iurispatronatus defendere,
& conseruare apud Ecclesiam illa stabilia; & conse-
quenter voluisse ea dare pro dote: Quam coniectu-
ram, ad præsumendam dotem, in simili ponderauit,
*Calcan. cons. 11. nu. 7. vers. adest, & alia præsumptio quia
socer. &c.*

Quarta Coniectura desumpta fuit ex natura ip-
siusmet assignationis prædiorum, † quia assignatio vel 87
donatio stabilium in dubio præsumitur pro dote, e-
tiam quòd fiat Ecclesiæ iam coostructæ, si illa pauper
est, & indotata, *Bald. Nouel in tract. de dot. in 1. par.
num. 7. vers. sed imò Lambert. lib. 1. par. 6 art. 1. num. 91.
vers. & primo, de Iurepatr.* † Et idem videtur dicendum 88
esse de qualibet assignatione, factâ Beneficio, quod
nullam penitus dotem habet; † maximè si illud ha- 89
bet Dignitatem anoexam, vt iste Subdecanatus, qoi
ideò non præsumitur esse sine dote, prout nec mulier
nobilis præsumitur indotata, *Corn. cons. 282. num. 5.
lib. Paris. cons. 34. lib. 3.* cum aliis per *Decian. cons. 49.
num. 4. lib. 2.* † Dos aotem mulieris, & Beneficij æqui- 90
parantur, *Abb. in cap. cum sicut, in princ. extr. de con-
tract. Eccles.* Vnde cùm alias Subdecanatus, de tem-
pore assignationis Prædiorum, esset sine dote, vt ex-
pressè habetur in dicta Bulla Iulij II. cui Pucci, &

Venturi

Venturi inuituntur, propterea in dubio præsumi debet, quòd dicta assignatio Prædiorum fuerit in causam doris.

Quinta, & vltima coniectura deprompta fuit ex obseruancia subsecuta: si quidem vtraque pars confitetur, Dominos de Puccis, à tempore dictæ Conuentionis circiter esse in quasi possessione præsentandi, ad eósque pertinere, & spectare Iuspatronatus: igitur quatenus illud ius non competat ex dicta Bulla Iulij II. prout ex ea non competere, Informantes pro D. Octauia, ex inferiùs dicendis, probare conantur, necessariò dicendum videtur illud eis competere, & acquisitum fuisse ex dicta Conuentione cum assignatione Prædiorum ex tunc; atque ideò quòd assigna-
91 tio fuit pro dote, quia aliter nõ cõstaret de dote: † sine dote autem non acquiritur Iuspatr. *gloss. 1. in cap. quicumque, il secondo, 17. quæst. 7. cum aliis per Modern. Pisan. de Iurepatr. lib. 1. cap. 2. num. 66.* Et ex his non solùm dicebant satis probari primum, ex tribus præcipuis fundamentis D. Octauiæ, de quibus supra in principio huius quartæ partis; sed etiam solutum remanere primum obiectum DD. de Puccis, & de Venturis, cum omnibus ibi contentis.

Præterea iidem Informantes pro D. Octauia non obstare dicebant secundum obiectum, nempe quòd Subdecanatus, de tempore Conuentionis Antonij, cùm Capitulo non erat penitùs sine dote; cum Vniuersitas Artis Lanæ priùs assignasset Domum, de qua supra in prima parte in sexto præmisso in principio;
92 † atque ideò quod assignatio Prædiorum non potuerit esse dos, sed augmentum dotis, ex quò non acqui-
93 ritur Iuspatronatus, ex ibi allegatis, Quia † vltra quòd libro dictæ Vniuersitatis, vnde partita, quæ de assignatione dictæ Domus meminit, extracta fuit, non videtur adhibenda fides, contra eos qui non sunt de Vniuersitate, vt infra dicetur, illud etiam ex facto penitus tolli, & remoueri affirmabant; Primò ex quò talis Concessio Domus non fuit facta Subdecanatui, & sic pro dote, sed solùm ipsi Antonio personaliter ad eius vitam; pro suo vsu, & habitatione, prout etiam cæteris Canonicis consueuerat eadem Vniuersitas similes Domos concedere, vt habetur in eadem partita dictæ concessionis Domus, quam fecit Vniuersitas, quæ integraliter vt iacet extensa, & data in Summario D. Octauiæ sic cantat. *Suprascripti Domini Consules, seruatis seruandis, secundum Ordinamenta dictæ Artis deliberauerunt, & deliberando concesserunt Reuerendo D. Antonio Alexandro de Puccis Subdecano Cathedralis Ecclesiæ, Domum quam habitabat D. Thomas de Armoldis Canonicus præfatæ Ecclesiæ, ab habendum toto tempore vitæ suæ, modo, forma, & vsu, vt concessa fuit dicto D. Thomæ, & prout consuetum est concedi aliis Canonicis.* Secundò quia deductis in facto, in eodem sexto præmisso, *in vers. secundo in eodem summario*, constat quòd Horatius de Puccis, qui fuit Subdecanus de anno 1547. soluit in causam dictæ Domus libras 400. fabricæ Sanctæ Mariæ, cuius fabricæ vsque in hanc diem esse dictam Domum, videtur probari ex quadam fide Cancellarij dictæ fabricæ, data in *Summario D. Octauiæ, num. 7.* prout habetur supra in eodem sexto præmisso, *in vers. tertio in eodem summario*, vbi quòd dicta fabrica de ea liberè disponit, eam locando, vacante Subdecanatu. Tertiò, & vltimò clarè tollitur ex eadem Bulla Iulij II. in qua se fundant Pucci, & Venturi, vt expressè leguntur, quòd Subdecanatus erat penitus dote destitutus.

Vlteriùs etiam iidem informantes non obstare dicebant tertium obiectum, exaduerso videlicet, quòd assignatio Prædiorum cantat in causam certam, idest
94 in causam Distributionum, † quæ ideò cùm dentur ratione seruitij quotidiani, vti redditus incerti, & casuales non sunt de corpore Beneficij, & sic non debent haberi pro dote Subdecanatus, ex *Oldrad. Felin.* & aliis ibi alleg. † Quia vt dicebant, limitatur; vt 95
non procedat, quando Beneficium nullos alios fructus habet, quàm distributiones, quia tunc illæ habentur loco fructuum Beneficij, *Gemin. in cap. præsents, num. 19. de Offic. Ordin. lib. 6. Prob. ad Monac. in cap. vnico, num. 60. & sub num. 64. vers. sed quid, de Cler. non resid. eodem lib. 6. Decian cons. 43. num. 14. cum seqq. lib. 1. Gonzal. super reg. 8. in Proem. §. 7. num. 158. Garz. de benef. par. 2. cap. 5. num. 321. Marches. de Commiss. in titul. de caus. pens. parte 1. §. 5. num. 127. Monet.* post plures quos allegat, *de distribut. quotid. parte 1. quæst. 6. dicto vers. 1. ampliatur, & quæst. 8. per totum.* † Et hinc 96
esse, quòd in Canonicatibus, in quibus non adest certa præbenda, Distributiones dicuntur habere locum præbendæ, idem *Monet. dict. quæst. 6. nu. 14. Put. decis. 365. num. 4. lib. 2. in correct. Mohed. decis. 6. nu. 3. de præbend. Ces. de Graff. decis. 8. num. 1.* & 2. *de probat.* & fuit dictum in *Lucana Pensionis, 10. Ianuar. 1622. coram D. meo Decano.*

Vnde cùm Subdecanatus, de quo agitur alios non habeat fructus, quàm redditus dictorum Prædiorum, pro distributionibus assignatos, & illi sufficiant Subdecano pro competenti victu; consequenter eos esse habendus pro dote; ita vt ex tali assignatione acquisitum fuerit Antonio, & aliis de Puccis Iuspatronatus; † cùm ad dictum effectum dos dicatur indistin- 97
ctè quicquid beneficio assignatur pro sufficienti victu Rectoris, siue illud Rectori acquiratur ex certis redditibus absolutè, siue ex distributionibus. † Cùm 98
dos ad hoc detur; vt Rector Ecclesiæ, substentari valeat, *Lambert. de Iurepatr. lib. 1. quæst. 5. art. 2. nu. 26. cum seqq.* † quòd benè experientia comprobat in Ca- 99
nonicatibus trium Basilicarum Vrbis, qui licèt in genere habeant fructus certos, effectualiter tamen, quoad singulos Canonicos, consistunt in solis Distributionibus, debitis Canonicis præsentibus & interessentibus dumtaxat: sunt etiam plerique alij Canonicatus huiusmodi, & præsertim in Hispania, vt testatur *Gonz.* vbi supra, quos dicere non esse dotatos, ex eo solùm quòd dicti redditus in genere certi, non acquiruntur nisi interessentibus in Diuinis, esset penitus absurdum, prout etiam in casu nostro idem esse dicendum, cùm distributiones, de quibus in dicta Conuentione, sint certæ in genere, & quo ad Ecclesiam, cui facta fuit assignatio rei certæ, videlicet duodecim Prædiorum, pro distributionum participatione; alioquin sequeretur, vt dicebant quòd assignans bona redditus scut. 10. vel 20. pro Beneficiato acquireret Iusp. & quod assignans bona redditus centum, & vltra pro distributionibus, illud non acquireret, quòd videretur penitus absurdum; † maximè cum 100
assignatio bonorum facta pro distributionibus magis expediat, fauorabiliórque sit Ecclesiæ, pro augendo in ea, cultu diuino, *Abb. in cap. licet, num. 3. ad fin. de præbend. Addit. ad Butr. cons. 42. in princip. Paris. cons. 53. n. 5. & 2. l. 4. Dec. cons. 280. incip. in casu propos. numero 4.*

Ex quibus cessare penitus dicebant quòd dicta assignatio facta pro distributionibus, fuerit in aliam causam, quàm dotis, cùm imò, ex proximè dictis, in dotis causam facta fuisse videatur, † nec 101
Lambertin. Felin. Rota, & alios in dicto tertio obiecto allegatos, contrarium probare, sed potiùs retorqueri: dum in casibus, in quibus ipsi loquuntur non agebatur de beneficio, sed aut de bonis, & redditibus incertis Altari relictis pro mercede Missarum, vt est casus *Felin. in dicto consilio 45. numero 6.* † Aut de similibus bonis relictis 10

Cappellæ pro Eleemosyna, in quibus terminis loquitur *Rota in dicta decis. 50. num. 1. de concess. prebend. in antiq.* quæ meritò non habentur pro dote Ecclesiæ, quia non deseruiunt pro Ecclesia, sed pro Cappellano, aut pro eleemosynis: vnde à contrario sensu, cùm hic agatur de beneficio Dignitatis Subdecanatus, istæ distributiones, quæ deseruiunt pro Subdecano, debeant haberi pro dote dicti Subdecanatus.

Non etiam iidem Informantes obstare contendebant Quartum obiectum; videlicet quòd si dicta Bulla, quæ cantat de Gentilitio, & obtenta fuit circiter post tres menses à die dictæ Conuentionis Antonij cum Capitulo, & assignationis Prædiorum, non esset attendenda non constaret de superioris consensu, sine quo Iuspatronatus ex dicta Conuentione, & assignatione Prædiorum acquiri non potuit Antonio, & aliis de Puccis, atque ideo necessariò dicendum esse, Bullam emanasse pro illius Confirmatione, Quia dupliciter respondebant: Primò † quòd
103 ex effectuatione dictæ Conuentionis, & existentia Iurispatronatus per longissimum tempus penès illos de Puccis, qui Prædia assignarunt, præsumitur alia Confirmationi Conuentioni conformis, quæ non excluditur per Bullam, dum ea non fuit producta per D. Octauium, ex allegatis in *dict. Decis. 21. Maij,* & supra in 2. discursus parte *in vers. neque obstare,* vbi de his latiùs, & tantò magis Quia, vice versa, dicta Bulla non probatur obseruata, & videtur subreptitia, ex mox dicendis: Et tandem, quia cùm Bulla expressè emanauerit pro Confirmatione alterius prætensæ Conuentionis initæ inter Antonium, & Vniuersitatem Artis Lanæ, quæ est penitus incompatibilis cum dicta conuentione inter Antonium, & Capitulum, eo ipso probari; quòd illa non emanauit pro Confirmatione Conuentionis cum Capitulo priùs initæ, ex qua fuit iam acquisitum Iuspatronatus hæreditarium, subsecuta dicta alia præsumpta Confirmatione,
104 ex Regula † quòd contrarietas est euitanda, de qua latè *per Craneit. cons. 70. n. 520. aliàs 5. de priuileg.*

Nec quicquam releuare dictas literas missiuas, directas Oratori Florentino, Romæ degenti, nec pariter mandatum eidem Oratori datum ante dictam Bullam, & Conuentionem cum Capitulo, de quibus supra in prima parte, in quinto præmisso. Quia in primis dicebant, literas, & mandatum non esse Vniuersitatis Artis Lanæ, cuius Iuspatronatus, sed Consulum dictæ Vniuersitatis dumtaxat, quorum Iuspatronatus non erat, vt paulò inferius probabitur: Præterea Vniuersitatem tunc non potuisse quicquam circa translationem Iurispatronatus, cùm illud de eo tempore iam non esset penès eam, iuxta inferiùs dicenda, in responsione ad quintum, & vltimum obie-
105 ctum; † atque ideò ex defectu Iuris, & actionis, literas, & mandatum prædicta, non posse aliquid operari; nec de eis aliquam rationem habendam esse, ad Text. *in l. si pupilli, §. videamus ff. de negoc. gest. & l. quo-*
106 *ties, §. Item si temporalis, ff. de admin. tut. cum vulg.* † Deinde, tam literas mandatum, non esse in forma probanti, formiterque extracta; ideóque nihil probare. *c. 1. de fid. Instr. Paris. cons. 135. n. 9. lib. 4. Rota dec. 511. par. 1. recent.* & alibi sæpius: Et tandem ex illis in omnem casum nihil aliud probari, quàm simplicem tra-
107 ctatum, † qui solus, si non constat de consensu postea præstito, non attenditur nihilque ponit in esse, *c. sine except. 12. quæst. 2. c. tua nuper, de his quæ fiunt à Prel.*
108 *sine cons. c. Rodoan. de alien. rer. Eccles. quæst. 25. per tot.* † Multa enim tractantur, quæ postea non concluduntur, ad text. *in l. obligationum substantia, ff. de act. & oblig. gloss. in l. eleganter in princip. in verb. puto, ff. de condict. indeb. Bald. in lege fin. in fin. de iuram. calumn. Tiraq. de retract. conuent. in fin. n. 24. Alex. cons. 15. n. 17. & cons. 28. n. 5. lib. 1. Surd. cons. 202. n. 5. Rota decis. 104. n. 6. p. 2. diuers.* & latiùs *in Turritana Bonorum, 17. Apr. 1617. coram bon. mem. Vbaldo:* Quòd autem literæ prædictæ, quando essent in forma probanti, non contineant nisi simplicem tractatum, patet ad oculum, † & idem di- 109
cendum est de mandato Consulum ad consentiendu, quod non habetur pro consensu actuali; † sicut man- 110
datum de vendendo non est venditio, *l. quod sæpe, § si quis amico, ff. de contr. empt.* † Nec mandatum de re- 111
nunciando, *l. 1. de renunc. Anchar. cons. 18. n. 3. in fin. Boer. d. 48. n. 10. & Rota decis. 725. nu. 7. par. 2. recent.* † 112
Nec tandem mandatum de nominando est nominatio, *gloss. in c. penult. §. absens, in verbo exprimendum, de elect. in 6.* quam ibi sequuntur *Gemin. nu. 5. in fin. & Franc. etiam in fin.*

Secundò respondebant, & in hoc præcipuè insistebant, cessare penitus difficultatem ex eademmet conuentione Antonij cum Capitulo, & ex dicta Bulla; ex quarum combinatione constare: aut Bullam non emanasse pro confirmatione dictæ conuentionis cum Capitulo; & ideò sine difficultate intrare confirmationem præsumptam: † Aut quatenus sic, Bullam fuis- 113
se subreptitiam, & obreptitiam, vt tacita veritate, & expressa falsitate impetratam; quandoquidem in Bulla quatuor singulariter exprimuntur: Primum nimirum, quòd Capitulum noluit admittere Antonium in Subdecanum, antequam caueret de soluendo ducatos 1000. auri: Secundum eundem Antonium præfatam cautionem de soluẽdo dicta 1000. scuta auri præstitisse, vel vice illorum, id quod Archiepiscopus Florentinus declararet pro participatione Distributionũ Mẽsæ Capitularis. Tertium ipsummet Antoniũ, iuxta conuentionem cum Vniuersitate promisisse assignare pro dote bona immobilia, redditus annuorum Ducatorum 24. Quartum & vltimum Consules Artis Lanæ, vti assertos Patronos prouisioni Apostolicæ, de d. Beneficio, ad fauorem Antonij factæ, suum præstitisse consensum, vt latiùs in dicta Bulla, de qua in prima parte in 4. præmisso: Quorum quatuor in Bulla narratorum nullum verbum in dicta Conuentione Antonij cum Capitulo, quinimò totum contrarium; siquidem quò ad primum, de cautione, &c. constat in dicta Conuentione cum Capitulo quòd imò Antonios, multò ante Bullam, fuit per Capitulũ liberè, & sine aliqua cautione, aut conditione admissus in Subdecanum: quæ Conuentio in hoc est cõformis d. Prouisioni Apostolicæ, vti de libero ad fauorem Antonij factæ, quæ præcesserat. Quò ad Secundum quòd Antonius tunc præstitit cautionem, &c. ex eadem Conuentione cum Capitulo constat, quòd Antonius nullam præstitit cautionem de soluendo scuta 1000. auri, pro participãdis Distributionibus, sed solùm quòd in dictam causam tunc actualiter consignauit duodecim Prædia dicti valoris: Quò ad tertium de assignatione stabilium, redditus scut. 24 &c. in d. conuẽtione cum Capitulo nulla fit mentio: Demum quartum & vltimũ, quòd Antonius fuerit prouisus de Subdecanatu, de consensu Consulum Vniuersitatis Artis Lanæ, est manifestè falsum cùm de eo fuerit prouisus, vti de libero, & certo modo vacante, sine clausula *Patronorum accedente consensu*; nec non sine clausula *derogationis Iurispatronatus*, iuxta stylum, vt videre est in dicta Bulla prouisionis: de qua supra in prima parte in secundo præmisso; † quæ cum producta fuerit 114
ab illis de Puccis, & de Venturis non potest ab eisdem impugnari ex vulgatis: † quo fit, vt stanti- 115
bus tot erroribus, & subreptionibus Bulla non sit attendenda, sed solùm Conuentio cum Capitulo, iuxta latè deducta *per Dec. cons. 63. num. 6. & in leg. si quis in aliquo, num. 4. in fin. C. de prabend. Curt. Iun. cons. 93. num. 10.*

Quas

Quas subteptiones, & obteptiones dicebant non
posse euitari, nisi dicant Pucci, & Ventuti quòd Bul-
la emanauit pro Confirmatione alterius Conuentio-
nis, non inter Antonium, & Capitulum initæ, prout
est illa, in qua D. Octauia se fundat, pro patronatu
Hæreditario, sed inter Antonium & Vniuersitatem
Artis Lanæ, de qua exprefsè cantat Bulla, & tunc
multò magis Bullam subreptitiã, & obreptitiam esse
ex sequentibus contendebant; Primò quia præsup-
ponitur in eadem Bulla, quòd Vniuersitas, vti Patro-
na concordauit cum Antonio, quod præsuppositum
videtur falsum, ex quò tunc, stante dicta *Constitutio-
ne Innocentij Octaui*, reuocatoria Iurispatronatus ex
priuilegio, Vniuersitas Patrona non erat, ex infe-
riùs dicendis, in responsione ad vltimum obiectum,
quicquid sit, An patrona esset in initio erectionis;
Secundò quia in Bulla non fuit narratus præcedens
status Iurispatronatus, priùs acquisiti Puccis ex dota-
tione assignationis Prædiorum, de qua in dicta Con-
116 uentione cum Capitulo, † ita vt ex hoc non adfuerit
voluntas Papæ mutandi statum Iurispatronatus, *Cald.
dicto conf. 15. de iurepatr. Dec. d. conf. 126. num. 4. Lam-
bert. Rota*, & alij supra allegati in secunda parte, *in
vers. super præmiss.* Tertiò quando præcedens Iurispa-
117 tronatus fuisset Papæ narratus, † quia tamen Bulla
emanauit ad supplicationem solius Antonij, sine man-
dato aliorum de Puccis, non potuit Antonius, nec
ideò Papa voluit illis præiudicare, alterando statum
Iurispatronatus, vt etiam dictum fuit in eodem *vers.
super præmiss.* Quartò quia de dicta alia Conuentione
inter Antonium, & Vniuersitatem nullibi legitimè
constat, sed solùm ea enunciatur in dicta Bulla: nam
in supradictis literis & mandato Vniuersitatis solùm
enunciatur tractatus, vt dictum est nihil ponit in esse;
118 † Scriptura autem referens, aut confirmans non pro-
bat, nisi relata producantur. *Rom. conf. 305. nu. 5. &
336. num. 5. Crauett. conf. 120. nu. 15. & Cephal. conf. 156.
119 num. 42. lib. 2.* Quintò & vltimò, † quia eo ipso, quòd
supradictæ literæ, & mandatum Consulum non con-
tinent actualem consensum Vniuersitatis, sed solùm
tractatum, non potuit solus Antonius, sine Vniuersi-
tate Bullam impetrare, sed consensus Vniuersitatis in
impetranda Bulla erat etiam necessarius; Vnde cùm
de dicto actuali Vniuersitatis consensu non constet,
eo ipso quòd in Bulla non legitur, imò constet de
contrario, ex quò solus Antonius supplicauit; prop-
tereà ex hoc etiam probatur. Quòd Bulla non ema-
nauit pro confirmatione Concordiæ cum Vniuersi-
tate, atque ideò Bullæ subteptionem euitari non
posse.

Quam quintam, & vltimam rationem dicebant
esse insuperabilẽ, ex eáque subreptionẽ reddi ineui-
120 tabilẽ, † & nõ tolli ex eo quòd in Bulla adsit clausu-
la *Consulum accedente consensu, &c.* cum Iuspatronatus
per Sixtum Quartum non fuerit relictum Consuli-
bus, sed Confratribus d. Vniuersitatis, vt in Bulla ibi,
*ac Iuspatronatus & præsentandi personas idoneas Con-
fratribus Artis Lanæ Ciuitatis Florentiæ pro tempore
existentibus reseruari mandauerat*; quæ sunt penitus
121 diuersa, † Quia Iuspatronatus relictum Confratri-
bus non censetur relictum solis Prioribus, seu Con-
sulibus Confraternitatis, sed toti ipsi Confraternita-
ti, ex adduct. per *Abb. & Barbat. in cap. requisisti de te-
122 stam.* & ibidem optimè declarat *Couarr. nu. 1.* † Prout
priuilegium concessum Clericis censetur concessum
Ecclesiæ, *Bar. in l. cum plures*, vbi communiter notant,
123 *C. de Sacros. Eccles.* † Et Ciuibus relictum habetur, vti
relictum Ciuitati, *l. 2. ff. de reb. dub.* vbi *Bart. Castr. Socc.
& alij, Losen. de Iur. Immunit. q. 5. n. 10. cum seqq. Menoch.
præsumpt. tot. lib. 4.* Vice versa autem, Iuspatronatus
relictum Consulibus, seu Prioribus Vniuersitatis non
censetur relictum ipsi Vniuersitati, sed solùm Priori-
bus, & Consulibus pro tempore, ita vt ipsi soli de-
beant præsentare, *Bald. in l. si quis 48. §. in omnibus, nu.
19. C. de Episc. & Cleric. Rota decis. 574. par. 2. diuersor.
num. 8.* & fuit plenè decisum in causa *Romana Bene-
ficiatus Sancti Laurentij in Damaso 7. Februar. 1628.
coram me*: † Quo fit vt Consules soli non potuerint 125
cedere Iuspatronatus, nec cum Antonio concordare
Bullamque impetrare, aut impetrationi consentire,
sed hoc facere debuit tota Confraternitas, seu Vni-
uersitas Artis Lanæ, legitimè congregata, conuoca-
tio consilio, & habitis tractatibus de Iure requisitis,
de quibus solemnitatibus nihil vnquam doctum fuit:
Neque obstare, † quòd cum Papa enarrauerit teno- 126
rem d. assertæ Conuentionis cum Vniuersitate Artis
Lanæ, non esse opus, vt aliter de ea constet, *Ias. dict.
Auth. si quis in tit. de Princip. & eius priuil. num. 360.*
latè *Rota decis. 362. par. 2. diuers.* † Quia esset verum, si 127
etiam verum esset quòd Papa tenoris dictæ Conuen-
tionis cum Vniuersitate meminisset *motu proprio*, aut
ex certa scientia; & ipsa deinde consensisset: in qui-
bus terminis loquuntur dicti *Doctores & Rota diuers.
in dicta decis. 32.* Cùm autem non Papa sed idem An-
tonius, ad cuius supplicationem emanauit Bulla, nar-
rauerit dictæ Conuentionis tenorem (& quidem
obscurè satis, vt dicebatur) & deinde non adsit con-
sensus Vniuersitatis, sed Consulum dumtaxat, † pro- 128
pterea si narrata non verificentur, Gratia, seu confir-
matio corruit, stante quòd non probetur obseruantia
ad adæquata, dictæ Conuentioni cum Vniuersitate,
seu potiùs Conuentioni cum Capitulo, iuxta doctr.
Felin. in cap. constitutus, 5. Dec. in princ. de rescript. vbi
etiam, *in 4. not. Caputaquen. decis. 2. num. 2. & 3. par. 1.*
& in terminis Confirmationis, *Rota decis. 564. num. 2.
& 3. & decis. 676. num. 4. parte 2. recent.* † Quod autem 130
nullo modo Bulla emanauerit cum aliqua ex clau-
sulis, *motu proprio*, aut ex certa scientia, probari etiam
contendebant, eo ipso, quòd in ea nulla istarum clau-
sularum legitur, & de clausula ex certa scientia eo ip-
so, quòd non appatet adhibitam fuisse causæ cogni-
tionem, *Gloss. in cap. 1. & 2. de confirm. vtil. vel inutil. &
Dec. in rubr. eiusdem tit. ad finem Felin. in capitulo inter
dilectos, de fid. Instr. Anchar. conf. 282. Paris. conf. 19. nu.
13. lib. 1. Rota in nou. decis. 230. incip. si Papa aliàs est de-
cis. 2. de confirm. vtil. vel inutil.* Et ideò Confirmatio-
nem talem, qualem, quæ ex Bulla prætenditur, fuisse
in forma communi, nimirum, quatenus conuentio
cum Vniuersitate, existeret, & subsisteret, vt notant
DD. per illum text. *in capitulo quia diuersitatem, de
concess. præbend.* † ita vt dicta Bulla nihil tribuat de 131
nouo, sed solùm quòd anteà erat tale, quale confir-
met, iuxtà *Gloss. in cap. fin. de confirm. vtil. vel inutil.
Bartold. in leg. priuilegio, Cod. de Sacros. Eccles. Ol-
drad. conf. 264. Signorol. conf. 213. Cardin. conf. 44.
Abb. conf. 62. lib. 1. Boer. in suis singul. tit. ratihabitio,
& confirmatio, Crescent. decis. 31. tit. confirm. vtil. vel
inutil.*

Quibus iidem informantes pro Domina Octauia
addebant, quòd cùm Antonius, de tempore datæ
Bullæ, quinimò etiam ante Conuentionem, quam
ipse fecit cum Capitulo, esset iam prouisus, de dicto
Subdecanatu, vti de libero, & in eius possessionem
immissus per Capitulum, ineáque existeret pacificè,
& quietè, cùm non constet de aliqua lite, & molestia
sibi tunc mota, aut illata, & prætereà iam ex d. Con-
uentione, iuxta supradicta acquisiuisset Iuspatrona-
tus Hæreditarium, verisimile non esse, quòd voluerit
posteà cõfiteri, & emologare in impetratione d. Bullæ
Iuspatronatus, esse adhuc tunc penes Vniuersitatẽ in

præiudicium prouisionis Apostolicæ, ad sui fauorem
vti de libero; & Iurispatronatus sibi acquisiti; stan-
te maximè quòd apud dictam Vniuersitatem tunc
nullum re vera, Iuspatronatus aderat, ex inferiùs dicē-
dis, atque ideò, inde elici non leuem præsumptionem,
aut collusionis inter Antonium, & Consules Artis
Lanæ, aut quòd licèt idem Antonius in dicta Bulla
narretur fuisse impetrans, ipsum reuera, non impe-
trasse, sed eius nomen fuisse suppositum, præsertim
cùm in multis Bulla aduersetur Conuentioni præce-
denti eiusdem Antonij cum Capitulo; & quòd Bulla
non fuit producta per Dominam Octauiam, quæ ni-
titur suli conuentionem cum Capitulo, sed per illos
de Puccis, & Venturis, qui in sola Bolla fundantur:
Et demum cùm de conuentione cum Vniuersitate,
132 nullibi constet, nisi ex narratiua eiusdem Bullæ; † nec
contrarium ex impensa præsumi dicebant cùm fuerit
modica, ad text. *in l. nonnulli, in §. sunt alij, in vers. cum
autem extra de rescript. Rota decis. 624. num. 5. in vers.
nam præter, parte 1. recent. & decis. 7. lib. 2. parte 3.
diuersar.*

Prætereà nec Subreptiones, & Obreptiones, aliá-
que supradicta iidem informantes tolli dicebant ex
prætensa obseruantia Bullæ, de qua supra in 5. parte
in hoc quarto obiecto, desumpta nempe ex annua
præstatione Candelæ ceræ albæ singulis annis Con-
sulibus Vniuersitatis Artis Lanæ facta in die Purifi-
cationis, iuxta d. Bullam, per Horatium Subdecanum,
toto tempore vitæ suæ, vt in prædicta fide Cancella-
rij d. Vniuersitatis, de qua supra in prima parte in sex-
to præmisso *in vers. 4. in eodem Summario*, & ex partita
libri, vbi registratæ sunt possessiones beneficiorum
Ecclesiasticorum, in qua fit mentio dictæ Bullæ, &
Iurispatronatus, quò ante illam Vniuersitas Artis
Lanæ habebat, vt in dicta alia fide, de qua in eodem
sexto præmisso in eodem *vers. quarto, &c.* Et tandem
ex supradictis duabus enunciatis visitationum Ordi-
133 narij, Quia respondebant: † Primò quòd dictæ duæ fi-
des sunt simplices attestationes, quæ ideò fidem non
faciunt, *Decian. cons. 51. num. 96. vol. 2. Rota dicta 255.*
134 *num. 3 par. 1. recent.* Et alibi sæpiùs: † Secundò quòd
partitæ librorum, in quibus dictæ fides fundantur
sunt informiter extractæ sine partis citatione, & aliis
de iure requisitis per *text in cap. in præsentia vers. præ-*
135 *tereà*, cum ibi not. *de probat.* † Tertiò quòd in omnem
casum Cancellario & libris Vniuersitatis Artis Lanæ
attestantibus de annua præstatione candelæ facta
Consulibus per Horatium Subdecanum toto tem-
pore vitæ suæ non est credendum, in lite inter d. Vni-
136 uersitatem, & alios qui non sunt de d. Vniuersitate; †
nam cum d. Cancellarius si examinaretur in Testem
pro ipsa Vniuersitate non esset Testis idoneus contra
eos, qui non sunt de Vniuersitate, *Alex. consil. 43.
num. 13. libr. 4. Ias. in leg. prima, §. Patronum, in fi-
ne, ff. de in ius vocand. Couar. pract. quæst. cap. 18.
num. 4. & Menoch. de arbitr. iud. cas. 106. num. 13.*
137 *& 15.* † Absurdum esset quòd daretur fides eius scri-
pturæ, in qua ipse non esset idoneus Testis, vt in
simili arguit, *Bart. in leg. si pater, ff. de fals.* Et in
puncto, *Crauett. de antiqu. temp. parte 1. sectione*
138 *quarto limitatur, numero 78.* † Et idem dicendum
est de libro Vniuersitatis, *Salicet. in leg. exemplo, C.
de probat. idem Crauett. in dicta prima parte sectione
quid in libro numero primo, cum sequentibus.* Quartò
dicebant, quòd dicta annua præstatio candelæ ce-
ræ albæ est æquiuoca, ex quò vniformiter fit ea-
dem die dictis Consulibus Artis Lanæ ab aliis Ca-
nonicis eiusdem Ecclesiæ; hæc tamen vniformitas
non fuit in facto iustificata, nisi per quandam sim-
plicem attestationem cum iuramento duorum Ca-
nonicorum dictæ Ecclesiæ; † Quintò quòd Hora- 139
tius tradendo candelam non potuit præiudicare aliis
de Puccis super Iurepatronatus Hæreditario, de quo
in Conuentione cum Capitulo, illúdque alterare,
conformando se cum d. Bulla, prout nec potuit idem
Antonius, qui illam impetrauit, sine mandato
aliorum de Puccis, & non narrato præcedenti
statu; supradictis verò duabus enunciatiuis visita-
tionum Ordinarij iam fuit latè responsum *in dicta
Decisione, 22. Maij, & supra in secunda Discur-
sus parte, in versiculo sed quia nihilominus, in
fine.*

Quæ omnia tantò magis procedere, & vrge-
re dicebant, ex quò imò Bulla non probatur ef-
fectuata, sed potius dicta Conuentio Antonij cum
Capitulo effectuata fuit; † si quidem in Bulla appo- 140
nitur Antonio onus dotandi Subdecanatum in an-
no redditu scutorum 24. in tot stabilibus; de qua
dotatione nullibi constat, cum tamen de ea debe-
ret omninò constare, vt vigore Bullæ posset præ-
tendi Iuspatronatus; cùm fuerit per Papam dictum
onus conditionaliter iniunctum, ibi: *ea tamen con-
ditione quod præfatus Antonius eiusdem Subdecana-
tus pro illius dote bona immobilia valoris annui 24.
Ducatorum, &c.* iuxta regulam, quam firmat
*Bartol. in leg. quibus, §. Titius, numero 5. ff. de
cond. & demonstr.* Et in his terminis, *Rota Decisio-
ne 46. num. 2. par. 2. recent. per totum*, quam ad li-
teram refert, *Massobr. in dicto præludio 7. dubio 3.
numero 41.* Vice versa autem, Prædia assignata in
Conuentione cum Capitulo hodie existunt penes
Ecclesiam, & deinde multò post dictam Bullam, vi-
delicet de anno 1527. Alexander de Puccis consti-
tuit Procuratorem Antonium eius filium, ad con-
sentiendum prouisioni Apostolicæ dicti Subdeca-
natus, ad fauorem Leonardi de Gasconibus, tam
nomine proprio, quàm suorum hæredum, vt supra
in prima parte, in sexto præmisso, *versiculo sexto
in aliis*; quæ constitutio Procuratoris non potest in-
telligi, iuxta Bullam, quæ cantat de Gentilitio, sed
iuxta conuentionem, quæ est de Hæreditario, &
pariter in mandato Apostolico de prouidendo di-
ctum Horatium, de quo in eodem sexto præ-
misso, *versiculo quinto in summario*, vigore eu-
ius deinde idem Horatius adeptus fuit possessio-
nem Subdecanatus, expresse narratur hoc Iuspa-
tronatus esse familiæ de Puccis ex dotatione, &
fundatione, & sic iuxta dictam conuentionem
cum Capitulo, non autem prout in Bulla, iuxta
quam Patronatus esset ex priuilegio, tam quoad
Artem Lanæ, vt infra in responsione ad quintum,
& vltimum obiectum, quàm respectu Dominorum
de Puccis.

Tandem ad rem facere dicebant, quòd etiam
conuentio Antonij cum Capitulo fuit facta per so-
lùm Antonium, sine mandato aliorum de Puccis,
cùm de illo non constet, & ideò quòd ei soli
fuit acquisitum Iuspatronatus; qui ideò etiam
solus, sine consensu, & mandato prædictorum
potuit posteà obtinere dictam Bullam, & per
eam Iuspatronatus, quod vigore præcedentis
conuentionis cum Capitulo erat Hæreditarium,
fieri Gentilitium, Quia non procedit, † stan- 141
te etiam in dict. conuentione cum Capitulo,
acceptatione, & stipulatione Notarij, nomine
aliorum de Puccis, quorum etiam nomine con-
uentio cum Capitulo facta fuit, & quorum etiam
erant dicta prædia tunc consignata, & tradita, &
quæ vsque in præsentem diem, sunt apud Capitu-
lum, *Soccin. Iun. consil. 118. nu. 13. & 14. vol. 1.*

Dec. cons.

Dec.cons.230.num.5. Gozzad.cons.87. num.14. Couar.
in d.rubr.de testam.par.3.nu.13.& lib.1.Var.cap.14. &
141 *15.Guidopap.decis.49.*† Et multò minùs procedit,non
interueniente nouo consensu Capituli,quòd non ob-
stante quacúmque reuocatione Antonij, possent aliis
de Pucis, qui eo contraxerunt, promissa adimplere,
iuxta doctr. *Bart.in l.cum à Socero, C. de iur.dot. Alex.*
cons.504.vol.7.Crauett.cons.19.num.15. Anton. Gabr.de
donat.concl.5.nu.15. Couar.d.l.pr.var.c.14. num.9. Ex
quibus nedum satisfactum esse dicebant quarto ob-
iecto Dominorum de Puccis, sed etiam discussum,&
fundatum remanere secundum præcipuum funda-
mentum D.Octauiæ,de quo supra in principio huius
quartæ partis.

Demum non obstate dicebant Quintum, & vlti-
143 mum obiectum DD. de Puccis, & Venturis: † Ni-
mirum quòd cùm de tempore dictæ conuentionis
Antonij cum Capitulo,Iuspatronatus esset apud Con-
fratres Artis Lanæ, non potuerit Antonius per assi-
gnationem Prędiorum in eadem conuentione factam,
sibi, & aliis de Puccis, eorúmque hæredibus acqui-
rere Iuspatronatus in præiudicium dictæ Vniuersi-
tatis,absque illius consensu, eáque priùs non requi-
sita, an dotare vellet, ex *Abb. Host. Lambert.* & aliis
ibi allegatis; de cuius Vniuersitatis consensu, cir-
cumscripta Bulla, nullibi constat, Quia dupliciter
respondebant.

Primò nempe non probari,quòd vnquam Vniuer-
144 sitas Artis Lanæ fuerit Patrona,† quæ ideò non fuit
requirenda; quandoquidem nullibi de hoc constat,
nisi in dicta Bulla, cui Pucci, & Venturi innituntur,
& ex deductis in facto,in prima parte, in quinto, &
sexto præmisso, scilicet ex literis Consulum Artis
Lanæ,ex attestationibus Cancellariorum dictæ Vni-
uersitatis super Domo, & candela, ex dicta partita
libri vbi describuntur possessiones Beneficiorum, &
tandem ex duabus enunciatiuis Visitationum: Bul-
145 lam autem nihil probare, † tum vti subreptitiam, ex
supra deductis, *cap.fraternitatis, de hæret. Bald. in l.si*
ex falsis,per illum tex.C.de transact.Natt.cons.59.n.16.
Tum etiam quia de Patronatu Vniuersitatis in dicta
Bulla non constat,nisi ex sola narratiua Antonij im-
146 petrantis; † quæ narratiua nunquam fuit iustificata,
quæ tamen iustificari debuit: stante quòd in Bulla
non adsunt clausulæ, *motu proprio*, aut *ex certa scien-*
tia vt supra dictum fuit in responsione ad quartum
obiectum in *vers. neque obstare quòd cum Papa, &c.*
literas autem missiuas Consulum,& attestationes su-
per Domo, & candela Cancellarij Vniuersitatis, &
partitam dicti libri, vbi registrantur possessiones be-
neficiorum, continere expressam relationem ad di-
147 ctam Bullam: † Vnde cùm illa nihil probet, vt di-
ctum est, pariter prædictarum literarum, & attesta-
tionis Cancellarij Vniuersitatis, prædictique libri
nulla est habenda ratio, vt communiter notatur,*in l.*
si quis in aliquo,C.de eden. Roman. Crauett. Cephal. &
alij supra allegati in hac tertia parte in *vers. quæ sub-*
148 *reptiones,& obreptiones circa finem:* † Quod adeò ve-
rum esse dicebant vt non possint Pucci, & Venturi
dictas literas,& attestationes, aliáque huiusmodi, ad
alium titulum præsumptum referre, dum titulum
Bullæ nullum, & inualidum produxerunt, *Ægid.*
cons.10.num.20.in fin. Paris.cons.21.num.19.lib.1. Cra-
uett. cons.134. num. 44. Rota decis. 412. num. 2. par.2.
recentior.

Secundò respondebant quòd quatenus per d.Bul-
lam,& ex aliis prætensis adminiculis supradictis pro-
baretur Iuspatron. fuisse, in initio erectionis validè
Vniuersitati reseruatum, nihilominus illud, de tem-
149 pore Bullæ, non fuisse penès eam, † cùm esset tunc
iam reuocatum, vigore d.*Cōstitutionis Innocentij VIII.*
reuocatoriæ omnium Concessionum Iurispatronatus
ex priuilegio, tam Beneficiorum electiuorum, quàm
non electiuorum,idest,quæ non erant ex fundatione
seu dotatione, saltem medietatis dotis ex propriis
bonis; † Quòd autem Iuspatronatus Vniuersitatis 150
esset ex priuilegio, dicebant esse penitus indubita-
tum, Tum quia Vniuersitas nihil penitus de suo con-
tulit pro dote, etiam quòd dos fuisset emenda ex
Eleemosynis, & Oblationibus elargiendis per singu-
lares homines Vniuersitatis, cùm hæc non sint bona
Vniuersitatis, nec Vniuersitati acquirantur, vt in his
terminis, *Lambert.lib.1.par.5.quæst.5.art.21.num.9. &*
q.7.art.15. n.9. & seqq. & tantò minùs, ex quo Bulla
cantat de Eleemosynis, & Oblationibus elargiendis
à quibuscúmque Christi fidelibus, Ecclesiam Floren-
tinam visitantibus, Tum & etiam quia prædicta In-
dulgentia plenaria nunquam fuit effectuata, & sic
nullæ vnquam fuerunt Eleemosynæ, & Oblationes;
ita vt Subdecanatus fuerit semper dote penitùs desti-
tutus, vt habetur in eadem Bulla Iulij II. quam ad-
hoc,contra dictos de Puccis,& Venturis allegabant,
vti probationem probatam; ex quibus cessare etiam
videntur omnia deducta exaduerso in dicto quinto
obiecto, *in vers. secundo fuit responsum, & in vers. nec*
obstare addebant, quæ parum aut nihil ad rem facere
dicebant.

Neque deinde obstare dicebant quòd *Constitutioni*
Innocentij, censeatur fuisse derogatum per clausulam
generalem,*non obstantibus,&c.*†Primò quia fuit appo- 151
sita in vltima parte Bullæ,& sic in executiuis,quæ nō
refertur ad mediatè præcedentia, quæ vt hic sunt
contraria iuri cōmuni,*Clem.1.in fin.* vbi omnes *de pro-*
bat.Corn.cons.119.n.16.vol.2. Crau.cons.70.n.3. Mart.
claus.79.n.25.p.1.& Rota decis.777.p.2. recent.n.4. Se-
cundò † Quia, cùm Bulla, ex supradictis, sit nulla,& 152
subreptitia,pariter etiam, & dicta clausula nihil po-
test operari, *Angel.cons.30.n.52. Gonz.gloss.9.§.1.n.57.*
Grat.disc.421.a.15.& discept.458.n.6. Seraph.dec.433.
Tertiò,& vltimò.Quia,stante quòd Puccis, à quibus
D. Octauia causam habet, fuit ante Bullam acquisi-
tum Iusp. ex d.assignatione Prædiorum; iuxta supra
deducta,d clausula, contra eos nihil operatur, † cum 153
per eam non tollatur ius quæsitum; vt in his termi-
nis *Staphil. de liter.Grat.tit.de vi, & offic.claus.§.de el.*
non obstant,n.1.& seqq.& Modern.Pisan.in prax.Iurisp.
lib.13.nu.162.

Nec pariter obstare dicebant deducta exaduersi,in
dicto quinto obiecto,*in vers.3.& vlt.fuit responsum*,† 154
Nimirum prædictam *Constitutionem Innocentij*,non in-
trare,nisi quando à principio Beneficium est liberæ
collationis,& deinde subiicitur Patronatui alicuius;
non autem, vt in casu nostro,quando Beneficiū nas-
citur subiectum in sui erectione, & sic nunquam fuit
liberum, Quia hanc distinctionem nullibi legi,& esse
contra mentem dictæ *Constitutionis Innocentianæ* dice-
bant,& Rotam sentire visam fuisse contrarium in causa
Lucana Decanatus,8.Iun.1576.coram S.m. Clem. VIII.
Quam Decisionem ad literam inserunt & discutiunt,
Modern.Pisan.in prax.Iurispatronatus lib.1.cap.à prin-
cipio vsque ad finem † Et præterea tolli difficultatem 155
ex *Constitutione* reuocatoria *Adriani VI.* posteà *edita*
de anno 1522.quæ absolutè, & indistinctè,etiam reuo-
cat omnes cōcessiones Iurispatronatus ex priuilegio
cum absoluta relatione ad dictam *Constitutionem In-*
nocentij, & sic transire & sentire omnes Doctores,qui
de dictis duabus Constitutionibus meminerunt, &
præsertim, *Modern.Pisan.* vbi supra. & *Modern.de*
re benef. libr.2. quæst. 8. num.13. cum pluribus sequen-
tibus. Massobr. in prax. haben. concursu. prælud.
septim. dub. tertio, numero 82. Rota apud Sera-
raphin. decisione 555. Et addebant rationem,

156 † quia sicut Iuspatronatus, quòd acquiritur ex dotatione Beneficij iam erecti, & fundati, fingitur ab initio erectionis acquisitum, & ac si ab initio in ipsa
157 erectione dos data fuisset, † ita vt nulla sit constituéda differétia inter Iuspatronatus acquisitū ex dotatione ab initio, & Iuspatronatus ex dotatione, Beneficij iam erecti, *Ioan. Andr. in c. 1. col. vlt. in princip. vers. & nunc fauore Ecclesia fingamus, de Iurepatr. Abb. in cap. 3. num. 9. in fin.* & ibi *Bero. nu. 71. vers. non obstat quòd res sacra eodem titulo, Abb. d. cons. 59. nu. 3. vers. quod tamen limitauit, lib. 2. Roch. in verb. dotauit, n. 4 ad fin. vers. non obstat igitur, & Lambert. lib. 1. quæst. 6. art. 1. num. 6.* pariter idē etiam dicendū est de Iurepatronatus ex priuilegio concesso ab initio erectionis, & de Iurepatronatus ex priuilegio concesso in Beneficio iam fundato, & erecto: distinctionem autem, quæ fiebat in *d. quinto obiecto, in fine*, inter vnionem factam in erectione Beneficij cui fit vnio, & vnionem factam Beneficio iam erecto, dicebant non esse ad propositum, hócque adeò clarum esse, vt non indigeat vlteriori discussione.

Tandem iidem Informantes pro Coronide omnium supradictorum dicebant, quòd cum d. Bulla Iulij Secundi, in qua Pucci, & Venturi fundantur pro Gentilitio non sit correspectiua, aut confirmatoria præcedentis conuentionis Antonij dum Capitolo, ex quo ad inuicem in tot capitibus aduersantur, iuxta supradicta, *in hac quarta parte, in solutione quarti obiecti, in vers. secundo respondebant, &c.* Vnum de tribus necessariò sequi: videlicet, aut Iuspatronatus huius Subdecanatus, stante subreptione dictæ Bullæ, de qua supra nunquam fuisse trāslatum apud dictos de Puccis, ex cessione Vniuersitatis Artis Lanæ, sed remansisse semper apud dictam Vniuersitatem; quòd tamen nullo modo dici potest, cùm resistant tam dicta *Constitutio Innocentij Octaui*, per quam Iuspatronatus Vniuersitatis fuit reuocatum, quàm obseruantia subsequuta, quæ est in contrarium, cùm non dubitetur de illius existentia apud DD. de Puccis, & Vent. aut fuisse translatum, vigore dictæ cessionis in dictos de Puccis illud idem Iuspatronatus ex priuilegio, quòd erat apud Vniuersitatem, & tunc non solum intrare contra eos, *dictam Constitutionem Innocentij*, ante Bullam emanatam, sed etiam *Constitutionem* siue Regulam *Adriani* reuocatoriam omnium concessionum Iurispatronatus ex priuilegio, ab anno primo Pontificatus *Innocentij Octaui*, citra factarum: Aut demum vigore dictæ Bullæ, quatenus non fuerit subreptitia, fuisse eisdem de Puccis acquisitum nouum Iuspatro-
158 natus Gentilitium; † & cùm illud non possit esse ex fundatione; & dotatione, ratione integræ dotationis, cum Subdecanatus non esset tunc penitus indotatus, cùm haberet iam illa duodecim Prædia, circiter, per tres menses ante, Capitulo actualiter assignata in dicta præcedenti conuentione nec pariter esse possit ratione augmenti medietatis dotis, cum solùm in Bulla narretur dos 24. Ducat. quæ non correspondet aut æquiualet concessioni d. Iurispat. pariter illud esset ex priuilegio, maximè cum non constet fuisse Capitulo soluta illa scut. 1000. auri de quibus soluendis vel id quòd Archiepisc. Florentinus declararet, pro emendis stabilibus narrauit Antonius in Bulla, fuisse per ipsum præstitam cautionem, iuxta Decisiones Rotæ cumulatas per *Massob. d. prælud. 9. dub. 3. num. 31. cum seqq. & Modern. de re benef. d. lib. 2. cap. 8. num. 27.* Et consequenter semper intrare, contra dictos de Puccis, & Venturis *Regulam reuocatoriam Adriani*; maximè etiam, cùm nec dicta promissio dotis in scutis 24. annuis probetur effectuata.

Quibus sic stantibus necessariò fatendum esse dicebant, Iuspatronatus dicti Subdecanatus, quòd ab initio fuit apud Puccios, & hodie extat, fuisse Hæreditarium, & ex dotatione, & fundatione, acquisitúmque ex dicta præcedenti conuentione, & actuali assignatione Prædiorum cum præsumpto titulo consensus Ordinarij, aut Beneplaciti Apostolici, † qui 159
præsumptus titulus regulariter longæuis possessoribus suffragatur, *Cassad. decis. fin. per tot. de Procur. Crescent. decis. 4. de prob.* Et præsertim in Beneficialibus,
† cùm non sit præsumendum, quòd Ordinarij, qui 160
omni anno debent visitare, permiserint eos diu possidere Iuspatronatus absque titulo, cùm titulus requiratur, idem *Cassad. decis. 2. de caus. possess. & propr. & Rota decis. 4. num. 6. par. 2 diuers.* & alibi sæpius: Et ex prædictis non solùm solui dicebant quintum, & vltimum obiectum DD. de Puccis, & Venturis, sed etiam fundati tertium præcipuum fundamentum D. Octauiæ, de quo supra in princip. huius quintæ partis.

Et hæc sunt, quæ iuxta ordinem Dominorum, visis qua potui diligentia, hinc inde deductis, mihi referenda occurrerunt: Dominorum autem erit Iudicium.

Romana Pecuniaria.

Ven. 29. Nouembris, 1630.

ARGVMENTVM.

Forma depositi præscripta cum certis conditionibus, & declarationibus, alternatiuè positis quando seruata dicatur.

SVMMARIVM.

1 *In alternatiuis sufficit alterum adimplere.*
2 Supradictis, *dictio refertur ad casus supra expressos, non autem ad alios non expressos.*
3 *Forma debet præcisè, & in forma specifica adimpleri.*
4 *Interpretatio fieri debet contra eum qui se fundat in noua dispositione, qua dubium est an facta fuerit, vel non.*
5 *Interpretatio fieri debet contra Actorem, qui se fundat in verbis dubiis; & ratio redditur ibidem.*
6 *Implementi defectus non nocet, quando ex eo nullum fuit sequutum damnum.*
7 Contentamentum, *dictio importat liberum arbitrium.*
8 *Forma, aut conditio, si respiciant aliquem certum finem, sufficit quòd finis ille quomodocunq; habeatur.*
9 *Contrahentium mens, & virtualis sensus attendi debent.*
10 *Qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.*
11 *Exitus acta probat.*
12 *Vtile per inutile non vitiatur, quando versamur in diuiduis.*

DECISIO CCLXXXVI.



Xcellentissimi Domini fratres de Burghesiis emerunt à D. Lutio de Sabellis Castrum Arignani, eique pretium soluerunt in tot locis montium, cum pacto vt illa starent pro perpetua securitate, in casu euictionis; ita vt non possent alienari, aut resignari, nisi ad effectum inuestiendi pretium in censibus, seu aliis stabilibus, subrogandis in eandem causam,

cauſam, & de eorundem conſenſu, cum quo ex dictis locis montium fuerunt alienata, vſque ad ſummam ſcutorum decem millium, illaque depoſita in Sacro monte Pietatis, & ex eis per D. Claricem de Sabellis, vti matrem, & tutricem filiorum, & hæredum dicti D. Lutij, fuit emptus vnus cenſus à D. Paulo Æmilio Vrſino, cum recognitione bonæ fidei D. Claricis, ad fauorem D. Pauli Æmilij, cenſus venditoris, & cum facultate, quòd dicta ſcuta decem millia, vt ſupra depoſita in dicto S. Monte, poſſet D. Clarix inde leuare ad effectum ea deponendi ad ſuum creditum, in vno ex Banchis ibi deſcriptis, quorum vnum erat Banchum Ioannis Petri Chiozzini; cum expreſſo tamen pacto ad fauorem Dominorum de Burgheſiis, quod ex dictis Banchis non poſſent amoueri, (verba ſunt Inſtrumenti,) *ſe prima non ſi ſia fatto altro Inueſtimento, à contentamento del detto Prencipe Borgheſe, in conformita dell'Inſtrumento della vendita di Rignano.*

In executionem ſupradictorum, ſcuta decem millia prædicta, fuerunt per D. Claricem leuata ex S. Monte, & depoſita in dicto Bancho Chiozzini cum declaratione, de qua ſupra, & prout cantat partita libri dicti Banchi: videlicèt, *quali dinari non ſi poſſino leuare dal noſtro Bancho ſe prima non ſi è data fede che eſſa Signora Clarice habbi data ſigurta ó fattone altro inueſtimento, à contentamento dell'Eccellentiſſimo Signor Prencipe Borgheſe, in conformita della vendita di Rignano, ô vero tornarli à depoſitare nel detto Monte della Pieta con le ſodette conditioni, è dichiarationi*: Pro ſecuritate autem dicti depoſiti in Bãcho Chiozzini facti, *idem Chiozzinus, medio Iuramento, promiſit illa reſtituere; ad effectum* (verba ſunt Inſtrumenti) *ea iterum deponendi in dicto Sacro monte Pietatis, ad creditum dictæ D. Claricis cum conditionibus, & vinculis, de quibus in dicta partita, ſeu adimpletis conditionibus, & vinculis præfatis, liberè dictæ D. Clarici, & interim ea tenere ſub cambiis &c.* Et his omnibus, videlicèt, contentis in dicta partita libri Chiozzini, & in dicto Inſtrumento cambij, acceſſit Eques Petrus Roncallus, vti fideiuſſor principaliter, & in ſolidum, Notario pro omnibus, quibus intereſt ſtipulante.

Poſt huiuſmodi obligationem Chiozzini, & Roncalli, dictæ pecuniæ fuerunt per Chiozzinum iterum reportatæ ad Montem Pietatis, ibique repoſitæ ad creditum D. Claricis, cum narratiua conditionum, & pactorum, de quibus, tam in primo depoſito in eodem Monte facto, quàm in dicta partita libri Chiozzini.

Tandem D. Clarix, ſecunda vice, extraxit à Monte Pietatis dicta ſcuta decem millia, illáque denuo depoſuit in eodem Bancho Chiozzini, qui cùm foro ceſſerit, dicti filij, & hæredes Lutij, pro eorum prætenſo intereſſe, egerunt contra ſupradictum Equitem Roncallum vigore dictæ obligationis. Cum autem cauſa fuerit extra Rotam commiſſa R. P. D. Monaldenſi, de voto Rotæ, & ſtaret difficultas in eo: An forma depoſiti præſcripta in ſupradictis partita libri Chiozzini, & Inſtrumento cambij, quibus Roncallus acceſſit, fuerit ſeruata, in reſtitutione, ſeu depoſito dd. pecuniarum, facto in Sacro Monte per Chiozzinum, quia quatenus ſic, Roncallus fuit eo ipſo liberatus, ſin autem non, remanſit obligatus; Propterea dubitaui hodie, An forma prædicta fuerit ſeruata, ita vt de ea poſſint opponere Domini de Sabellis. Et quoad primam partem Dubij fuit affirmatiuè reſolutum, quò verò ad ſecundam, negatiuè, & conſequenter Roncallium fuiſſe liberatum.

Ratio reſolutionis primæ partis Dubij fuit, Quia obligatio Roncallij fuit relatiua, & reſtricta ad contenta in dicta partita libri Chiozzini, & Inſtrumento obligationis cambij, in quibus conſiſtebat obligatio Chiozzini ſui principalis, quæ cùm fuerit alternatiuè concepta, videlicèt quòd non poſſent pecuniæ à dicto Bancho amoueri, niſi data ſecuritate per D. Claricem, aut facto alio inueſtimento &c. aut quòd reportarentur ad Banchum Montis Pietatis, † Et in alternatiuis ſufficiat alterum adimplere, *cap. in alternatiuis de reg. iur. in 6. l. ſi is qui ducenta §. vtrum. ff. de reb. dub.* Propterea Roncallus fuit liberatus, eo ipſo quòd pecuniæ per Chiozzinum fuerunt reportatæ ad Banchum Montis Pietatis; ſiue electio alternatiuæ eſſet ſolius Chiozzini, ſiue ſolius Claricis, ſiue vtriúſque ſimul, ex quò pecuniæ fuerunt ad Montem reportatæ de vtriuſque conſenſu, & voluntate. 1

Neque obſtat vnicum fundamentum DD. fratrum de Sabellis, nempe quòd in dicta partita libri Chiozzini, & in dicto Inſtrumento cambij, ſolùm legitur, *quòd pecuniæ poſſent reportari ad Montem Pietatis, cum declarationibus, & conditionibus ſupradictis*; † 2
idest de quibus ſupra in eadem partita libri Chiozzini, & non de aliis, ex doctrina *Bart. in l. qui liberis §. hac verba num. 7. ff. de vulg. Surd. conſ. 417. num. 2.* ſed ſic eſt quòd ſupra in dicta partita ſolùm pro forma præſcribitur quòd pecuniæ non poſſint à Bancho Chiozzini amoueri, niſi data ſecuritate per D. Claricem, aut ad effectum reinueſtiendi; ergo dum poſtea datur etiam facultas, quòd poſſent reportari ad Montem Pietatis cum ſupradictis declarationibus, & conditionibus intelligi debet eodem modo, & ſub eadem forma; & ſic duntaxat quòd à dicto Monte, pecuniæ non poſſent amoueri, niſi cum ſecuritate, aut pro inueſtimento ſupradictis; Vndè cùm fuerint ad dictum Montem reportatæ, ibique depoſitæ, non ſolùm cum dictis duabus conditionibus ſecuritatis, nempe, & inueſtimenti; ſed etiam fuerit nouiter additum, vt prætenditur, & videtur cantare partita ſecundi depoſiti S. Montis, *Quod poſſet D. Clarix inde eas leuare ad effectum deponendi in vno ex dictis Banchis*: Propterea videtur non fuiſſe ſeruatam formam præſcriptam in partita dicti libri, ſed exceſſum; † 3
cùm tamen forma debeat præciſè, & in forma ſpecifica adimpleri, *ad l. qui heredi in princ. & l. Meuius,* vbi *Bart. ff. de cond. & demonſtr.* cum vulg. *Rota deciſ. 1139. num. 3. & deciſ. 1146. num. 4. apud Seraphin.*

Quia obiectum hoc tollitur: Primò ex facto quandoquidem bene lecta, atque perpenſa partita dicti ſecundi depoſiti Montis, non eſt verum quòd in ea fuerit à Chiozzino data facultas, pecunias extrahendi à Monte, & eas iterum reportandi ad dicta Bancha, ſed ſolùm ibi narratur quòd iſtæ pecuniæ fuerunt ibi depoſitæ per Chiozzinum, *per le mani di Filippo Nobili*, & quòd Philippus, dum depoſuit, retulit, & narrauit qualiter dictæ pecuniæ erant illæmet, quæ prouenerunt ex cenſu ſupradicto, & fuerant priùs depoſitatæ in Monte Pietatis, cum facultate quòd D. Clarix poſſet eas inde leuare, ad effectum deponendi in aliis Banchis, ibi deſcriptis; ita vt ab eis non poſſent amoueri, niſi cum ſecuritate, aut ad effectum reinueſtiendi, aut portandi ad D. Montem cum eiſdem declarationibus, idest quòd caſu quo reportarentur ad D. Montem eſſent ibi cum eiſdem conditionibus & declarationibus cum quibus erãt depoſitatæ in Bancho Chiozzini, & ſic quòd à d. Sacro Monte non poſſent leuari niſi cum ſecuritate D. Claricis, aut ad effectum reinueſtiendi duntaxat, prout erant in Bancho Chiozzini: Quod autem dictæ pecuniæ, ſic ſecunda vice depoſitæ in dicto Monte per Chiozzinũ, poſſent iterum inde leuari per D. Claricem, ad

effectum iterum deponendi in vno ex dictis Banchis, ibi nullum verbum, sed solùm in hoc, fit ibi relatio actorum, quæ præcesserunt, non autem de nouo aliquid additur; Quo stante, quòd postea pecuniæ fuerint à Monte leuatæ, & depositæ in eodem Bancho Chiozzini, non currit periculo Roncalli, quia non fuit factum ex facultate à suo principali data in dicto secundo deposito, sed ex nouo consensu Excellentissimi Principis Burghesij, prout priùs: Et in omnem casum negari non potest quin sit dubium an in dicto secundo deposito Montis fiat mētio facultatis transportandi ad alia Bancha per modum simplicis narratiuæ duntaxat, eorum, quæ præcesserunt in primo deposito Montis, aut per viam nouæ facultatis; vndè
4 intrat regula, † quòd debet fieri interpretatio contra fratres de Sabellis, qui se fundant in ea. *ad l. si in emptione in princip. ff. de contrah. empt.* ex regula quam firmat, *Bart. in l. veteribus num. 2. vers. dicat ergo ff. de*
5 *part.* † vbi quòd debet fieri interpretatio contra Actorem, qui se fundat in verbis dubiis, eo nimirum ratione, quia debet probare eius intentionem de necessitate, alias non sequitur condemnatio: Qui autem se fundat in verbis dubiis non concludit suam intentionem.

Neque obstat si dicatur quòd imò illa verba dictæ partitæ 2. depositi S. Montis, ibi, *ad effetto di depositarų in vno de gl. infrascritti Banchi, cioè Bonanni, Chiozzini, & Pellegrini, Casanoua, Rotigni, Palaggi, è Falconieri, Costaguti, & Giustiniani, &c.* non sunt relatiua facultatis datæ in primo deposito Sacri Montis, sed est noua facultas, in 2. deposito concessa; ex quò in primo deposito solum datur facultas extrahendi ad effectum deponendi ad Bancha *Magalotti, Palaggi, è Compagni, Bonanni, Chiozzini, Rotoli, è Ticci,* & tamen in partita secundi depositi ex prædictis sex Banchis solùm recensentur tria, & adduntur de nouo quinque alia Banchia, nempe *Pellegrini Casanoua, Rotigni, Costaguti & Giustiniani*; Quia quòd dicta verba secundæ partitæ sint duntaxat, & simpliciter narratiua, & relatiua actorum, quæ præcesserunt, aut saltem hoc sit dubium, clarè colligitur ex illis verbis, ibi *disse, li medesimi, che si consegnorno dal nostro S. Monte al detto Signor Chiozzino sotto li. 11. di Marzo passato, e che depositarono nel suo Bancho &c.* & ibi, *& li medesimi che prese à censo sotto à 7. di Marzo Il Signor Paolo Emilio Orsino per pagarli d'ordine di detta Signora Glarice &c.* Quæ verba, & alia, quæ immediatè sequuntur vsque ad finem dictæ secundæ partitæ depositi, sunt eadem præcisa, & formalia verba, quibus concepta est dicta prima partita depositi Montis, quæ ibi narratur. Ergò quòd in dicta secunda partita fuerint omissa quædam Bancha, & loco eorum alia subrogata, fuit manifestus error Ministri Chiozzini, qui pecunias ad Montem reportauit, aut Ministrorum Sacri Montis, non autem noua facultas data, aut saltem de hoc errore meritò, & verisimiliter potest dubitari ex supradictis, vt ad sensum, & ad sensum, & ad oculum patet, & præsertim quia, vt dictum est ad extrahendum secunda vice, pecunias à dicto Monte, fuit necessarius nouus consensus D. Principis Burghesij, qui non requirebatur si Chiozzinus dedisset extrahendi facultatem &c. Et cum huiusmodi error fuerit circa simplicem narratiuam eorum, quæ præcesserant, & depositum non fuerit factum in Banchis, per errorem subrogatis, sed in eo-
6 dem Bancho Chiozzini non ex noua facultate, sed ex consensu Principis, † atque ideò ex eo nullum fuerit fratribus de Sabellis sequutum damnum, non debet nocere Chiozzino, nec consequenter Roncallo, ex adductis per *Bald. cons. 127. l. 1. Cran. cons. 59. n. 2. Surd. cons. 101. n. 14. & idem decis. 265. n. 38.*

Secundò idem obiectum tollitur, quia etiam quòd in partita secundi depositi Montis facultas reportandi ad Bancha esset ibi de nouo data, fuerunt nihilominus ad vnguem adimpletæ conditiones, de quibus in partita Chiozzini, ita vt in nihilo fuerit excessum; quandóquidem securitas D. Claricis, aut nouum reinuestimentum, de quibus in dicta partita libri Chiozzini solùm desiderantur pro interesse D. Principis Burghesij, dum vt ibi dicitur *sat est quod fiant ad eius contentamentum*; adeò vt ad eum solum; etiam inuitis fratribus de Sabellis, spectarent approbatio, aut reprobatio securitatis, vel inuestimenti, ex *reg. l. eius est nolle, & l. qui potest inuitis ff. de reg. Iur.*
† pondetando illa verba *ad contentamentum*, quæ liberum arbitrium important, *Ruin. cons. 18. nu. 9. vol. 1.* 7
& ex latè deduct. *per Men. de arbit. lib. 1. q. 7. per tot.* Vnde cùm pecuniæ ex Bancho Chiozzini fuerint reportatæ ad Banchum Montis, ibique depositæ de voluntate D. Claricis & cum consensu Principis, cum conditione quòd possent ad Bancha eiusdem Chiozzini, & alia Bancha ibi nominata reportari: fuit D. Princeps contentatus securitate dictorum Banchorum, adeò vt nulla sit facienda differentia, quoad effectum implementi dictæ partitæ libri Chiozzini, & sic quoad contentamentum Principis, eiusque interesse, inter securitatem D. Claricis mediantibus fideiussoribus, aut pignoribus, & depositum factum in dicto Bancho Chiozzini, de eiusdem Claricis, & Principis voluntate: † Etenim, quando forma, aut conditio respiciunt aliquem certum finem, sufficit, quòd 8
finis ille quomodócunque habeatur, *l. 3. C. de lib. præter. & l. 3. §. conditio ff. de adim. leg. Rebuff. in l. quodiussit, in præfat. n. 20. ff. de re iudic. Tiraquell. lib. 1. retract. §. 30. gloss. 1. num. 11. Brun. de form. & solemn. in rubr. ex quibus conslet forma solemnitas*: Quæ tantò magis procedunt, quia fratribus de Sabellis; propterea nihil deperit; cùm ipsi in supradictis factis, & gestiis post constitutionem Census per D. Claricem, D. Principem, & Chiozzinum non interuenerint.

Tandem tollitur, Quia ex serie facti, & progressu omnium gestorum in hoc negocio, à principio vsque ad finem, illa verba partitæ Chiozzini, ibi *ò verò tornarli à depositare nel detto Monte della Pietà, con le sudette dechiarationi & conditioni*, non solùm sunt repetitiua cōditionum, & declarationum adscriptarum in eadem partita libri Chiozzini, sed etiam omnium earum, de quibus in partita primi depositi Montis, & sic quòd pecuniæ possent iterum leuari ex d. Monte, ad effectum reportandi ad eadem Bancha; hocque Domini deducebant, Primò ex illis verbis *ò vero tornarli à depositare nel detto Monte*, quæ virtualiter & necessariò, vt ad sensum patet, sunt repetitiua primi depositi, maximè quia in principio fuit etiam primi depositi facta expressa mentio, & consequenter illa verba quæ sequuntur, *con le sudette conditioni*, videntur intelligenda etiam cum declarationibus, & conditionibus, de quibus in primo deposito Montis; ita vt illa verba *con le sudette dechiarationi &c.* quoad mentem contrahentium, & virtualem sensum, † qui 9
attendi debet, ad text. *in cap. Intelligentia, & cap. propterea de verb. signif.* idem importent, atque cum eisdem conditionibus primi depositi; † Quia quali- 10
tas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, ad *l. in delictis, §. 2. de nox. ait.* & sic in casu nostro, secundum tempus primi depositi. Secundò quia in partita libri Chiozzini fuit reseruatus consensus Principis Burghesij, ergo cùm etiam ibi fuerit data facultas transportandi ad dictum Montem, & postea accesserit consensus Principis cum dicta facultate reportandi ad alia Bancha, toties quoties, manifestè

nifestè sequitur quòd in dicta partita libri Chiozzini, sub reseruatione consensus Principis Burghesij, & facultate denuo transportandi ad dictum Montem, fuerunt repetitæ omnes conditiones primi depositi,
11 † Exitus enim acta probat: Et non obstat, quòd deinde in partita secundi depositi Montis fuerint omissa
12 d. tria Bancha, & alia addita. † Quia cùm versemur in diuiduis, vtile per inutile non vitiatur, *Bart. in l. certi conditio, §. quoniam ff. si cert. pet.*

Ex quibus facilis visa fuit resolutio secundæ partis Dubij, Quia cùm forma depositi fuerit seruata, & sic Roncallus liberatus, Domini de Sabellis, filij & hæredes Lurij, nullum contra eum prætendere possunt interesse.

Et ita vtraque parte informante resolutum &c.

Romana Assignationis Bonorum.

Merc. 4. Decembris 1630.

ARGVMENTVM.

Obligatio filij familias facta ad fauorem patris, de satisfaciendo eius creditoribus, ex quò pater promisit filio consignare certa bona. An, & quando producat actionem ciuilem inter patrem, & filium; ita vt filius antequàm soluat, agere possit contra patrem ad dictam consignationem: Et an ex præfata obligatione acquiratur actio creditoribus. Stipulatio seu pactum alteri per alterum facta, in quibus casibus sustineatur.

SVMMARIVM.

1 *Chirographum quando sit exequendum.*
2 *Donatio inter patrem & filium in potestate est nulla.*
3 *Fallit si per patrem facta fuerit filio ex causa alimentorum: & quomodo filius agere possit ad illa contra patrem, num. 20.*
4 *Mandatum Patris, susceptum per Filium, de soluendo illius Creditoribus, ob aliquid sibi à patre promissum, producit actionem ciuilem efficacem inter patrem & filium; ita vt filius antequam soluat; agere possit contra patrem pro adimplemento, & num. 5. Declara vt num. 6. & seqq. & num. 15. & 17.*
Obligatio Cameralis concepta censetur ad fauorem omnium quorum interest, dicto numero 5.
Fallit si careat Iuramento, & stipulatione Notarij num. 9. & 13.
7 *Iuramentum operatur translationem actionis sine cessione.*
8 *Ex stipulatione Notarij quæritur actio absenti, etiam absque cessione.*
10 *Stipulari, aut pacisci alteri nemo potest.*
11 *Limita non procedere quando paciscentis, aut stipulantis interest alij dari, quia tunc valet talis stipulatio.*
12 *Declara hanc limitationem, vt stipulatio alteri facta teneat, & prosit solum ipsi stipulanti, aut paciscenti, in eo quod sibi interest alij dari, non autem ex dicta stipulatione quæritur obligatio, ad fauorem tertij, pro quo dicta stipulatio facta fuit.*
14 *Promissio seu stipulatio alteri per alterum facta quando valeat de Iure Canonico, ita vt ex ea acquiratur actio, etiam absenti.*
16 *Pactum de satisfaciendo creditoribus, factum inter patrem, & filium reuocari potest, etiam citra consensum creditorum, non stante iuramento, aut stipulatione notarij ad eorum fauorem: & quando tale pactum reuocatum dicatur, num. 17.*
18 *Pactum donationi adiectum, ad fauorem tertij, valet de iure, fauore liberalitatis, etiam absque acceptatione alicuius nomine tertij: Declara vt num. 19.*

DECISIO CCLXXXVII.

IN *Decisione in hac causa facta 26. Iunij præteriti*, fuit resolutum: Esse confirmandam sententiam secundi Collateralis, † sic & esse exequendum Chiro- 1
graphum de quo agitur, contra D. Iulium, ad fauorem D. Camilli eius filij, vti factum iuxta formam statuti Vrbis, & obligatione Camerali vallatum, vt per *Gallesf. ad form. Cam. quæst. 2. num. 9. & 11. & ibi Zach. nu. 4. & Rota decis. 11 num. 1. apud eundem Zach.*

Neque obstare dictum fuit, Chirographum continere donationem inter patrem, & filium, ex quò Iulius pater promisit consignare Camillo eius filio bona, ibi contenta: † Donationem autem inter pa- 2
trem, & filium in potestate, esse nullam, *l. donationes §. pater ff. de donat. cum vulg.* † Quandoquidem 3
fuit responsum, dictam promissionem consignationis fuisse factam ob causam alimentorum, ex qua filio in potestate, potest Pater donare, *gloss. in l. 2. verb. in potestate C. de inoff. donat & Menoch. presumpt. 29. lib. 3.* Et præterea dictum Chirographum, continere in se implicitum mandatum, susceptum per Camillum cum obligatione Camerali de soluendo, & satisfaciendo creditoribus Domus, seu familiæ de Bonauenturis, quòd cùm egrediatur personas patris, & filij, cum quo Camillus vigore obligationis Cameralis remanserat obligatus extinguere dicta debita, nedum ad fauorem patris sui, sed etiam creditorum, ad quorum fauorem cum eis interfuit, censetur etiam obligatio Cameralis ex consuetudine virtualiter concepta, *Zacch. ad Gallesf. de oblig. Cam. quæst. 5. num. 6. Rota decis. 663. in princip. par. 1. diuers. & decis. 97. num. 1. & decis. 99. num. 7. apud eundem Zacch.* † 4
propterea ex dicto Chirographo oriri etiam actionem ciuilem, efficacem inter dictos patrem, & filium; ità vt Camillus etiam, antequam soluat, agere possit contra Iulium patrem suum, pro consignatione bonorum, vt ipse possit creditoribus satisfaciendo, ab eis liberari, iuxta singularem doctrinam *Bart.* quæ videtur in puncto *in l. frater a fratre, num. 55. quæst. 5. ff. de condict. in deb.*

Sed nihilominus hodie cùm dicta decisio reuideretur, quamuis Domini vnanimes fenserint, omnia illius motiua, & fundamenta, & præsertim dictam *Bart.* doctrinam *in d. l. frater à fratre*, esse in se veram, † & quòd dicta Decisio foret confirmanda, si 5
dicta conuentio, & promissio consignationis bonorum, facta per Iulium, Camillo eius filio pro satisfaciendis creditoribus, fuisset in publica scriptura cum iuramento, aut stipulatione Notarij, ad fauorem creditorum; quo casu mandatum, susceptum per Camillum, egrederetur personas Patris, & filij, † ita vt tam 6
Iulius quàm Camillus, vigore obligationis Cameralis remanerent obligati creditoribus, quorum interest, etiam sine cessione, ex regula quòd † iuramen- 7
tum operatur translationem actionis sine cessione,
vt post

vt post *Roman.* tradit *Rol. à Vall. consi.19.num.31.lib.1.*
Ias. in l. stipulatio ista 38. §. pen. ff. de verb. obligat.
8 *Barz. decis. Bonon. 26. per tot.* Et ex alia regula, †
quòd ex stipulatione Notarij, quæritur actio absenti,
etiam absque cessione, *l. 2. cum duabus sequen. ff. rem*
pupillus salu. fore, vbi *Bart.* & communiter *DD. l. 1. §.*
exigere ff. de Magistr. conuenien. idem *Bart. cons. 71.*
lib. 1. Rol. à Vall. vbi supra num. 16. & 38. Cranet. cons.
252. num 2. vers. aduertendum tamen : Tiraq. de const.
limit. 30. num. 13. in fin. Io. Guttier. de iuram. confirm.
parte 1. cap. 36. num. 1. Anton. Gomes. var. resolut.
cap. 11. num. 18. vers. tertius casus est, Osasc. decis. 33.
num. 4. & 8. Barz. vbi supra num. 10, In quibus ter-
minis procedit *d. Bart.* doctrina, & loquuntur *Zacch.*
& Rotæ decisiones, superiùs allogatæ.

Attamen cùm dicta conuentio, seu promissio con-
signationis bonorum, ex dicta causa satisfaciendi
Creditoribus, fuerit facta in Chirographo, & sic in
9 scriptura priuata, Domini recessetunt à decisis; †
Quia cessat præcipuum fundamentum Decisionis,
cùm non sit verum, quòd obligatio Camemlis in d.
Chirographo contenta, sine iuramento, & stipula-
tione Notarij, ad fauorem Creditorum, egrediatur
personas patris, & filij, & suffragetur Creditoribus
absentibus, ita vt eis exinde sine cessione acquiratur
aliqua actio contra Iulium, aut Camillum: Tum
quia nec in verbis, nec iuxta intentionem contra-
hentium fuit Creditoribus quicquam promissum,
vt ad sensum patet: tum etiam quia, quando Camil-
10 lus fuisset pro · is à patre stipulatus, intraret regula †
quòd alteri stipulari, aut pacisci nemo potest, *§. si*
quis alij, & §. stipulari, instit. de inutil. stip. d. l. stipu-
latio ista, §. alteri vbi *Bart. & Ias. l. 1. C. per quas per-*
son. & l. multum interest, in fin. C. si quis alter. vel sib.
Cennan. lib. 6. comment. c. 4. num. 10. Petr. Greg. 3.
part. Syntagm. lib. 24. cap. 2. num. 5. & Couar. in cap.
quamuis pactum 2. part. §. 4. num. 1. de pact. in 6. Ioan.
Guttier. Ant. Gom. & Rol. vbi supra, & Vasq. lib. 3.
de success. creat. §. 3. num. 28. cum sequent.

Neque obstat, si dicatur valere stipulationem,
11 seu pactum alteri per alterum factum, quando paci-
scentis, seu stipulatoris interest alij dari, vt in præsenti,
in quo Camillo intererat à Creditoribus liberari,
quibus ipse etiam tenebatur, *d. l. stipulatio ista, §. si*
12 *stipuler. & §. sed & si stipuletur, Inst. de inutil.* † Quia
dicta limitatio non est sic intelligenda, vt propter
interesse stipulatoris, aut paciscentis pro tertio, quæ-
ratur obligatio tertio, sed solum ipsi stipulanti, aut
paciscenti, quanti interest sibi alij dari, vt sunt ver-
ba clara dictorum iurium in *dd. §. si stipule, & in d.*
§. sed & si quis stipuletur vbi *Doctores* hoc notant, &
Ant. Gomez. vbi supra: eo autem ipso, quòd obliga-
tio in casu nostro non egreditur personas patris, &
filij, & Camillus vigore dicti Chirographi non potest
13 à creditoribus conueniri, † non stante iuramento,
aut stipulatione Notarij ad eorum fauorem, non po-
test in d. Chirographo considerari nisi solùm interes-
se Camilli, & simplex donatio, ad eius fauorem fa-
cta, quæ vt dictum est non tenet. Nun obstat etiam
14 † si dicatur de iure Canonico valere promissionem,
alteri per alterum factam, quando verba non diri-
guntur in tertium absentem, sed in præsentem, vt
quando aliquis promisit mihi præsenti dare centum
Titio absenti, & prout in casu nostro, in quo Iulius
promisit Camillo consignare ei bona pro satisfacien-
dis creditoribus; & sic ad fauorem creditorum, ita
vt exinde, creditoribus etiam absentibus videatur
actio acquisita, iuxta *gloss. in c. quoties cordis oculos,*
verb. & per te 1. qu. 7. quam sequuntur. *Panorm. in*
cap. si cautio. n. 6. & ibi *Felin num. 27. de fid. Instr.*
Alex. in d. l. stipulatio ista, §. alteri, num. 15. Fortun.
Garz. in l. Gallus in princip. num. 47. ff. de lib. & post-
hum. Quam esse veram, & communiter receptam di-
xit *Ioan. Guttier. vbi supra,* & latiùs in *repetit. l. vnic.*
C. quand. non pet. peten. par. accres. num. 37. cum seq. † 15
Quia quicquid sit, an, & quomodo procedat *d. glossæ*
opinio, illa non applicatur posui nostro cùm, vt di-
ctum fuit, de intentione Iulij, aut Camilli non fue-
rit, vt ex dicta promissione consignandi bona, ius ali-
quod creditoribus acquiratur: seque propterea cre-
ditoribus obligari voluisse; nec pariter verba Chiro-
graphi hoc important, ad *l. non omnis numer. ff. de reb.*
cred. Et præterea cum non adsit iuramentum aut sti-
pulatio Notarij non adeat etiam obligatio ad fauo-
rem creditorum, nec illi sine cessione Iulij agere pos-
sunt, aduersus Camillum, vt est text. ad litteram *in l.*
cum res, & ibi *gloss. C. de donat.* vbi *Bald. & Sali.* &
est optimus text. *in l. si quis vxeri, §. apud Labeonem ff.*
de furt. & in l. seruo legato, §. si testator, cum ibi not. ff.
de leg. 1. Conducit etiam quòd per dicta iura post *Cin.*
notant *Castr. in l. Publia, 26. ff. deposit. Petr. Gerard.*
de S. Pet. singul. 187. & Iacob. Cancer. var. resol. lib. 1.
c. 12. num. 16. vbi quod si depono rem meam penes
te, cùm pacto quòd eam restituas illi, qui præsentabit
litteras meas, aut petet nomine meo, non quæritur
in ea ius, aut actio illi, qui litteras meas præsentabit,
aut nomine meo petet.

Et cessat difficultas, quia vt fuit animaduersum in
d. Decisione in hac causa facta, Camillus in nullo
casu esset creditoribus obligatus cum effectu, nisi
prius facta sibi per D. Iulium consignatione bono-
rum, & deinde Iulius, & Camillus possent pactum de
satisfaciendo creditoribus reuocare, etiam citra con-
sensum creditorum; † non stante iuramento, aut 16
stipulatione Notarij ad eorum fauorem, *Bart. in l.*
qui Romæ §. Flauius ff. de verb. oblig. quam esse verio-
rem & receptam sententiam dicunt ibidem, *Alex.*
Cuman. Imol. & Ias. Bal. in l. cum à socero C. de iur.
dot. Cranett. dicto cons. 19. num. 11. Ruin. cons. 7. lib. 1. Soc-
cin. cons. 25. num. 14. & seq. lib. 1. Gabr. de donat. conclus.
5. nu. 11. Conar. lib. 1. var. resol. cap. 14. num. 9. † Vndè 17
cum Iulius satis visus fuerit reuocare dictum pactum
per contradictionem iudicialem, & Camillus potue-
rit, & possit illud etiam reuocare, non est verum
quòd Camillus possit, à creditoribus conueniri, &
constringi, ita vt propterea possit agere contra pa-
trem; ad effectum vt ipse liberetur; & consequenter
non intrat dicta doctrina *Bart. in dict. l. frater à*
fratre.

Non releuat etiam quòd hic versemur in pacto
donationi adiecto, ad fauorem tertij, nempè Credi-
torum, † quòd de iure, fauore liberalitatis tenet 18
etiam absque acceptatione alicuius nomine tertij,
iuxta text. *in l. quoties C. de donat. quæ sub. mod.* vbi
hoc notant *Bald. Salic. & alij, Ias. in §. Flauius n. 22.*
Grau. dicto cons. 19. n. 9. & Conar. dict. c. 14. num. 31.
Et est recepta sententia, † Quia cùm respectu credi- 19
torum non exerceatur liberalitas, nec eam exercere
contrahentes intendant sed solùm eis soluere, quod
debent, non intrat dicta limitatio *l. quoties*, sed di-
spositio text. in *d. l. cum res C. de donat.* vt in *d. l. quo-*
ties notant *Bald. & Salic. Tiraq. de retract. consang. §.*
5. gloss. 14. num. 116. Barz. in decis. supra allegata, Et
in his terminis, *Strac. de Decoct. part. 5. num. 9. tract.*
tom 6. fol. 321.

Tandem non obstat quòd dicta Donatio, seu obli-
gatio consignandi bona, fuerit facta ex causa alimen-
torum, Quia cum sit restringenda ad dictam causam,
& sic dumtaxat quatenus ascendunt alimenta, & Ca-
millus aliundè non habeat quo se alat, non potuit
ille agere absolutè ad consignationem dd. omnium
bonorum, de quibus in Chirographo, prout egit,
sed

sed solùm, liquidata priùs quantitate alimentorum, agere posset ad consignationem dictorum bonorum pro quantitate liquidata.

Et ita vtraque, &c.

Perusina Fructuum.

Lunæ 9. Decembris, 1630.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Paria sunt non esse, & non apparere.*

DECISIO CCLXXXVIII.

Lata sententia Rotali per Dominum meum Dunozet, in qua contra Petrum & alios de Bontempis lιtis consortes, fuit relaxatum mandatum pro scutis 997. b. 75. ad fauorem Dominorum Ludouici, & Diomedis de Oddis, pro fructibus à dd. de Bontempis attentatè & indebitè perceptis; liquidatis in dicta sententia, & in vltima decisione desuper facta ad dictam summam: Fuit mihi commissa causa appellationis, cum clausula *quoad excessiuam liquidationem duntaxat & dummodo fructus prædicti amplius taxati non fuerint*; Vndè proposui hodie Dubium: An constet de prætenso excessu liquidationis fructuum. Et fuit negatiuè resolutum; Quandoquidem stante dicta clausula & decreto, alias facto ab Eminentissimo Cardinali Pamphilo, hodie non est videndum, An fructus fuerint attentatè percepti, & debeantur, sed solum an taxatio facta per Petitos fuerit excessiua: Et cùm ex actis de excessu non constet, Domini de Oddis habent fundatam
1 intentionem; † Cùm paria sint non esse, & non apparere *l. in lege fundi ff. de contrah. empt. Decian. cons. 1. num. 132. lib. 1* Et tantò magis quia constat, quòd Domini de Oddis voluerunt stare liquidationi factæ per Petitum, qui minùs taxauit; cuius taxatio ex testibus desuper examinatis, & ex aliis deductis in dicta vltima Decisione remanet benè iustificata.

Et ita vna tantùm, &c.

Toletana Admissionis.

Lun. 16. Decemb. 1630.

ARGVMENTVM.

Habes ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Distributiones quotidianæ non sunt de corpore Beneficij, nec augent corpus Præbendæ; sed percipiuntur ratione personalis laboris, & interessentiæ.*

DECISIO CCLXXXIX.

Fuit resolutum sententias Rotales, quæ excludunt Capellanos ad nutum, Collegij Complutensis amouibiles, ab emolumentis quæ Rectores & Beneficiati perpetui percipiunt particulari nomine, ex propriis eorum Ecclesiis, non comprehendere emolumenta de Tabula nuncupata, imò prædicto, Beneficiatos amouibiles debere de eis participare; prout Rectores, & Beneficiati perpetui; Ratio resolutionis fuit, quia dicta emolumenta de Tabula consistunt in Anniuersariis, Missis Vigesimis, & aliis huiusmodi, & debentur solùm præsentibus, & interessentibus & sunt ad instar Distributionum quotidianarum, vt benè deponunt testes Collegij, vigore Remissoriæ examinati, quæ propterea non comprehenduntur in dictis sententiis, cum non percipiantur per Beneficiatos proprio nomine ex propriis eorum Ecclesiis, † nec dicuntur de corpore Beneficij, nec 1
augent corpus Præbendæ, sed lucrantur ratione personalis laboris, & interessentiæ, *Oldrad. cons. 216. num. 1. Couar. var. resol. cap. 13. num. 1. Gonzal. ad reg. 8. in Proæm. §. 7. 8. num. 178. Put. decis. 478. lib. 2. in nou. Impress. Rota decis. 8. num. 1. de præbend. in nou.*

Et ita, vnà tantùm parte informate, resolutum, &c.

Leodien. Capellæ.

Ven. 20. Decembris, 1630.

ARGVMENTVM.

Accipe ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus existens in Sacris non potest gaudere Turno.*

2 *Cessio Iuris competentis alicui, vigore prouisionis, sibi factæ à Canonico in Turno existenti, non est attendenda, si non fuit publicata in Ecclesia vbi est fundatum Beneficium, de quo cedens fuit prouisus.*

3 *Excipiens de cessione debet docere de cessione publicata.*

4 *Beneficium conferendum sacerdoti non potest conferri nisi illo, qui sit actu sacerdos.*

5 *Cedere quis non potest ius quod nunquam habuit.*

DECISIO CCLXXXX.

In vltima *Decisione in hac causa facta 28. Iun. 1630.* Fuit resolutum: Henrico non esse adiudicandum Beneficium, de quo agitur, ex quo fuit eo prouisus per Hermannum Canonicum Ecclesiæ Collegiatæ de Corthesen, vigore Thurni; † cùm tamen Hermannus, non 1
existens tunc in Sacris, Turno gaudere non posset: Quia tamen in eadem Decisione fuit reseruatum, vt particulariter videretur. † An Henrico prædicto suf- 2
fragetur Cessio Iuris sibi facta per Arnoldum, prouisum per Godefredum etiam Canonicum eiusdem Ecclesiæ, Thurni capacem; fuit super hoc hodie dubitatum: Et negatiuè resolutum, duplici fundamento. Primum est quia † dicta cessio non fuit publicata in 3
Ecclesia Collegiali de Corthesen, vbi beneficium est fundatum, quæ propterea, quicquid esset dicendum in terminis *Regulæ Cancellariæ de publicandis*, hodie iuxta *Constitutionem Pij V. & Gregorij XIII.* non est attendenda, latè *Paris. de resignat. lib. 11. quæst. 5. num 51. cum seqq.* Et non est dubium quin excipiens de cessione, prout Henricus debeat docere de cessione valida, & sic de cessione publicata, *Greg. XV. decis. 178. num. 1.* vbi aliæ decisiones allegantur.

Secundùm

Secundùm fundamentum est, Quia hæc Cappel-
lania, iuxta quandam concordiam antiquam, quæ
4 data fuit *Summ.num.* 2. debet conferri Sacerdoti; †
ita vt ex hoc possit conferri, nisi illi qui sit actu Sa-
cerdos, *Zerol.in prax. Episc.in verb. beneficium con-
clus.* 5. & latè *Garz. de Benef. parte* 7. *cap.*1. *num.*57.
Gratian. discept. forens. cap. 133. *nu.* 25. & alij innu-
meri quos ipsi allegant, & fuit sæpius resolutum;
vndè cum Arnoldus, de tempore prouisionis, non
esset Sacerdos, quinimò nec in tali ætate constitutus,
quòd posset intra annum ad Sacerdotium promoue-
5 ri, † non potuit cedere Ius, quòd nunquam habuit,
iuxta vulg. regulam, Nemo plus Iuris &c. *de reg.
iur. in* 6.

Et ita vnà tantùm &c.

Tarraconen. Obseruationis Statutorum.

Ven. 14. *Ianuarij*, 1631.

ARGVMENTVM.

Statutorum reuocatio quãdo valeat, vel non, Et an Capitulum habeat Intentionem fundatam super Regimine Confraternitatis Presbyterorum, in qua etiam Canonici admittuntur in Confratres.

SVMMARIVM.

1 *Canonici admitti debent in Confratres, & eligi ad Officia Confraternitatis, prout alij Presbyteri in ea existentes, si desuper adsint obseruantia, & consuetudo.*

2 *Canonici veniunt de iure appellatione Presbyterorum.*

3 *Priuilegia concessa Clericis, aut Presbyteris, censentur etiam Canonicis concessa.*

4 *Statutum prohibens Canonicos non admitti in Confraternitate Presbyterorum non valet.*

5 *Capitulum repræsentatur per Canonicos: fallit vt num.* 11.

6 *Canonicis datum, aut concessum, Collegio Canonicorum datum, aut concessum censetur, eique ad illud competit ius agendi: Declara, vt num.* 12.

7 *Priuilegium concessum Clericis, Ecclesiæ concessum videtur.*

8 *Ciuibus relictum habetur, vti relictum Ciuitati,*
*Fallit si fuerit relictum Ciuibus habentibus certam qualitatem, num.*12.

9 *Ciuitas repræsentatur per Ciues.*

10 *Canonici, qui non sunt Confratres non possunt fungi Officiis Confraternitatis, nec de illius prouentibus participare; & licet ad hac admitti possint, tamen admittuntur cum hac qualitate, quatenus sint Confratres, & non aliter.*

13 *Canonicis solis relictum, non acquiritur Ecclesiæ, sed Capitulo, quod per Canonicos repræsentatur & num.* 15.

14 *Ecclesia non repræsentatur per solos Canonicos, sed per Episcopum, & Capitulum simul.*

16 *Capitulum habet intentionem fundatam super administratione bonorum, & redditunm Ecclesiæ.*

17 *Amplia procedere priuatiuè, etiam quoad Beneficiatos: Declara, vt num.*19.

18 *Confraternitas habens arcam, sigillum, & ministros, habet intentionem fundatã insuper administratione sui ipsius.*

20 *Confraternitas subest soli Episcopo, priuatiuè ad Capitulum.*

21 *Confraternitas in fauorabilibus habetur loco personæ particularis.*

22 *Posteriora derogant prioribus.*

23 *Episcopus successor potest reuocare noua Statuta sui Prædecessoris, prout ille reuocauit statuta antiqua; cùm vtriusque eadem fuerit Iurisdictio.*

24 *Absoluere eius est cuius est condemnare.*
Leges, & statuta reuocare eius est, cuius est ea condere.

25 *Confraternitas Clericorum potest erigi authoritate Episcopi, & illa eadem authoritate destrui potest, si expediat.*

26 *Episcopus in Visitatione habet ampliorem potestatem, iuxta* Conc.Trid. *cùm in ea procedat etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus.*

27 *Episcopus, non potest, extra Visitationem reuocare Statuta condita in Visitatione per suum Prædecessorem: Contrarium resoluitur nu.*28 *quod extenditur, præsertim procedere, quando reuocatio fit de consensu illorum, pro cuius regimine Statuta facta fuerunt num.* 29. *& maximè si versemur in Confraternitate Clericorum num.*30.

31 *Statuta condita ad tollendas dissensiones sunt irreuocabilia, & debent omnino obseruari.*

32 *Statuta sunt nutritiua dissensionum, quando alterant ordinem Regiminis inueteratum, & ius aliis quæsitum.*

33 *Decretum, restituens Statuta antiqua, quæ profuerunt est attendendum.*

34 *Electio Officialium, solita fieri cum certa forma, consuetudine, aut lege antiqua, mutari non potest sine causa.*

35 *Electio Officialium Confraternitatis fieri debet de Iure ab ipsis Confratribus.*

36 *Sortes sunt illicitæ, & reprobatæ in negociis Ecclesiasticis.*

37 *Statuta quando dicantur condita in vim Contractus, ita vt non possint reuocari, nu.* 39.

38 *Priuilegium transire in contractum, quando dicatur.*

40 *Statutorum reuocatio, facta ab Episcopo, præter iustam causam, debet esse cum partis citatione. aliàs non tenet.*

41 *Statuta confirmata per Legatum, ad fauorem Confraternitatis, non possunt absque illius consensu ab Episcopo reuocari.*

42 *Præsens, & non contradicens consentire videtur: fallit in præiudicialibus, num.* 34.

43 *Statuta Confraternitatis, quæ nulla sunt conualidari non possunt, neque per taciturnitatem illius, neque per expressum consensum.*

45 *Consensus Confraternitatis non releuat, si ille non fuit præstitus, ab ea collegialiter congregata.*

46 *Tacens sibi non præiudicat, si sciat ius suum saluum esse.*

47 *Iudex, & Reus esse non potest vna eademque persona.*

DECISIO CCLXXXXI.

PRESBYTERI Ciuitatis Tarraconen. de anno 1345. cum authoritate Archiepiscopi, & Cardinalis, tunc Legati in Hispaniarum Regnis, erexerunt Insignem, & Venerabilem Confraternitatem, sub Inuocatione B.Mariæ, quæ vsque hodie in

Ecclesia

EcclesiaTarraconen.cum pietatis exemplo,& amplissimis facultatibus floret : Cuius antiquas Consuetudines, & Statuta, concernentia modum, & formam creationis Officialium, & exercitij administrationis bon.mem. Archiepiscopus Moncada, in Visitatione, de anno 1614. prorsus abrogauit, & noua Statuta desuper condidit; quæ deinde bon.mem. Archiepiscopus Oses ius, immediatus Successor reuocauit,& antiqua restituit, dictámque Confraternitatem, vti priùs per omnia gubernari,& administrari decreuit,& ordinauit; Orta autem lite inter Capitulum dictæ Ecclesiæ, ex vna, & Confraternitatem, ex alia, super eo, quòd Capitulum prætendebat, noua Statuta Archiepiscopi Moncadæ,esse obseruanda.& è contra, Confraternitas, standum esse decreto, & ordinationi Archiepiscopi Oses, & sic Statutis, & Consuetudinibus antiquis non autem nouis : Tandem causa deuoluta ad Rotam per appellationem interpositam per dictam Confraternitatem, à sententia in partibus lata, ad Capituli fauorem, fuit datum Dubium, An Capitulum fundet suam intentionem; ita vt sint obseruanda noua Statuta Archiepiscopi Moncadæ : Quo hodie proposito, fuit negatiuè resolutum, quatuor fundamentis.

Primum fundamentum fuit ex defectu actionis,
1 & iuris agendi, † Quia non versatur difficultas, An Capitulum habeat intentionem fundatam, vt Canonici possint esse Confratres,& sicut alij Presbyteri in Confratres eligi,& admitti ad Officia Confraternitatis Presbyterorum, Quia hoc confraternitas nunquam controuertit nec controuertere potest : Tum quia stat pro Canonicis consuetudo, & obseruantia, benè per Testes comprobata,quæ sola sufficeret,vt in puncto alterius Cofraternitatis Presbyterorum dixit
2 *Rota decis.290.n.1.p.2.recent* † Tum etiam quia Canonici,de iure veniunt appellatione Presbyterorum, *capitulo per exceptionem vers. si autem Clerici de priuil.*
3 *in 6.* † ita vt priuilegia concessa Clericis,aut Presbyteris,censeantur etiã Canonicis concessa, *Abb.in rubr. de vit.& honest.Cler.Petr.And.Gamb.in tract.de extens.*
4 *n.166.* † Et tandem quia, nec dicta noua Statuta Archiepiscopi Moncadæ, super hoc disponunt; nec quicquam disponere poterant in contrarium, iuxtà claram dispositionem textus *in cap. ad decorem de Instit.* & resoluit *Rota decis.24. n.2.p.4.diuers. & in dicta decis.290.per tot.* vbi aliæ decisiones allegantur;Et facit text.in *l.3.§.spurios in fine de Decur.* & quòd tradit *Menoch. cons.96. n.28.* si igitur super hoc est fundata intentio omnium Canonicorum, vti talium, vtique
5 fundata etiam erit Capituli intentio, † cum per Ca-
6 nonicos Capitulum repræsentetur : † & Canonicis datum,aut concessum CollegioCanonicorum datum, & concessum censeatur, eique ad illud competit Ius agendi,*Abb.& Barb.in cap.requisisti de testam.*& ibi-
7 dem optimè declarat *Couar.n.10.* † Prout priuilegium Clericis concessum,Ecclesiæ concessum videtur,*Bart. in l.non plures,*vbi communiter notatur, *C de Sacros.*
8 *Eccles.* † Et Ciuibus relictum habetur, vti relictum
9 Ciuitati, † quia Ciuitas per Ciues repræsentatur, *l.2.ff.de reb.dub.*vbi *Bart.Castr.Soc.* & alij, *Los.de iur. vniuers. part. 5. num. 10. cum seqq. & Menoch. præsumpt.101. lib.4.*

Sed punctus difficultatis stat in hoc: An Capitulum fundet suam intentionem, & habeat ius agendi vt dicta noua Statuta seruentur, dum in eis penitus extinctis,& sublatis Consilio particulari, & Generali dictæ Confraternitatis (per quæ à sui origine vsque tunc fuit solita regi, & gubernari, tam circa electionem Officialium quàm administrationem bonorum, & aliorum) noniter disponitur, vt illa in posterum regatur, & gubernetur per octo Officiales, forte creandos,iuxtà modum,& formam ibidem præscriptam, quorum duo debeant esse Canonici, duo Commensales,& reliqui quatuor Beneficiati : & quòd Sacrista forte etiam debeat creari; nec non quòd Auditor computorum regat vnum ex duobus libris introituum,& exituum Confraternitatis,circa quæ Capitulum non fundat suam intentionem, nec ius aliquod agendi habet, quandoquidem, dicta Statuta in prædictis non concernunt simpliciter Canonicos, per quos Capitulum repræsentatur, sed solùm illos Canonicos,qui sunt Confratres,& sic cum ea qualitate, & non aliter : & sit clarum quòd eo quòd sunt Canonici non sunt Confratres;cùm esse tales sit vo-
luntatatis non necessitatis; † & quòd nisi sint Con- 10
fratres in matriculáque Confraternitatis descripti, tam iuxtà antiqua, quàm noua Statuta, non possunt esse Consiliarij,nec participare de prouentibus Confraternitatis, vt in simili *Bart. in l. Qui sub prætextu, C.de Sacros. Eccles* & clariùs *leg. 1. C. de colleg.illicit. lib.11. Ias.in leg.seruiarios in princip. C. de testam mil. Anton. Gamb. decision. Lus. 174. in fine, Aloys. Ricc. decis. 168. num.4. par. 3. & decis.292. num. 8, part. 4.* & ferè in his terminis *Monet. de di-*
stribut. quotid. par. 2. quæst.1. num.18. & 19. † Nec 11
præterea supradicta sunt huiusmodi, quæ sicut conueniunt Canonicis,sint Capitulo proportionata,possintque Capitulo, vti tali conuenire,cùm illud sit incapax,vt possit esse Confrater, etiam ministerio Cãnonicorum;in quibus duobus casibus,& in vnoquoque eorum Capitulum per Canonicus non reprę-
sentatur,† atque ideò ad fauorem Canonicorum sta- 12
tutum, non censetur statutum ad fauorem Capituli, nec ad illud Capitulum actionem habet,sed Canonici,vti singuli,& cum dicta qualitate : prout, etiam in eisdem casibus, datum, aut concessum Ciuibus, habentibus certam qualitatem, non censetur Ciuitati datum,nec Ciuitas ad illud consequendum ius habet, *Bart. Castr. Soccin.* & alij in *d.l.2.ff.de reb. dub Los.&*
Menoch. vbi suprà; † Et propter eandem rationem, 13
relictum solis Canonicis non acquiritur Ecclesiæ; † 14
Quia illa per Canonicos solos non repræsentatur,sed
per Episcopum,& Capitulum simul;† benè autem ac- 15
quiritur Capitulo, quòd per Canonicos repræsentatur,*Barb.Socc. & Couar.* vbi suprà *& Felin. in cap.auditis, n. 24 de præscrip.* Et optimè conducunt doct. *Bald.in l si quis ,6.§.in omnibus,n.19.& 20.C.de Episc. & cler.* Et quæ dixit *Rota in causa Beneficiatum S. Laurentij,7.Febr.1628.coram me.*

Neque obstat si dicatur, † quòd cùm Capitulum 16
habeat intentionem fundatam, super administratione bonorum,& redditium Ecclesiæ, *cap.relatum il 2.* & ibi *Abb.n.5 de test.& cap.dilecta,* vbi *gloss.& DD.*
de excess.Prel † etiam priuatiuè ad Beneficiatos, *Cas.* 17
de Grass decis.4.de his quæ fiu a mai.par.Cap. & Rot.decis.16 p.1.recent.& in Gerunden.Iurisdictionis, 31.Januarij, 1614. coram D.meo Decano,& in Vicen. Legatorum,4.Decembris,1624 coram D.meo Merlino; multò magis illud habere intentionem fundatam, vt cumulatiuè (iuxta noua statuta) ministerio duorum Canonicorum vna cum alijs sex Consiliariis, Beneficiatis, & Commensalibus, bona Confraternitatis administret.

Quia in primis fuit responsum hic non agi An Capitulum fundet suam intentionem super administratione de iure communi, sed an eam fundet in vim,& iuxtà formam nouorum Statutorum, quæ non particulariter super dicta administratione disponunt, sed absolutè, & indistinctè circa totale Confraternitatis Regimen,& super modo,& forma creationis Officia-
lium; † in quibus sic in genere clatum est quòd Ca- 18
pitulum non fundat suam intentionem, sed ipsa

Confraternitas sola, vti corpus à Capitulo penitus separatum cum distinctis, & independentibus Arca sigillo, & Ministris, *l.1 §. quibus autem, ff. quod cuiusque Vniuers. Innoc. Abb. & alij in d. cap. dilecta de excess. Prælat. & Franc. Marc. quæst.* 801.

Præterea, & secundò fuit responsum, quòd quando de administratione bonorum Confraternitatis
principaliter ageretur, non intrarent, in casu nostro,
19 ad fauorem Capituli, iura, & Decisiones supradictæ, †
Quia illæ solùm procedunt, quando agitur de administratione bonorum Ecclesiæ, quæ aut sunt solius
Capituli, aut communia Canonicis, & Beneficiatis,
non autem quando spectant ad solum Episcopum, aut
ad alias personas Ecclesiasticas, iure proprio, & intuitu suorum beneficiorum, maximè si non sunt de
Capitulo, vt benè probat Text. *in dicto cap. relatum
uers. nomine autem Ecclesiæ*, & ibi *gloss. verb. vnus est, &
Abb. d. num.* 5. & facit text. *in cap. requisisti in fin. eodem
titulo de testam. Cas. de Graff. in dicta decisione quarta,*
20 *num.* 9. & 13. † & consequenter idem dicendum est
de Confraternitate, quæ non est de Capitulo, nec illi
aliquo modo subest, sed soli Archiepiscopo, priuatiuè
ad Capitulum, vt notant DD. in dicto *cap. dilecta*, cuius bona non sunt communia Confraternitati, &
Capitulo, sed sunt solius Confraternitatis, eique, solo ipsius intuitu, donata, & acquisita, & quæ vt dictum est facit vnum corpus vnumque Collegium, à
Capitulo separatum; non solùm cum sua Arca, sigillo, & Ministris, sed etiam cum suis Statutis, & Con-
21 suetudinibus distinctis; † Quæ ideò, in fauorabilibus,
habetur loco personæ particularis, *l. mortuo, ff. de fideiuss. Ias. in l. si quis maior, num.* 10. *C. de transact. Ludouic. Roman cons.* 436. *Sernens. in reg. de Idiomate, q.* 2.
in princ. Et in casu, huic nostro simili, *Bald. in d. §. in
omnibus, n.* 19. & *Rebuff. in Constit. Regus in tract. de Confraternitate, n.* 8.

Secundum fundamentum fuit quòd d. noua Statuta fuerunt reuocata per Archiepiscopum Oses, & nouiter ordinatum, vt antiqua obseruentur; vnde intrat
22 regula, † posteriora derogant prioribus ad tex. *in l.
non est nouum, cum duabus sequent. ff. de leg. cum vul.*
23 *Menoch cons.* 217. *n.* 67. † Et non est dubium, quin Archiepisc. Oses potuerit reuocare statuta Archiepiscopi Moncadæ sui prædecessoris, prout ille reuocauit
statuta antiqua; cum vtriusque eadem fuerit iuris-
24 dictio; † Et eius sit absoluere, cuius est condemnare,
& reuocare leges, & statuta, cuius est ea condere. *l.* 3.
ff. de re iud. & cap. 1. extr. de reg. iur. Bart. in l. omnes populi, n. 33. *ff. de inst. & iur. Abb. in cap. at si Clerici, § de
25 adult n.* 10. *de iudic. Seraph. decis.* 590. *n.* 2. † Et quòd authoritate Episcopi possit erigi Confraternitas Clericorum, & illa eadem auctoritate destrui, si expediat, *Innoc. in dicto cap. dilecta in fin. Petr. de Vbald.
in tract. de Episcop. Canon. quæst.* 14. *princ. n.* 5.

Neque obstat quòd Archiepiscopus Moncada ordinauerit noua Statuta, & antiqua reuocauerit in
26 Visitatione, † in qua Episcopus iuxtà *Concilium Tridentinum sess.* 22. *cap.* 4. *de reform.* ampliorem habet potestatem, cum in ea procedat etiam tanquam sedis
27 Apostolicæ Delegatus; † Atque ideò non potuisse
Archiepiscoporum Successorem extrà Visitationem,
vti Ordinarium, noua Statuta reuocare, & antiqua
restituere, ad text. *in cap. sanè quia de Offic. & potest
28 iud. deleg.* † Quia imò potuit quandocumque etiam
extrà Visitationem, vt censuisse *S. Congregationem
Concilij* refert *Bellett. in tract. de disquis, Cleric. §.* 11. *n.* 7.
& nouissimè *Nouar. in opusc. singul. & pract. concl. tit.
29 de Visu. conclus.* 4. aliàs 121. † Quod maximè procedit,
cùm reuocatio facta fuerit de consensu Confraternitatis, & statuta Archiepiscopi Moncadæ non fuerint per Superiorem confirmata, iuxtà ea, quæ notant
Bald. Fulgos. & Paul. de Castr. in l. omnium, C. de Testam. Abb. in cap. cum accessissent, n. 2. & *ibid. Dec. n.* 8.
& *seqq. de Constit. & Rota decis.* 197. *n.* 7. *in Impress.
apud Dominum meum Decanum* quæ est in *recent. decis.* 84. *part.* 1. & faciunt tradita per *Crescent. decis.* 1.
de pact. Et in casu nostro habet minus dubium, † cum 30
versemur in Confraternitate Clericorum, ex adductis per *Innoc. & Pet. de Vbald.* vbi suprà.

Minùs obstat si dicatur d. † noua Statuta fuisse 31
ordinata ad tollendas dissensiones, super modo eligendi, & administrandi, & super bono Regimine, & augmento Confraternitatis, quo casu sunt irreuocabilia,
& debent omnino obseruari, *cap. fin. de pact. in* 6. *Seraph.* 590. & *Rota decis.* 2. *par.* 2. *recent.* Quia quoad dissensiones non est verum in facto, cum nulla desuper
lis esset, nec dicta statuta hoc dicunt, prout dicebant
in casu dictæ *decisionis* 2. *part.* 2. *recent.* † Quinimò, ex 32
quo alterarunt ordinem Regiminis inueteratum, &
Ius quæsitum Confraternitati, fuerunt nutritiua dissensionum, experientia Magistra. vt ferè in his terminis dixit *Paris. cons.* 90. *num.* 9. *vol.* 4. Quo verò ad bonum Regimen, & augmentum idem etiam dicit Decretum reuocationis Archiepiscopi Oses, † cui vti 33
posteriori credendum, & standum est, maximè cùm
habeat experimentum præteritorum per annos circiter tercentum, & reposuerit Confraternitatem in
statu, & obseruantia antiqua, sub qua cum esset à
principio tenuis mirum in modum aucta fuit, *ad leg.
minimè sunt mutanda, ff. de leg. & leg.* 2. *ff. de Const.
Princip.*

Tertium fundamentum fuit ex capite nullitatis,
& iniustitiæ, cùm sit in iure speciale, † vt forma, con- 34
suetudo, aut lex antiqua in electione Officialium seruari solita, mutari non possit, sine causa; ita vt sit nullum quòd in contrarium fit *leg. super creandis*, & ibi
Bart. C. de iur. Fisc. lib. 10. & *l. actuarios, C. de numer.
& actuar. lib* 12. *Aret. in l. 2. §. prius, col. fin. ff. de vulg.
Brun. in tract. de form. Rubr. qui possunt dare vel tollere
formam col.* 2. *vers. & multa exempla, Trentacinq. var.
resol. Res.* 1. *de consuet. Ioan. Anton. Nauarr. in Scol. ad
lib.* 10. *C. tit. de iur. fisc. in d. l. super creandis*, Et benè faciunt quæ habentur in *dicta decis.* 197. *Domini mei
Decani.* Ergo cùm ex statutis, & consuetudine antiquis, Officiales Confraternitatis crearentur per Consilium generale, seu particulare, cum certa forma, non
potuit Archiepiscopus Moncada sine iusta causa superueniente, eam alterare.

Et cessat penitùs difficultas, quia tantùm abest
quòd forma nouorum statutorum sit iustior, &
æquior, quàm antiqua, quòd imò veritas est in contrarium, † quandoquidem antiqua erat iuxtà iuris dis- 35
positionem, nempe ad electionem Confratrum, *d.
l. 1. §. quibus autem, ff. quod cuiusque vniuersit. l.* 2. *C. de
Decur. lib.* 10. & ibi *Bart. num.* 10. Illa autem nouorum Statutorum, contra iuris dispositionem, videlicet
per sortes; † quæ in negotiis Ecclesiasticis, tam spe- 36
ctantibus ad Iustitiam commutatiuam, quàm distributiuam, & præsertim in Officiis, Beneficiis, & quibuscumque electionibus Ecclesiasticis, sunt omnino
illicita, & reprobatæ ad text. *in cap. fin. num.* 3. &
ibidem Anan. num. 3. & 11. *Franc. Marc. quæst.* 1419.
Papon. lib. 6. *tit.* 1. *arrest.* 13. *Garz. de benef. part.* 5.
cap. 4. *num.* 205. Et benè ad propositum declarat, &
distinguit *Sebastian. Medic. in summ. peccat. capit.
titulo de superb. quæst.* 36. *in* 5. *specie diuinat. in verbo
sortes*, & idem in *summa Decret. Gratian.* 26. *quæst.* 1.
vbi respondet auctoritatibus, quæ ex veteri Testamento in contrarium afferuntur; data autem nullitate Statutorum, loquentium de creatione Officialium eorumque ferè omnia alia, quæ inde dependent,
vt ad oculum patet.

Quartum,

Quattum, & vltimum fundameotum fuit pariter
37 ex capite nullitatis,& Iniustitiæ ; † siquidem antiqua
statuta,ab initio erectionis: Confraternitatis, fuerunt
per Confrattes,& tunc Archiepiscopum insimul con-
dita,io vim contractus ex quo,vice versa Confratres
io eadem erectione, in eisdéioqoe antiquis: Statutis
se in futurum obligatum ad oneta Confraternitatis,
soluereque in perpetuum vnusquisque eorum mense
quolibet denarios quatuot, iuxtà doctrinam *Bart. in
l.omnes populi, num.29.ff.de iust. & iur. Corset. singul.
272.* aliàs *singulari quasi Contractus littera Q, Alex.*
38 *cons.101.n.4.lib.1.* † Pruut etiam priuilegium dicitur
in contractum itaoire quando datur ob factum, vel
ob causam aliquom præteritam, vel futuram, *Alex.
cons.216. num.1. & seqq. lib.2. Barb. cons.26. num.12.
lib.2. Ruin.cons.196.num.8.lib.1. & in cons.130.num.15.*
39 *lib.5. Surd. cons.419. num.56.* † Ergo cùm Confratres
huc vsque oneta Confrateruitatis supportauerint, &
soluerint quòd promiserunt,non potuit Archiepisco-
pus Moncada antiqua Statuta reuocare, *Bart. & Alex.*
vbi suprà, & dixit *Rota in causa Gerunden. Vini, 24.
Nouembris,1600.coram bo.me.Pema,* quæ est *decisio 34.
40 num.2. part 2. recent.* †.Quioimò,præter instam cau-
sam fuit etiam necessaria citatio ; ita vt ex quo fuit
omissa, reuocatio fuit nulla, *Alex.cons.11.lib.2. Pere-
gr.de iur.fisc.tit. habentes causam à Fisco, num.19. vers.
& inter Dominos Ecclesiasticos Modern. Hispan. in
41 tract.de priuil. & exempt. explic. num.578. cum seqq.* †
Et cessat penitus difficultas,quia cùm antiqua statuta
fuerint per Cardinalem Legatum confirmata, ad in-
stantiam, & in fauorem Confratrum,non potuerunt
absque illorum consensu per Archiepiscopum Mon-
cadam reuocari, *Felin. in d. cap.cum accessissent,n.3.de
Const.Crescent.d decis.1.de pact. & R.D.meus Decanus
in d.decis.197.num.7.*

42 Nec releuat si repliceiur † quòd Presbyteri con-
senserunt,dum fabricatis nouis Statutis,D.Archiepis-
copus illis legere ea fecit,& tamen non contradixe-
43 runt ; Quia vltrà quòd † cùm dicta noua Statuta es-
sent nulla ob iuris resistentiam, ex supradictis, non
potuerunt per taciturnitatem Presbyterorum, quini-
mò nec per expressum consensum conualidari, ad
tex. in l.cum lex vbi *Bart. num.3. ff. de fideiuss. leg.non
dubium* vbi *gloss.verb.pro infectis, C.de legib.* Non est
verum quòd ex dicta taciturnitate inducatur tacitus
44 consensus; & suppleatur citatio : † Tum quia versa-
45 mur in præiudicialibus, † & Presbyteri non fuerunt
collegialiter coogregati ; vt per *gloss. & DD. in cap.
cum omnes* vbi latè *Felin.de const. Dec cons.437.num.3.*
46 & in puncto *Paris.d.cons.90.per tot.lib.4.* † Tum etiam
quia Presbyteri sciebant ius suum saluum esse ; qui
propterea tacendo, sibi non præiudicarunt *l. sicut, §.
non videtur. ff. quib.mod.pign.vel hyp.sol.* cum aliis *per
Surd cons.290.num.59 lib.2.*

Tandem non potuit excusari nullitas & Iniustitia
illius noui Statuti, in quo ordinatur, vt Auditor
Computorum regat vnum ex libris Confraternitatis;
47 † cùm vna eademque persona non possit esse Iudex,
& Reus, *l.qui Iurisdictione ff.de Iurisd.omn. Iudic.& l.
vnic. C. nequis sibi* com similibus.

Et fuit ita resolutum vtráque parte Informan-
te, &c.

Perusina fructuum.

Lun. 27. Ianuarij, 1631.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia excessiua est reformanda.*

DECISIO CCLXXXXII.

REcedendo hodie Domini à decisis *sub die 9. Decembris præteriti coram me* resoluerunt : Sententiam Rotalem qua fructus, ex quodam prædio à Dominis de Bontempis attentatè percepti, fuerunt liquidati ad scuta 997. & baio. 73. esse reformandam ; quandoquidem in sententia Eminentissimi Cardinalis Pamphilij, in qua fundatur dicta sententia liquidatoria dicti de Bontempis fuerunt condemnati ad restitutionem fructuum perceptorum à die appellationis interpositæ à Dominis de Oddis : & cum dicta appellatio fuerit interposita vt ex actis liquet, *die secunda Aprilis*, 1613. solùm erant restituendi fructus ab inde imposterum percepti : Vnde cùm in d. summa scutorum 997. & baio. 73. computentur etiam fructus per sex annos, ante dictam applicationem percepti, vt constat ex relatione periti, desuper electi ; consequenter in tota summa dictorum sex annorum, quæ iuxtà Periti relationem ascendit ad
scuta 721. † Sententia est excessiua,& sic reformanda, 1
leg.quadam mulier, ff.famil.ercisc. cum aliis per *Roman, cons.281.num.2.*

Et ita resolutum, &c.

Barchinonen. Beneficij.

Ven. 7. Februarij, 1631.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Institutio debetur præsentato à Patrono, intrà legitima tempora.*

2 *Iuspatronatus probatur ex solis præsentationibus, per spatium centum annorum effectum sortitis; dum non versamur in personis suspectis de vsurpatione.*

3 *Præsentationes mediæ, stantibus antiquis, & vltimis præsentationibus, præsumuntur eodem modo factæ, dum non apparent prouisiones Beneficij vti de libero.*

4 *Iurispatronatus probatio valdè adminiculatur ex Testibus deponentibus de publica voce, & fama.*

DECISO CCLXXXXIII.

DOmini dixerunt : Beneficiom, de quo agitur, vacans per mortem Matei Ortigo, esse Gerardo adiudicandum: Nam cùm sit de Iurepatronatus Rectoris Cappellæ B. Mariæ de Mercus, &

1 Getardus sit Presbyter, † & præsentatus à moderno Rectore d. Cappellæ intrà legitima tempora, consequenter ei est beneficium adiudicandum, & deberut Institutio, qui sunt actus Iustitiæ, *cap. si verò de Iurepatr. Ferrett. cons. 35. n. 4. Garz. de benef. p. 5. c. 8. n. 85. Rota decis. 680. n. 3. p. 1. recent.* & latiùs *in Eluen. Beneficij, 28. Iuny. 1627. coram me.*

2 De Iure autem patronatus dicti Rectoris † constit ex pluribus præsentationibus effectum sortitis, per spatium vltrà centum annorum; quæ solæ, & de per se, cùm non versemur in personia, in quibus, iuxtà *Sacr. Concil.* præsumitur vsurpatio, sufficiunt ad probationem Iurispat. prout latè *Modern. de Iurepatr. lib. 11. c. 5. n. 35. Rota decis. 174. n. 5. & decis. 209. n. 3. apud R. D. meum Decanum, & in Barchinonen. Vnionis, 5. Decembris, 1597. coram Gipsio,* & alibi sæpiùs.

Neque obstat, quòd solùm dentur præsentationes factæ de anno 1407. & 1430. vna immediatè post aliam, & præsentationes de anno 1604. & 1615. deficiant præsentationes medij temporis, nempe à dicto anno
3 1430. vsque ad dictum annum 1604. † Quia stantibus antiquis, & vltimis præsentationibus; mediæ præsumuntur eodem modo factæ, dum non apparent prouisiones, vti de libero, *Felin. in cap. possessionem, n. 13. de probat. Modern. Roman. discept. Forens. cap. 392. n. 10. Rota decis. 545. n. 1. p. 1. diuers. Seraph. decis. 1141. n. 3. vbi Apostill.* concordantes adducit.

Quibus accedunt testes benè deponentes de publica voce, & fama, quòd hoc Beneficium est de Iure-
4 patronatus dicti Rectoris: † quæ fama multum in hac materia adminiculatur, & attendi solet, *Bald. in l. cum super, C. de rei vendic. Cassad. decis. 2. n. 4. cum seqq. de probat. Achill. decis. 6. de Iurepatr.* & fuit dictum *in dicta Barchinonen. Vnionis, coram Gipsio.*

Et Ita resolutum, Gerardo tantùm informante, &c.

Meleuitana Habitus.

Ven. 7. Februarij, 1631.

ARGVMENTVM.

Nobilitas ex quibus probetur, ad effectum, vt quis possit suscipere habitum Religionis Hierosolymitanæ. Exercitium agriculturæ quando detrahat nobilitati, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas generosa consistit principaliter in eo, vt quis non exercuerit artes mechanicas, & abiectas.*

2 *Agricultura exercitium est abiectum, & humile, & nobilibus parum honestum: Intellige, vt num. 16. & 17.*

3 *Agrorum sordes, & Militiæ decus non conueniunt.*

4 *Agriculturam exercentes non debent in nobilium Collegiis cooptari, neque ad dignitates admitti; quinimò ab omni militiæ gradu penitus arceri: Declara, vt num. 13. & seqq.*

5 *Assuetus vomeri, & ligoni inæque sordidus factus, gladio turpiter vteretur.*

6 *Testes si non fuerunt interrogati super omnibus Interrogatoriis, an & quando probent, etiam sine repetitione super Interrogatoriis omissis, & n. 7.*

8 *Nobilitas generosa dicitur quæ prouenit a solo patre.*

9 Idalgos *verbum, Hispano sermone, denotat antiquam nobilitatem.*

10 *Nobilitas ex quibus probetur, & n. 11 remissiuè.*

12 *Agricultura de sui natura non est vilis, & abiecta, sed nobilis potiùs, & honesta.*

13 *Agriculturam si nobiles exercent, non mercede conducta, aut vt partiarij coloni, sed in agris propriis, & non sordidè, & assiduè, sed Virtutis, aut voluptatis causa (prout de nobilibus, qui aliàs nobiliter viuunt potius præsumi debet) non amittunt nobilitatem, sed gaudent omnibus priuilegiis illius, & num. 15.*

14 *Ager est magister Virtutis, & vita ingenua, iuxta sententiam Strabonis.*

18 *Mercatura ignobilis est, & nobilibus indecora.*

19 *Mercatura minùs est de Iure licita nobilibus, quàm agricultura in propriis prædiis, circumscripta Consuetudine, aut lege Municipali.*

20 *Mercatura permittitur nobilibus in certis locis ob bonum publicum, locorúmque qualitatem, & necessitatem; ita vt nobiles illam exercentes nihil nobilitati detrahant, sed fungi possint omnibus honoribus Reipublicæ, & Militiæ; dummodo tamen nobiliter viuant, & n. 22.*

21 *Mercatura minuta sordida est, & vilis. non autem illa quæ fit* in grosso.

23 *Mercatura ignobilis est apud Hispanos, & Gallos, non autem agricultura.*

24 *Nobiles admittuntur in Hispania ad honores Militiarum quantumuis suis manibus propria prædia excoluerint: dum tamen nobiliter vixerint, iuxtà morem Regionis.*

25 *Cincinnatus Ciuis Romanus, dum fuit creatus Dictator arabat in agris propriis, & nihilominus Dictaturam accepit.*

DECISIO CCLXXXXIV.

CVM Alphonsus Carascus intenderet suscipere habitum Religionis Hierosolymitanæ, in eaque gradu fratris Militis profiteri, fuerunt desuper per Commissarios à Concilio Prouinciali Prioratus Castellæ deputatos, Informationes seu probationes suæ Nobilitatis, aliorúmque requisitorum receptæ, Quas tam Consilium ordinarium, quàm completum dictæ Religionis reiecit, & tandem causa deuoluta ad Rotam: Dubitaui hodie de viribus sententiarum per dicta Consilia latarum: Et eas esse confirmandas prætendebatur pro parte Religionis, triplici fundamento.

Primò nempe ex capite nullitatis probationum, ex quo Testes non fuerunt examinati super Interrogatoriis, cùm tamen *in Statutis dictæ Religionis tit. de recept. fratr. §. quinto,* caueatur expressè, vt probationes Nobilitatis fiant, & recipiantur diligenter; alioquin habeantur pro nullis, & inualidis.

Secundò quia, iuxtà eadem Statuta, debet probari
Nobilitas generosa, † quæ maximè in eo consistit, vt 1
prætendens recipi in Militem, non exercuerit artes
mechanicas, viles, sordidas, aut aliàs humiles, & abiectas, *l. nequis,* & ibi *gloss. & Bart. C. de Dign. lib. 11. Bald. in l. nobiliores, C. de commerc. & merc. Crauett. cons. 163. n. 2. & cons. 549. n. 1.* Et in puncto, de Officio Notariatus, dixit *Rota in Causa Comen. Habitus, 14. Iunij, 1615. coram D. meo Pirouano:* Alphonsum autem, eiúsque Patrem, & Auos exercuisse artem Agriculturæ, pro-
priis manibus, Testes comprobant, † quòd exercitium 2
abiectum esse, & humile, & nobilibus parum hone-
stum, † sordésque agrorum, & decus Militiæ non con- 3
uenire habetur apud *Salust. in proem. ad Catilin.* † & 4
propterea, quòd in eo occupati, non habeant in Nobilium Collegiis cooptari, neque ad Dignitates admitti, quinimò ab omni Militiæ gradu, quantumuis infimo, penitus arceri, propter publicam honestatem, disponit text. *in leg. colonos il secondo,*
& ibi

& ibi *Luc. de Penna, C. de Agric. & cens. lib. 11. arg. text. in l. vnica, C. si Curialis derelicta Ciuitate lib. 10. Renat. de transleg. rust. par. 3. tit. de l. 1. decis. cap. 1. vers. gaudeant ergo.* Et videtur in id. statutis hoc idem cautum *in d. tit. de recept. fratr. cap. 37.* vbi quod in Prioratibus linguarum, Prouinciæ Albeniæ, Franciæ, Aragoniæ, Cataloniæ, Nauarræ, Castellæ, & Portugalliæ, filij Agricolarum qui propria bona colunt, possunt admitti in gradu Cappellanorum, & Seruientium, dummodò tamen tales filij, propriis manibus non exercuerint artem aliquam mechanicam; ergo multò minus videntur admittendi ad gradum militis, filij Agricolarum propriorum Prædiorum, qui propriis manibus agriculturam exercuerunt, quia vt dixit *Lucas de*
5 *Penna* vbi supra; † Assuetus vomeri, & ligoni, indéque sordidus factus, gladio turpiter vtetur.

Tertiò, & vltimò, Quia disponunt etiam statuta prædicta eodem *titulo cap. 7.* vt in probationibus Militum taliter sint, & ponantur graphicè depicta, cum suis distinctis coloribus, Arma, & Gentilitia Insigna quatuor familiarum, videlicet Patris, & Matris, Aui, & Auiæ paternæ, & Maternæ, vt per dicta Testium vel scripturas authenticas comprobentur pro veris, & benè cognitis; & per annos saltem centum antiqua, quibus vsi fuerint viri nobiles earumdem familiarū; circa quod requisitum deficiunt dictæ probationes.

Ex quibus tribus fundamentis, soluit tertium placuit, cùm verba Statuti in *d. cap. 7. super probatione Armorum* vt suprà, sint clara, & in dictis probationibus licèt adsint Arma quatuor familiarum graphicè depicta, non tamen constat per Testes, vel per scripturas authentica, de illarum antiquitate, & vsu centum annorum, & ex hoc capite dumtaxat fuit resolutum sententias esse confirmandas: alia autem duo priora fundamenta fuerunt rejecta, atque Alphonso non obstare DD. dixerunt, ex infrascriptis.

Ad primum enim de nullitate examinis, ex quo Testes non fuerunt interrogati super omnibus Interrogatoriis, fuit responsum, † Quòd cùm, iuxtà dicta Statuta Religionis, eodem *titulo de recept. fratr.*
6 *cap. 21.* examen debeat adeò occultè, & secretò recipi per Commissarios, vt prætendens habitum, nullam prorsus de eo notitiam habere possit, propterea si quid omissum fuit de Interrogatoriis id omnino Iudicis voluntati, seu arbitrio tribuendum est, non culpæ prætendentis: quo fit vt dubio procul testibus sit adhibenda fides, etiam sine repetitione super Interrogatoriis omissis, *Abb. in cap. per tuas, vers. venio ad secundam extrà de test.* Et in fortioribus terminis firmauit *Rota in Causa Tullen. Matrimonij*, 8. *Februarij*, 1574. *coram Clemente VIII.* cuius verba refert *Farinac. de test. q. 73. sub n. 48. vers. & volunt*; † Quæ decisio eò
7 magis, in casu nostro Intrare debet, cum Interrogatoria omissa, respiciunt circumstantias probationum, non autem capita substantialia, iuxta doctr. *Bart. in d. cap. per tuas, num. 7. vers. quid si Interrogatoria, & Abbatis ibidem.*

Quoad secundum, de probatione nobilitatis generosæ, visum fuit DD. eam benè probari, nedum prout
8 de iure, & in propria significatione, † quæ vt declarat *Ottarol. de nobil. a. p. 2. in fine ex Tit. Liuio, Quintiliano, & Ferdinando Mexia*, ea dicunt, quæ a solo patre prouenit, sed etiam ex omni latere, iuxtà *Statuta Religionis*; nempe tam ipsius Alphonsi prætendentis, eiusque Patris, & Ioannis Aui paterni, familiæ de Carasco, quàm Catherinæ matris, & Bartholomæi Aui materni ex eadem familia, & tandem Beatricis Gonzales de Bermo Auiæ maternæ, eius enim omnes; & eorum singulos deponunt Testes, fuisse ex legitimis natalibus natos, sanguine puros, nobilésque, & *Hydal-*
9 *gos* (quod verbum.) † *Hydalgos*, Hispano sermone, antiquam nobilitatem denotat, *Ottarol. d. 2. par. cap. 3. in princ. Gutier. pract. quæst. ciuil. lib. 3. cap. 4. quæstio. 13. num. 23. cum seqq.* † & pro Nobilibus se gessisse, ab aliísque publicè, & communiter pro talibus 10
tentos, & reputatos fuisse, eisdémque fuisse obseruatas omnes exemptiones, & immunitates, Nobilibus obseruari solitas, & tam Alphonsum prætendentem, quàm eius Patrem, & Auos ac alios illius Ascendentes, familiæ de Carasco, fuisse Priores, seu Rectores status Nobilium, loci della Mareita; quod Officium solis Nobilibus conceditur, duósque Alphonsi patrueles detulisse habitum Hierosolymitanum, & S. Iacobi de Espata: Ex quibus concludenter probatur Nobilitas. *Bart. in l. 1. num. 101. C. de dignit. lib. 12. Felin. in cap. super eo il secondo de testi. Soccin. Sen. cons. 247. num. 3. vol. 2. Rip. lib. respons. 183. num. 9. Conar. var. resol. cap. 16. num. 19. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 68. n. 4.* cum aliis per *Tiraq. de nobil. cap. 10. num. 7. & 8. Gutier.* vbi suprà, *Rota in Comen. habitus coram Iusto decis. 243. sub num. 1. & in Melliten. Habitus seu probationum coram Cardinali Lancellotto decis. 248. num. 1. & in alia Comen. Habitus coram D. meo Pirouano decis. 290. n. 4. post princ. vol. cons. Farin. Caual. decis. 248. num. 1. & 2. Seraph. decis. 207. num. 4. & decis. 355. n. 6.* † 11
Et cessat omnis difficultas, quia ad sunt Regiæ sententiæ in Hispania, executoriæ de Hydalgia nuncupatæ, ad fauorem prædictarum familiarum latè; ex quibus Nobilitatem plenè, & cæteris modis perfectius probari non est dubium, vt latè *Gutier.* vbi suprà *d. q. 14. n. 139. cum seqq.* & sentit *Rota in decis. 494. part. 1. recent.*

Nec obstare dictum fuit quòd Alphonsus, eiúsque parentes, & Aui propria Prædia, manibus suis excoluerint, quia: Aut vis in eo quòd agriculturam exercuerint, agricultura simpliciter, & in abstracto considerata, & non propterea quicquam generosæ nobilitati detraxerunt; † cùm agricultura sui natura 12
non sit vilis, & abiecta, sed nobilis potius, & honesta vt multis probat *Tiraq. in tract. de nobil. c. 32. n. 5. vsque ad 12.* Et copiosè etiam differit *Cassan. in Catal. glor. mund. part. 11. cons. 37. Lup. de vsur. com. 1. §. 5. num. 93. Gulielm. de Bened. in cap. Raynut. in verb. dotem quam ei dederat, n. 52. de test. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 48. n. 9 Corn. cons. 155 n. 7. vol. 1. Guid. decis. 41. n. 1. & Add. ibi, & decis. 197. n. 2. vers. sed verum nobilitas, & decis. 391. n. 1.* Et in nobilibus Hispaniæ, *Ottarol. part. 5. cap. 2. n. 2. vers. reliqui vero Nobiles.*

Aut verò sit difficultas, ex quo prædia manibus suis excoluerunt, † & attenta iuris dispositione quando 13
hoc nobiles faciunt non mercede conducta, aut vt partiarij Coloni, sed in agris propriis, & non sordidè & assiduè, vt inde victum quotidianum, & necessarium omnino lucrentur, sed magis causa Virtutis, & vitandi otium, virésque corporis exercendi, aut denique voluptatis gratia, prout de nobilibus, quia aliàs nobiliter viuunt, potiùs præsumi debet, iuxtà doctrinam *gloss. in c. illud 40. dist. & Bart. in dicta l. 1. n. 101. vers. & adde, C. de Dign. lib. 11.* non propterea nobilitatem interuerterunt, sed in sua perfectione, suóque candore eam retinent, † quandoquidem ex sententia 14
tia *Strabonis*, Virtutis, ac vitæ Magister ingenuæ est cunctis hominibus Ager; † ita vt nobiles in eo, se 15
suo corpore exercentes, nobiliter tamen viuentes, non ideò minùs gaudere debeant omnibus priuilegiis, & exemptionibus nobilitatis, *Crau. d. cons. 549. n. 10. Gut. d. lib. 3. q. 13. n. 46. & cons. 1. n. 7. Auendan. in suo Dictionario in verbo Caualiero in vers. quod dicti nobiles, Guid. vbi sup. & Vinc. de Franch. decis. 196.* qui non habent contradictorem; † & quidem meritò, quia illa ignobi- 16
litas, & vilitas, de qua in *d. l. colonos*, & in d. secūdo fūdamēto, pro Religione suprà adducta, quę in Agricola

considera

considerari aliquando solet, prouenit vel ex eo, quòd
operas suas locat in agro alieno colendo, *l. miles, C. lo-
cat. Lucas de Penna, Tiraq. Cassan.* vbi suprà, & *Me-*
17 *noch. cons. 125. n. 30.* † vel ex quo vt aduertit *Renatus*
vbi suprà rusticæ operæ, etiam in agro proprio ita
sordide, nullaque dignitatis ratione habita, exercen-
tur, vt sic laborantes in seruili officio; incidere vi-
deantur, atque ita abiecto animo rusticentur, si quan-
do Respublica egeret eorum industria, non minùs
abhorrent, seque a Ciuium conspectu subtrahunt,
quàm à solari nitore Vespertiliones, quæ ratio cessat
in illo nobili, qui licèt suis manibus in proprio Agro
laboret, nihilominus ciuiliter, & decenter viuit, & à
Ciuium negotiis non sic abdicat, vt ad sensum patet,
& DD. prædicti ibidem annotauerunt.

Quæ eo clariùs comprobantur quia quantò Agri-
cultura in agris propriis est de iure nobilis, & ex se
ingenua, & honesta, ac viro nobili conueniens, ex su-
18 prà adductis; † è contra autem mercatura ignobilis,
& nobilibus indecora, *d. l. Nobiliores, & d. l. milites, l. 1.
C. de naturalibus liberis, & l. si coartalis* vbi *Luc. de
Penn. C. cohorta, lib. 12. Afflict. in const. Regn. Sicil. incipit
Intentionis nostræ notab. 5. Cepol. in tract. de Imper. mil.
elig. verbo nobilitatis, opinione 18. & ex Arist. lib. 3. Po-
lit. cap. 3.* ostendit *Tiraq de nobil. cap. 33. num. 5. Otta-*
19 *rol.* vbi suprà *par. 5. cap. 2. num. 1.* † tantò minùs de
iure, circumscripta consuetudine, aut lege Municipa-
li, licèt Nobilibus Mercaturam, proprio calamo, pe-
cuniáque, & industria propria exercere quàm Agri-
20 culturam in propriis prædiis, manibus suis: † ergo si-
cuti in plerisque Prouinciis, veluti apud Venetos, &
Genuenses, non minùs vtiliter, quàm laudabiliter ob
bonum publicum, locorúmque qualitatem, & necessi-
tatem, datum est, vt possint peragere mercaturam
21 non minutam, † quæ ex *Tullio in lib. de offic.* sordida
est, & vilis, sed (vt dicitur) *in grosso*, quæ vt idem *Tul-
lius ibidem* non est vituperanda: nec proptereà nobi-
litatem offendunt, aut interrumpunt, sed nihilomi-
nus, vt testantur *Cepol. & Ottarol. vbi suprà.* Officiis
& honoribus omnibus Reipublicæ. & Militiæ fungi
22 possunt: † dummodo tamen decenter, & nobiliter
23 viuant: † à fortiori Nobiles Hispani, & Galli, apud
quos omnis mercatura est ignobilis, non autem agri-
cultura, admitti debent ad omnes honores, etiam
24 Militiæ Hierosolymitanæ, † prout admittuntur in
Hispania ad honores Militiæ S. Iacobi, & aliarum Mi-
litiarum, quamuis suis manibus prædia propria exco-
luerint: dum tamen non sordidè vixerint, sed nobili-
ter, iuxtà morem Regionis, *ex Guidone Papa, Gut-
tier. Ottarol.* & aliis suprà allegatis.

Vnde cùm Alphonsus, eiusdémque parentes, & alij
Progenitores, vt Testes deponunt, non laborauerint
suis manibus in agris alienis, nec vt Coloni Partia-
rij, sed in prædiis propriis, quæ amplissima habent, &
possident, non vltetiùs sordidæ & continuò, & vt in-
de victum necessarium quærerent, cùm facultatibus
abundent, sed aliquando Virtutis, ac voluptatis cau-
sa, in consortio suorum famulorum; nec proptereà
Ciuium, & Nobilium negotiis se alienauerint, sed
nihilominus nobiliter vixerint, & in Nobilium ne-
gotiis, eodem tempore vacauerint Officiísque nobi-
lium functi, & pro Nobilibus tenti, & reputati fuerint,
nihil est cur non debeant haberi, vti sunt pro Nobi-
libus, & Nobilium priuilegiis, exemptionibus, & ho-
25 noribus frui, & gaudere; † prout referunt Historici
de aliquibus Viris famosis, & præsertim de Cincin-
nato Ciue Romano, qui cùm per Senatum esset crea-
tus Dictator, Nuncij ad eum missi inuenerunt, quòd
in agris propriis arabat, & nihilominus accepit Dicta-
turam, quòd erat maius Officium Reipublicæ: & as-
sumpto exercitu inimicos debellauit, ac de illis
triumphauit, quod exemplum ad hoc allegant *Boer.
decis. 322. n. 11. & Corn. d. cons. 155. lib. 1.*

Et ex his non obstant *Statutum Religionis in d. tit.
de recept. fratr. cap. 23. & d. decis. in Comen. Habitus, 14.
Ianuarij, 1613. coram Domino meo Pirouano*, Quia, aut
non applicantur casui nostro, cùm dictum Statutum
non loquatur de Nobilibus, nec de Agricultura, sed
de arte mechanica, aut sunt intelligenda iuxtà supra-
dictam distinctionem.

Et ita fuit decisum, vtráque parte Informante, &c.

Ariminen. Molendini.

Ven. 14. Februarij, 1631.

ARGVMENTVM.

Inuestitura Emphiteusis Ecclesiasticæ, con-
cessa alicui pro se filiis, & nepotibus; per
rectam lineam descendentibus, An com-
præhendat masculos per fœminas ab In-
uestito descendentes.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina an comprahendantur in Inuestitura Em-
phiteusis Ecclesiastice concessa alicui pro se filiis,
& nepotibus, per rectam lineam descendentibus,
remissiuè ad* Menoch. *ibi citat.*
2 *Emphiteusis Ecclesiastica, concessa cum clausula ad
habendum, &c* & quicquid placuerit, &c. *posita
in dispositiuis, est transitoria etiam ad quoscumque
hæredes extraneos, de iure tamen capaces.*
3 *Emphiteusis concessa pro masculis dumtaxat, com-
prahendit etiam masculos per fœminas ab inuestito
descendentes.*
4 *Inuestitura vltima declaratur ex antecedenti Inue-
stitura, licèt iam finita.*
5 *Inuestitura verba, cantantia pro se filiis, & nepotibus
per rectam lineam descendentibus, apta sunt de
iure comprahendere etiam fœminas.*
6 *Inuestitura declarari debent a Consuetudine, &
& iuxtà eam regulari.*

DECISIO CCLXXXV.



FVit resolutum Alexandrum Georgium
Patrem Antonij fuisse compræhensum
in Inuestitura trium ex septem partibus
Molendini, de quo agitur per Rectorem
Eccl siæ Sancti Georgij de Arimino
facta q. Carolo de Mercatis Auo materno dicti Ale-
xandri, pro se & Francisco, & Petro Dominico suis
fratribus, & pro eorum, & cuiuslibet eorum filiis, &
nepotibus natis, & nascituris de legitimo matrimo-
nio, per rectam lineam descendentibus, ad haben-
dum, tenendum; & quicquid de dictis tribus parti-
bus Molendini placuerit, faciendum, sub annua pen-
sione, &c. † Nam quicquid sit, an sub dicta Inuesti- 1
tuta, circumscripta consuetudine, de qua infrà, veni-
ret Alexandri mater, filia dicti Caroli, ex quo versa-
mur in Emphiteusi Ecclesiastica; de quo latè *Menoch.
cons. 587. per tot.* † tamen cùm fuerit concessa cum di- 2
cta clausula *ad habendum, &c. & quicquid placuerit,
&c.* posita in dispositiuis, dubitari non potest, quin
vigore dictæ clausulæ, hæc emphiteusis fuerit transi-
toria etiam ad quoscumque hæredes extraneos, de
iure tamen capaces, *Curt. Iun. cons. 40. num. 1. Clar. in §.*
emphiteu

emphiteusis, quæst.28.in fin. Rota decis.642.num.3.& 4. part.1.& decis.151.num.1. & decis.294.num.3. part.2. in recent. Et in simili casu, & inter easdem personas, fuit dictum *in Ariminen. Emphiteusis, 14. Martij, 1529.coram R.P.D.meo Dunozetto.* Vnde cùm Alexander, vti masculus, sit capaa Emphiteusis Ecclesiasticæ, & deinde sit de descendentibus Caroli inuestiti, & sic ei conueniant verba Inuestituræ, nihil est cur in
3 ea non debeat esse compræhensus; † cum etiam regulariter in Emphiteusi, in qua non veniant fœminæ, sed masculi dumtaxat, sint nihilominus compræhensi masculi per fœminas ab Inuestito descendentes, *Valasc.de iur. emphit.q.41.n.5. Mantic.de tacit.lib.22. tit.16 num.8. & Rota in dicta Ariminen. Emphiteusis coram R.P. D. Dunozet.*

4 Quæ tantò magis procedunt, † Quia Antecessores Caroli habuerunt Inuestituram huius Emphiteusis, etiam pro fœminis, ex qua, licèt fuerit finita, videtur declaranda inuestitura, etiam de qua agitur, *Surd. cons.317.num.12. Mantic. de tacit.lib.22.tit.32.num.36. Rota decis.556.num.10.part.2.in recent.* Et maximè de
5 iure, verba illa inuestituræ, † *pro se filiis, & nepotibus per rectam lineam descendentibus*, sint apta comprehendere etiam fœminas, *Bald.cons.334. num.5.lib.3. Beron. cons.77.num.13. in fine lib.2. Bursatt. cons.243. num.4. Menoch. & Clar.vbi suprà, Peregr.de fideicomm. art.22.num.34. Rota decis.424.sub num 1.vers.linea autem, par.2.in recent. & Greg.XV.decis.383.num.3. & in dicta Ariminen.*

6 Et demum † stante consuetudine Ciuitatis Arimini, quòd in similibus admittantur masculi ex fœminis descendentes, ex qua hæc, & aliæ similes inuestituræ debent declarari, ac iuxtà eam regulari, *Grat. cons.9.num.145.lib.1. Menoch.cons.11.num.36. Clar.dicta quæst.28.in fine, Mantic. dicto lib.22.tit.19.num.33. & Rota.in dicta decis.642.num.8.part.1.recent. & in dicta Ariminen.*

An autem ad totam emphiteusim, seu ad quam partem Alexander sit vocatus, & compræhensus, reiecerunt Domini ad aliam disputationem.

Et Ita vna tantùm parte informante resolutum, &c.

Perusina fideicommissi de Meniconibus.

Ven. 21. Februarij, 1631.

ARGVMENTVM.

Colligitur ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Ad obtinendam immissionem vigore* leg. fin. *aut ex Saluiano in possessionem bonorum fideicommittentis, videndum est de fideicommisso, deinde de identitate bonorum, & tandem de detractionibus.*

2 *Vocatio, omnium de linea masculina testatoris, quando gradatim inducta dicatur.*

3 *Substitutio reciproca inducitur inter descendentes lineæ masculinæ, quando ea deficiente, fœminæ vocantur.*

DECISIO CCLXXXXVI.



Lexander Meniconus in testamento, quo decessit, instituit sibi hæredes vniuersales, æquis portionibus, Bernardinum, Petrum Iacobum, & Fuluium eius filios legitimos, & naturales, & quandocumque quis eorum decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, substituit superuiuentem, vel superuiuentes, siue præmortui, vel præmortuorum filios masculos legitimos; & naturales, in stirpes, & non in capita, pleno iure, & sine aliqua diminutione, & casu quo aliquis dictorum suorum filiorum moreretur, superuiuentibus filiabus fœminis legitimis, & naturalibus, nullo filio masculo legitimo, & naturali nato, & procreato, aut eo nato, & procreato superuiuente, benè, & eo casu dictis fœminis testator reliquit dotes condecentes qualitati personæ; & casu quo omnes dicti sui filij, & filiorum præfatorum filij morerentur sine filiis masculis legitimis & naturalibus, superuiuentibus ex eis, aut ex aliquo eorum filiabus fœminis, vna, vel pluribus legitimis, & naturalibus, tunc & eo casu Testator voluit, & expresè mandauit, quòd in euentum in quem esset finita linea masculina dictorum suorum filiorum, tunc, & eo casu filiæ, & neptes descendentes ex dictis suis filiis masculis, sint & esse debeant hæredes ipsius Testatoris, & descendentium ab eo, in capita, & filiæ fœminæ ipsius Testatoris, vel descendentes ab eis sint, & esse debeant hæredes cum dictis filiabus, & nepotibus descendentibus ex masculis, in stirpes; ita quòd descendentes ex masculis perpetuò in capita; & descendentes ex filiabus suis, vt suprà, in stirpes, cum præfatis, ad prædictam hæreditatem veniant, & succedant.

Euenit quòd Petrus Iacobus, vnus ex dictis filiis Alexandri Testatoris, decessit sine filiis, & consequenter eius portio, virtute expresè reciprocæ, de qua suprà peruenit ad Bernardinum, & Fuluium superuiuentes, qui Bernardinus decessit cum quatuor filiis masculis legitimis, & naturalibus, nempe Quinto, Sardo, Alexandro, & Octauiano, qui cum effectu successerunt Bernardino in bonis ei obuentis ab Alexandro Testatore: Cum autem Quintus, & Sardus, nec non Benedictus vnicus Sardi filius legitimus, & naturalis sine descendentibus, superuiuentibus prædictis Alexandro, & Octauiano eorum fratribus, & patruis respectiuè decesserint, & demum etiam decesserit dictus Alexander sine descendentibus: Octauianus superuiuens prætendens in casu sequuto, vt suprà, adesse fideicommissum in dicto testamento Alexandri senioris, ad sui fauorem, illúdque esse purificatum, prout etiam fideicommissum Pandolphinæ eius matris, de quo infrà, petiit immitti, vigorem *l.fin.C. de edict. Diu. Adr.toll.* Aut ex Saluiano in possessionem bonorum prædicti Alexandri senioris, & Pandolphinæ, quæ peruenerunt ad dictum Alexandrum iuniorem eius eius nepotem ex Bernardino filio, detentorum per D.Comitissam Carbonariam, & consortes: † Cumque pro dicta immissione obtinenda sit 1
primo loco videndum de dictis fideicommissis, deinde de identitate bonorum, & tandem de detractionibus: Domini dixerunt constare de dictis fideicommissis ad fauorem Octauiani, & quòd de reliquis videatur.

Etenim quoad fideicommissum Alexandri, † cùm 2
ille filios institutos expresè reciprocè substituerit, eósque grauauerit, ad fauorem suorum filiorum masculorum in stirpes; & demum eius linea masculina extincta, vocauerit filias, & sic vltimum morientem ex dicta linea masculina grauauerit, & in tota hære-

dicate; non potest dubitari quin omnes de dicta linea masculina fuerint gradatim vocati, ex deductis in *Spoletana Bonorum, 17. May, 1630. coram me, & in Anxiana fidei commissi, 4. Martij, 1630. coram R.P.D. meo Merlino*; † Et consequenter nec etiam dubitari 3 potest quin inter omnes de linea masculina fuerit inducta reciproca, ex vocatione fœminarum in casu defectus dictæ lineæ, *Rimin. sen. conf. 189. n. 9. lib. 1. Ruin. conf. 140. n. 9. lib. 5. Menoch. conf. 481. n. 3. lib. 5. Ladereh. conf. 169. n. 3. Decian. conf. 28. n. 15. vers. 8. dico lib. 2. Surd. conf. 344. n. 16. lib. 3. Peregr. conf. 34. n. 7. vers. quo circa lib. 1. Fusar. de substit. quæst. 437. n. 113. & 206. Rota decis. 266. n. 4. in fine p. 1. recent. & in dictis Anximana coram D. meo Merlino, & Spoletana coram me.*

Quo verò ad fideicommissum Pandolphinæ, sine minor dubitatio, dum ipsa in eius testamento, verbis claris, instituto Bernardino marito, vita sua durante, eo mortuo, prædictos Alexandrum, Sardum, Quintum, & Octauianum eius filios hæredes instituit, & illis, aut aliquo eorum sine filiis decedentibus, superuiuentes expressè substituit: Vnde quia, vt dictum est Alexander, vltimo loco, sine filiis decessit, Octauiano superuiuente, constat propterea de fideicommisso, purificato ad fauorem dicti Octauiani.

Et ita vna tantùm, &c.

Perusina fructuum.

Ven. 2. May, 1631.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio viua voce sufficit, quando illa interponitur incontinenti post latam sententiam, & apud acta; nec requiritur quod sit in scriptis.*

DECISIO CCLXXXXVII.

COMMISSA mihi causa appellationis quoad excessiuam liquidationem dumtaxat a sententia liquidatoria, in hac causa, lata per R.P.D. meum Dunozett. qua fructus, de quibus agitur, fuerunt liquidati in scutis 997. b. 73 Domini *die 9. Decembris*, 1630. resoluerunt. Non constare de excessu, & deinde reproposita causa super eisdem 27. *Ianuarij*, 1631. fuit recessum à decisis, & resolutum: Constare de excessu: fundamentum fuit, quòd dicti fructus, iuxta Decretum Eminentissimi D. Cardinalis Pamphilij, debuerunt liquidari contra Dominos de Bunsemeis a die appellationis interpositæ à Dominis de Oddis, quæ cum fuit præsuppositum quòd esset interposita sub die 2. *Aprilis*, 1613. fructus autem liquidati, non solum à dicta die, sed etiam per sex annos ante; scilicet ab anno 1607. propterea excessus visus fuit indubitatus.

Concessa autem Dominis de Oddis noua audientia: dubitatum cui decisioni sit standum, & an causa sit expediéda: & Domini recesserút ab vltimo loco decisis, & resoluerunt standum esse in decisis primo loco; & sic non constare de excessu; cum enim hodie claré constiterit Dominos de Oddis appellasse *die 2. May*, 1607. corruit penitus supradictum fundamentum secundæ decisionis, & stat firmum illud, cui nititur prima decisio, iuxta modum præscriptum in dicto 1 Decreto Eminentissimi D. Cardinalis Pamphilij: † & non obstat, quòd appellatio interposita dicta die 2. *May* non fuerit in scriptis, sed viua voce; quia cùm fuerit appellatum incontinenti post latam sententiam, & apud acta, non fuit opus appellare in scriptis, sed sat fuit viua voce appellare, *l. 2. vbi notatur, ff. de appell. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 28. Achill. decis. 2. num. 1. de appellat.*

Ex quibus, stantibus supradictis, fuit etiam resolutum causam esse expediendam ad fauorem DD. de Oddis, iuxta primam, & tertiam decisionem.

Et ita vna tantùm, &c.

Romana Saluiani.

Ven. 16. May, 1631.

ARGVMENTVM.

Iurisdictionis exercitum, an competat creditori immisso ex Saluiano in possessionem Castri debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicuntur commissa, si post sequutam immissionem in possessionem Castri debitoris, ipse fecerit actus iurisdictionales.*
2 *Iurisdictio non venit in sententia lata super immissione in possessionem Castri: Distingue, vt per DD. cit. n. 5. & Declara, vt n. 6.*
3 *Castrum de se non supponit iurisdictionem.*
4 *Iurisdictio non comprehenditur sub iuribus Castri.*
6 *Pertinentiarum appellatione venit etiam Iurisdictio.*
7 *Iurisdictionis exercitium non venit appellatione fructuum: Intellige, vt n. 9.*
8 *Ius præsentandi annexum Castro non transit in creditorem, qui iure pignoris Castrum detinet, vt sibi de fructibus satisfaciat, benè autem transit Iurisdictio, num. 13. Et vide rationem diuersitatis, num. 11. & 12.*
10 *Iurisdictionis exercitium spectat ad illum, qui percipit fructus.*

DECISIO CCLXXXXVIII.

FVIT resolutum ad fauorem D. Dimitillæ de Cæsis, contra D. Iuliam de Balleonibus, constare de attentatis, Quia cùm D. Dimitilla, de mense Iulij. 1618. pro consecutione suæ dotis, obtinuerit immitti in possessionem Castri Graffignani, illiúsque Tenutarum, rerum, & pertinentiarum; & in effectu immissa fuerit 28. Septembris eiusdem anni, ac per biennium, & vltrà in possessione continuauerit, & hæc nullo modo fuerint per appellationem suspensa, quia appellatio per Signaturam commissa fuit cum clausula *non retardata executione*, † D. autem 1 Iulia post sequutam immissionem, Officiales deputauerit pro exercenda Iurisdictione, & Officiales sic deputati accessetint ad Palatium, & Palazettum dicti Castri, ibique & alibi Iurisdictionem exercuerint, & expulerint ministros d. D. Dimitillæ, edicta publicauerint, colonósque à Terris eis locatis remouerint, ac demum plures alios actus Iurisdictionis fecerint, & publicè pro Officialibus d. Dominæ Iuliæ se gesserint, consequenter de attentatis dubitari non potest, *Cassad. decis. 3. n. 6. de rest. Spol. Caputaq. decis. 157. p. 3. Rota decis. 637. n. 2. p. 1. recent.*

Neque obstat si dicatur, † quòd nec in prædicta 2 sententia, super immissione lata, nec in mandato, de immitten

immittendo D. Dimitillam in possessionem d. Castri,
3 venit iurisdictio; cùm † Castrum de se iurisdictionem non supponat, *Soccin. in l. 1. n. 27. ff. de iurisdict. omn. Iud. Panorm. consil. 62. post n 8. lib. 2. Bero. in cap. ex litteris, n. 56. de in repatr. Boer. decis. 50. per tot. Couar. pract.*
4 *quest. cap. 1. n. 10.* † Quinimò nec etiam sub iuribus Castri Iurisdictio comprehendi videtur, *Paris. consil. 20. n. 50. cum sequent. lib. 1.*

5 Quia fuit responsum, † quòd quando prædicta essent simpliciter vera (quæ tamen non transeunt sine distinctione, de qua *Io. de Plat. & Luc. de Penn. in l. quicumque, C. de fund. limitroph. lib. 11. Iaf. in l. 1. n. 15. ff. de iurisd. omn. Iud. Paris.* vbi supra, & communiter *Doct. in l. fin. ff. sol. Matrim.*) non applicantur casui nostro; cùm Dimitilla non sit immissa simpliciter in
6 possessionem d. Castri, † aut terum illius, sed etiam pertinentiarum; quarum appellatione, iuxtà omnium sententiam, venit etiam iurisdictio, *Artt. in l. 3. in prin. col. 4. ff. de acq. poss.* & ibi *Imol. in fin. & Alex. n. 25. Bald. cons. 420. n. 5. li. 1. & cons. 245. lib. 3. Alex. cons. 23. n. 5. li. 5. & cons. 14. n. 6 lib. 6. Panor d. cons. 61. post n. 8. li. 2. Paris. cons. 9. n. 16. & 20. lib. 1. Rol. cons. 42. n. 37. lib. 8. Crauett. cons. 234. n. 2. in fin. Decian. cons. 43. n. 9. lib. 3. Menoch. cons 498. n. 35. Roder. Suarez. alleg. 7. n. 13. vers. optimè seruiunt, Auend. de exequnt. mand. Princip. cap. 4. n. 4.*

Nec obstat etiam, quòd D. Dimitilla fuerit immissa in Saluiano, quousque sibi de d. suo credito sit de fru-
7 ctibus satisfactum; † appellatione autem fructuum non venire iurisdictionis exercitium, *ex Bald. cons.*
8 *293. n. 1. lib. 4. Rota decis. 763. n. 3. p. 2. recen.* † Et in simili quòd ius præsentandi annexum Castro non transeat in Creditorem, qui iure pignoris Castrum detinet, vt sibi de fructibus satisfaciat, dixit *Abb. in capitulo cum Bartoldus, n. 1.* per illum textum, *de sent. & re iudic. Neguf. de pignor. 2. membr. 2. p. n. 60. Garz. de benef. p. 5. c. 5. n. 10. cum seqq.* & fuit decisum in *Legionen. Parochialis de Villalobos, 19. Ianuarij 1596. coram Lana.*

9 Quia vltrà, quòd cessat penitus difficultas, † ex quo versamur in claris, dum D. Dimitilla, vigore dictæ sententiæ, & mandati relaxati, præuio etiam Chirographo Sanctissimi, non solùm fuit immissa in possessionem Castri, nec dumtaxat ei concessa sola, & nuda commoditas, aut simplex perceptio fructuum, sed fuit explicitè immissa in possessionem Castri; Tenutarum, terum, & pertinentiarum illius, sub quibus, vt dictum est, ex omnium Doctorum sententia venit etiam iurisdictio: Respondetur etiam, quòd *cons. Bald.* non applicatur, imò benè ponderatum retorquetur; dicta autem *Rota decisio 763.* non firmat regulam, sed loquitur in casu particulari à nostro multum diuerso, nempe in reseruatione fructuum Episcopatus, aut alterius beneficij Ecclesiastici, sub qua, pro honore, & decore beneficiorum Ecclesiasticorum, & præsertim Dignitatis Episcopalis, iuxtà vsum, & stylum Datariæ, & Papæ intentione, non venit exercitium Iurisdictionis etiam temporalis, sed fem per beneficiis cohæret apud Titulares, dum aliud in gratia non exprimitur: Vnde, circumscripto vsu, & stylo prædicto,
10 † regula est, vt exercitium Iurisdictionis spectet ad illam, qui percipit fructus Castri, *Bart. in l. vlt. n. 2. ff. solut. matr. Menoch. cons. 66. n. 4. Rota in Tiburtina Castri Sambuci, 5. May, 1581. coram Clemente VIII.* impressa *apud Marchef. de commiss. p. 1. fol. 174.*

Quòd autem ius præsentandi non transeat in creditorem, qui iure pignoris Castrum detinet, & ex eo fructus percipit, ex *Abb. Neguf. Garz. & Rota*, suprà
11 allegatis, est verum, sed est longè dispar ratio, † quia ius præsentandi nullos parit fructus, de quibus possit vnquam dubitari, ad compensari possint, aut restitui, *Abb. in d. c. cum Bertoldus, n. 39. & Garz.* vbi suprà: benè autem eos parit Iurisdictio, vt pœnas, pedagia, sportolas, compositiones, & alia huius generis, quæ compensari possunt, & quandoque ipso iure compensantur, *Bart.* vbi proximè, *Rosent. de Feud. tom. 1. c. 8. concl. 5. & 6.* & ideò exercitium Iurisdictionis spectare etiam ad creditorem, qui Castrum iote pignoris possidet, & fructus percipit, dixit *Paul. de Castr. cons. 156. visis actis, n. 2. vers. videtur enim, p. 2.* Quo fit vt nullo modo argui possit de iure præsentandi, ad Iurisdictionem. † Et præterea alij fructus Castri, tam natu- 12
rales, quàm industriales, & ciuiles, commodiùs, & vberiùs percipiuntur, existente exercitio Iurisdictionis apud eum, ad quem huiusmodi fructus spectant; ita vt inde maiores producantur fructus, vt ad sensum patet; & consequenter, dato quòd deputatio Officialium, pro exercenda Iurisdictione dicti Castri, non essent propriè fructus, vt contendebant informantes pro D. Iulia, quia tamen inde fructus iurisdictionales colliguntur, & adhuc effectum multum interest, vt iste magis quàm ille Officialis deputetur, ptout quòd vnus magis, quàm alius terras colat; propterea etiam, & consequenter dicta deputatio spectabit ad D. Dimitillam, prout electio Colonorum pro colendis agris; alioquin si spectaret ad D. Iuliam de facili posset D. Dimitilla lædi, non solùm in fructibus iurisdictionalibus, sed etiam in omnibus aliis fructibus, & iuxtà suptadicta fuit mens Rotæ, quando D. Dimitillæ fuit concessa immissio.

Et ita vtraque, &c.

Romana Emphiteusis.

Ven. 16. Maij, 1631.

ARGVMENTVM.

In emphiteusi concessa pro se, filiis, & nepotibus ex eo per directam, & masculinam lineam descendentibus, non venit neptis primi inuestiti, licèt ex eius filio masculo descendat.

SVMMARIVM.

1 *Nepotum appellatione non veniunt fœminæ, in contractibus maximè stricti iuris.*
Contractus emphiteusis est stricti iuris.
2 *Inuestitura loquens de filiis, & nepotibus non comprehendit filias, & neptes.*
3 *Ampliæ præsertim procedere in emphiteusi Ecclesiastica.*
4 Cantuccius *fuit insignis Rotæ Auditor.*
5 *Fœmina non comprehenditur in inuestitura, facta pro se filiis, & nepotibus ex eo per directam, & masculinam lineam descendentibus.*
6 *Amplia non solùm procedere in filia primi inuestitis, sed etiam in nepte ex filio masculo.*
7 *Linea masculina vocatione, ad hoc vt quis veniat, duo copulatiuè requiruntur; nempe quòd volens succedere sit masculus, & quòd descendat ex masculo.*
8 *Linea masculina vocatione veniunt agnati, non autem cognati.*
9 *Filiorum & descendentium vocatio intelligitur solùm de filiis, & descendentibus masculis, si postea continuatiuè in eadem oratione fiat de mentio de masculis.*
10 *Fœminæ non veniunt, quando filij vocantur cum qualitate masculinitatis.*

11 *Qualitas*

13 *Qualitas masculinitatis repetita in filiis, non censetur repetita in nepotibus; praesertim in contractibus: contrarium*, n. 12.

Et maximè quando viget eodem repetitionis ratio, num. 13.

Et quando aliàs sequeretur absurdum, n. 15.

Repetitio fit difficilius in contractibus: Declara, vt num. 13.

14 *Qualitas masculinitatis apposita quoad filios, & nepotes, censetur etiam considerata respectu omnium vocatorum.*

15 *Filij primi gradus sunt potioris conditionis, quam nepotes.*

16 *Generis appellatione continetur etiam fœmina ex proprietate sermonis: Intellige, vt num. 17.*

18 *Descendentes, verbum est aptum comprehendere masculos, & fœminas: Declarat vt ibid.*

19 *Filij, & nepotes vocatorum comprehenduntur in inuestitura, quando alias sequeretur absurdum, quòd fœminae omnino extranea praeferentur: Intellige, vt num. 16.*

21 Vt suprà, *dictio est relatiua omnium praecedentium.*

DECISIO CCC.

CAPITVLVM Sancti Petri, de anno 1535. concessit in emphiteusim Aloysiu de Oticellatris domum, de qua agitur, sub his verbis, *pro se, & aliis infrascriptis recipientis & legitimè stipulanti, vsque ad tertiam generationem ab ipso D. Aloysio inclusiuè inchoandam; videlicet pro se, & eius filiis, & nepotibus legitimis, & naturalibus ex eo per directam, & masculinam lineam descendentibus, & vbi filios masculos non haberet, ad tertiam nominationem, videlicet ad vitam ipsius Aloysij, & ad vitam vnius personae per dictum Aloysium nominanda, & ad vitam vnius alterius personae per personam nominatam nominanda*, &c. & insuper dictum Capitulum, in eodem instrumento, licentiam, & facultatem dedit eidem Aloysio dominum praedictam, propria auctoritate, & sine aliquo Canonicorum, & Capituli dictae Basilicae consensu, in aliquam aliam personam, infra tamen annum proximum, & immediatè sequentem a die inuestiturae transferendi, eamque personam in locum suum ponendi, & taliter, quòd ex tunc, & quatenus infra dictum annum fieret dicta translatio, illa intelligeretur facta ad tertiam generationem Translatarij, & in defectum generationis ad tertiam nominationem vt sup.

Euenit quòd ex dicto Aloysio emphiteuta natus fuit Horatius, qui successit in emphiteusi, & ex Horatio Aloysius iunior, Ferdinandus, & Camilla, qui patri successerunt, & obierunt superstite Camilla eorum, ex eodem Horatio sorore: Vnde orta lite coram Eminentiss. D. Card. Burghesio, dictae Basilicae Archipresbytero, inter praedictum Capitulum, & Camillam, super eo, An domus per mortem Ferdinandi, ac Aloysij sit deuoluta, an verò duret adhuc inuestitura, ita vt dicta Camilla fuerit in ea comprehensa: & idem Eminentissimus D. de partium consensu, me in Iudicem deputauerit, propositi hodie in Rota dictum Dubium: Et fuit pro deuolutione resolutum, triplici fundamento.

Primum fundamentum fuit, quòd dicta emphiteusis fuit limitatè concessa Aloysio, eiusque filiis, & nepotibus, † quorum appellatione, in contractibus maximè stricti Iuris, qualis est contractus emphiteusis, non veniunt fœminae, vt post *Gued. de Suzar. notatur l. veteribus, ff. de pact. Rol. cons. 93. n. 22. cum seqq. lib. 2. Gabr. de verb. signif. concl. 6. n. 87. Mant. de tacit. & ambiguis conuent. lib. 2. tit. 15. n. 15.* † Et in his terminis, quòd inuestitura; quae simpliciter loquitur de filiis, & nepotibus, non comprehendat filias, & neptes, *Alex. cons. 61. n. 4. vers. non obstat lib. 1. Archid. in c. si quis suadente, col. 2. vers. aut sunt verba contrahentium, 17. q. 4. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloss. 9. n. 183. cum seq. Clar. in §. emphiteusis, q. 31. vers. sed quid, Gabr. vbi suprà*, & alij plures, quos cumulat, & sequitur *Maresc. var. res. lib. 1. c. 2. n. 5.* & hanc opinionem seq. *Rota apud Seraph. decis. 604. n. 2.* † Quae multò magis procedit in emphiteusi Ecclesiastica, in qua versamur, vt minùs praeiudicium Ecclesiae inferatur, iuxtà doctrin. *Bald. in l. 2. n. 11. post princ. C. de iur. emphyt. Ias. in l. si quis, id quod, n. 22. ff. de iurisd. omn. Iud. Gabr. d. concl. 6. n. 111.* Et considerauit *Cantuccius*, † qui fuit insignis Rotae Auditor in suo Voto, quod habetur inter *decis. diu. part. 2. decis. 125. per tot.* 3 4

Secundum fundamentum fuit, quòd etiam circumscriptis suptadictis, † D. Camilla, in casu in quo versamur, fuit exclusa, dum emphiteusis non fuit simpliciter Aloysio concessa pro se filiis, & nepotibus; Sed vlteriùs cantat pro filiis, & nepotibus ex eo per directam, & masculinam lineam descendentibus, quo casu (quicquid sit quando dicitur per virilem sexum, aut lineam masculinam descendentes; de quo latè *DD. in l. Gallus, §. nunc de lege Velleya, ff. de lib. & posth. Alex. cons. 53. n. 2. lib. 6. Menoch. cons. 389. n. 26. cum seq.* non comprehenditur fœmina, vt in puncto dixit *Cast. in l. maritus, n. 5. C. de procur.* † cuius sententia, nedum habet locum in filia primi inuestiti, sed etiam in nepte ex filio masculo, qualis est Domina Camilla, idem *Castr. cons. 150. num. 4. vers. sic dicam in proposito, lib. 2. Alex. d. cons. 53. n. 5. Dec. cons. 319. n. 2. Paris. cons. 40. n. 4. lib. 2. Ruin. cons. 16. n. 13. & cons. 208. n. 7. lib. 2. Soccin. Iun. cons. 1. n. 117. lib. 1. & cons. 186. n. 14. lib. 2. Menoch. cons. 105. n. 21. & 22. & de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 91. n. 6. Alaobr. cons. 27. n. 26. lib. 1. Caldas de nominat. emphit. lib. 2. quaest. 42. n. 85. & 91. Modern. Brixien. cons. 193. n. 92. Peregr.* & alij quos cumulant idem *Brixien. de subst. q. 346. n. 12. & 31. & Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 6. n. 38.* vbi optimam assignat rationem, *Ioseph. de Sess. decis. Arag. 49. n. 7. Verall. decis. 16. n. 4. & 5. & decis. 27. n. 6.* vbi quòd est opinio communiter approbata, & quod aliàs Rota illam tenoit, & *dec. 18. n. 8. p. 2. Rota decis. 203. n. 2. p. 2. recent.* † vbi quòd duo copulatiuè requiruntur; nempe, quòd volens succedere sit masculus, & descendat ex masculo, & latiùs *Cantucc. in dicto suo voto*, vbi etiam de magis communi, & veriori attestatur. 5 6 7

Tertium, & vltimum fundamentum fuit quòd in praesenti nedum fuerunt vocati filij, & nepotes per lineam masculinam, † quòd videtur importare vocationem agnatorum, & exclusionem cognatorum, ex *Molin. vbi suprà*, sed vlteriùs, continuatioe in eadem oratione, mediante copula, Et fuerunt additae haec verba, *& vbi filios masculos non haberet, ad tertiam nominationem*, † quae important, vt illa prior filiorum, & descendentium vocatio, debeat solùm intelligi de filiis, & descendentibus masculis, ex adductis per *Peregr. cons. 56. n. 23. lib. 1. Sard. cons. 564. Modern. Brixien. de subst. q. 403. n. 11. & Addent ad Greg. XV. decis. 514. n. 17. circa med.* † Quando autem filij vocantur cum qualitate masculinitatis, elatum est, quòd fœminae non sunt comprehensae, *Abb. cons. 36. lib. 2. Gabr. d. concl. 6. n. 116. Mant. de tacit. lib. 22. tit. 14. n. 16. Aldobrand. d. cons. 27. n. 23. lib. 1.* & praesertim in emphiteusi Ecclesiastica, *Seraph. decis. 487. num. 2. & Cantucc. vbi suprà.* 8 9 10

Ex quibus non obstat, Primò si dicatur, † quòd dicta qualitas masculinitatis apposita in dicta conditione non censeatur ex supradictis apposita, seo repetita in vocatione nepotum, maximè cùm versemur in contractibus, in quibus difficiliùs fit repetitio, 11

Rustic.in repet.l.cum anus lib.6.tit.10.n.7.vers. aut non agimus, ff.de condit. & demonstr. Alc.cons.8.n.37.vers.
12 *aliquando lib.9.* † Quia imò debet etiam intelligi re-
petita,& apposita respectu nepotum,vt in his termi-
13 nis *Cephal.cons.11.lib.1.* † Et cessat difficultas, cùm
versetur protsus eadem repetitionis ratio, nempè
quòd in hac emphiteusi non succedunt cognati, sed
solum agnati, quo casu etiam in contractibus sit re-
petitio, *Rustic.Alc.Molin.& Brixien.* in locis citatis;
Et præsertim, vt dictum est, cùm agatur de emphi-
14 teusi Ecclesiastica,† & tam quòd ad filios, quàm ne-
potes fuerit apposita qualitas lineæ masculinæ, quæ
facit,vt etiam quoad omnes vocatos,censeatur etiam
considerata qualitas masculinitatis, & consequenter
exclusio fœminarum, ex *Cast.Dec.Verall.* & aliis supe-
15 riùs allegat.† Quibus tandem accedit,quia nisi intel-
ligeretur qualitas masculinitatis, etiam quoad nepo-
tes, sequeretur absurdum, quòd illi essent potioris
conditionis, quàm filiæ primi gradus, contra disposi-
tionem textus in *l.viua matre,C.de bon.quæ liber. Man-
tic.de tacit.d.lib.22.tit.14.n.2.vers.ergo absurdum,* & in
his terminis *Caldas d.quæst.24.in fine lib.2.*

Non obstant secundò, illa verba inuestituræ ibi
*pro se aliisque infrascriptis, vsque ad tertiam generatio-
nem, &c.* quæ tam masculis, quàm fœminis conue-
niunt;† cùm generis appellatione,etiam ex proprieta-
16 te sermonis, fœmina contineatur, vt in specie *Tiraq.
de retract. lignag.§.1.gloss.9. n.239. Clar.in dicto §.em-
phiteusis num.36 vers.sed si emphiteusis*, & fuit dictum
in *causa Sutrina Bonorum, 9. Decembris, 1587. coram
bon.mem.Cardinali Plato,* quam citat *Marescott.var.
17 resol. dicto lib.1.cap.2.n.23.* † Quia cessat penitus diffi-
cultas cùm verbum; *Generationis*, in dicta inuesti-
tura sit limitatum ad in infrascriptos, qui sunt des-
cendentes masculi per lineam masculinam, vt in se-
quentibus illis verbis suprà relatis, clarè legitur,quo
casu censetur solùm appositum ad designandum gra-
dum, non autem ad ampliandam vocationem, quàm
contrahentes ad masculos per lineam masculinam
descendentes,verbis expressis restrinxerunt, vt in si-
mili *Cephal.cons.636.n.8.* & in puncto *Mant.de tacit.
& ambig.d.lib.22.tit.15.n.15.* Et conferunt omnia pro-
ximè dicta,& quæ dixit *Canucc.in d.suo voto,n.38.* &
18 idem respondetur ad verbum, † *Descendentes*, quòd
licèt sit de se aptum compræhendere masculos, &
fœminas,*l.liberorum, ff.de verb.sign.* cùm vulg.in casu
tamen nostro,iuxtà supradicta est expressè restrictum
ad descendentes masculos per lineam masculinam.

Non obstat tertiò facultas nominandi in defe-
ctum masculorum, & lineæ masculinæ Alosio data,
ibi,*& vbi filios masculos non haberet ad tertium nomi-
19 nationem,&c.*† virtute cuius non est dubium quæ fœ-
mina,etiam omnino extranea, potuerit nominari,at-
que ideò,ne sequatur absurdum,quòd fœminæ extra-
neæ sint melioris conditionis, quàm filiæ,aut nepres
vocatorum, dicendum esse istas multò magis esse in
inuestitura compræhensas, ex alleg. *per Canucc.in d.
20 suo voto,n.35.*† Si quidem hoc solùm concludit,quòd
sicut omnino extranea potuit nominari,pariter etiam,
& multò magis filia,aut neptis, non autem, vt ex eo
quòd fœmina extranea potuit nominari, propterea,
filia,& neptis sint in inuestitura, de qua agitur com-
præhensæ, sub verbo *Generationis*; Quandoquidem
versatur magna disparitatis ratio;quia Ecclesiæ nihil
interest, quòd possit potiùs vna persona quàm alia
nominari,cum non ideò citiùs, aut tardiùs intret de-
uolutio,vt ad sensum patet,benè autem Ecclesiæ in-
terest, quòd fœmina non sit compræhensa sub Gene-
ratione,quia quatenus sic, deficientibus aut non ex-
tantibus masculis non intraret deuolutio, existenti-
bus fœminis eiusdem gradus,sin autem non compræ-
hendantur,non extantibus masculis, est locus deuo-
tioni,etiam quòd extent fœminæ:vnde intrat doctri-
na *Bald.Ias.& Gab.*in fine primi fundamenti adducta.

Tandem non obstat facultas data Aloysio transfe-
rendi dictam emphiteusim in aliam personam intrà
annum, etiam omnino extraneam, vsque ad tertiam
illius generationem seu nominationem,quia cùm ad-
ditum sit, *vt suprà*, debet intelligi eodem modo quo
superiùs dictum fuit; id est quòd translatio facta in
personam extraneam, debeat intellig vsque ad ter-
tiam generationem masculinam, & per lineam mas-
culinam translatarij;ita vt Generatio intelligatur cum
qualitate masculinitatis, & quòd in defectum mascu-
lorum intra tertiam generationem intret nominatio,
vt suprà: † hæc enim est vis & efficacia dictæ dictio- 21
nis, *vt suprà*, in fine adiectæ, vt sit relatiua omnium
antecedentium, *Aret.cons.155.n.1. Dec.cons.227.n.3.
vol.1. Menoch.cons.435.n.15. Peregr. de fideicommiss.
art.16.n.15.cum pluribus sequent. Molin.de Hispan.pri-
mog.dicto lib.3. cap.5. num.64.*

Et ita vtraque, &c.

Ariminen. Molendini.

Lun. 26. Maij, 1631.

ARGVMENTVM.

Accipe ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi quando locum habeat in emphiteusi.*
Cuiuslibet, *dictio est distributiua, & tribuit vnicui-
que ius insolidum.*
2 *Instantia cœpta à defuncto transit in heredem, vt
propterea competat ei idem remedium quòd de-
functo competebat.*
3 Remed l.fin.C.de edict. Diu. Adr. *competit etiam
pro consequendis bonis emphiteoticis,possessis à de-
functo,& in hereditate repertis.*
4 *Obiisse quis præsumitur post centum annos.*
5 *Obiisse sine filiis, quis præsumitur,dum non probatur
contrarium.*

DECISIO CCCI.



IN *Decisione in hac causa facta die 14.
Februarij præteriti* fuit firmatum:Alexan-
drum Georgium fuisse compræhensum
in inuestitura trium ex septem partibus
Molendini, de quo agitur,per Rectorem
Ecclesiæ S.Gregorij de Arimino, facta q.Carolo de
Mercatis,Auo materno dicti Alexandri: quia tamen
tunc fuit reseruatum, vt in particulari disputatione
videretur: An in casu sequuto, ad omnes dictas tres
partes an verò solùm ad aliquam ex eis sit vocatus:
Domini hodie resoluerunt, esse vocatum ad omnes;
Quia inuestitura fuit concessa dicto Carolo, necnon
Francisco,& Petro Dominico eius fratribus,pro ipsis,
& cuiuslibet eorum filiis,& nepotibus natis, & nasci-
turis de legitimo matrimonio,per rectam lineam des-
cendentibus, *ad haben.&c.* ita tamen quòd pars præ-
morientis, seu præmorientium, ad superstites deue-
niat,& accrescat,ordine successiuo: Vnde cùm prædi-
cti Franciscus, & Petrus Dominicus decesserint sine
filiis,& descendentibus, est factus locus successioni;
quoad omnes dictas tres partes, ad fauorem Alexan-
dri: † Cùm dubitari non possit quin inter prædictos 1

gr.s fratres, & eorum filios, & nepotes sit locus Iuri accrescendi, tam vigore dictionis, *Cuiuslibet*, quæ est distributiua, & tribuit vnicuique ius insolidum, *l. hoc articulo, ff. de hered. instit.* Et in his terminis firmarunt *Aldobrand. cons. 68. Schrader. de feud. part. 7. cap. 1. n. 16. & seqq. Rosent. de feud. c. 6. concl. 71. n. 2. littera E. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 34. n. 28. Rota in Forolinien. bonorum, 4. Decembris, 1618. coram bon. mem. Remboldo, & 13. Martij, 1620. coram R.P.D. meo Pironano,* quàm etiam ex claris verbis eiusdem inuestituræ, ibi *ita tamen quòd pars præmorientium ad superuiuentes deueniat, & accrescat*: quæ verba omnem prorsus remouent dubitationem.

Ex quibus fuit consequenter resolutum; dandam esse immissionem in dictis tribus partibus Antonio filio dicti Alexandri Giorgini, post motam litem defuncti, nam cùm in dicta prima Decisione, decisum fuerit emphiteusim de qua agitur esse transitoriam ad quoscumque hæredes; immissio danda est dicto Antonio filio, & hæredi dicti Alexandri, tam ex per-
2 sona dicti eius patris,† quia instantia à defuncto cœpta transit in hæredem, cui proptereà competit idem remedium, quod competebat defuncto, *cap. quia G.* & ibi *Innoc.* & alij *de iudic. l. si patiar, & l. is, qui Romæ, & l. hæres absens, ff. de Iudic. Soccin. fin. cons. 31. num. 8. vol. 1. Surd. cons. 189. num. 12.* quàm ex persona propria, vti hæredi instituto ab eodem Alexandro in suo vltimo testamento, ex remed. *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*
3 † quod competit etiam pro consequendis bonis emphiteoticis, possessis à defuncto, & in hæreditate repertis, *Surd. cons. 571. num. 5. & seqq. Rota decis. 220. num. 3. part. 4. diuers. Cardin. Canal. decis. 316. num. 1. & 7.*

Non obstat si dicatur, non esse probatum, quòd prædicti Franciscus, & Petrus Dominicus in inuesti-
4 tura vocati, decesserint, & sine filiis,† quia vtrumque præsumitur: in primis, quòd decesserint, cum inuestitura sit suprà centum annos, præsumptio est quòd decesserint, *l. fin. C. de Sacros. Eccles. Marant. in l. si potest, num. 143. ff. de acq. poss. Menoch. de præsumpt. lib. 2.*
5 *præsumpt. 49. num. 2.* † Quòd verò decesserint sine filiis pariter præsumitur, dum non probatur, quòd eos habuerint, *Bart. in l. ex facto, § si quis autem. ff. ad Trebell. Seraph. decis. 1458. num. 3. Fusar. de subst. quæst. 436. numero 3.*

Et ita, &c.

Romana Scutorum 4. mill.

Ven. 30. May, 1631.

ARGVMENTVM.

Collige ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Pretium succedit loco rei in fideicommisso.*
2 *Fideicommissarius obligare non potest post eius vitam, rem fideicommisso subiectam, in præiudicium vocatorum.*
3 *Pater renunciare non potest iuribus filiorum in eorum præiudicium.*
4 *Renunciatio facta cum hac, quod aliquis ratificet, non præiudicat, ratificatione non sequuta.*
5 *Instrumentum primum nouatum censetur per secundum instrumentum, continens incompatibilitatem cum primo.*

DECISIO CCCII.



DOMINI Virginius, & Fabius de Vrsinis vendiderunt Excellentissimo q. Principi Peretto Castrum Nomenti, & quasdam Tenutas, & præsertim Tenutam Turris Lupariæ, siue S. Margheritæ, sitam in agro dicti Castri, vt in instrumento desuper confecto, 21. Iulij 1594. sed quia Castrum erat fideicommisso suppositum ad fauorem Vrsinorum, Tenuta verò S. Margheritæ, licèt fideicommisso subiecta, fuerat tamen Vrsinis vendita per Flaminium Iugulum, & eius filios, quorum erat, cum hoc quòd Vrsini eandem tenerentur vendere dicto D. Principi, & quòd residuum pretij non soluti, nempe scuta quatuor millia eis soluerent per Vrsinos intrà triennium, & casu quo Vrsini deficerent, possent Iuguli se reualere contra fructus cuiusdam multiplici scutor. quindecim millium creandi ex pretio dictorum Castri, & Tenutarum, & quòd nec aliter, nec alio modo Vrsinis, & eorum creditoribus ius aliquod in dicta Tenuta acquireretur; consenserunt tamen Iuguli, vt dictus Princeps futurus emptor posset illius possessionem capere propria authoritate, acceptatis priùs per eum supradictis pactis, & obligationibus, de quibus in duobus instrumentis venditionis inter Iugulos & Vrsinos celebratis, die 10. Iunij, & 19. Iulij dicti anni 1594. prout D. Princeps in dicto instrumento venditionis, sibi posteà factæ approbauit, & acceptauit: proptereà S. Memor. Clemens Octauus, motu proprio dicto fideicommisso Castri Nomenti derogauit, & in omnibus venditionem tam Castri, quàm Tenutarum dicti Principi, vt suprà factam, ex certa scientia cum clausula *sublata & Decreto* irritanti, confirmauit: decernens vlteriùs, vt creditores, & hypothecas habentes super dictis Tenutis, & Castro non possent quicquam prætendere, & de iuribus eorum experiri super illis, sed dumtaxat cõtra dictum multiplicũ quòd loco prædictorũ Castri, & Tenutarum stare voluit & subrogauit.

Quibus sic inter partes conuentis, & per Papam vt dictum est approbatis, & confirmatis Vrsini, legitimè conuenti per Iugulos, defecerunt in solutione dicti residui, atque ideò Iuguli, vigore supradictæ conuentionis, recursum habuerunt contra fructus dicti multiplici, & obtinuerunt, vt D. Princeps teneretur præstare paticotiam, quodque eis non obstabant dictæ clausulæ, *sublata*, & *Decreti irritantis* Motus proprij, & deinde in Rota fuit disputatum: An Vrsini qui successerunt in fideicommisso dicti Castri post mortem Virginij, & Fabij venditorum; qui multiplicum obligarunt, possent se opponere quo minùs ex eo soluatur Iugulis dictum residuum: & die 16. Nouembris 1618. coram R.D. meo Decano, fuit ad eorũ fauorem, Iugulis non informantibus resolutum; sed posteà vtraque parte Informante fuit bis coram eodem; *nempe die 22. Maij, 1625. & 17. Decembris, 1626.* à dicta Decisione recessum, & resolutum: Iugulos posse se reualere pro dicto residuo pretij tenutæ, vt dictum est, scutorum quatuor millium, ex fructibus multiplici, & Vrsinos non posse desuper se opponere; quarum Decisionum vigore fuit lata sententia per A.C. de voto de Rotæ, a qua cùm Vrsini appellauerint, & appellationis causa fuerit mihi commissa: Dubitaui hodie: An sit standum dictæ primæ Decisioni: An verò aliis duabus vltimis: & Dominis visa fuit clara iustitia illorum de Iugulis, & sic censuerunt Vrsinos non posse impedire solutionem dicti residui ex fructibus dicti multiplici, sed standum esse in vltimo loco decisis.

Fundamentum enim, quo præcipuè nituntur supradictæ vltimæ duæ Decisiones conformes, videtur concludens,

concludens,& irrefragabile,videlicet quòd Iuguli,& Vrsini,nec non D.Princeps emptor,tam Castri,quàm dictæ Tenutæ,expressè conuenerunt,vt dictum residuum,casu quo Vrsini non soluerent illud infra præfinitum tempus,vt supra,solueretur ex fructibus multiplici;quódque Clemens Octauus,cum derogatione fideicommissi dicti Castri, approbauit, & confirmauit venditionem Principi factam,cum pactis, & conuentionibus supradictis, habita relatione ad Instrumenta desuper confecta, & stimulata:Et deinde quòd cùm dictum multiplicum fuerit conflatum, tam ex pretio dicti Castri quàm Tenutæ, quæ remanserat realiter obligata pro solutione dicti residui, dictumque pretium, & sic multiplicum, iuxta Motum proprium Clementis, deberet stare loco Castri, & Tenutæ,tam respectu fideicommissi,quàm Creditorum, ita vt Creditores, & hypothecam habentes non possent experiri nisi contra dictum pretium;consequenter Iugulos Creditores dicti residui non posse impediri, quin agere possint vt eis satisfiat de fructibus
1 dicti multiplici † ex reg.*l.Imperator §.cum autem.* vbi *DD.ff.de leg.2.Surd.cons.576.n.39.& decis.306.n.4.*& latiùs *in dictis duabus decisionibus.*

Vndè non obstat quòd iuxta dictum Motum proprium, multiplicum fuerit subrogatum in locum fideicommissi dicti Castri,ad fauorem Vrsinorum, qui
2 in eo successerunt; † ac propterea Virginium,& Fabium de Vrsinis venditores, non potuisse illud obligare post eorum vitam in præiudicium vocatorum, *l.nihil,§.1.ff.de leg.1.& l.peto §.fratre,ff.de leg.2.* quia vltra quòd in dicto Motu proprio, facta relatione conuentionum & contentorum in Instrumentis confectis inter Vrsinos,Iugulos,& Principem Peretum, fit etiam subrogatio dicti multiplici in locum omnium iurium,& actionum, competentium omnibus, & quibuscùmque Creditoribus,ius,& hypothecam habentibus,tam super Castro,quàm Tennis,cessat omnis difficultas,Quia facta combinatione pretij Castri cum partitis pecuniarum ex eo solutis, tam dictis Vrsinis, quàm Creditoribus super dicto Castro, manifestè constat quòd dictum multiplicum scutorum quindecim millium fuit conflatum pro rata scutorum vndecim millium ex residuo pretij d. Castri,& pro aliis quatuor millibus restantibus, ex residuo pretij dictæ Tenutæ,quò fit vt in omnem casum dicta subrogatio residui in locum fideicommissi, debeat intelligi respectiuè,id est in eo solùm quòd conflatum fuit ex pretio Castri, ita enim dictat æquitas, vt in dictis decisionibus fuit benè ponderatum.

Minùs obstat quòd in dicto primo Instrumento venditionis dictæ Tenutæ, factæ per Flaminium Iugulum dictis Vrsinis, idem Flaminius renunciauerit omnibus iuribus,& hypothecis,quæ habebat,vel habere poterant contra dictam Tenutam,pro solutione pretij conuenti,& sic dicti residui,attento quòd Vrsini,vice versa,in eodem Instrumento, pro eius securitate,ei promiserunt obligari facere D. Beatricem Vitelliam; ita vt ex hoc Flaminius secutus fuerit fidem Vrsinorum,& dictæ Beatricis,& consequenter nullum exinde apud eum,ius remansisse in dicta Tenuta; Quia fuit benè responsum primò, quòd Flaminius
3 dederat priùs dictam Tenutam Iugulis eius filiis, nunc agentibus, possessione sequuta; † in quorum
4 proptereà præiudicium non poterat eorum iuribus renunciare, ex iuribus supra allegatis, † Secundò quòd ex quò Vrsini nunquam obligari fecerunt d.
5 D. Beatricem,iura Flaminij salua remanserunt, *ad l. Iulianus §.offerri,ff.de act. empt.* cum vulgatis. † Tertiò,& vltimò;quòd ex alio Instrumento secundæ venditionis posteà inter easdem partes confecto cum interuentu filiorum dicti Flaminij, fuit à primo Instrumento recessum,& facta nouatio, dum fuit in eo data noua forma soluendi d.residuum,diuersa,& incompatibilis cum ea,de qua in primo Instrumento, *l.pacta nouissima C.de pact.*& ibi *Bald.n.13. Gabr.cons.85. n.4.lib.1.Menoch.de præsumpt.lib.3.præsumpt.134. n.39. cum seq.& Greg.XV.decis.76.n.5.*& ibi *add.*

Et ita Iugulis tantùm Informantibus, &c.

Lauretana Iurisdictionis.

Lun. 2. Iunij, 1631.

ARGVMENTVM.

Plura habes notanda in materia Vnionis, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* sublata,& Decretum irritans *reddunt turbidos actus possessorios, factos in contrarium;prout etiam turbidam reddunt assistentiam iuris.*

2 *Possessorium quando est turbidum Rota solet, omisso, videre de bono iure in petitorio.*

3 *Ecclesia vnita habetur vti prædium, seu membrum Ecclesiæ, cui fuit facta vnio.*

4 *Ecclesia vnita alteri Ecclesiæ efficitur de Iurisdictione, & Diœcesi Ecclesiæ,cui vnita fuit.*

Cap. cum personæ,de priu.in 6 q *uando non intret.*

5 *Vnionis obseruantia ex quibus probetur.*

6 *Vnio facta Dignitati amouibili ad nutum alicuius Ecclesiæ, præsumitur potius facta dicta Ecclesia, quam Dignitati.*

DECISIO CCCIII.



RTA lite coram A. C. inter Sanctam Domum Lauretanam ex vna,& Episcopum Senogallien.ex altera,super omnimoda Iurisdictione Parochialis Ecclesiæ sancti Ioannis de Scapezzano;& petito de consensu partium voto Rotæ: Dubitaui die 12. Maij præteriti:An & cui esset dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione exercitij dictæ Iurisdictionis: Sed quia visum fuit, articulum manutentionis habere admixtam causam proprietatis, & iuris assistentiam; † actusque Iurisdictionales,quibus 1
Episcopus innititur esse multùm turbidos, ob clausulam *sublata*, & *Decretum irritans.* Priuilegij Pauli V.de quo infra prout etiam quasi possessionem d. S. Domus, seu illius Protectoris, vti fundatam in vno duntaxat Teste, qui non concludit, & in quibusdam litteris missiuis Gubernatoris, & Protectoris, & aliis huiusmodi: † propterea Domini ordinarùi,vt omisso 2
possessorio, videretur de bono iure in petitorio, vt sæpius data turbiditate possessorij obseruauit *Rota*,& præsertim *in vna Pacen seu nullius Iurisdictionis 4. Maij 1598.coram Cardinali Seraphino.*& in *alia Montis Regalis 4. Nouembris eiusdem anni coram Penia*, quas refert,& sequitur *Marescott. var resol. lib.1.c.11. n.11.* Vnde proposui hodie causam super dicto bono iure in petitorio: Et fuit resolutum ad fauorem S. Domus,& Eminentissimi illius Protectoris: Resolutionis ratio fuit, † Quòd cùm dicta Parochialis fuerit,& sit vnita S Domui,& Capellæ Lauretanæ,atque 3
ideò habeatur vti illius Prædiũ,seu membrũ *Caccial. de vni.ar.8.n.8.Sarn.in reg.de Infirm.q.15. Gonz.super reg.8.gl.5 § 7.n.25.cum seq.& Rota dec.710.n.2.p.2. recent.* Intrat proptereà *Bulla Pauli V. de anno 1620.* ad fauorem dictæ S. Domus emanata. per quam *Motu*

proprio, & ex certa scientia, ac de potestatis plenitudine, nec non cum clausulis *sublata, & Decreto irritanti*, aliisque D rogatoriis cuiusuis contrariæ consuetudinis, etiam Inmemorabilis, & quarumcunque Priuilegiorum in contrarium, etiam Motu proprio, & cum aliis quibuscunque clausulis concessorum ademptis ab Episcopo Lauretano, & ab aliis Episcopis, Archiepiscopis, & Prælatis quibuscunque, etiam quòd essent Cardinales, & ad se priuatiuè auocauit omnem superioritatem, authoritatem, Dominium, & Iurisdictionem, tàm temporalem, quàm spiritualem, quam illi habebant, seu quomodocunque, & qualitercunque prætendere, & exercere poterant, etiam per viam visitationis, appellationis, querelæ, recursus, restitutionis in integrum, & canonicæ denunciationis, & cuiusque alterius deuolutionis, in & super S. Domo, & Cubiculo Lauretano, eiusdémque Cappella magna, & parua, Beneficiis, Ecclesiis, etiam Curatis eiusdem S. Domus seu Cappellæ, tunc, & pro tempore vnitis, seu annexis, vel ab ea dependentibus, nec non Officialibus, Ministris, Presbyteris, & Clericis, ac aliis inseruientibus, tàm intus quàm foris eiusdem Laboratoribus, Bubalariis, prædictorúmque Officialium, & inseruientium familiis, & seruitoribus, ac Peregrinis, ad dictam S. Domum vndique confluentibus, nec non Prædiis, possessionibus, & reliquis bonis mobilibus, stabilibus, & se mouentibus, tàm in Diœcesi Lauretana, quàm in aliis quibuscunque Diœcesibus consistentibus, prædictámque Domum eiúsque Ministros, omniáque alia superiùs relata, à prædictorum Prælatorum Iurisdictione, potestate & Dominio omninò exemit, & absoluit, & liberauit; ita vt in posterum quoad dictam S. Domum & omnia alia supradicta, tam Episcopus Lauretanus, quam alij Episcopi, Archiepiscopi, & alij Prælati habeantur pro personis extraneis, & insuper dictam omnimodam Iurisdictionem tam temporalem, quàm spiritualem, vt supra ad se auocatam, Eminentissimo Cardinali tunc Protectori, & aliis Protectoribus pro tempore concessit, ipsísque tanquàm Prælatis, proprium, & distinctum Territorium nullius Diœcesis, Sedique Apostolicæ immediatè subiectum habentibus, omnimodámque in prædictis Iurisdictionem, etiam quasi Episcopalem exercentibus, perpetuò adiudicauit.

Quod autem præfata Parochialis sancti Ioannis sit, & esset tunc vnita dictæ Cappellæ patet, Quia de anno 1514. Leo Papa Decimus erexit in Ecclesia Lauretana Dignitatem Archidiaconatus, ad nutum amouibilem, cui pro dote dictam Parochialem cum omnibus iuribus, & pertinentiis sui perpetuò vniuit, deinde autem Clemens Octauus de anno 1592 prædia, & omnia alia quomodolibet Dignitatibus, & Canonicatibus Lauretanis pro illorum dote assignata, ab eis ademit, & cum eisdem qualitatibus detulit, & applicauit S. Domui, seu Cappellæ, cum onere præstandi, tam Dignitatibus, quàm Canonicatibus respectiuè quasdam portiones in pecunia numerata; Vnde cum hæc Parochialis fuerit vnita dicto Archidiaconatui, & per litteras Clementis cum eisdem qualitatibus translata in dictam S. Domum, consequenter à primo ad vltimum, siue consideretur tanquam Prædium, seu vti Beneficium S. Domui vnitum, seu annexum vigore dictæ Bullæ Pauli Quinti fuit exempta à Iurisdictione Episcopi Senogallien. in cuius Diœcesi sita erat, & effecta de Iurisdictione Protectoris; ita vt
4 non dicatur ampliùs esse de Diœcesi Senogallien. sed in Diœcesi Almæ Domus, & Protectoris, *gloss. in Clement. 1. §. volumus vers. Diœcesanis, de for. compet.* vbi *Card. quæst. 4. n. 1. Imol. n. 48. Ursal. n. 17. Rota decis. 324. n. 1. in fin. p. 1. recent. & decis. 105. num. 2. post a. vol. cons. Farinac.* Quò fit vt ad fauorè Episcopi Senogalliensis non intret dispositio text. *in cap. cum personæ, de priu. in sexto*, sed potiùs in verbis pro S. Domo contra illum retorqueatur.

Neque obstat si prætendatur † quòd vnio Papæ Leonis non habuerit effectum, quia cessat penitus ex pluribus, & successiuis deputationibus Vicariorum, & aliis actibus in ea factis per S. Domum, & illius Gubernatores, ac Protectores pro tempore, *summario S. Domus à num. 2. vsque ad 9.* ex quibus benè probatur obseruantia, iuxta vulg. *cons. Oldrad. 129. num. 3. Rota decis. 274. num. 10. part. 2. recent.* & alibi passim. 5

Minùs releuat si dicatur quòd vnio Leonis fuit facta Archidiaconatui non autem S. Domui, quia vltra quòd in omnem casum per Bullas Clementis, & Pauli V. haberi deberet vti S. Domui facta, cum eatum vigore vt supra dictum est, omne ius competens Archidiaconatui fuerit translatum in Sanctam Domum, tollitur difficultas; † Quia cùm Archidiaconatus à 6 principio fuerit manualis & ad nutum S. Domus, seu illius Protectoris amouibilis, potiùs vnio facta fuit S. Domui, quàm Archidiaconatui, ex iis, quæ latè tradit *Gonzal. super reg. 8. in gloss. 5. §. 6. num. 3. Garz. de benef. part. 1. cap. 2. n. 93. Gambar. de off. leg. lib. 4. num. 12. in fin. Lar. de Annuer. lib. 2. cap. 6. num. 20. Mandos. super reg. de annal. quæst. 11. num. 5. Rota decis. 2. in fine de except. Prælat. in nouis. & decis. 739. p. 1. diuers. & in Salamantina Vicariæ 15. Martij 1594. coram bon. mem. Cardinali Blanchetto* relata per *Garz. vbi supra, num. 94.*

Tandem nihil facit quòd Syxtus Quintus, quando erexit in Cathedralem, Ecclesiam Lauretanam, erexerit etiam de nouo in titulum perpetuum dictum Archidiaconatum; ita vt cessante manualitate, vnio dictæ Parochialis Leonis X. non intelligatur exinde facta S. Domui sed Archidiaconatui, Quia quicquid sit de hoc, emanarunt postea Bullæ Clementis, & Pauli Quinti, per quas omnia Prædia omnisque dos Archidiaconatus fuerunt translata in S. Domum, cum eisdem qualitatibus, & effecta de omnimoda Iurisdictione Protectoris.

Et ita decisum, &c.

Leodien. Fructuum.

Ven. 6. Iunij, 1631.

ARGVMENTVM.

Fructus Beneficiorum, tam exacti, quàm exigendi, spectant ad hæredem Beneficiati, non autem ad successorem in Beneficio, quoties viget consuetudo quod Clerici de huiusmodi fructibus testari possint; Et illi veniunt in generali dispositione omnium bonorum, & actionum quarumcunque.

SVMMARIVM.

1 *Fructus à solo separati, etiam recollecti non tamen exacti, spectant ad successorem in beneficio, non autem ad heredem, iuxta Rota opinionem.*

2 *Declara, quod Rota à dicta opinione recedit quoties probatur Consuetudo, quod Clerici de huiusmodi fructibus possint testari.*

3 *Fructus Beneficiorum veniunt appellatione omnium bonorum, & actionum quarumcunque, de quibus Beneficiatus disposuit, dum tamen de dictis fructibus disponere potuerit.*

4 *Testa*

4 *Testamenta Canonicorum, & Prapositorum Leodiensium propria eorum manuscripta, vel subscripta valent de consuetudine illarum partium, absque solemnitatibus iuris.*

5 *Consuetudo locorum est attendenda, in ordinandis Testamentis.*

DECISIO CCCIV.



IE 10. *Ianij 1614 fuit coram Domino meo Merlino resolutum:* D. Ægidio de Glen Canonico Leodien. & Præposito Collegiatæ Ecclesiæ S. Crucis, deberi fructus, tàm Præpositutæ, quam Canonicatus eiusdem Ecclesiæ, dictæ Præpositutæ vniti; Lata autem sententia iuxta dictam resolutionem, & interposita appellatione pro parte Decani, & Capituli S. Crucis, mihique commissa, decessit Ægidius prædictus, Henrico fratre suo hærede instituto, qui cùm vti talis hæres, obtinuerit admitti ad causam & de nouo dubitaretur: An quatenus fructus prædicti fuissent Ægidio debiti, in non exactis post eius obitum succederet Capitulum, seu successor in Præpositur, An verò Henricus hæres; dedi Dubium omnia complectens; videlicet cui debeantur fructus Præpositutæ S. Crucis: Et fuit resolutum: Debeti Henrico hæredi.

Licèt enim de iure, iuxta sententiam, quam Rota
1 sequitur, † fructus à solo separati, etiam recollecti, non tamen exacti spectent ad successorem in Beneficio, non autem ad hæredem, *gloss. in c. præsenti, de offic. Ordin. in 6. Calder. cons. 1. de pecul. Cleric. Rota apud Reuerendissimum D. meum Decanum dec. 476. n. 2.* & disponit *Bulla Iulij Tertij*, quæ est septima in *Bullario*
2 *nouo tom. 1.* † Attamen recedit Rota à dicta sententia quoties probatur Consuetudo, quòd Clerici de huiusmodi fructibus possint testari, vt fuit dictum in *Palentina fructuum, 26. Februarij 1580. coram bon. mem. Cardinali Lancelloto* quæ habetur apud *Garz. de benef. p. 2. cap. 1. n. 12. & in Mediolanen. fructuum 9. Martij 1592. coram bon. mem. Orano apud Marches. de Commiss. p. 1. pag. 558. & in Gerund. fructuum 24. Maij 1599. coram bon. mem. Iusto, & in Barchinon. Fructuum 4. Iulij 1609. coram eodem* in qua aliæ decisiones allegãtur.

Quòd autem huiusmodi consuetudo vigeat Leodij, & in indiuiduo quoad Præpositos, visum fuit Dominis satis probari ex depositionibus Testium, tàm in Curia quàm in partibus, vigore Remissoriæ examinatorum, qui bene deponũt Clericos Leodien. & specialiter Præpositos, ab antiquissimo tempore, de beneficiorum suorum, & respectiuè Præpositurarum fructibus, tam exactis, quam in exactis in fauorem quarumcumque personarum testatos fuisse, & passim testari, eorúmque dispositiones absque vlla contradictione effectum sortitas fuisse, & sortiri.

Quibus sic stantibus non obstat quòd d. Ægidius à quo Henricus causam habet post obtentam Præposituram S. Crucis de cuius fructibus agitur, adeptus fuerit aliam, videlicet B. Mariæ Traiectensis, & per consequens prima vacauerit; ita vt illius fructus, à die adeptionis secundæ, ei non deberentur; Quia cessat obiectum; ex quòd Ægidius habebat Indultum retinendi insimul vtramque Præposituram.

Minùs obstat, quòd institutio facta de persona Henrici sit restricta ad bona, & actiones ipsius Egidij Testatoris, quorum appellatione non veniunt fructus, de quibus agitur, Quia cùm institutio claré, & in verbis cautet de omnibus, & quibuscumque bonis, & actionibus ad Testatorem quomodolibet, & qualitercunque spectantibus, & pertinentibus, & vt supra dictum est, Ægidius potuerit de huiusmodi fructibus æquè, ac de aliis suis bonis testari, indubitatum
est, † appellatione omnium suorum bonorum, & 3
actionum quarumcumque, venire hos fructus, ut terminis dixit *Rota in dicta Placentina fructuum coram Cardinali Lancellotto, & apud Seraph. decis. 124. n. 2.*

Denique non obstat quòd Testamentum dicti Ægidij in quo fuit institutus hæres Henricus, careat
Testibus, aliisque solemnitatibus, de iure requisitis, † 4
Quia Testamenta Canonicorum, & in specie Præpositorum, propria eorum manuscripta, vel subscripta, absque alia iuris solemnitate, ex inueterata consuetudine Leodien. valida sunt, de qua consuetudine data fuit attestatio Capituli Cathedralis Leodien. & liquido deponunt Testes supradicti; & insuper de ea attestatur *Ioannes Vaamesius* Iurisconsultus illarum
partium insignis, in *cons. 387. num. 3. tom. 2.* † Certum 5
autem est Consuetudinem locorum, in Testamentis ordinandis, esse attendendam, *l. si non speciali*, & ibi *Dot. C. de testam.* cum aliis per *Gabr. de consuetud. conclus. 1. num. 60.*

Et ita vtraque, &c.

Perusina Fideicommissi de Meniconibus.

Ven. 6. Iunij, 1631.

ARGVMENTVM.

In purgatione attentatorum quæ veniant restituenda: Liquidatio fructuum perceptorum quomodo fieri possit: Et nonnulla alia notanda, quæ patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio si fuit attentata, sunt restituendi fructus percepti.*

2 *Item restitui debent omnes expensæ iudiciales, factæ ex causa attentatorum.*

3 *Testes singulares, an & quando probent in materia liquidationis fructuum, & quid si deponant de consignatione fructuum, per eos facta, n. 5.*

Possessor præsumitur fructus percepisse.

4 *In liquidatione fructuum sufficiunt præsumptiones, & coniecturæ.*

6 *Processus. clausus pendente adhuc termino dato ad Testes reprobandum non redditur nullus, sed præfigi debet nouus terminus ad reprobandum.*

7 *Præsentia supplet citationis defectum, & pro citatione habetur.*

8 *Sigillum non est regulariter de substantia actus, sed tantum confert ad vberiorem probationem.*

DECISIO CCCV.



VM *sub die 20. Februarij 1630. fuerit resolutum:* Possessionem Prædiorum Dirutæ, S. Proueri, & Setofano, captam per Dominum Octauianum Meniconium de quibus agitur, & omnia inde sequuta, fuisse attentata: Dubitaui hodie Quid, & quantum per purgatione dictorum attentatorum sit à d. Octauiano restituendum.

Ad primam Dubij partem, videlicet quid restituen-
dum sit: † Domini responderunt, restituendos esse, 1
tam fructus ex dictis tribus prædiis perceptos, iuxta

tradita *per Ruin.conf.75.n.5. lib 5. Lancellot. de attent. part.3.cap.29.n.57.cum seqq.Rota decis.5.de rest.spol. in*
2 *non.*† quàm etiam omnes expensas iudiciales ex causa attentatorum factas, *Rip.in l.naturaliter, § nihil commune n.5.cum seqq ff.de acquir.possess.Lancell.* vbi suprà *cap.30.n.57.& cap.31.n 96.Caputaque decis.56.part.1.*

Quò verò ad secundam partem Dubij: Quantum sit restituendum dixerunt, restituendas esse infrascriptas partitas frumenti, viccię, fabarum, millij, hordei, vini, & olei, quas post captam possessionem prædiorum Octauianus recepit pro portione dominica, vt constat ex depositionibus Testium vigore Remissoriæ desuper, examinatorum, videlicet ex prædio Castri Dirutæ, frumenti salmas decem, & septem cum dimidia, hordei eminas quinque, fabarum, eminas tres cum dimidia, viccię eminas duas, millij mediam salmam, vini seu musti cados 174.

Deinde ex prædio S.Proueti frumenti eminas quatuor cum dimidia, vini cados octo, olei mezzolenum vnum.

Et tandem ex prædio sito in Contrada, vocabulo *Scrofano*, fabarum eminam vnam, viccię cappellum vnum, vini cados tres, & olei mezzolenum medium.

Neque obstat quòd Testes sint singulares videlicet vnus duntaxat de perceptione fructum prædij Castri Dirutæ, alter prædij S.Proueti, & vnicus etiam respectu fructuum perceptorũ in prædio Scrofano; †
3 Quia cum stat præsumptio contra Octauianum possessorem, quòd ipse fructus perceperit, *Rota decis.25. de poss.in non.& decis.269.n.2.p.1.recent.& apud Greg. XV.decis.50.num.2.* vbi etiam *Add.* & Testes sint illius Coloni, qui dictos fructus collegarunt, eosque Octauiano consignauerunt, & sic deponant de facto proprio, & adminiculentur ex descriptione fructuum, in maiori qualitate perceptorum, in proximè præcedentibus annis, facta ad instantiam eiusdem Octauiani; ac ex aliis Testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis: Et tandem versemur in fructuum liquidatione, quæ difficilis est probationis; illa quæ resultat ex dictis Testibus, habita fuit pro sufficienti, prout aliàs in puncto, pro sufficienti habuit *Rota* apud *Se-*
4 *raph.dec.1135.n.1 & dec.1245.n.7.* † Cùm enim ad huiusmodi liquidationem faciendam sufficiant etiam coniecturæ, & præsumptiones, quæ animum Iudicis inducant ad sic perfectè credendum, *Bald.in l.1.n.16. C.de fruct.& lit.expens.Ang.in l.5.n.1. C. de Nautul. lib. 11.Corn.cons.301.in fine lib.3.Surd.dec.293.n.31.& Seraph.vbi supra,* Dubitandum non videtur quin huiusmodi sint illæ, quæ ex dictis prædictorũ Testium,
5 & aliis supra consideratis deducimus: † Vndè, ob eandem rationem, non obstat etiam, quòd Testes prædicti deponant ad commodum proprium, dum dicũt, fructus fuisse per ipsosmet consignatos Octauiano, & eius ministris, Quia vltra quòd, cùm non agatur de probanda consignatione, cùm, vt dictum est eo ipso quòd Octauianus possedit, præsumatur fructus percepisse, sed solùm agitur de liquidanda quãtitate percepta, atque videatur nullũ posse considerari dictorum Testiũ interesse inter eos, & Vgolinos; in omnem casum, ex supradictis omnibus simul iunctis, Domini fuerunt inducti, attẽta subiecta materia, ad credẽdum Octauianũ percepisse fructus in supradicta quãtitate.

Non obstant etiam nullitates, contra examen di-
6 ctorum Testium oppositæ, † Quia non sunt releuantes: Prima enim quòd Processus Remissorialis fuit clausus, pendente adhuc termino vnius mensis ad Testes reprobandum, nihil facit; Quia non ideò redditur Processus nullus, sed est præfixus nouus terminus ad reprobandum, *Put.decis.15. de testam.* Qui nouus terminus fuit præfixus, sed illi Octauianus renunciauit: Secunda quòd deficiat Citatio ad videndum collationari, & transumptari Processum, quicquid sit an talis citatio requiratur in processu Remissoriali, tol-
litur ex facto, † dum Procuratore Octauiani præ- 7
sente fuit per Vgolinos facta instantia procuratori collationari, & Iudex desuper Decretum interposuit, quæ præsentia supplet citationis defectum; quinimò pro citatione habetur, *Bart. Alex.* & alij in *l.1.ff.de Fer. Abb.cons.58.lib.1.* & idem *Alex. cons.123.lib.2.* Tertia quod Testes non iurauerint coram Iudice, sed simpliciter in manibus Notarij cessat pariter ex facto. Quia constat in termino citationis, ad videndum iurare Testes, fuisse Iuramentum coram Iudice reiteratum. Demum quarta prætensa nullitas, quòd Iudex processerit ad actus iudiciarios in aliis diebus, quàm Lunæ, Mercurij, & Veneris præscriptis in Remissoria, non probatur, nisi in Decreto sigillationis processus, quòd
fuit interpositum die Sabbathi; † vnde cum sigillum 8
non sit regulariter de substantia actus, sed ad vberiorem probationem duntaxat conferat, *Innoc.in c.inter dilectos, n.3.de Fid. Instr. Zasim con.2.n.37.lib.1.Men. cons.1. n. 205. & 336.* solùm inde inferri posset quod dictum Decretum fuit nullum; non autem Processus Remissorialis.

Quò verò ad expensas visum fuit Dominis eas esse liquidandas, & restituendas, iuxtà notam Notarij, quæ data hodie fuit in *summario n.12.& 13.* cùm appareat omnes ibi descriptas esse iudiciales, & factas ex causa attentatorum, quæ ideò sine dubio sunt restituenda, ex *alleg.in princip.*

Et ita vtraque, &c.

Illerden. Canonicatus.

Ven. 14. Iunij, 1631.

ARGVMENTVM.

Papa quando censeatur voluisse concurrere cum Ordinariis Collatoribus: & quando necesse sit illorum iuri derogare vel non: Et quæ in Gratia Concursus sint iustificanda.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio originalis, litteræque originales desuper expeditæ, non autẽ illarum sumpta attendi debent.*
2 *Summista creditur in spectantibus ad eius officium.*
3 *Summistæ stylus qui sit.*
4 *Narratiua Gratiæ sufficit, quod de facto iustificetur.*
5 *Narratiua non est iustificanda, quando non est de substantia Gratiæ, nec alias retraxisset Papam à concedendo.*
6 *Vacatio per obitum est plenè iustificanda, quando Papa voluit concurrere cum Ordinariis Collatoribus, Discordiam autem narratam sufficit semiplenè probari.*
7 *Papa est Ordinarius Ordinariorum.*
Est vti fons scaturiens, à quo omnis inferior potestas emanat.
Potest concurrere cum Ordinariis, & preuenire in conferendo; & ex quibus concurrere voluisse dignoscatur, pluribus numeris sequentibus.
8 *Clausula,* Dudum, *apponi solet, quando Papa prouidet de beneficiis reseruatis, ratione mensis.*
9 *Clausula* Quomodo Collatio ad nos hac vice pertineat, *apponi solet, quando Papa prouidet de Beneficiis, aliàs reseruatis.*

10 *Clau*

10 *Clausula* Dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum, *apponi solet, quando Papa prouidet de non reseruato.*

11 *Thurni existentia, aut prætensio non est iustificanda dum versamur in Gratia Concursus Papæ cum Ordinarius, sed solùm attendi debent vacatio, & Discordia, quibus stantibus Papa liberè prouidet.*

12 *Papa, stante vacatione, & discordi prætendentium existere in Turno, potest cuilibet etiam non nominato prouidere.*

13 *Derogatio iuri Collatorum Inferiorum solum requiritur, quando sumus in ea Gratia præuentiua, quæ præuenit vacationem.*

14 *Alternatiua derogatio necessaria est in Gratia expectatiua secus tamen est in Gratia Concursus, num. 15. & rationem differentia inter vtrumque casum, vide num. 16.*

DECISIO CCCVI.



MANARVNT in hac causa quatuor decisiones super vno, eodémque articulo; nempe an Gratia Gaspatis esset iustificata, & ei sit danda Immissio: tres pro iustificatione, videlicet, prima, tertia, & quarta, & secunda contra iustificationem, ad fauorem Simonis; sed nihilominùs cùm ex Dominorum benignitate fuerit Simoni concessa noua audientia, proposui hodie causam super eisdem, & Domini in omnibus, & per omnia persistendo in vltimo loco decisis, pro iustificatione Gratiæ Gasparis, quarta vice responderunt: tota enim difficultas in eo solùm semper stetit: An Gaspar iustificauerit narratiuam suæ Gratiæ in ea parte, ibi, *Asse-Asserenti se ad Canonicatum, & Prabendam præfacam à Ioanne. Paulo Mya Canonico eiusdem Ecclesia in Thurno existere; nonnullis verò alius Thurnum huiusmodi ad se spectare prætendentibus, in discordia prædicta nominatum fuisse seu nobis nominari:* Quia Simon tria opponebat primùm non fuisse narratum quòd Canonicus Mya in Thurno existere prætenderet, sed simpliciter, quòd in Thurno existebat: secundum Gasparem, nec de tempore suæ Gratiæ, nec anteà fuisse nominatum per Canonicum Mya, vti fuit narratum; tertium ac demum non fuisse verificatam discordiam.

Quoad primum, circa narratiuam Thurni, fuisse assertiuè narratum, quòd Canonicus Mya in Thurno existebat, deducebat Simon ex quodam sumpto authentico supplicationis, extracto ex Registro secreto, & ex alio sumpto authentico Bullarum, & ex Instrumento consensus reseruationis Pensionis, & tandem ex Instrumento cuiusdam nominationis in Curia factæ de persona eiusdem Virgilij, & ex quadam fide desumpta ex libro Officialis per obitum, in quibus omnibus narratur nominationem Gasparis fuisse factam à Canonicô Mya in Thurno existente, quæ ideò, maximè simul iuncta, videbantur bene hoc probare, & respicere substantiam Gratiæ, ex late deductis in *dicta vltima Decisione coram me 14. Iunij anni præteriti à versiculo quoad primum, vsque ad versiculum hæc difficultas.*

Sed huic obiecto fuit responsum in *dicta vltima Decisione à dicto versiculo hac difficultas vsque ad versiculum secundum*, [& responsio placuit Dominis] imò fuisse narratum, quòd Canonicus Mya
1 in Thurno existere prætendebat: † Tum quia sic legitur in supplicatione originali, & in litteris originalibus desuper expeditis, quibus potiùs standum est, *Mandos. in regul. de non indican. quæst. 19. num. sexto*, & ex aliis adductis *in eadem vltima Decisione versic. Neque obstant sumpta Registri*; Tùm etiam quia sic pariter legitur in alio sumpto supplicationis ex eodem registro secreto, exhibito penes me pro parte Gaspatis: Et tandem, quia quando sic non legeretur in supplicatione, sed quòd Canonicus Mya in Thurno existebat, debuisset illa corrigi, & emendari, prout omnia alia quæ ab eadem fuerunt sumpta, vt legatur quòd dictus Canonicus in Turno existere prætendebar, sic enim sensus grammaticalis, & subiecta materia cum verbis conformantur, non autem si legatur quòd Canonicus Mya in Thurno existebat, quinimò supplicatio esset sibi virtualiter contraria, vt ad sensum patet, & fuit ponderatum in *eadem vltima Decisione in dicto versiculo hac difficultas.* Quò fit vt meritò tunc Datarius in supplicatione correxerit verbum, *existente*, &
eius loco posuerit verbum, *existere*; † & hodie Sum- 2
mista (cui Domini, cùm agatur de re ad suum officium spectante detulerunt) attestatus est, quòd quando supplicatio cantasset in Thurno existente non autem existere prout cantat, tamen cùm omnia suprascripta verba dictæ narratiuæ regulentur à verbo *prætendentibus*, quòd ipse ne recederet à sensu gram-
maticali. † & stylo Summistæ, qui est attendere sen- 3
sum, & non verba, tanquam organum, & Interpres Sanctissimi in materiis, quæ per Cameram expediuntur, ex Officio apposuisset in litteris verbum *existere.*

Deinde, dato etiam, quòd sit legendum *existente in Thurno*, non autem *existere prætendente*; fuit hodie eidem obiecto dupliciter responsum, ita vt cesset prorsus difficultas, & quidem Primò iustificari quòd Canonicus Mya erat in Thurno de facto, ex quò reiecta per Capitulum acceptatione Thurni Canonici Alentorn, & recusantibus nonnullis aliis Canonicis acceptare Thurnum, Canonicus Mya, iuxta ordinem antiquitatis, subintrauit in Thurno,
illúmque acceptauit; † quæ facti iustificatio suffi- 4
cit, ita vt non sit vlteriùs indagandum, an esset in Thurno de iure, vel de facto, *Mandos. de significat. tit. de non. prouis. vers. noua item prouisio Ægid. decis. 116. num 3. Rota decis. 9. num. 10. part. 2. & decis. 691. num. 1. part. 3. lib 3. diuers. & in recent. decis. 410 num. 4. part. 1. & in Cremonen. Canonicatus 14. Ianuary 1630. coram me*: Et ob eandem rationem, quando esset iustificanda narratiua illa, quòd etiam nonnulli ex aliis Canonicis prætendebant esse in Thurno, sufficit iustificatio facti, cùm verè constet quosdam alios Canonicos acceptasse.

Secundò respondit vnus ex Dominis, & quidem
benè nihil referre; † nihilque importare, fuisse 5
narratum, quòd Canonicus Mya prætendebar in Thurno existere, aut quòd in Thurno existebat: Quia siue vno, siue alio modo, cùm non sit fundamentum, aut de substantia Gratiæ, nec alias retraxisset Papam, non est narratiua quæ sit iustificanda: siquidem ex quò Papa voluit concurrere cum
Ordinariis Collatoribus, † solùm debet plenè iusti- 6
ficari vacatio per obitum, quæ fuit narrata, sine qua nec Ordinarius potuisset prouidere; & semiplenè discordia quæ tamen fuit plenè probata, vt *in dicta vltima Decisione vers. superest tandem*, ad effectum vt Papa sciret beneficium adhuc vacare, vt fuit vtrunque resolutum *in causa Hispalen. Portionis 15. Martij 1576. coram Cardinali Blanchetto apud Gonz. part. 5. cap. 3. num. 40.* Et ex hoc cessat prætensio, quòd dicta narratiua respiciat substantiam Gratiæ, vt fuerat præsuppositum in *dicta vltima Decisione vers. quod autem.*

7 Quod autem Papa, † vt Ordinarius Ordinatio-
rum, & vel vti quidam fons scaturiens, à quo omnis
inferior potestas procedit, & emanat, possit concur-
rere cum Ordinariis, & præuenire in conferendo,
non est dubium, *capitulo si a sede, & capitulo dudum,
§. nos igitur, de prabend. in sexto*, latè *Gonzal. ad regu-
lam octauam §. 2 proem. per tot. Garz. de benef. part. 5.
cap. 1. per tot. Rota decis. 221. num. 9. apud Greg. XV.* Et
quòd in casu nostro concurrere voluerit est clarum;
dum non prouidit tanquam de Beneficio reseruato,
8 nec ratione mensis, † ex quò non fuit apposita clau-
sula *Dudum, &c.* quæ solet apponi, quando Papa pro-
uidet de talibus reseruatis, vt fuit resolutum *in causa
Romana Cappellania Sancti Petri nona Nouemb* 1602.
coram bon. mem. Cardinali Millino, quæ est *decisio* 6. 7.
part. 4. diuers. nec etiam de Beneficio aliter reserua-
9 to, † ex quò non fuit apposita clausula *Dummodo
Collatio ad nos hac vice pertineat:* quæ solet apponi
quando Papa prouidet de Beneficiis, alias reseruatis,
ita vt stante dicta clausula, non intelligat prouidere
nisi Beneficium sit reseruatum. *Simonetr. de Reseruat.
quæst. 61. num. 3. Pauin de potest. & offic. cap. sed. vacan.
in septimo prælud. sub num. 19. tractat. tom. 13. part. 2.
fol. 407.* Et fuit resolutum *in causa Taurinen. Canto-
riæ. 18. Octobris 1569. coram Oradino, & in Romana
Clericatus Sancti Petri 27. Nouembris 1602. coram bo-
næ mem. Cardinali Pamphilio* quæ est *decisio 616. p. 4.
10 diuers.* † Sed prouidit cum clausula *dummodo tempo-
re data præsentium non sit alteri ius quæsitum*: Quæ so-
let apponi, quando Papa prouidet de non reseruato,
Sarnen. in reg. de tur. quæs. non toll. quæst. 1. in princip. Et
fuit dictum in *causa Hostunen. Cappella 17. Nouem-
bris 1600. coram bon. mem. Iusto.* Et quod de eo tempo-
re non esset Simoni ius quæsitum, fuit latè compro-
batum *in dicta vltima Decisione vers. nec releuat si di-
catur.*

Ex quibus consequenter dicebat idem Dominus
non obstare, nedum fuisse narratum quòd Canonicus
Mya in Thurno existebat, seu existere prætendebat, sed
etiam Gasparem fuisse ab eodem nominatum, seu no-
minari; ita vt videatur Papa ex huiusmodi narratiua
nominationis motus fuisse ad prouidendum, in con-
cursu cum Ordinariis Collatoribus; quæ nominatio
necessariò supponit existentiam, aut prætensionem
Thurni, & consequenter hæc esse omninò iustifican-
da, prout Rota huc vsque supposuit in dictis quatuor
Decisionibus desuper factis: Quia respondebat, quòd
11 habito pro constanti, ex supradictis, † quòd sumus in
Gratia concursus Papæ cum Ordinariis, prout non
est iustificanda existentia, aut prætensio Thurni, quia
non facit ad rem, quò minùs, aut magis Papa concur-
rat, sed solùm attendi debet vacatio, & discurdia,
quibus stantibus Papa liberè prouidet; nec pariter
nominatio, ob eandem rationem iustificari debet,
12 sed Papa prouidit Gaspari: † prout, stante vacatione,
& discordia, poterat cuilibet alij non nominato pro-
uidere, *Rebuff. cons. 60. Garz. de benef. part. 5. cap. 4. à
num. 33. & Rota in dicta decis. Ispalen. Portionis*, & in
aliis apud *Garz. ibid.*

Minùs obstare dicebat, quòd Papa non derogaue-
13 rit Iuri Collatorum Inferiorum; † quia derogatio so-
lùm est necessaria, quando sumus in ea gratia præ-
uentiua, quæ præuenit vacationem, vt quandò aliquid
fuit concessum Inferiori Collatori, puta alternatiua,
14 & nihilominus Papa facit gratiam expectatiuæ, præ-
ueniendo vacationem; tunc enim, vt dicta gratia in-
trer in mensibus alternatiuæ concessis Inferiori Col-
latori, opus est, vt Papa alternatiuæ specialiter dero-
get iuxta Rotæ opinionem, *Put. decis. 209. & de-
cis. 215. lib. 1. in correct. Mohed. decis. 2. de concess. præben.* †
non autem necessaria est derogatio etiam alternatiuæ
in gratia Concursus; videlicet quando, vt in casu no-
stro, accidit, & occurrit vacatio, & Papa habita scien-
tia vacationis vult concurrere cum Ordinariis, &
præuenire in conferendo, *Quiroga decis. 14. in manu-
scrip.* † Ratio differentiæ est, quia in primo casu gra- 16
tia præuentiua est de vacaturo; vnde cùm sit odiosa,
cap. 2. de concess. prabend. & præiudicium Ordinarij sit
incertum, & euentuale; & Papa sit de tali præiudicio
incertus, præsumptio est, quòd noluit Ordinario præ-
iudicare, sed solùm prouidere occurrente vacatione
in suis mensibus, in quibus potest sua gratia effectum
habere, ex reg. text. *in l. 1. §. merito, ff. ne quis in loco pu-
blic. cum vulg.* In secundò autem casu cum gratia Con-
cursus sit de iam vacante in mense Ordinarij, sed In-
ferioris Collatoris, & ideò Papa sit certus de præiu-
dicio, non requiritur alia derogatio, ex quò gratia
trahit secum præiudicium, perinde ac si esset de sui
natura præiudicialis, *Put. decis. 229. num. 2. & 3. lib. 2. in
correct.*

Quò verò ad alia duo obiecta, visum fuit Domi-
nis nihil releuans dici posse, quòd non fuerit subla-
tum in dictis quatuor Decisionibus in hac causa fa-
ctis, & præsertim in vltima.

Et ita, &c.

Romana Restitutionis in integrum.

Ven. 13. Iunij, 1631.

ARGVMENTVM.

Perceptio pensionum, & illarum liquidatio, ex quibus probentur ad effectum condemnationis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus quando debeantur solùm à die motæ litis, non autem à die occupationis.*
2 *Fructuum perceptio in genere probatur ex possessione.*
3 *Fructuum liquidatio est difficilis probationis, & ideò remittitur arbitrio Iudicis.*
4 *Admittuntur in ea leuiores probationes, etiam per coniecturas.*
5 *Locationes, factæ in quibusdam anno procerta pensione, arguunt totidem pensiones fuisse perceptas annis præcedentibus, & sequentibus.*
6 *Declara. quòd huiusmodi probatio non est sufficiens ad condemnandum, nisi concurrant etiam adminicula, quæ plura numerantur, num. 8.*
7 *Locationes, & æstimationes priuatorum non probant valorem communem, sed solum valorem conuentum, & ratio redditur, ibidem.*
8 *Locatio facta cum pacto, vt duret quò vsque fiet disdicta, præsumitur adhuc durare, si disdicta non probetur. Declara, vt num. 9.*
10 *Præsumptio vna non parit aliam præsumptionem.*
11 *Testes plenè probant contra producentem, licèt non fuerint formiter recepti.*
12 *Pensio præsumitur exacta eo ipso, quòd constat de instrumento locationis; ita vt non sit opus probare realem exactionem.*

DECISIO CCCVII.

CVM die 26. Iunij anni præteriti fuerit in
hac causa firmatum: † fructus vnius Do- 1
mus, sitæ in via Burgundorum, & quatuor

Domun

Domuneularum,in Regione Campi Martij,de quibus agitur,deberi à die litis motæ duotaxerat, non autem a die occupationis, ex quò non versamur in spolio violento,seu attentato, nec alias in notorio malæ fidei possessore,sed in simplici iudicio restitutorio, & contra possessorem coloratum, iuxta distinctionem *Bellamer. in cap. grauis quæst.11.num.48. vers. ex isto iustificatur, de rest. spoliat. Natt. cons.14. num. vndecimotertio cum sequent. Benintend. decis.20. Thesaur. dec.29. num.8.* Quam passim Rota tàm antiqua, quàm moderna fuit secuta, præsertim *in decis.10. de rest. spol. in antiq. & decis.552.num.1.cum sequent. part.1. diuers. & apud Verall. decis.28.num.2.part.2.* Propterea dubitatum hodie: Ad quam summam sint dicti fructus taxandi: Et fuit resolutum pro nunc fructus, aut pensiones dictarum quatuor domuncularum, esse liquidandas à dicta die litis motæ vsque, & per totum annum 1620. in scutis quingentis sexaginta duobus monetæ; fructus verò seu pensiones dictæ alterius Domus in scutis ducentum triginta nouem ab eadem die motæ litis vsque, & per totum mensem Augusti dicti anni 1620. & sic in totum in scutis 801. & pro his esse mandatum relaxandum. Cùm enim non possit dubi-
a tari de perceptione fructuum in genere, † ex quò Clarix possedit toto dicto tempore, *Rota decis.25. de prœbend. in nou. Bellam. decis.703. Seraphin. decis.1245.*
3 *num 6. Greg. XV. decis.50. num. secundo;* † Et materia liquidationis fructuum sit difficilis probationis; propterea liquidatio remittitur arbitrio Iudicis, *Bald. in l.1.n.22.C. de fruct. & lit. expens. Natt. cons.510. num.*
4 *septimo. Surd. decis.282. num.26.* † Et admittuntur leuiores probationes, etiam per coniecturas, quæ facilè inducant animum Iudicis ad perfectè credendum tot fructus fuisse perceptos, *Natt.* vbi proximè, *Cornel. cons.301. in fine, lib.3. Achill. decis.22. de rest spol. Scrap. dicta decis.1245. num. septimo, Rota coram Reuerendissimo Domino meo Decano de decis.439. n. secundo, & in recent. decis.551.num.1.part.2. & in causa Bononien. fideicommissi de Turri, octaua Nouembris 1630. coram Domino meo Merlino:* Quibus attentis, visum fuit Dominis, infrascriptas coniecturas, quæ pro supradicta fructuum liquidatione afferuntur, esse sufficientes.

In primis enim quòd Domina Clarix à die 14. Ianuarij 1612. qua fuit lis contestata, vsque, & per totum dictum annum 1620. ex pensionibus dd. quatuor domuneularum exegerit summam prædictam scutorum 562. constat ex duobus Instrumentis locationum, de annis 1611. & 1615. in quibus legitur quòd Dominicus Puliascus eius Pater, & legitimus Administrator locauit dictas domunculas, ad rationem scu-
5 torum 62. baie. 50. pro quolibet anno; † ex quibus locationibus infertur ad præcedentes, & sequentes annus, vt totidem in eis fuerint pensiones perceptæ, & exactæ, *ad l. si fundum per fideicommissum, ff. de leg.1. Natt. cons.536. num.4. Surd. cons.293. num.31. & Achill. decis.22. de rest. spol.* vbi in fine respondet ad *Bald.* qui videtur sentire contrarium, in *dicta l. prima num.22. C de fruct. & lit. expens.* quæ pensiones à dicta die 14. Ianuarij contestationis litis anni 1612. vsque per totum dictum annum 1620. facto compoto ad dictam rationem scutorum 62. baic. 50. pro singulo anno; faciunt dictam summam scutorum 562.

6 Neque obstat; si pro parte Claricis dicatur † quòd licèt ex locationibus vnius vel duorum annorum resultet probatio, quoad præcedentes, & subsequentes annos, non tamen concludens, & quæ sufficiat ad condemnandum, nisi concurrentibus adminiculis: †
7 Cùm locationes, & æstimationes priuatorum non probent valorem communem, sed solùm valorem conuentum, nec Notarius sit rogatus de pretio communi, sed solùm de pretio conuento, in quo potest intrare ratio particularis affectionis, minoris, vel pluris, iuxta doctrinam *Bald. in l.2. num.58. C. de rescind. vend. Imol. in capitulo cum causa, num.28. vers. an autem possit, de empt. & vendit.* Et in his terminis *Rota dec.69. num.4. & 675. num.5. part.2. recent. & apud Greg. XV. decis. tot. & ibi Adden.* Et tantò magis in præsenti, cùm dicta duo Instrumenta non sint vniformia; cùm primum cantet de locatione ad singulos menses, Secundum verò pro singulis annis; Quia tollitur, ex quò in præsenti concurrunt tria adminicula sufficientia; † Primum est quòd in dicto secundo Instru- 8
mento cauetur, vt locatio duraret quò vsque fieret disdicta, quæ toto dicto tempore non probatur facta, & ideò præsumitur locationem durasse vsque per totum dictum annum 1620. *l.4. ff. locati:* Secundum est quòd conductor, de quo in dicto Instrumento, fuit Antonius de Turre, qui subloeauit cuidam alij vnam ex dictis domuneulis, & dictus subconductor citatus ad soluendum pensiones, ad Instantiam dicti Antonij conductoris de dicto anno 1620. suscepit terminum ad soluendum; signum denotans, quòd adhuc tunc durabat dicta locatio, & quòd pensiones exigebantur: Tertium, & vltimum, quia apparet de vna quietantia facta per Dominicum dicto Antonio de pensionibus dd. domuneularum ei solutis ad complementum vsque per totum d. annum 1610.

Minùs obstat si pro parte Franciscæ, & Elisabethæ actricum dicatur ex supradictis, non solùm esse liquidandas pensiones dictarum quatuor domuncularum vsque ad annum 1620. sed etiam vsque ad annum 1628. cùm non controuertatur quin Clarix vsque ad illum annum dictas domuneulas possederit, Quia procederet si dictæ locationes de per se solæ sufficerent pro concludenti, & plena probatione quoad annos præcedentes, & sequentes; Quia tamen, iuxta Rotæ opinionem, vt dictum est, non concludunt, nisi concurrentibus adminiculis; & adminicula supradicta (excepto illo de disdicta, quæ non probatur vnquam facta) non vrgent, imò cessant post dictum annum 1620. vt ad sensum patet: Propterea Domini pro nunc noluerunt fructus liquidare, nisi pro dicto
tempore; † Adminiculum autem de disdicta solùm 9
facit præsumptionem quod post dictum annũ 1620. durauerit locatio, dum disdicta, vt dictum est, non probatur facta, quæ præsumptio non fuit Dominis visa sufficiens, vt ex ea, maximè ad effectum condemnationis, possit elici, & inferri illa alia præsumptio: quòd post dictum tempus, nempè post annum 1620.
pensiones fuerint exactæ; † cùm regulariter ex vna 10
præsumptione non oriatur alia præsumptio, *gloss. in l. prima, C. de dot. promiss. Ruin. cons.66. num 19. lib.3. & cons.151. num quinto, lib quarto, Menoch. de præsumpt. lib. quarto, quæst.43. num. sexto, Mantic. decis.101. num. tertio;* Et dicta præsumptio ex disdicta debilitetur ex quietantia solutionis ad complementum, facta de dicto anno 1620. quæ sæpius, & magis fieri solet quando Conductor a conductione discedit, fuit tamen reseruatum, vt pro dictis sequentibus annis possit coadiuuari probatio.

Quò verò ad Domum in via Burgundorum, vt dictum est, facta fuit liquidatio, pro nunc, in scutis 239. quia ex duobus Instrumentis locationum probatur quòd fuit locata à dicto Dominico, quorum primum cantat de pensione scutorum 27. & baic. 50. pro quolibet anno, & durauit à dicta die litis motæ vsque per totum mensem Augusti, anni 1618. vt benè probatur
ex secundo Instrumento, † & ex duobus testibus exa- 11
minatis de anno 1621. ad perpetuam rei memoriam, de quibus *Summario num. nono, & vndecimo* Ex quibus pariter videtur probari exactio, illisque Domini plenam dederunt fidem, licèt non fuerint formiter

recepti; cùm fuerint examinati ad instantiam Claricis, in Iudicio manutentionis, per eam intentato, eorúmq; depositionibus Clarix vsa fuerit, & ex illis obtinuerit mandatum de manutenendo, iuxta text. in *l. si quis C. de testam. Specul. eod. tit. §. sapè sub num. quarto, & Farinac. de testib. q. 62. limit.* 10. Secundum autem Instrumentum cantat per duos annos, nempè à die prima Septembris dicti anni 1618. vsque per totum dictum mensem Augusti anni 1620. ad rationem 25.
12 scutorum pro quolibet anno, † & licèt pro his duobus annis non probetur exactio, tamen, dum non prætenditur pro aliis annis sequentibus, sed solùm pro illis duobus annis, quibus probatur, & durauit locatio facta per publicum Instrumentum, non est opus alia probatione exactionis, sed sufficit præsumptio exactionis, ex dicto Instrumento locationis deducta, ex *Bald in dicta l. prima num. 22. C. de fruct. & lit. expens. Sard. Seraph. supra alleg.* & aliis latè deductis *in dicta Bononien. fideicommissi de Tarri*: Quæ locationes vsque per totum mensem Augusti 1620. faciunt dictam summam scutorum 239. Reseruarunt tamen pariter Domini, vt etiam quoad dictam domum, pro sequentibus annis, possit de nouo coadiuuari probatio.

Neque obstat, si dicatur, pro dictis sequentibus annis fuisse iam satis coadiuuatam probationem, ex aliis Testibus in hac eadem causa examinatis, & duabus quietantiis *Summario Francisca, & Elisabethe, numero duodecimo*, Quia Domini certis de causis nullam voluerent de dictis Testibus, & quietantiis habere rationem.

Non obstat tandem, si pro parte Claricis dicatur quòd ex dictis summis sic liquidatis debeant detrahi expensæ factæ in domibus, quia cum nullæ expensæ, nec in genere factæ probentur, cessat, &c.

Et ita vtraque, &c.

Parmen. Bonorum.

Merc. 18. Iunij, 1631.

ARGVMENTVM.

Equites Hierosolymitani professi, sunt verè Religiosi, & acquirunt Religioni tàm quoad proprietatem, quàm quoad possessionem; ita vt non possint de bonis, post professionem acquisitis, disponere: Et non obstante quouis pacto, per dd. Equites professos, super eisdem bonis posteà facto, Religio est in illorum possessione manutenenda.

SVMMARIVM.

1 *Equites Hierosolymitani professi, sunt verè Religiosi; cum emittant tria vota substantialia Religionis, & num. 7.*

2 *Acquirunt Religioni, tam quoad Dominium, quàm etiam quoad possessionem, & num. 4.*

Amplia procedere, etiam quoad bona patrimonialia, num. 3.

5 *Manutentio debetur possidenti.*

6 *Equites sancti Iacobi de Spatha, & alij huiusmodi, qui de licentia Magni Magistri matrimonium contrahere possunt, non sunt verè Religiosi, iuxta Rota opinionem.*

8 *Equites Hierosolymitani professi non possunt disponere de bonis, etiam patrimonialibus; cum illa post emissam professionem fuerint iam acquisita Religioni.*

9 *Amplia vt Religio sit manutenenda in possessione dd. bonorum, non obstante quouis pacto per Equites professos, super eisdem bonis postea facto.*

DECISIO CCCVIII.

DOMINI dixerunt Religioni S. Ioannis Hierosolymitanæ esse dandum mandatum de manutenendo; nempe pro indiuiso, in medietate Prædiorum Noceti, & Mocetoli, S. Pancratij, Elij, & Roncoli, & pro diuiso in medietate Domus, Parmæ sitæ; Nam quoad prædia benè Testes deponunt, illa fuisse in bonis Alexandri Tagliaferri, per eúmque possessa de tempore suæ mortis, & deinde fuisse communiter possessa per Paulum, Camillum, Ioannem Baptistam, & Martium, dicti Alexandri filios, & hæredes: Vnde cùm Ioannes Baptista obierit, & ei successerint Martius, & Paulus Camillus eius fratres; Martius autem
sit professus in dicta Religione, ab anno 1607 † & sic 1
verè Religiosus, † quicquid proptereà à dicto anno 2
Eques Martius acquisiuit, fuit Religioni acquisitum; tam quoad Dominum, *Abb. Innoc. Ioan. Andr.* & communiter *Canon in cap. in præsentia de probat.* Et in his terminis *Rota decis. 333. num. 2. part. 2. recent. & apud*
Greg. XV. decis. 87. num. 1. † vbi ampliat ad bona pa- 3
trimonialia; † quàm etiam, quoad possessionem, ex 4
reg. text. *in l. 1. §. item acquirimus ff. de acquir. possess. Innoc. in cap. cum olim, num. 4. vers. sed dices, de priuileg. Abb. in d. cap. in præsentia, num. 74. de probat.* Et est indubitatum: Quò verò ad domum, constat præfatos fratres eam communiter emisse, & posteà fuisse inter
eos diuisam; † Vndè debet Religio in possessione di- 5
ctorum prædiorum, & domus manuteneri, ex vulg. text. *in §. retinendæ Instit. de interdict.*

Quod autem Eques Martius, vti talis professus sit
verè Religiosus, † quamuis Rota, de Religiosis san- 6
cti Iacobi de Spatha, & aliis huiusmodi, qui de licentia Magni Magistri matrimonium contrahere possunt, sequatur opinionem *Soti, Molina Theolog. Francisci Sarmiento, Ioan. Guttier.* & aliorum quos allegat *Garz. de benef. part. 1. cap. 4. num. 15.* qui ten[illegible] esse verè Religiosos vt apud *Seraph.* [illegible] *583. & in Romana Alimentorum 21 Iunij 1627. coram me.* † Ta- 7
men de Religiosis sancti Ioannis Hierosolymitani penè nunquam fuit dubitatum, quin sint verè Religiosi, ex quo emittunt tria vota substantialia Religionis, iuxta text. *in cap. 2. & in cap. cum ad Monasterium, § sales de stat. Monach.* Et in puncto contra *Abbat. in Rubr. de regular. num. 4. & Mandos. in reg. 3. Cancell. quæst. 12. num. 3.* senserunt omnes, quos referunt *Gratian. discept. for. cap. 457. num. 24 cum seqq. Crass. de effect. Cleric. in præfat. num. 56. & effect. 1. num. 109. vsque ad num. 117. & effect. 2. num. 132. & Garz. de benef. p. 1. cap. 4. num. 4.* Et sæpius firmauit *Rota vt apud Put. decis. 382. lib. 1. in nou. Impress. Rota decis. 87. num. 1. & d. decis. 333. num. 2. part. 2. recent. Add. ad Gregor. XV. decis. 87. num. 13.*

Neque obstat quædam asserta transactio, facta interdictum Equitem Martium post emissam per eum professionem, & Paulum Camillum eius fratrem; Quia cùm Eques Martius esset iam professus, & sic non haberet amplius proprium velle, aut nolle, om-
niáque eius bona fuerint iam acquisita Religioni, † 8
nec transigere, nec aliter disponere potuit, etiam de bonis patrimonialibus; maximè in præiudicium Religionis, *d. cap. cum ad Monasterium, in fin. Bald. in*

auth.

auth.ingressi,in 2.notab.de Sacros. Eccles. Abb. in cap.2. n.3.in fine,de stat.Monach. Sanchez ad precept. Decal. lib.7.c.8.n.16.cum seqq. Molfes.cons.24.n.5.& 6.Ricc.in prax.de alienat.rer. Eccles. decis.46.per tot. Rota dicta
9 *decis.87.n.1.apud Greg.XV.& d.decis.333.p.2.recent.*† Quod est adeò verum, vt non obstante dicta transactione, aut alio pacto, aut facto dicti Equitis sit nihilominùs Religio manutenenda ex regula, quam firmant *Bart.in l.1.§.si vir uxori n.3. ff.de acquir. possess. Seraph.decis.1417.n.4.Greg.XV.decis.146.num.1.* & ibi *Addent.Rota in Theatina Iurisdictionis 10.May 1621. coram Reuerendissimo Domino Decano, & in Feretrana Parochialis 11. February 1628. coram Eminentissimo Cardinali Virili.*

Et ita, &c.

Perusina Saluiani.

Merc. 18. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Præsens tacendo quando consentire dicatur, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non intrat, deficientibus hypotheca, & possessione debitoris.*
2 *Presens obligationi, & dolo taceas, obligatur, etiam quòd sit mulier.*
3 *Declara hoc verum esse quando præsentia, & taciturnitas fuissent ordinata ad decipiendum, & hoc probaretur, alias secus, & n.5.*
4 *Dolum allegantis, incumbit onus probandi.*
6 *Præsentia, & taciturnitas non habentur pro consensu sufficienti, ad inducendam obligationem.*
7 *Consensisse obligationi videtur is qui potuit illam impedire, & non contradixit.*
8 *Fallit in muliere, quæ licèt præsens sit, & taceat non ideò obligatur, nisi aliunde in ea dolus probetur.*
9 *Presens tacendo obligatur, stante causa præcedenti: Declara, vt n.10.*
11 *Reuerentia in præsente, & tacente facit potius præsumere dissensum, quàm consensum.*

DECISIO CCCIX.

DOMINÆ steterunt in decisis 21. *Ianu 1630.* videlicet non intrare Saluianum ad fauorem Caroli, agentis contra Nicolaum, tertium possessorem pro scutis mille residui dotis Violantis eius
1 vxoris; † Tum quia Carolus caret hypotheca, quæ est mater Saluiani; Tùm etiam quia non probauit Sfortiam patrem Violantis, debitorem dotis, de tempore contractæ per eum obligationis, ex qua Saluiano actum fuit, possedisse prædium, de quo agitur; Imò constat de contrario, ex quo multò ante dictam obligationem idem Sfortia donauerat omnia sua bona præsentia, & futura, & sic dictum prædium Angelæ vxori suæ, matrique Violantis, cum clausula Constituti & iuramento, à qua Angela donataria, Nicolaus Reus, & possessor causam habet, vt latiùs *in dicta Decisione.*

Neque obstant in contrarium adducta; Quia omnia fuerunt plenè discussa, & sublata in *dicta Decisione* præter duo, quæ hodie fuerunt nouiter excitata per informantes: videlicet primum quòd si Angela donataria, quæ fuit præsens, obligationi seu donationi, ex qua agitur non remansisset obligata, quoad totam dotem per Sfortiam promissam, Carolus Maritus Violantis remansisset deceptus à dicta Angela, dum illa tacuit præcedentem donationem ei factam: Deceptio autem videtur clara, eo ipso quòd Carolus scuta mille residui dotis non poterat à Sfortia habere, stante quòd omnia sua bona præsentia, & futura donauerat dictæ Angelæ, præsenti, tacenti, & hoc scienti, reseruatis sibi scut. 200. duntaxat ad testandum; † 2
quo casu, præsens obligationi alterius, & tacens, remanet obligatus, etiam quòd sit mulier, iuxtà text. *in l.si fine, §.quod si, C.ad Velleian. & text. in l.2. C. si res alien pign. dat.* qui vt aduertit *Barbos. in l. quæ dotis, n.165.in vers.ego tamen, ff.solut.matr.* loquitur etiam in muliere, vt constat ex illius inscriptione, quæ directa fuit ad Latinam, & sic ad fœminas, & ita tenent *gloss. & DD.in l.si fundum per fideicommissum de leg.1. Menoch.præsumpt.99.n.39.lib.6.* Et est communis, & recepta omnium resolutio.

Sed fuit benè responsum, † Quòd hoc esset ve- 3
rum, si præsentia, & taciturnitas Angelæ fuissent ordinatæ ad decipiendum, & hoc probaretur, *Bart. in d.l.quæ dotis n.23.ff.sol.matr. Bald.in d.l.si fine num.10. vers.4 quæro,* & ibi etiam *Salicet. Rom. cons.451. circa propositam in fine Menoch.* vbi supra *n.41.* † vbi quod 4
alleganti dolum, & animum decipiendi incumbit onus probandi, *Barbos.etiam vbi supra n.168.* † Quia 5
tamen præsentia, & taciturnitas Angelæ non probatur ordinata ad dolum; quinimò, vt ex serie Instrumenti apparet, fuit solùm ad effectum limitatum, qui non impugnatur, videlicet vt ipsa consentiret ad fauorem D.Caroli, consignationi aliquorum stabilium, ex sibi donatis, valoris scutorum duorum millium; propterea non intrat dispositio dd.Iurium, sed iuris reg.de qua in *cap.nonne* vbi *Abb.& alij Canon extr.de præsumpt.* & alia Iuris regula. † Quòd præsentia, & 6
taciturnitas non habentur pro consensu sufficienti, ad inducendum obligationem, *l.filius §.inuitus, ff.de procuran.l.sicut, §.non videtur, ff.quib.mod.pign. vel hypoth. solu.Negus.de pign.3.membr.6.part.princ.n.23.in 1.fallent.* cum aliis adductis in *dicta Decisione.* Et ferè in his terminis *Bald.in l.1.num.12.cum seqq.C.de bon.matern. Ias.in l.cum proponas filios, n.10.post Castrens.Alex. & alios ibidem C.de pact.* vbi etiam quòd *glos. in d. l. si fundum* communiter reprobatur, & in puncto *Bart. vbi supra, Franc.Curt in repet.d.l.cum proponas, num.12.* quæ habetur inter *repetit.super prima parte C.fol.182.* & latiùs, ac directè *Barbos.vbi supra, dicto num.1.168. cum sequent.*

Neque obstat, quòd stante dicta donatione vniuersali, obligatio rerum, & bonorum Sfortiæ non poterat verificari in rebus donatis; & sic in bonis Angelæ; † quæ propterea cùm posset obligationem impe- 7
dire, & non contradixit, visa fuit consentire, *Bald. in dicta l.1.C.de bon.matern. Abb in dicto cap. nonne, col. penult.ad med.* & ibi *Felin.num.13.* aliique plures, quos refert, & sequitur *Menoch.dicta præsumpt.99.num.18. cum seq.lib.6.* Quia quicquid de hoc sit, & quomodo sit intelligendum, quòd examinat *Menoch.* vbi proximè; † in omnem casum, speciale est in muliere præ- 8
sente, & tacente, vt non ideò remaneat obligata, nisi clarè, & expressè in ea aliundè probetur dolus, & animus decipiendi, vt sunt iura in *d.l.si fine, & in d.l.2.* in quibus res propria mulieris fuit obligata, ea præsente, & tacente, & tamen non tenet obligatio, nisi in ea ex aliis animus fraudandi probetur, quas leges ad hoc benè ponderat, & dilucidat, post alios *Barbos.vbi supra, num.167.vers.sed non placet hæc concordia, cum seq.& videtur sentire Menoch. dicta præsumpt.99. num.41.*

Secun

Secundum obiectum fuit, quòd Angela ex pacto adiecto in donatione ei facta, erat obligata ad dotandam
9 dictam Violantem eius filiam, † & consequenter quòd ex vi praecedentis conuentionis, eius praesentia, & taciturnitas, in actu dotationis posteà sequutae, debeant inducere obligationem contra eam, & eius bona: maximè cùm vetierut ratio affectionis ex coniunctione, *arg. text. in l. 1. §. scientia, ff. de tribut. Bart. in d. l. quae dotis, num. 24. Bald. in d. l. si fine, n. 10. vers. item propterea, Menoch. vbi suprà, num. 32. vers. 4. est casus.*

10 Quia obiectum, vltra quod versamur in claris, † quòd praesentia Angelae fuit ad effectum limitatum, quo casu ex supradictis non intrat dicta fallentia; cessat penitùs, quia circumscripto dolo, solùm inde dubitari posset, an Angela praesens, & tacens teneatur actione personali ex dicto instrumento dotali, stante taxationi dotis per Sfortiam eius maritum factae, non autem, vt proptereà ad diminutionem iuris, quòd in rebus sibi donatis habebat, visa fuerit super eis de nouo imponere voluisse ius reale ad fauorem alterius; scilicet ius hypothecae, & quòd intret Saluianum, prout declarat *Bald. ibidem eodem num. 10. vers. secundo casu:* Ratio autem affectionis, seu coniunctionis, quae erat inter Angelam, & eius virum astuni facientem, retorquetur, cùm sit talis, quae habet in se
11 reuerentiam; † quo casu potiùs facit praesumere dissensum, *l. penult. ff. de furt. & l. 1. §. qua oneranda,* & ibi *gloss. ff. quar. rer. act. non dat. Bart. in d. l. quae dotis n. 23. Bald. in d. l. 1. n. 12. vers. & ego plus dico C. de bon. matern. Felin. in cap. causam Matrimonij num. 2. & seqq. de offic. deleg. Barbos. vbi supra n. 169. vers. 5. Conclusio.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

Brittinorien. Cessionis.

Lun. 23. Iunij, 1631.

ARGVMENTVM,

Accipe ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non conceditur sine laesione, etiamsi versemur in personis, & locis priuilegiatis,*
2 *In Cessionarium transeunt omnia iura, & actiones, quae cedenti competebant.*
3 *Creditum ex quibus probetur, remissiue.*
4 *Solutio facta in causam debiti cedit in extinctionem interesse promissi, non autem sortis principalis.*
5 *Delegatio debitoris non censetur facta, nisi interuenerint requisita, de quibus in* l. 3. C. de nouat.

DECISIO CCCX.

EXcellentissimvs. Dominus Princeps Aldobrandinus, vti Cessionarius Gulielmi Tilmanis, & aliorum Mercatorum, obtinuit ab A. C. sententiam fauorabilem, contra Communitatem Bertinori, qua dicta Communitas fuit condemnata in libris sex millibus, ad effectum tamen illas soluendi haeredibus Philippi Capponi, Creditoris dicti D. Principis, quae sententia, cùm transierit in iudicatum, fuit mihi commissum: vt praefixo termino ad docendum de causis restitutionis in integrum, eo lapso, & nihil quòd tenerer deducto, procederem ad executionem rei iudicatae: Vndè dubitaui hodie: An constet de causis restitutionis in integrum: Et D. Principe tantùm informante, fuit negatiuè resolutum, † Quia cùm sententia sit valida, & iusta cessat laesio, sine qua restitutio in integrum non conceditur, etiam personis, & locis priuilegiatis, *l. verum, §. sciendum,* vbi *glos. in verb. probentur, & l. quod si minor, §. non semper, ff. de minor. Surd. cons. 79. num. 9. Bellam. decis. 38. post med. Rot. decis. 1. de restit. in integrum, in nou. & decis. 87. n. 3. part. 1. recent. & decis. 731. n. 1. part. 2.* 1

Validitas visa fuit clara ex reuolutione processus, vbi leguntur, omnia requisita: Iustitia verò probatur, quandoquidem de credito mercatorum, contra dictam Communitatem, Domino Principi cesso, constat ex apoca priuata, testibus, & aliis de iure requisitis munita, in qua legitur, quòd dicta Communitas emit à dictis Mercatoribus quandam frumenti quantitatem, cuius pretium longè excedit dictum creditum cessum; atque ideò iure optimo D. Princeps, vti Cessionarius creditorum, agere potuit contrà Communitatem debitricem, † cùm in eum, vigore cessionis, transierint omnia iura, & actiones, quae mercatoribus cedentibus competebant, *l. emptor.* vbi *Bald. in 1. notab. C. de hered. vel act. vendit. l. si ager in fine,* vbi *Dyn. & Bart. ff de rei vindic. Surd. decis. 308. n. 1. Rot. decis. 9. n. 1. & decis. 135. num. 9. apud Zacch. de oblig. Camer.* 2

Et eo maximè quia vltra praedictam apocam, & cessionem cōcurrunt plura, ex quibus probatur, quòd Communitas recognouit D. Principem in Creditorem: & primò, Instrumentum factum à Bernardino Ferragallo, qui cùm fuisset vnus, ex Praefectis Annonae Ciuitatis Bertinori, vulgo *Abundanzery* nuncupati, & vti talis administrasset frumentum, à dictis mercatoribus emptum, & occasione dictae administrationis, in solidatione computorum remansisset debitor Communitatis, suscepit in se, seu vt dicitur accollauit vti talis debitor, onus soluendi scuta mille, vnà cum cambiis D. Philippo Capponio Creditori, vt dictum est D. Principis: Secundò aliud Instrumentum, in quo praesentibus Consulibus dictae Communitatis, illisque instantibus, idem Bernardinus reiterauit obligationem de soluendo dicta scuta mille eidem Cappono, & dedit fideiussores cum narratiua quòd Princeps erat Creditor Communitatis in libris octomillibus: † Tertiò, & tandem ex sententia Deputatorum dictae Communitatis ad reuidendum computa dicti Bernardini, vbi pariter praedictum Creditum D. Principis agnoscitur vti debitum Communitatis, ex quibus benè etiam dictum creditum probatur, ex doctrina *Castrens. in l. scriptum n. §. plerumque. sub n. 7. vers sed non video,* & ibi etiam *Alex. sub num. 12. ff. de pact.* 3

Et maximè cùm ex supradictis, & tota serie processus, & causae dubitari non possit quin frumentum, vndè debitum praedictum prouenit, fuerit per Praefectos Annonae emptum in causam publicae Annonae dictae Communitatis, & fuerit in eiusdem vtilitatem conuersum, iuxta latè tradita per *Losceum de iure Vniuersit. part. 3. cap. 3.*

Non obstat praetensa solutio scutorum 1450. quae Bernardinus soluit Capponio, in causam dicti debiti, † Quia cedit in causam interesse cambiorum decursorum, tam iuxtà obligationem; quàm alias de iure *l. 1. C. de solut. & l. in his, §. apud Marcellum, ff. eodem Surd. cons. 290. n. 61. Rot. in Ianuen. fideicommissi, 21. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Pirouano.* 4

Nec releuat si dicatur quòd Communitas non est debitrix interesse cambiorum, Quia sufficit quòd Bernardinus, qui ea soluit, esset cambiorum debitor, etiam ex propria persona, vt sunt verba clara dicti Instrumenti.

Demùm

Demùm non obstat, quòd D. Princeps acceptanerit d. Bernardinum pro debitore suo, in locum Communicatis; ita vt fuerit facta debitoris delegatio, & consequenter Communitas fuerit penitùs liberata; Quia, vltra quòd versamur in clatis, dum Princeps fuit expressè protestatus se nolle Communitatem liberare, nisi pro summa, quam Bernardinus solueret
5 Capponio, in extinctionem sui debiti; † non fuit delegatio cum non interuenerint requisita delegationis, de quibus *in l. 3. C. de nouat. Gabr. consil. 55. num. 13. lib. 1. Surd. cons. num. 4. & Rota in Mediolanen. pensionis 12. Iunij 1630. coram me.*

Et ita vna tantùm, &c.

S. Marci Abbatiæ.

Ven. 27. Iunij, & 4. Iulij 1631.

ARGVMENTVM.

Declaratoria quando sit concedenda. Confessio Procuratoris quando Domino non præiudicet.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria conceditur, si seruatis quatuor terminis de stylo seruari solitis, paritum non fuerit.*
2 *Declara procedere, quando per illum, qui parere debet est aliquid explicandum, vel faciendum, qui nisi doceat illud fecisse, eo ipso censetur probata non paritio, si dicti quatuor termini sunt seruati; secus tamen est si non tenetur quicquam explicare, aut aliquem actum positiuum facere, sed solum nudam patientiam præstare, quia tunc illa pro sufficienti paritione habetur.*
3 *Declaratoria non conceditur, nisi ille, qui petit eam sibi concedi probet, quòd Aduersarius noluit præstare patientiam, aut non destitit à possessione.*
4 *Narratiua Procuratoris, emissa in commissione, & ad alium effectum, Domino non præiudicat.*
5 *Confessio necessaria Procuratoris, Dominum obligat.*
6 *Confessio voluntaria dicitur, quæ fit nemine cogente, etiam quòd fit in Iudicio.*
7 *Probatio valoris fructuum non arguit illorum perceptionem.*

DECISIO CCCXI.

DVBITAVI, Informante tantum D. Abbate Vrsio, an sit danda declaratoria incursus interdictis ab incursus interdictis ab ingressu Ecclesiæ, contra Reuerendissimum D. Consaluum Episcopum sancti Marci, & ad quam summã sint liquidandi fructus ab eodem Episcopo percepti: & quoad primam partem dubij fuit affirmatiue resolutum, quia cùm dicto Abbati fuerit concessum mandatum de manutenendo in possessione Abbatiæ sancti Donati, illudque fuerit D. Episcopo personaliter intimatum; † & insuper seruati fuerint quatuor termini, de stylo seruari soli, & Dominus Episcopus non paruerit, Declaratoria non potest denegari, *Rot. decis. 591. n. 5. in fin. p. 2. recent. Seraph. decis. 1113. n. 3.*

2 Neque obstat si dicatur, quòd Decisiones supradictæ, iuxta receptam Rotæ distinctionem, procedunt duntaxat, quando per illum, cui intimatur mandatum de manutenendo, est aliquid explicandum, vel faciendum, qui nisi doceat illud fecisse eo ipso censetur probata non patitio, si dicti quatuor termini fuerint seruati, in quo casu nos non versamur, cùm vigore dicti mandati de manutenendo, Episcopus non teneatur quicquam explicare, aut aliquem actum positiuum facere, sed solùm nudam patientiam præstare, quæ ipso pro sufficienti paritione habetur, *Rota in Terdonen. Beneficij prima Iulij 1615. coram bon. mem. Cardinali Cauaterio in impressis apud eundem decis. 366. num. 3. & clarius in Carpentoraten. Prioratus 20. Decemb. 1624. & 15. Martij 1625. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.* † vbi quòd non conceditur Declaratoria, nisi ille, qui petit eam sibi concedi, probet quòd Aduersarius noluit præstare patientiam, aut non destitit à possessione, quia tecenta dicta distinctione, Dominis visum fuit satis probari, Episcopum noluisse præstare patientiam, aut non destitisse à possessione, dum Abbas volens ingredi Ecclesiam Abbatiæ, & in ea facere actus possessorios, fuit per Vicarium Episcopi impeditus, & posteà idem Episcopus, mediantibus litteris missiuis Abbatis, declarauit se nolle à dicta possessione discedere, Vnde ex facto tollitur difficultas. 3

Quò verò ad secundam dubij partem Domini contra Abbatem informantem, dixerunt: Fructus non esse liquidos; quia licèt in commissione, pro parte Domini Episcopi impetrata, narretur quòd fructus dictæ Abbatiæ excedunt 24. ducatos, atque ideò, saltim in dicta quantitate fructus esse certos, tamen quia fuit narratiua Procuratoris, & ad alium effectum, Domino non præiudicat, *Castr. in l. non solum n. 2. ff. de procurat. Greg. XV. decis. 104. n. 3.* † Nec dicatur, quòd fuit confessio Procuratoris necessaria, quæ Dominum obligat, vt notant Doctores *in l. certo, § sed an ipsos, & ibi gloss. ff. de confess.* quia imò fuit confessio voluntaria, dum fuit facta nemine cogente, etiam quòd fuerit in Iudicio, *Cappell. Tolos. & ibi Aufrer. decis. 392. n. 1. &* cessat penitùs difficultas, quia ex antecedentis, quòd valor fructuum Beneficij est 24. ducatorum, non sequitur consequentia, quòd fuerint totidem percepti ad *l. non hoc, C. vnde legit.* 4 5

Et ita vna tantùm, &c.

Leodien. Attentatorum.

Ven. 27. Iunij, 1631.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis, siue ista, siue iniusta est timenda.*
2 *Attentata sunt gesta post Inhibitionem Rotalem, & debent reuocari.*
3 *Inhibitiones, vt dicatur renunciatum per consensum in Iudicem inhibentem, oportet vt de tali consensu cōstet de tempore post præsentationem Inhibitionis.*

DECISIO CCCXII.

PENDENTE lite in Rota inter Ioannem de Glen, & Elisabettam Betnimolin illius vxorem super prætensa inualiditate donationis, quàm dictus Ioannes fecerat dictæ Elisabettæ; defuncta est Elisabetta, fetipro hærede Michaële Brisinael, contra quem idem Ioannes, de mense Maij 1629. causam commisit in Rota cum narratiua, quòd quæstio validitatis

diatis dicti Testamenti pendebat à decisione quæ-
stionis validitatis donationis; Verùm quia idem Ioan-
nes; post dictam commissionem, adiuit Officialem
Leodiensem, & ab eo post præsentatam Inhibitionem
obtinuit decretum de exequendo mandatum de ma-
nutenendo eum clausula *Inhibitione non obstante.*
Ideò dubitaui, An constaret de attentatis, quæ essent
reuocanda, & Domini, Michaële tantùm informante,
1 affirmatiuè responderunt, † Quia post præsentatio-
nem Inhibitionis Rotalis non poterat dictus Offi-
cialis ad vlteriora procedere, sed illa siue iusta, siue
2 iniusta erat timenda; † & sic omnia gesta coram eo
post Inhibitionem præsentatam, vti attentata sunt
reuocanda, *Lancell. de atten. post Inhib. ampl. 6. Caput. decis. 93. part. 2. Greg. XV. decis. 435. n. 1.*

Non obstat quòd dictus Michaël consenserit in
3 Iurisdictionem dicti Officialis, † Quia de tali con-
sensu ad effectum, vt inhibitioni censeretur renun-
ciatum; oporteret constare de tempore post præsen-
tationem Inhibitionis, *Lancell. de attent. post Inhibit. p. 2. cap. 20. ampl. 11. n. 32.* de quo tamen consensu non
docetur.

Et ita, &c.

Meten. Professionis.

Ven. 27. Iunij, 1631.

ARGVMENTVM.

Attentatis renunciasse, an is dicatur, qui de illis non opposuit coram Iudice appellationis, & quando supersedi debeat super articulo attentatorum, donec sit discussum negotium principale. Et in quibus casibus vxor sit à viro separanda, & sequestranda.

SVMMARIVM.

1 *Attentata commissa dicuntur si Iudex post appellationem interpositam decreuit exequi posse suam sententiam.*

2 *Attentata sunt reuocanda.*

3 *Attentatis renunciasse quis videtur, si discusso negotio principali, omisit de illis opponere coram Iudice appellationis.*

Fallit si ille, qui passus est negocium principale discuti, obtinuit super eo sententiam fauorabilem, cùm solum procedat quando succumbuit, n. 5. Et ratio differentiæ ponitur, n. 6. & seqq.

4 *Attentata commissa intra terminum Iuris datum ad appellandum possunt semper per viam nullitatis, officio Iudicis reuocari, nedum lite prosequuta super negocio principali sed etiam deserta.*

7 *Renunciatio non præsumitur, vbi subest alia causa quàm renunciationis.*

8 *Succumbens in lite habet contra se præsumptionem malæ fidei, malique iuris.*

9 *Et condemnatur regulariter in expensis.*

10 *Malitia, & calliditas propria nemini prodesse debent.*

11 *Attentatorum articulus, si pendeat à negotio principali est supersedendum super illis, & expectandus finis negotij principalis. Declara, vt n. 13.*

12 *Vxor separari non debet a viro; interim quod discutitur super validitate Matrimonij.*

Declara procedere quando Matrimonium contractum est ante litem motam, secus si post n. 15.

14 *Vxor separari debet à viro, si lite pendente super validitate professionis, per eam emissa, & post appellationem interpositam, Matrimonium contraxit.*

Item separari, & sequestrari debet, si sit in statu periculoso, & nutritiuo peccati, n. 17. & 18.

16 *Sequestrum apponitur astantibus attentatis.*

DECISIO CCCXIII.

CVM Officialis Meten. vti delegatus
Apostolicus declarauerit professionem
per D. Pepinam emissam in Monaste-
rio sanctæ Mariæ Magdalenæ dictæ
Ciuitatis fuisse nullam, eámque habi-
tum dimittere, & ad sæculum redire, & in paternis, &
maternis bonis succedere; nec non matrimonium
contrahere posse, & dicta D. Pepina illicò habitum
dimiserit, & matrimonium contraxerit, & consum-
mauerit: Dubitaui hodie, An constet de attentatis,
quæ veniant reuocanda: & D. Pepina sit sequestran-
da; Et quoad vtramque partem fuit affirmatiuè re-
solutum.

Et in primis, quoad attentata, dum Iudex post ap- 1
pellationem legitimè interpositam per DD. de Bon-
nofriis, quinimò, & intra tempus datum ad appellan-
dum, suam sententiam, quæ erat appellabilis, exequi
posse decreuit, Pepináque velum, & habitum profes-
sarum dimisit, & matrimonium contraxit, attentata
videntur clara, *cap. non solùm de appell. in 6. Lancell. de
attent. p. 2. c. 12. n. 83.* † quæ ideò sunt reuocanda, *c. ex 2
parte il 2. de appell. Put. decis. 51. lib. 3. in correct. Verall.
decis. 56. part. 1. Rot. decis. 602. part. 1. recent.* & alibi
sæpiùs.

Neque obstat, quòd DD. de Bonnofriis, vigore di-
ctæ appellationis obtinuerint causam committi Offi-
ciali Virdunen. & ab eo, omisso articulo attentato-
rum, sententiam fauorabilem, super negocio princi-
pali reportauerint: † & proinde eo ipso, quòd non 3
dederunt de attentatis coram dicto Iudice appella-
tionis, visos fuisse illis tacitè renunciasse, ex doctrina
*Angeli in l. eius, §. si cuius, ff. de appellat. recip. quam se-
quuta fuit Rota apud Crescent. decis. 7. de sentent. & re
iudic.* † quia vltrà quòd attentata commissa intra ter- 4
minum Iuris datum ad appellandum, nedum lite pro-
sequuta super negocio principali, sed etiam deserta,
possunt semper per viam nullitatis, ex Iudicis officio
reuocari, *glos. & Doct. in d. cap. non solùm, Cas. de Graff.
decis. 2. de appell.* † dicta Angeli doctrina non proce- 5
dit, si ille, qui passus est negocium principale discuti,
obtinuit super eo sententiam fauorabilem, sed solùm
quando succubuit, *Bero. cons. 51. num. 7. lib. 3. Lancel. de
attent. 2. part. c. 4. de attent. lit. pend. ampl. 9. num. 3.* vbi
quòd ita fuit decisum in vna *Tirasonen. Iurisdictionis
siue attentatorum 11. Februarij 1566. coram bon. mem.
Robusterio.* † Et optimam differentiæ rationem hodie 6
vnus Dominorum attulit, nimirum, quòd ille, qui ob-
tinuit, de suo bono Iure confidens, vtilius sibi esse
existimauit non suspendere negocium principale per
iudicium attentatorum, vt quantò citiùs desuper sen-
tentiam reporter, credens per eam non solùm litem
finire, sed vlteriùs actione rei iudicatæ, non interpo-
sita forsan per aduersarium appellatione, illicò etiam
attentata reuocari: Vnde cum posteà interposita fue-
rit appellatio, & sic euenerit aliter quàm credidit, de
attentatis ante sententiam commissis, nihilominùs in
gradu appellationis meritò dare poterit, ex regula † 7
quòd renunciatio non præsumitur, vbi prout hic, alia
subest causa, quam renunciationis *Anton. de Butr.* &
alij *in cap. accedentibus de priuileg. Aym. cons. 190. in
princ. vers. 5 licet, Rota apud Greg. XV. decis. 15. num. 4.*
quæ ratio cessat in eo, qui succubuit, † Quia cùm
habeat

habeat contra se malæ fidei, malique Iuris præsump-
tionem, iuxtà *gloss. in auth. generaliter, C. de Episc. &
9 Cleric.* † ob quam causam, etiam regulariter in expen-
sis condemnatur, *gloss. in c. p. finem in litibus, verb. expen-
sas post med. de dol. & contum.* & ita Rota seruat, prop-
tereà potiùs intrare debet præsumptio, quòd sciens,
& patiens causam agi super negotio principali mali-
tiosè etiam, & mala fide omiserit dare de attentatis,
& consequenter in alia instantia super eis non debet
10 audiri, † ne illi sua malitia, & caliditas suffragentur,
arg. tex. *in l. si sine, §. quod si, C. ad Velleian. & l. 2. C. si res
alien. pign. dat. fuer.*
11 Minùs obstat si dicatur, † quòd articulus attenta-
torum in hoc casu pendet à negotio principali, nem-
pe à validitate, vel inualiditate professionis, atque
ideò esse super attentatis supersedendum, & expectan-
dus finis ngotij principalis. *Lancell. de attent. p. 3. c. 24.
q. 19. per tot. Capic. decis. 72. Rot. diuers. decis. 574 p. 3. lib. 3.
12 Seraph. decis. 209. in princ.* † Et interim, quòd discuti-
tur negotium principale, non esse Pepinam à viro se-
13 parandam, iuxtà tex. *in c. laudabilem, vt lit. pend.* † Quia
esset verum si attentata, non discusso negotio prin-
cipali, essent turbida, itaut, quòd illa esseot commis-
sa, aut non, aliter dignosci non posset, vt quando
agitur possessorio retinendæ, & possessio prætendi-
tur attentata, & ille contra quem de attentatis da-
tur, dicit se continuasse, non autem attentasse; in
hoc enim, & similibus casibus attentata sunt turbi-
da, quia dependent à negotio principali, quòd ideò
est priùs discutiendum, & in his terminis loquuntur
Capic. Lancell. Seraph. & Doct. vbi suprà; in præsenti
autem attentata sunt clara, & non dependent à ne-
14 gocio principali, † quia notorium est, quòd Pepina
ante litem motam non erat nupta, imò quòd velo,
& habitu professarum induebatur, & quòd lite pen-
dente super impedimento dirimente, & post appella-
tionem interpositam, velum, & habitum dimisit. Et
matrimonium contraxit, quod ei nullo modo licuisse,
sed esse à viro separandum probat tex. *in cap. tenor in
fin. extr. de re Iudic. Panorm. in dicto cap. laudabilem,
n. 4. & in c. litteras, n. 2.* per illum tex. *de restit. spol. Imol.
cons. 195. in causa, quæ vertitur*, Et in specie, nempe
quando post interpositam appellationem contrahitur
matrimonium est tex. *in c. tua fraternitas*, & ibi *Abb.
n. 3. Alex. de Nevo, n. 5. de despons. duor. Sanch. de matr.
15 lib. 7. de impedim. disput. 2. n. 45.* † Et non obstat tex. in
d. c. laudabilem, quia procedit, quando ante litem mo-
tam erat iam matrimonium contractum, vt ibi *Abb.*
& alij notant.
Ex quibus Domini ad secundam partem dubij re-
16 sponderunt Pepinam esse sequestrandam; † Tum,
quia quando adsunt attentata regulariter intrat se-
questrum, *Cassad. decis. 3. in fin. de rest. spol. Caput aq. de-
17 cis. 70. p. 1.* † Tum etiam, quia visum fuit Pepinam
esse constitutam in statu valdè periculoso, & nutri-
tiuo peccati, & ideò tutius esse, vt separata à viro se-
questretur, *Dec. cons. 162. n. 7. Crescent. decis. 3. de se-
questr. poss. & fruct.* Et in casu simili dixit *Rota in Ra-
uennaten. Matrimonij, 10 Decembris, 1621. coram bon.
mem. Buratto*, & in puncto *in causa Zamoren. Profes-
sionis, 16. Iunij 1622. coram b. m. Vbaldo.*
Vnde non obstat, quòd DD. de Bonnofriis non ha-
beant interesse, quia vltrà quòd satis habent interes-
se, dum contendunt de successione super bonis pa-
ternis, & maternis, & insuper sunt Pepinæ consan-
18 guinei; † In omnem casum, stante supradicto statu
Pepinæ periculoso, & nutritiuo peccati, ex officio fie-
ri debet sequestrum ex Iuribus, & Doctoribus suprà
allegatis.
Et ita vtraque, &c.

Maioricen. Fructuum.

Ven. 4. Iulij, 1631.

ARGVMENTVM.

Portiones Canonicales vnitæ mensæ Episcopali. An Sede vacante spectent ad Canonicos interessentes. An verò pertineant ad Ecclesiam, seu potiùs ad Cameram Apostolicam.

SVMMARIVM.

1 *In Hispania Episcopatibus fructus mensæ Episcopalis, pro tempore vacationis, spectant ad Cameram Apostolicam.*
2 *Ampliæ procedere etiam in portionibus Canonicalibus, dictæ mensæ vnitis, iuncto, n. 1. Contrarium n. 3. & per totam.*
3 *Fructus mensæ Capitularis diuidi soliti per Grossas singulis annis inter Canonicos, & Episcopum, si non sint diuisi in vita eorum, ad quem spectare debeant.*
4 *Statum requirens præsentiam in Episcopo, vt ei debeantur portiones Canonicales, indicat illas post eius mortem non deberi successoribus, sed Ecclesiæ, aut Canonicis accrescere.*
5 *Camera Apostolica, mortuo Episcopo, dicitur suffecta loco, & vice successoris.*
6 *In Maioricensi Ecclesia fructus mensæ Capitularis distribuuntur per Grossas.*
7 *Distributiones quotidianæ, deficientibus aliquibus Canonicis spectant ad alios Canonicos interessentes, seu ad Ecclesiam, iuxtà distinctionem Doctorum ibi citat.*
8 *Vnio quando censeatur realis, vel mixta.*
9 *Articulans non fatetur.*
10 *Confessio Procuratoris, non habentis speciale mandatum ad confitendum, non præiudicat principali.*
11 *Canonicus Procurator Capituli non potest confiteri in eius præiudicium, absque illius speciali mandato, iuncto, n. 10.*
12 *Confessio erronea non præiudicat, & potest reuocari.*

DECISIO CCCXIV.

EPISCOPVS Maioricen. in vim antiqui Statuti, seu Decreti Capitularis, conditi de anno 1259. habuit, & percepit ex fructibus mensæ Capitularis integros fructus, seu portiones duorum Canonicatuum: verba Statuti hæc sunt. *Item fuit ordinatum, quòd Domino Episcopo, quandiu præsens ibi fuerit, duæ præbendæ Canonicorum præbeantur*, &c. ex quarum vna, paucis ab hinc annis, fuit erectus vnus nouus Canonicatus, alia verò, vti priùs remansit penes Episcopum, quam occurrente Episcopatus vacatione, per obitum b. m. Simonis Bauza, Subcollector Apostolicus in ea Ciuitate existens, declarauit pro tempore vacationis, cadere, & venire sub Spolio. Fundamentum d. sententiæ fuit, quòd d. duæ præbendæ, seu portiones Canonicales fuerunt vigore d. Statuti mensæ Episcopali vnitæ, & effectæ de corpore illius eiusdémq; naturæ, & qualitatis, atque ideò, † prout regulariter fru- 1
ctus mensæ Episcopalis in Hispaniæ Episcopatibus pro vacationis tẽpore ad Camerã Apostolicã spectant, vt per *Ol. in conc. & diff. Iur. com. & Reg. n. 19. & 20. lit. A.*

H Gar-

Garz. de Benefic. p. 2. c. 2 n. 91. † pariter etiam, & dictæ duæ portiones ad eandem pertinere debent, ea regula tex. *in l. illud, ff. ad l. Aquil. cum vulg.*

Sed causa, in gradu appellationis, instante Capitulo, ad Rotam deuoluta, & mihi commissa, Dubitaui hodie: An dicta sententia sit confirmanda, vel infirmanda, & Domini vnanimiter eam infirmandum
3 esse censuerunt. Ratio resolutionis fuit, † quia cùm fructus mensæ Capitularis dictæ Ecclesiæ, etiam qui dantur Episcopo, vigore dicti Statuti, colligantur, & administrentur nomine Capituli, & distribuantur, ac diuidantur vniformiter per Grossas singulis annis, in quibusdam certis diebus, illi, qui non sunt distributi, & diuisi in vita, non debentur successoribus Canonicorum, vel Episcopi defunctorum, sed remanent penes Ecclesiam, aut accrescunt, siue non decrescunt aliis Canonicis præsentibus de tempore diuisionis & distributionis, iuxtà *cons. Calder. t. 21. de præbend.* communiter approbatum *Felin. in cap. Iacobus, 1. 2. vers. & hic adde de Simon & Rota in causa Salamantina Residentia, 12. Decembris, 1578. coram sanct. mem. Clem. VIII.* Et cum Iure communi conformat obseruantia dictæ Ecclesiæ, vt deponunt testes in partibus, & in Curia
4 examinati: † Et demum idem deprehenditur ex dicto Statuto capitulari, quod dum exigit in Episcopo præsentiam, vt ei debeantur portiones Canonicales, virtualiter, & implicitè supponit post illius mortem non deberi successoribus, sed Ecclesiæ, aut Canonicis accrescere, vt in simili *Monet. de distribut. quotid. p. 4.*
5 *quæst. 6. n. 52. vers. denique*; † vndè cum Camera Apostolica sit suffecta vice, & loco successoris. *Rodoan. de spol. Eccles. q. 5. n. 6. vers. præmisso secundo, & q. 17. n. 2.* consequenter fructus, de quibus agitur, non Cameræ Apostolicæ debentur.
6 Quòd † autem fructus mensæ Capitulati distribuantur per Grossas vt suprà, constat etiam ex depositionibus supradictorum testium; & dixit *Rota in causa Maioricen. Canonicatus, 2. Maij, 1594. coram bon. mem. Card. Millino,* relata apud *Garz. de Benefic. p. 6. c. 3.*
7 *n. 117.* † Et quando aliqui ex dictis fructibus consistant in distributionibus quotidianis; multò magis post mortem Episcopi, & Canonicorum intraret dictum Ius accrescendi, aut non decrescendi in fauorem aliorum Canonicorum præsentium, & interessentium, tempore quo lucrantur, aut quòd remanere debeant penes Ecclesiam, iuxtà receptam distinctionem, de qua *Garz. de Benef. p. 3. c. 2. n. 446. Monet. vbi sup. n. 6. vers. prima conclusi, Cassad. decis. vnic. de Cleric. non resid. Mantic. decis. 216. n. 1. & in impress. D. mei Decani decis. 500. num. 1.*

Non obstat supradictum fundamentum vnionis,
8 cui innititur sententia Subcollectoris, † quia quicquid sit. An fuerit vnio, An verò simplex applicatio, vel assignatio, in omnem casum, non fuit vnio, aut assignatio portionum Canonicalium absoluta, & merè realis facta Episcopo, seu mensæ Episcopali, sed mixta, & cum qualitate personæ, prout aliæ portiones, quas singuli Canonici percipiunt, vt ex verbis Statuti ibi *quandiu præsens, &c.* & ex quo Statutum non vtitur verbis *vniantur, sed præbeantur:* Nec tandem dirigit verba in mensam Episcopalem, sed in Episcopum; cum qualitate præsentiæ, quæ multum differunt, iuxtà ea, quæ notant *Gonzal. ad reg. 8 gloss. 43. n. 4. Garz. de Benefic. p. 12. c. 2. n. 4. vers. aduerte,* & benè ad rem facit, quod trad. *Caccialup. in tract. de Vnio. art. 8. n. 4. vers. sexto quarto, tract. tom. 15 p. 1. fol. 233.*

Vnde non obstat, quòd Capitulum articulauerit vnionem, quia vltrà quòd, articulus deberet intelligi, iuxtà Statutum, & sic non de vnione merè reali, sed
9 mixta, & cum qualitate præsentiæ, cessat penitus; † tum quia articulans non fatetur, *Alex. cons. 80. n. 11. lib. 1. Seraph. decis. 1054. n. 2.* & passim alibi Rota: † 10
Tum etiam, quia esset confessio Procuratoris, non habentis, ad hoc confitendum speciale mandatum, quæ propterea Capitulo non posset nocere: per ea, quæ notantur in *l. 1. 6 fin ff. si cert. petat. Castr. in l. non solum n. 2 ff. de procurat. Rota decis. 613. n. 9. p. 1. diuers. & decis. 407. n. 3. & decis. 370. n. 9. vbi Adden. n. 1 2. apud Greg. XV.* † Et procedit etiam, quòd procurator 11
fuisset vnus ex Canonicis, *Felin. in cap. cum omnes, n. 28. de Constitut.* & fuit dictum *in Leodien. Canonicatus, 6. Martij, 1600. coram Penia,* † Et tandem cùm 12
ex supradictis constet, quòd esset confessio erronea, non deberet attendi, & posset reuocari, *l. non fatetur, & ibi Bart. ff. de confess. Paris. cons. 72. n. 59. lib. 1. Surd. decis. 130. n. 1. Rota decis. 1166. p. 3. diuers. & decis. 127. n. 10. p. 1. recent.*

Et ita, &c.

Romana Saluiani.

Ven. 4 Iuly, 1631.

Non indiget Argumento, nec Summario.

DECISIO CCCXV.

IN Decisione in hac causa facta, 16. Maij præteriti, fuit resolutum ad fauorem D. Dimitillæ constare de attentatis commissis, & factis per Dominam Iuliam Balleonam, quia tamen fuit ei concessa noua audientia, & pro ea habenda assignata præsens Rota; proposui causam super eisdem, & Domini, Dimitilla tantùm informante, Iulia vltrà dictam assignationem sæpius etiam citata, informare nihilominus recusante; persisterunt in decisis ex eisdem rationibus decisionis, quæ Dominis visa fuerunt concludentes & tales, quæ non possunt tergiuersari, itaut non sit opus vlteriori discussione.

Et ita, &c.

Legionen. Puritatis Sanguinis.

Lunæ 10. Decembris, 1631.

ARGVMENTVM.

Accipe ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Purus sanguine quisque præsumitur de Iure, dum non probatur contrarium.*
2 *Puritas sanguinis ex quibus probetur remissiue.*

DECISIO CCCXVI.

DOMINI hodie vnanimi consensu, & absque aliqua hæsitatione resoluerunt esse confirmandam sententiam Rotalem, latam per D. meum Queipom, confirmatoriam alterius sententiæ Hispaniarum Nuntij, in qua fuit declaratum, Statutum Cathedralis Ecclesiæ Legio. super puritate sanguinis admittendorum ad Canonicatus, & præbendas d. Ecclesiæ, non obstare D. Frācisco Vacca Bonal de Mayorga, prouiso

1 prouiso Apostolico; † non solùm, quia habet pro se Iuris præsumptionem, vt quisque putus præsumatur, donec non probatur contrarium, *l. ab ea parte, ff. de prob. n.* & sæpiùs Rota tenuit in similibus Statutis Ecclesiarum Hispaniæ, vt in *Toletana portionis*, quæ est *decisio 274. n. 1. & decis. 307. coram Cardin. Mantica, & in Pacen. puritatis, 7. Aprilis 1609. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, quæ in Recen. est decisio 182. p. t. & in Corduben. dimidia portionis, 11. February, 1628. coram me*, & alibi passim, vt latiùs *in Decisione in hac eadem causa facta, 26. Maij, 1631. coram dicto Domino meo Queipo*, super qua decisione emanauit sententia Rotalis, de qua agitur.

Sed etiam, quia ex probationibus desuper factis
2 benè probatur, prout de Iure requiritur, † Franciscum ex parte, & origine generis, & familiæ de Mayorga, ad quam solùm Rota difficultatem restrinxit, esse sanguine purum, nullâque labe Iudæorum, aut Maurorum infectum, non solùm ex publica voce, & fama cum requisitis ad eam probandum de Iure necessariis; sed etiam quia illi de dicto genere de Mayorga fuerunt semper, & hodie sunt in quasi possessione puritatis, Ex quo nedum fuerunt admissi cum effectu ad habitum Religionum Militarium, tam Sancti Ioannis Hierosolymitani, quàm Diui Iacobi, vt fuit latè deductum *in dicta Decisione coram Domino meo Queipo*, sed etiam ad honores, & officia Sancti Officij Inquisitionis in Hispaniarum Regnis; cum constet ex litteris patentibus, quòd Ludouicus Osorius de Turiengo est familiaris Sancti Officij, & quòd Antonius Osorius de Lugones, Sebastianus de Lisneros, & Didacus de Yerba Scolasticus Lucen. fuerunt Commissarij eiusdem S. Officij Inquisitionis, qui fuerunt de dicta familia de Mayorga, vt probatur ex depositionibus testium: ad quas militias, officiáque, & honores Sanctæ Inquisitionis in Hispaniarum Regnis non solent admitti: nisi sanguine puri; quæ quasi possessio plurimum confert ad probandam puritatem, ex adductis per *Decian. cons. 66. n. 50. lib. 3.* eámque semper Rota, ad dictum effectum, magni habuit. *Mantic. vbi suprà, Seraph. decis. 355. n. 6. Greg. XV. decis. 489. n. 10.* Et fuit dictum in *Legionen. Canonicatus, 14. Iunij, 1625. coram bon. mem. Manzanedo*, & in aliis allegatis in *d. decisione in hac causa facta coram D. meo Queipo*, Et conducunt, quæ nuper dixit Rota in *Melonitana Habitus, 7. February currentis anni, coram me*; quæ multò faciliùs in occurrenti casu procedunt, quàm in casibus decisionum, de quibus suprà, cùm nihil penitus in contrarium contra Francisci puritatem, quòd possit dubium aliquod causare, appareat in actis deductum.

Et ita decisum, &c.

Illerden. Canonicatus.

Ven. 14. Nouembris, 1631.

ARGVMENTVM.

Gratia ad hoc, vt dicatur subreptitia, quæ requirantur: Et quando illa à subreptione excusetur.

SVMMARIVM.

1 *Gratia, vt subreptitia dicatur requiritur, quòd vel narratiua sit dolosa, vel faciliùs potuerit mouere Papam ad concedendum.*

2 *Narratiua, quòd quis in Thurno existebat, sufficit de facto verificari, ad excusandum dolum.*

3 *Declaratio facta lite pendente non afficit.*

DECISIO CCCXVII.

POST quatuor Decisiones conformes, nempe duas priores coram bonæ memoriæ Vbaldo, & alias duas posteriores coram me, in quibus fuit resolutum: Gratiam Gasparis esse iustificatam: Et sic esse ei dandam immissionem: Cùm tandem in relationibus memorialium, tertia Augusti præteriti, pro parte Gasparis pro causæ expeditione instaretur, præualuit magna importunitas Simonis, illáque Dominos induxit, vt nimia vterentur benignitate, ei nouam audientiam concedendo; fuit tamen ex tunc mihi ordinatum, vt causam in prima Rota dubiorum, post Kalendas Octobris proponerem, quod fuit Simoni per me dictum, & instante Gaspare intimatum; sed nihilominus nec in prima; nec in secunda fuit paratus informare, sed semper diffugia, & obstacula posuit: Vnde hodie Gaspare solùm informante, Simone autem sæpiùs citato informare recusante, Domini quinta vice in decisis persisterunt; & sic in iustificatione Gratiæ, & consequenter Gaspari dandam esse immissionem ex eisdémmet fundamentis, & rationibus, de quibus in præcedentibus decisionibus; licèt enim in vltima coram me fuisset tota difficultas in eo solùm facta; An Gaspar assertiuè narrauerit, quòd Canonicus Paulus in Thurno existebat; An verò, quòd in Thurno existere prætendebat, quæ fuit plenè sublata in duabus vltimis Decisionibus, hodie addebant Domini, quòd in omnem casum, non propterea Gratia esset
subreptitia, † ex quo ad hunc effectum requiritur, 1
quòd vel narratiua sit dolosa; vel faciliùs potuisset mouere Papam ad concedendum, *Ægidius Bellam.*
decisione quarta: † dicta autem narratiua etiam, quòd 2
cantaret in Thurno existente, in primis non fuit dolosa; tum quia sufficit; quòd esset in Thurno de facto, prout erat; ad excusandum dolum, *Mandos. de Signat. Gratia, titul. de noua prouisione, vers. noua item prouisio*, & latiùs *Rota in Cremonen Canonicatus, decima quarta Ianuary, 1630. coram me*, cum aliis *in dicta vltima Decisione allegatis, in vers. deinde dato*; tum etiam, quia Simon prætendit, Canonicum Paulum non fuisse in Thurno; ex quo Capitulum declarauit, mandatum Canonici Allentor, ad quem primo loco
Thurnus spectabat, fuisse sufficiens, † quæ declara- 3
tio non afficit, tanquam facta lite pendente, vt per eam dici possit, quòd Canonicus Paulus non erat in Thurno, toto *titul. ff. & C. vt lite pendente*, cum aliis, per *Lancellot. de attentat. lite pendente, part. 2. cap. 4. num. 346.* & fuit dictum *in Rota in dictis quatuor Decisionibus in versiculo nec releuat coram me*; deinde nec dicta prætensa narratiua, in Thurno existente, mouit Papam ad faciliùs concedendum, cùm gratia Papæ fuerit gratia concursus cum Ordinario, atque ideò fundetur principaliter in vacatione; & sic certum, quòd Papa, in omnem casum, voluit concurrere cum Ordinario Collatore, ex latiùs deductis *in dicta vltima decisione*, quæ non est, cur repetantur.

Et ita decisum, &c.

Romana Scutorum 4000.

Ven. 14. Nouembris, 1631.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius obligare potest fructus maturandos durante eius vita, non autem postea, in praeiudicium vocatorum, & num. 2.*

3 *Fideicommissarius quando censeatur Papa praeiudicare voluisse nec ne.*

4 *Dilatio cumuli vsque ad summam destinatam, non habetur pro praeiudicio considerabili, si ipse cumulus non perimitur.*

DECISIO CCCXVIII.

POSTQVAM fuit vltimo loco resolutum *in hac causa sub die 30. Maij currentis anni coram me*, standum esse duabus vltimis decisionibus ad fauorem Iugulorum, emanatis *coram R. D. meo Decano*, nempe 22. *Martij*, 1625. & 17. *Decembris*,1627. In quibus firmatum fuit, Vrsinos non posse se opponere, quo minus Iugulis soluatur residuum scutorum 4000. ex fructibus multiplici scutorum 15000. Vrsinis nihilominus resolutionibus praefatis non acquiescentibus Dubitaui hodie: An sit recedendũ ab vltimo loco decisis, & Domini vnanimi consensu, & penitus sine difficultate, quarta vice in resolutis perstiterunt, ex eisdem motiuis, & fundamentis, de quibus in decisione tunc extensa, quae non est, cur repetantur.

Nec obstare dixerunt, quae pro parte Vrsinorum deducebantur, scilicet in instrumento venditionis Castri Nomenti celebrati inter Virginium, & Fabium de Vrsinis venditores ex vna, & Dominum Principem Perettum, emptorẽ ex altera expressẽ inter ipsos conuentum fuisse, vt dicti venditores non possent disponere de fructibus multiplici, nisi illo completo vsque ad summam scut. 54. mil. & quòd multiplicationes intermitti non deberent, donec tota dicta summa esset cumulata; † & praetereà pactum, quod Iugulis essent soluenda scut. 4. mil. residui pretij Tenutae ex fructibus multiplici casu, quo Vrsini ea non soluerent, esse intelligendum post perfectum multiplicum & de illius fructibus maturandis durante vita praedictorum Vrsinorum; quos solùm illi poterant obligare *l. nihil, 9. 1 ff. de legat. Menoch. cons. 777. num. 8. Tiraquell. de retract. lignag. gloss. 7. num. 47.* cum alijs in dicta *vltima decisione* allegatis; † non autem de maturandis post eorum obitum; cùm hoc facere non possent in praeiudicium vocatorum, *leg. peto, §. praedium, ff. de legat. 2. l. fin. §. sin autem, C. com. de leg. Seraph decis. 925. n. 1.* Quia pactum, quòd multiplicum non posset intermitti vsque ad dictam quantitatem scut. 54. mil. est intelligendum quoad fideicommissarios, non autem quoad Iugulos, quibus Papa in Bulla expressè, & sine distinctione temporum, reseruauit, vt in praedicto casu deficientiae Vrsinorum in solutione, soluerentur dicta scuta 4. mil ex fructibus multiplici, cum expressa derogatione fideicommissi; Vnde cessat etiam, quòd pactum praedictum, iuxta *Bullam Clementis VIII. in vers. volentes autem*, debeat intelligi de fructibus maturandis, ante obitum Vrsinorum venditorum, non autem post eorum obitum, quia Bulla ibi solum disponit, quod vocati post dictos Vrsinos venditores, non possint cumulum ex quauis causa, vel praetextu impedire; nec pecunias ad hoc destinatas in alios vsus; donec compleatur cumulus, conuertere; non autem disponit, quòd Iugulis, donec compleatur multiplicum, non possint in eo se reualere, imò totum contrarium, vt sunt ibi verba clara.

Neque obstat, quòd ex dicto pacto, seu conuentione, fuerit illatum praeiudicium fideicommissarijs; † 3 tum quia Papa voluit illud inferre cum clausula *sublata, & Decreto irritanti* & ad hoc principaliter Bulla emanauit, contra quam non potest de aliqua subreptione, cum Papae fuerint narrata, & exposita fideicommissa, & conuentiones partium desuper factae, vt pleniùs *in dicta vltima decisione*; tum etiam, quia non est verum, quòd fideicommissarijs fuerit praeiudicium illatum; nam cùm pro concurrenti quantitati scut. 4. mil. multiplicum, fuerit conflatum ex pretio Tenutae Turris Lupariae, quae nullo erat fideicommisso supposita; per consequens pro rata scut. 4. mil. non euertitur fideicommissum, nec fideicommissarijs praeiudicium infertur, cum dicta scuta quatuor millia non essent ex pretio rerum fideicommissi, sed ex pretio Tenutae, quae non erat fideicommisso supposita; & cessat difficultas, † quia in omnem casum cumulus non perimitur, sed solum differtur, quae dilatio nõ habetur pro praeiudicio considerabili. 4

Neque est verum, quòd tenuta fuerit vendita pretio scut. 16. mil. respectu Principis Peretti; & ideò d. scuta 4 mil. residui pretij Tenutae, quod erat scut. 20. mil. non fuisse inclusa in multiplico scut. 15. mil. quia cum Iuguli Domini Tenutae, illam vendidissent Vrsinis, dicto pretio scut. 20. mil. ad effectum, quòd Principi venderetur, Tenuta fuit comprehensa respectu Principis sub vnico pretio Castri Numenti, & licèt fuerit conuentum, quod Princeps solueret scuta 16. mil. & Vrsini scut. 4. mil. modo, & forma conuentis, non inde sequitur, quòd respectu Principis, Tenuta fuerit vendita per Vrsinos pretio scut. 16. mil. sed solùm sequitur, quòd illa scut. 16. mil. erant ex pretio Castri Numenti, in quo cõprehendebatur Tenuta, respectu Vrsinorum, itaut dicta scut. 16. mil. sit pars pretij Tenutae, non autem integrum pretium, vt fuit optimè deductum, & animaduersum *in decisione in hac causa facta, 3. Octobris, 1609. coram R. D. meo Decano*, quae in impressa *est decisio* 487.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Romana Dotis.

Lun. 1. Decembris, 1631.

ARGVMENTVM.

Confessio de recepto certae quantitatis, facta in vna scriptura, quando includat aliam minorem quantitatem, de qua fuit facta confessio in diuersa scriptura; itaut stante dicta inclusione, duae summae diuersae pro vna, & eadem summa reputentur.

SVMMARIVM.

1 *Quantitate duae, distinctae censentur, vbi sunt duae scripturae diuersae quantitatis, factae diuersis temporibus, licèt causa sit eadem. Declara tamen, vt num. 4. & num. 26.*

2 *Amplia*

2 *Amplia hanc conclusionem habere locum etiam in duabus Apocis confessionis solutionis diuersarum summarum.*

3 *Limita prædicta non procedere, quando secunda Apoca fuit facta ad cautelam probationis, & ad confirmandam priorem confessionem.*

4 *Et præsertim dicta limitatio procedit, quando dictæ duæ Apocæ non sunt eiusdem speciei, sed diuersæ, vt puta si prima sit priuata, & secunda publica; sed omnia supradicta indecisa relinquuntur, cum in hisce materiis ad coniecturas sit recurrendum, iuxta occurrentiam casuum, num. 5. & ideo plures coniecturæ numerantur n. 7. seq. & per tot.*

5 *Debitores non tenentur ante diem soluere.*

6 *Debitorem soluisse ante terminum conuentum non est verisimile, & multò minus, quod soluerit in maiori quantitate, extende prout ibidem.*

7 *Creditor præsumitur in quietantia meminisse summæ controuersæ, si eam verè recepisset, prout meminit alterius summæ, quam recepit.*

8 A conto, *dictio quid importet.*

9 Conto saldo, *dictio quid operetur, & n. 16.*

10 *In Computorum solidatione, solent partes omnia repetere, & examinare, itaut quæ expressè non excipiuntur tacitè, & virtualiter veniat in soldatione esse comprehensa.*

11 Vsque *dictio, quid importet.*

12 *Computi diffinimentum factum fuisse denotatur per hæc verba,* hò riceuuto scudi tanti, che fanno il complimento, &c.

13 *Fructus dotis iam solutæ, & sic indebiti, non est verisimile, quòd fuerint soluti.*

14 *Partita minor comprehensa præsumitur in confessione de recepto maioris quantitatis, ex solutione fructuum proportionata creditæ petito.*

15 *Legalis persona, & bonæ famæ non præsumitur recepisse, nisi fructus sibi debitos.*

Soluere nemo præsumitur, nisi quod debet.

16 *Confessio cum causa est supra omnes probationes.*

17 *Confessio hæredis in sui præiudicium, excusari potest ob ignorantiam gestorum cum defuncto.*

18 *Fallit, si hæres confiteatur omnes scripturas ad manus suas peruenisse, & secundum eas se regulasse, quia tunc non potest dare amplius de errore, nisi etiam illius causam in petito deducat.*

19 *Error non præsumitur contra propriam confessionem cum causa factam, sed debet de errore clarè constare, alias standum est propriæ confessioni, & n. 22.*

20 *Præsertim si confessio emanauit super positionibus, & sic in Iudicio.*

21 *Confessio erronea dicitur, si facta fuerit cum relatione ad calculum erroneum*

23 *Scripturæ non probant in fauorem scribentis.*

24 *Fallit si illæ fuerint ab Aduersario in iudicio productæ, quia tunc benè probant, & contra ipsum faciunt confessionem irreuocabilem.*

25 *Solutio facta ab vno Correo, prodest etiam aliis.*

DECISIO CCCXIX.

FRANCISCVS Grisendus conuenit cum Paulo, Fabio, & Ioan. Baptista fratribus, se ducturum in vxorem D. Lucretiam de Surdis eorum sororem, cui vice versa prædicti fratres cum obligatione in solidum promiserunt dotem scut. 2000. eámque soluere, nempè illicò scuta 500. & alia scuta 1500. in tribus annis immediatè sequentibus; videlicet scut. 500. anno quolibet, & interim pro rata non soluta soluere fructus ad rationē septem pro centenario, quæ fuerūt acta, & conuenta mediante publico instrumento die 28. Nouembris 1610.

Prima partita scutor. 500. illicò soluenda, fuit Francisco soluta per Paulum, vnum ex fratribus, die 29. Decembris prædicti anni 1610. & sic elapso vno mense, & die post confectum instrumentum dotale, quam Franciscus eadem die per Apocam priuatam ad computum dictæ dotis confessus fuit recepisse, & deindè 18. Octobris anni 1611. idem Franciscus per Apocam publicam confessus fuit se recepisse à prædictis tribus fratribus ad computum eiusdem dotis scuta 660. solutisque posteà eidem quibusdam aliis partitis ex eadem causa, fuit inter ipsum, & dictum Fabium cum aliis fratribus prædefunctis lis suscitata super residuo dotis non solutæ; quandoquidem Fabius contendebat soluisse in dictam dotis causam scuta 1900. ac proptereà remansisse dumtaxat debitorem in scutis 100. è contra autem Franciscus solùm fuisse soluta scuta 1400. & ideò ei deberi adhuc scuta 600. Vndè cum causa desuper penderet, priùs coram Senatore Vrbis; & deinde coram Capitaneo, siue Iudice Appellationum, & fuerit petitum votum Rotæ, Dubitaui hodiè, An, & ad quam summam constet de dotis solutione.

Et solùm fuit facta difficultas, An dicta prima partita scutorum 500. soluta Francisco per Paulū die 19. Decembris 1610. de qua in dicta apoca priuata, sit comprehensa in secunda partita scutorum 660. eidem soluta per dictos tres fratres die 17. Octobr. 1611. de qua in d. apoca publica: Fabius enim dicebat esse omninò duas partitas distinctas, facientes insimul summam scutorum 1160. totque ipsum soluisse ad dictum computum, & hoc per dictas duas apocas probari,
habereque ipsum de iure intentionem fundatam in
regula † quòd vbi sunt duæ scripturæ diuersæ quan- 1
titatis factæ diuersis temporibus, licet causa sit eadem, censentur duæ distinctæ quantitatis; quia alioquin vna esset superflua, & nihil operaretur, ex quò per aliam iam remanet probata solutio, *l. quinquagintaff. de probationibus, l. is, qui ducenta in princ. ff. de rebus dubiis, Bart. Bald. Angel. & Castr. in l. scire debemus ff. de verb. oblig. Crau. cons. 282. num. 10. & 20. vol. 1.* cum aliis per *Men. de arb. cas. 213. n. 11. & per Surd. cons. 80.*
per tot. Rot. decis. 425. n. 2. part. 2. recent. † Quam regu- 2
lam habere etiam locum in duabus apocis confessionis solutionis diuersarum summarum, dixerunt *gloss. & Bald. in l. ne casu C. de desens. lib. 10. Florian. & Fulg. in d. l. quinquaginta n. 3. & Alex. cons. 4. n. 4. vers. vlt. imuatur lib. 1. Lud. Roman sing. 553. & Surd. d. cons. 80. per tot.*

Franciscus autem prætendebat ex dd. duabus apocis solùm probari sibi ad computum dotis fuisse soluta scuta 660. contenta in dicta apoca publica; atque ita primam partitam scutorum 500. apocæ priuatæ comprehendi, & contineri in d. secunda partita scutorum 660. apocæ publicæ; † nec propterea secundam 3
apocam esse inutilem, & otiosam, sed fuisse factam ad cautelam probationis, & ad confirmandam priorem confessionē, vt in simili *Flor.* vbi supra *Add. ad Afflic. dec. 198. & Men. cas. 213. n. 41.* Et in his terminis contra *gloss. in d. l. ne casu* firmarunt *Bart. in l. triticum n. 4. ff. de verb. oblig.* quē sequuntur ibi *Alex. n. 8. & Ias. n. 8. & 10. ff. de verb. oblig.* & ibi *Alciat. num. 20. Neuiz. cons. 96. n. 7. Mend. cas. 213. n. 36.* & latius in *cons. 1207. n. 11. Crauett cons. 108. n. 2.* & dixit *Rota in Romana de*
Astalis 1. Febr. 1613. coram D. meo Decano, † quæ 4
sententia eò magis videtur in casu nostro amplectēda, quia istæ duæ confessiones non sunt factæ in scripturis eiusdem speciei, nempè in duabus apocis publicis, aut in duabus apocis priuatis, quo casu intelligenda venit dicta prima opinio, & *Rot. in d. decis. 425.* ex quò tunc inferatur, quòd vna confessio esset otiosa, sed sunt diuersæ speciei, cùm prima apoca sit priuata,

ſecunda autent publica, quo caſu, ſecunda addit efficaciam probatiouis, quæ ideò non probant duas ſummas, ſed vnam tantùm ex *Florian. Vrſill. & Menoch.* vbi ſupra, & *additio ad Lud. Roman. in d. ſingulari* 553.

Sed quidquid ſit de prædictis in abſtracto, & in ſimplicibus iuris terminis, iuxta quos cum verſemur circa rem coniecturalem, non poteſt conſtitui certa regula, nec aliquid quòd certum, & conſtans ſit, definiri, ſed iuxta occurrentiam caſuum, & circumſtantiarum modò iuxta vnam, modò verò iuxta aliam ſententiam, debet Iudicis arbitrium regulari, vt tradunt *DD. in l. planè, §. 1. ff. de leg. 1. & in d. l. triticum, ff. de verb. oblig. Neuizan. & Menoch.* vbi ſupra; proptereà DD. ex coniecturis, & circumſtantiis facti, iuxta ea, quæ fuere propoſita, reſoluerunt, dictam primam partitam ſcutorum 500. contineri, & fuiſſe compræhenſam in ſecunda partita ſcutorum 660. itaut per dictas duas partitas, & duas apocas deſuper factas ſolùm probetur facta ſolutio ad computum dictæ dotis in ſcutis 660.

Prima coniectura fuit, quòd apoca publica ſcutorum 660. fuit facta die 17. Octobris anni 1611. quo tempore adhuc non venerat dies ſolutionis ſecundi termini, qui cadebat die 28. Nouembris proximè venturi;
5 † Vnde cum non tenerentur debitores ante diem ſoluere. *l. quod 49. ff. de action. & oblig. & l. cum qui 138. ff. de verb. oblig. cum vulg.* ſed imò conſueuere
6 retardare ſolutionem, † non eſt veriſimile, quòd ante terminum fuerit facta ſolutio integri termini, & multò minùs, quòd facta fuerit in maiori quantitate, ex his, quæ dixerunt *Decian. conſ. 1. n. 17. lib. 5. Surd. deciſ. 23. n. 13.* & conſiderauit *Rota in d. deciſ. 1. Februarij verſ. concurrit, poſtremo coram D. meo Decano*; Quæ coniectura eo magis vrget, quia tantùm, abeſt quòd deinde fratres de Surſis in terminis conuentis ſoluerint alias partitas, quòd imò de anno 1629. reſtabant debitores, & vſque hodie etiam, quòd partita, de qua agitur, computaretur ad eorum fauorem, reſtant adhuc debitores in ſcutis 100. & vlteriùs per plures annos ſoluerunt intereſſe conuentum, ob dilatam ſolutionem, quò fit, vt non intret præſumptio, quòd ſoluerint ante terminum ad euitandum intereſſe ſeptem pro centenario promiſſum in Inſtrumento dotali.

Secunda coniectura, etiam præcedenti fortior, deſumitur ex alia quietantia facta per Franciſcum, die vltima Decembris anni 1615. in qua ſic confitetur. *Hò riceuuto dal Signor Paolo Surſi mio Cognato ſcuti 40. moneta à conto della dote di mia moglie, & ſua ſorella, che con li 660. che hò hauuti fanno 700. à conto delli 2000. &c.* Ex quibus verbis benè infertur, quòd vſque ad illud tempus Franciſcus non habuit ad dotis computum, niſi ſcuta 700.
7 † tùm quia ſi vltrà hanc ſummam recepiſſet aliam partitam, illius facilè meminiſſet, prout meminit dictæ partitæ ſcutorum
8 660. *ad l. cum Prætor, ff. de Iudic.* † tùm etiam ex illis verbis, *à conto della mia dote*, quæ virtualiter, important, tunc inter eos fuiſſe computata vltrò, citróque data, & accepta ex cauſa dotis, iuxta text. *in l. ſi quis ex argentariis, §. rationem, ff. de eden.*

Tertia coniectura, & quidem efficaciſſima, adeò vt ſola ſufficeret, oritur ex quietantia facta die 19. Iulij 1619 quæ ſic cantat, *Io Franciſco Griſendo hò riceuuto di conto ſaldo per diuerſe partite fino al ſopradetto giorno dal Signor Paolo Soſi mio Cognato ſcudi 300. che fanno il complimento di ſcudi 1000. moneta à conto delli ſcudi 2000. che mi deue per dote de Lucretia mia mo-*
9 *glie, & ſua ſorella*; † tùm ponderando illa verba *di conto ſaldo*, quæ excludunt vlteriorem ſolutionem, vſque ad illam diem, tolluntque omnem ambiguitudinem, abſque eo, quòd fiat alia ſpecificatio, *Bart. in d. l. triticum, n. 3.* & ibi *Angel. n. 10. & Iaſ. n. 9. idem Bart. in d. l. planè, §. 1. in fin.* & clariùs *Salicet. in l. vnica, n. 6. verſ. ſed iuxta prædicta quæro, C. de confeſſ. Alexand. in conſ. 141. n. 4. lib. 6. Neuizan. in d. conſ. 96. n. 9.* Et in his terminis *Surd. d. conſ. 80. n. 33. Menoch. d. caſ. 213. n. 31. Rota in Romana repetitionis indebiti 15. Martij 1619. coram Eminentiſſimo Cardinali Pamphilio, & in Meleuitana pecuniaria 29. Maij 1630. in verſ. ſecundò reſpondetur coram me*; † Et ratio eſt, quia ſolent partes 10
in ſolidatione computorum, omnia repetere, & examinare, ad omniáque animaduertere; itaut quæ expreſsè non excipiuntur, tacitè, & virtualiter velint in ſolidatione eſſe comprehenſa, *Caſtr. conſ. 126. n. 1. ante fin. verſ. tollitur etiam, lib. 2. Fulgoſ. conſ. 130. n. 2. verſ. præterea veriſimilius, Cephal. conſ. 240. n. 3. in fine, part. 1.* tum etiam ponderando illa verba ibi, *per diuerſe partite, fino al ſopradetto giorno*, & illa alia ibi, *che fanno il complimento di ſcudi* 1000. moneta, quæ, vt ad ſenſum patet, clarè important vſque ad illam diem Franciſcum, ad computum dotis, vltra non recepiſſe, † tam 11
ex vi dictionis vſque ex his, quæ tradit *Rota Ianuen. apud Bellon. deciſ. 77. n. 7. cum ſeqq.* † quàm ex vi illo- 12
rum verborum ibi, *che fanno il complimento di ſcudi 1000. moneta*, quæ important diffinimentum computi dotis vſque ad dictam quantitatem dumtaxat, per ea, quæ in ſimili notant *Paul. de Caſtr. & alij in l. 2. C. de hered. inſt. Iaſ. in l. ſi quidem, n. 4. C. de tranſact.* vbi etiam *Padilla num 4. Becc. conſ. 40. num. 8. & Natt. conſ. 102. n. 6. lib. 1.*

Quarta coniectura deſumitur ex eo, quòd Franciſcus in quietantiis fructuum dotis ſibi ſolutorum poſt dictam apocam publicam ſcutorum 660. & ſolutionem, ſiue apocam ſcutorum 40. ad complementum ſcutorum 700. & deinceps ſemper, & expreſsè dixit, & proteſtatus fuit, ſe recipere prædictos fructus ad bonum computum, aut pro præſenti ſemeſtri, aut ad bonum computum fructuum ſibi debitorū pro præſenti anno; & tamen quantitas fructuum Franciſco ſoluta in dictis quietantiis, longè excederet quantitatem fructuum, quæ ſibi debita fuiſſet, ſi partita ſcutorum 500. non fuiſſet comprehenſa in confeſſione de recepto ſcut. 660. de qua in dicta apoca publica; † 13
eſt autem ab omni veriſimilitudine alienum, fuiſſe Franciſco ſolutos fructus dotis iam ſolutæ. & ſic fructus indebitos, *ad l. cum indebito in princ.* cum aliis per *Surd. in d. deciſ. 23.* † Et in puncto, quòd ex ſolutione 14
fructuum proportionata credito petito, inducatur vehemens, vrgénſque præſumptio quòd partita minor comprehendatur in confeſſione de recepto maioris quantitatis, dixit *Menoch d. conſ. 1207. n. 13. verſ. 6.* † 15
Quæ coniectura adminiculatur ex legalitate, & bona fama Franciſci, quem proptereà præſumendum eſt non recepiſſe, niſi fructus ſibi debitos, prout, vice verſa nemo præſumitur ſoluere, niſi quod debet, vt in his terminis conſiderauit *Neuiz. in d. conſ. 96. n. 14. in fin.* & poſt eum *Menoch. vbi proximè n. 7. & Rot. in d. deciſ. 1. Februarij verſ. pro adminiculis.*

Quinta, & vltima coniectura, quæ non ſolùm in ſe multùm vrget, ſed etiam ex ea confirmatur tertia ſupradicta emanat ex propria confeſſione Fabij, qui de anno 1629 cum narratiua ſupradicti ſaldi, facti de anno 1619. cum Paulo fratre ſuo, illique expreſsè, verbíſque clatis inhærendo, declarauit reſiduum dotis eſſe ſcutorum 1000. & pro fructibus aſſignauit emolumenta vnius apothecæ, quæ ſtare non poſſent, niſi dicta prima partita ſit in ſecunda comprehenſa, vt ad oculum patet; † confeſſio autem cum cauſa, vt in 16
hoc caſu, (in quo conſtat de præambula cauſa dotis, & habentur pro ſufficienti cauſa illa verba, *di conto ſaldo*, vt in puncto *Salicet.* vbi ſupra, & *Alex. conſ. 83. n. 5. verſ. ſecundum autem Inſtrumentum lib. 1.* & fuit dictum in *dicta deciſ. Meleuitana pecuniaria coram me*)

eſt

est supra omnes probationes, *toto tit. ff. & C. de confess.* & in specie est text. optimus in *d. l. cum de indebito in §. fin.*

17 Quibus sic stantibus, non obstat primò, † quòd dicat Fabius, se fecisse dictam confessionem per errorem, & ignorantiam antea gestorum cum Paulo fratre suo præ defuncto cui ipse successit, *l. qui in alterius, ff. de reg. iur.*
18 † Quia cùm Fabius in responsionibus ad positiones, confessus fuerit, omnes scripturas Pauli, & signanter apocas prædictas peruenisse ad manus suas, & secundum eas se regulasse in solutionibus debitorum, & aliis negociis occurrentibus, non potest amplius dare de errore, nisi etiam in specie deducat causam erroris, vt post *Bald.* dixit *Curt. iun. in cons. 56. col. 5. in fin. Crauett. cons. 255. & Surd. decis. 104.*
19 *n. 18.* † Et præterea non præsumitur error contra propriam confessionem cum causa factam, sed debet de errore clarè, & euidenter constare, probando rem aliter se habere, vt decidit text. in *d. l. cum de indebito, in*
20 *d. §. fin.* † Et tantò minùs si confessio, vt in præsenti, emanauit super positionibus, & sic in Iudicio, *c. cum in positionibus*, vbi *Gemin. n. 1. & Franc. n. 2. de Iure Iurando, in 6. Bald. in l. cum falsa, C. de Iur. & fact. ignor. Ias. in l. si post diuisionem, n. 3. eod. tit. Abb. cons. 118. n. 5. part. 2. Alex. cons. 71. n. 4. lib. 3. Menoch. cons. 658. num. 6. Osasch. decis. 39. n. 5.*

Secundò non obstat, si dicatur, constare in specie de errore confessionis ex saldo, de quo in apoca de anno 1619. vt suprà in tertia coniectura, vbi Franciscus (vt dictum fuit) confitetur, sibi fuisse soluta scuta 300. pro complemento scutorum 1000. ad computum dotis scutorum 2000. itaut tunc restaret adhuc creditor in aliis scutis 1000. & tamen idem Franciscus in alia anteriori solidatione computorum, de qua in alia apoca per ipsum facta de anno 1613. sic confitetur, *Ioan. Francesco Grisendi hò riceuuto dal Signor Paolo Sorsi scudi 27. à conto delli frutti del presente anno, che mi doueua per 1000. che mi resta per intiero compimento della dote di mia moglie, & sua sorella, è così stiamo saldati del dare, & del l'hauere di qualunque cosa habbiamo hauuto che contrattare insieme fino al presente giorno*; Ex quibus duabus apocis ad inuicem combinatis, videtur constare, vnam earum continere errorem, quia si in solidatione de anno 1613. Franciscus non erat Creditor ex causa dotis, nisi in scutis 1000. & posteà in diuersis partitis habuit ex eadem causa scuta 300. necessariò sequitur, quòd de dicto anno 1619. non erat Creditor in scutis 1000. de quibus in apoca dicto anno facta, sed in multò minori quantitate, indéque inferri parum, aut nihil ad effectum inclusionis dictæ partitæ scutorum 500. deferendum esse solidationi de anno 1619. nec consequenter dictæ confessioni, seu solidationi de anno 1629. quæ facta fuit cum præsupposito, & cum relatione erronei saldi, de quo in dicta apoca de anno 1619. itaut propterea etiam dicta confessio detegatur erronea, *Alex. cons. 9. n. 12. vol. 5. Dec. cons. 63. n. 9. Men. cons. 1. n. 95. cum seqq. & Surd. decis. 114. num. 18.* Quia fuit benè responsum, quòd in d. apoca de anno 1613. habita fuit ratio, tam dotis, quàm fructuum, nec non etiam aliorum quorumcumque negociorum, vt sunt ibi verba clara; in apoca autem de anno 1619. solùm fuit habita ratio dotis, itaut de anno 1613. Francisco fuerint soluta scuta 900. tam pro dote, & fructibus illius, quàm aliorum negociorum, nempè scuta 700. ad computum dotis, de quibus in præcedentibus apocis, & scuta 200. pro fructibus tatæ dotis non solutæ, iuxta formam Instrumenti dotalis, aut pro aliis negociis inter eosdem gestis; & deinde ad computum eiusdem dotis fuerunt soluta scuta 300. quæ cum d. scut. 700. faciunt sum-
22 ma scut. 1000. de quibus in d. apoca de anno 1619. † Vnde cùm clarè non constet, rem aliter se habere, quàm fuit confessum, sed imò supradicta possunt benè simul stare, & verisimiliter se compatiuntur, standum omninò est propriæ confessioni, *d. l. cum de indebito, § fin. DD. in l. error, C. de Iur. & fact. ignorantia*, vbi *Ias. n. 1. & Menoch. cons. 454. num. 8.* cum aliis supra allegatis, & in omnem casum præponderant contra prætensum errorem Fabij tot coniecturæ, & geminatæ confessiones itaut ex eis potiùs dicendum esset, quòd Franciscus in d. apoca de anno 1631. commiserit errorem.

Tertiò pariter non obstat, † quòd d. duæ apocæ 23
priuatæ de anno 1611. & de anno 1619. de quibus supra in secunda, & in tertia coniectura, sint confictæ, & conscriptæ à Francisco, quæ propterea ad eius fauorem non debent quicquam probare, *l. rationes, & l. exemplo, C. de probat.* cum vulg. † Quia cùm fuerint 24
repertæ apud Fabium, ipseque eas in actis produxerit, inducunt contra ipsum confessionem irreuocabilem, *Innoc. in cap. cum venerabilis, n. 21. de except.* quem sequuntur ibi *Abb. Dec.* & alij communiter, *Ias. in l. 1. §. editiones, n. 14. ff. de eden. Crauett. cons. 275. n. 2. Men. præs. 45. lib. 2. Grammat. decis. 105. n. 84. Ægid. dec. 395. Rota decis. 419. n. 7. part. 1. recent.* & alibi sæpiùs.

Quartò minùs obstat, dictas duas priores apocas, de quibus agitur, fuisse factas ad fauorem diuersorum, nempe apocam priuatam scutorum 500. ad fauorem Pauli tantùm; apocam verò publicam scutorum 666. ad fauorem Pauli, & suorum fratrum simul, † Quia cum omnes fratres essent in solidum 25
obligati, solutio facta à Paulo, omnibus suffragatur, debitúmque omnium minuit *l. 3. § fin. ff. de duob. reis, Beniniend. decis. 81. n. 1. & 7. Rota Ianuen. decis. 176. n. 3.* Et cessat difficultas ex saldo, & confessione Fabij supradictis.

Tandem, & quintò non obstat regula text. *in d. l. quinquaginta ff. de probat.* cum aliis in principio allegatis, Quia procedit in dubio, non autem, quando, vt in casu nostro, extant tot coniecturæ efficaces, & ferè indubitatæ, ex quibus Iudicis animus inducitur ad perfectè credendum, & arbitrandum, vnam summam fuisse in alia comprehensam. *Neuizan. in d. cons. 96. n. 10. vers. & per hæc, & Menoch. in d. cons. 1207. in fin.*

Et ita decisum vtraque parte Informante, &c.

Toletana Decimarum.

Ven. 5. Decembris, 1631.

ARGVMENTVM.

Assistentia Iuris communis, quam habet Episcopus in perceptione Quartæ Decimalis contra Rectorem, an, & quando illi suffragetur, ad effectum manutentionis. Conclusio, quòd mutatio seminis non mutat Decimationem, quomodo procedat.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur sine possessione.*
2 *Episcopus habet assistentiam iuris, & intentionem fundatam in perceptione Quartæ Decimalis, dum non agitur contra Laicos, sed contra Rectores.*
3 *Assistentia sola iuris suffragatur, ad effectum manutentionis, etiam non docto de possessione, vel quasi.*
4 *Fallit quando dicta assistentia Iuris redditur turbida ex possessione contraria, quia tunc Rota solet remittere negotium ad petitorium.*

5 *Decimatio non mutatur ex feminis mutatione; & ideo illa non praeiudicat Episcopo in possessione exigendi suam portionem, ex nouis fructibus.*

6 *Declara, quod hoc procederet, si terra in qua semen fuit mutatum esset antea Decimalis Episcopi, alias secus.*

7 *Episcopus non habet intentionem fundatam pro sua Quarta in Terris Decimalibus, nec contra earum possessores, sed tantum contra Rectores.*

Episcopus debet percipere Quartam Decimarum ex manibus Rectorum, postquam illa fuint recollecta.

DECISIO CCCXX.



Fuit resolutum, Serenissimo Cardinali Infanti, Archiepiscopo Toletano non esse dandum mādatum de manutenendo in quasi possessione percipiendi, Quartam Decimarū minutarum, nempe pomorum, & olerum prædij, siue septi nuncupati del Rei, seu de Penna Rubra siti in territorio Oppidi de Vzeda, hodie ad vsum horti redacti; ea nimirum ratione, quia pro parte Archiepiscopi non probatur quasi possessio percipiendi dictas Decimas; sed imò Rectores, & Beneficiati Aduersarij probant illarum integram, & liberam perceptionē pro seruitio Ecclesiæ, siue pedis Altaris, absque aliqua solutione Quar-
1 tæ Episcopalis; † sine possessione autem manutentio non datur §.retinendæ, Instit.de interd. cum vulg.

2 Neque obstat, si dicatur † quòd in hoc casu D. Cardinalis habet iuris assistentiam, & intentionem fundatam in perceptione Quartæ Decimalis, cùm non agatur contra Laicos, sed contra Rectores, c.de quarta de præscript. c.conquerente, vbi Abb. n.2. & 3. de offic. Ord. Seraf. decis. 1439. n.1. & 2 Greg. XV. decis. 529. n.2. & ibi Addit. n.4. Et in puncto dixit Rota in Toletana Decimarum de Daymiel 4. Iulij 1611. coram Cardinali Sacrato, quæ est in Recent. decis. 402. n.1. par. 2. Et deinde in eadem causa coram Cardin. Canal. in impres. decis. 487. n.1. † ex sola autem Iuris assistentia concedi-
3 tur manutentio, etiam quòd aliter de possessione, vel quasi non doceatur, c.cum personæ, in fin. & ibi notatur de priuil. n.6. Menoch. var. resol. lib.1. c.41. in princ. Caput. decis. 203. part. 2. & Seraf. decis. 1497. † Quia quidquid
4 esset de hac Iuris assistentia, quoad petitorium, illa non suffragatur, ad effectum manutentionis, quando, vt in præsenti redditur turbida, ex quasi possessione Rectorum, sed solet tunc Rota negocium remittere ad petitorium, ex late deductis per Maref. vbi supra, & per Rot. apud Canal. decis. 655. n.10. & alibi sæpius.

Non obstat etiam, quòd Archiepiscopus, vt deponunt Testes, pro eius parte examinati, percipiebat portionem, siue Quartam Pontificalem de Decimis tritici, ordei, & aliorum fructuum recollectorum in dicto prædio, siue septo, antequam illud reduceretur
5 ad vsum horti, & quòd mutatio feminis, & modi colendi non mutauit Decimationem, nec præiudicauit Archiepiscopo in possessione exigendi suam portionem; sed nihilominus ei, vti priùs deberi Decimas de nouis fructibus, qui censentur loco priorum subrogati, et in quoad quasi possessionem, c.commissum, & c. cum instit. & ibi Host. n.1. Io. Andr. num. 2. & alij decis. Paris. cons. 3. n.17. & 18. lib.4. Cenar. pract. quæst. c.17. n.5. Mone. de decis. cap.49. num.15. Achil decis. 4. in fin. de decim. Rot. decis. 17. num. 10. part. 2. diuers. & dec. 677. num. 3. part. 1. & in dicta decis. 401. num. 3. part. 2. recent.

6 Quia obiectum procederet, † si Archiepiscopus haberet ius decimandi in dicto septo, id est si illud esset Decimale Archiepiscopatus, in quo dumtaxat casu procedit text. in d. cap. commissum, & tex. in d. cap. cum instit. ibi, cum ipsi Terra illa ab antiquo fuerit Decimalis, vt ibi declarant But. n.1. & Abb. num. 6. prout etiam in eodem casu procedunt Decisiones supra allegatæ; Sed cum dictum prædium, seu septum, nunquam fuerit Decimale Archiepiscopatus; † ex quò 7
Archiepiscopus non habet pro sua Quarta intentionem fundatam in terris Decimalibus, nec contra earum possessores, sed tantùm contra Rectores, ex quorum manibus debet illam percipere, postquam Decimæ sunt recollectæ, cap. cum contingat de decim. Calder. cons. 1. de caus. poss. & propr. & Seraf. d. decis. 1449. n.6. cum aliis supra allegatis, consequenter non infertur conclusio ad fauorem Archiepiscopi, quòd mutatio feminis, & plantationis non mutat Decimationem; vt in his terminis dixit Rota in causa Conchen. Decimarum 10. Martij, 1. Febr 1591. coram Gipsio, sed potiùs inferret ad fauorem Rectorum, seu Beneficiatorum, quibus dictum septum semper fuit, & hodie est Decimale, & tantò magis, cùm ex testibus pro eorum parte examinatis, constet, quòd illi sunt in quasi possessione exigendi omnes decimas fructuum illius speciei, qui prætenduntur loco priorum, subrogati, de quibus agitur sine prætensæ Quartæ solutione.

Et ita decisum voā tantum parte informante, &c.

Montis Falisci fideicommissi.

Mert. 10. Decembris, 1631.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas ex quibus probetur.*

2 L. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. *præcipuum requisitum est, vt bona super quibus petitur immissio fuerint in bonis Testatoris.*

3 *In legitimam elegisse videtur filius primo loco alienata.*

4 *Legitima filiorum nullum recipit grauamen.*

DECISIO CCCXXI.

Dominis de Scarinciis tantùm informantibus fuit absque alia difficultate resolutum, Sententiam Rotalem, latam per D. meum. Pirouanum, reuocatoriam decreti Rotalis de immittendo, ex rem. l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. esse in omnibus confirmandam; † Quandoquidem validitas probatur ex te- 1
nolutione actorum, ex quibus constat de Iurisdictione Iudicis, mandatis Procuratorum hinc inde comparentium, seruatione terminorum substantialium; & de citatione personali ad audiendam sententiam, iuxta Decisionem Caput. 161. part. 1. & Rot. decis. 204. n.1. p.1. & decis. 202. part. 2. recent.

Iustitia autem visa fuit clara, Quia immissio fuit concessa ex decreto Rotali, cum præsupposito, quòd Casaleous vnum ex corporibus fuerit in bonis Nicolai fideicommittentis, quòd fuit postea detectum non esse verum, prout fuit resolutum in duabus Decisionibus coram eodem D. meo Pirouano 26. Aprilis, & 2. Iunij 1630. † Vnde detegitur clara iniustitia im- 2
missionis, cùm inter requisita, vt sit locus dicto remedio l. fin. illud præcipuum sit, vt bona, super quibus petitur immissio, fuerint in bonis Testatoris, Aretin. cons. 110. num. 5. vers. sed dato, Mant. de coniect. lib.7.

lib.7.tit.6.cum aliis per Moder. Brix.de subst.quest.616. in princ.

Prætereà dictum decretum de immittendo,& immissio inde sequuta fuerunt cum præsupposito, quòd alienatio prædij *della Petrana*, facta per Camillum hæredem grauatum,fuerit facta post diem 5. Augusti, 1629.& tamen constat ex facto,quòd fuit multò antea facta, vt fuit etiam resolutum *coram D. meo Pirouano,29. Martij,1630.& 27. Iunij,1631.*Et consequenter prædictus Camillus hoc prædium alienatum in prioribus alienationibus, visus fuit sibi in legitimam elegisse,*Cin.in auth.res quæ,C com.de leg. Moderu. Forolinien. de legit.lib.2.tit.2.q.3.n.8.* & fuit resolutum in *Perusina de Alfanis*, 8. *Februarij*, 1627. *coram D. meo Decano*, quo stante non fuit comprænhensum io fi-
4 deicommisso, de quo agitur,† cum legitima filiorum nullum recipiat granamen,*l. quoniam in prioribus,C de inoff.testam.Rota d.100.n.1.& 6.p 1.recent.*& alibi sæpius,& prædicta,aliáque latiùs examinaotur io dictis Decisionibus D.mei Pirouani.

Et ita decisum, &c.

Lauretana Iurisdictionis.

Ven. 16. Ianuarij, 1632.

ARGVMENTVM.

Collige ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *In possessorio Retinendæ non suffragantur actus turbidi iurisdictionales.*

2 *Clausulæ derogatoriæ contrariæ consuetudinis, etiam immemorabilis in Bulla apposita, tollunt actus Iurisdictionales in contrarium, itaut attendi non debeant in petitorio.*

3 *Erectio noua quomodo intelligenda.*

4 *Clausula* rebus sic stantibus, *semper haberi debet pro apposita,in omni dispositione.*

DECISIO CCCXXII.

DOMINI hodie penitus sine aliqua difficultate perstiterunt in *decisis die 2. Iunij anni præteriti*, nempe, quòd omnimoda Iurisdictio Parochialis Ecclesiæ S. Ioannis de Scapezzano, vti voitæ S.Domui Lauretanæ, spectet ad Eminentissimum Cardinalem Protectorem,vigore *Bullæ Pauli V.edita de anno 1620.*

Neque obstant prætensi actus iurisdictionales
1 Episcopi Senogallien.† Quia vltrà quod sunt turbidi (qui propterea, nec in possessorio retinendæ suffra-
2 garentur,vt fuit in *d. Decisione deductum*) † cum *dicta Bulla Pauli V.* emanauerit cum amplissimis clausulis derogatoriis contrariæ consuetudinis, etiam immemorabilis; actus prædicti non sunt attendendi in petitorio, de quo agitur.

Minùs obstat, quòd Ecclesia non sit vnita Sanctæ Domui,sed Archidiaconatui,qui non est Sanctæ Domui vnitus sed sobditus Episcopo Lauretano, Quia huic difficultati fuit iam plenè responsum in *eadem decis.in vers.minùs releuat sindicatur*, vbi quòd Archidiaconatus à principio fuit manualis, & ideò, quòd vnio pro dote facta,potiùs facta fuit S.Domui; Vnde nõ obstat etiam,quòd Archidiaconatus fuerit no-
3 niter erectus per Sixtum V. † quia cum priùs Clementis VIII. prædia,& alia quomodolibet Dignitatibus, & Canooicatibus Lauretanis pro illorum dote assignata ab eis ademerit,& cum eisdem qualitatibus detulerit, & applicauerit Sanctæ Domui, cum onere præstandi tam Dignitatibus, quàm Canonicatibus, respectiuè quasdam portiones in pecunia numerata, dicta noua erectio Sixti V. debet intelligi, *rebus sic stantibus*,† quæ clausula in omni dispositione semper 4
haberi debet pro apposita ex vulgatis.

Cætèra autem visum fuit DD.esse sublata in dicta decisione, aut non egere responsione.

Et ita foit decisum vtraque, &c.

Meleuitana Pecuniaria.

Luna 19. Ianuarij, 1632.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio extinguitur solutione eius,quod debetur.*

2 *Creditor satisfactus, ex quibus præsumatur, nec ne, remissiuè.*

3 *Venditio est nulla,si facta fuerit per venditorem,postquam ipse dederat omnia bona sua præsentia, & futura iura & actiones.*

4 *Donatarius vniuersalis omnium bonorum præsentium, & futurorum; si petat suum creditum in bonis donantis, an obstet ei exceptio*, petis quod intus habet, & *exceptio*, leg.vindicantem,ff.de euict. *ita vt ipse vti donatarius teneatur ad debita Donatoris etiam posteà contracta; decisio non resoluit.*

DECISIO CCCXXIII.

IN *Decisione in hac causa facta, 29. Maij,1630. coram me*,fuit resolutum ad fauorem Vincentij, & contra Ioannem non constare de causis restitutionis in integrum per Ioannem prætensis,contra sententiam Inquisitoris Meliten.Iudicis delegati,qua declarauit in causa concursus creditorum spolij fratris Antonij Martelli, Prioris Messanæ, Florentiæ habito præferendum esse Vincentium dicto Ioanni, cui fit noua audientis concessà, & causa proposita die 12. correntis mensis, fuit ordinatum, vt informaretur strictè, an Vincentius fuerit satisfactus per frattem Antonium;quia quatenus sic non est de eius prælatione quærendum,cùm nullo modo esset spolij
creditor, † ex quo per solutionem esset extincta 1
obligatio; Vnde hodie proposita desuper causa, & præsupposito facto,prout in principio dictæ decisionis,contendebat Ioannes probare,Vincentium fuisse
satisfactum † ex sequentibus. 2

Primò,ex quo Vincentius de anno 1600. obtinuit præceptum,seu monitorium pro suo credito, in quo Iudex mandauit fratri Antonio; vt intrà tempus in dicto monitorio præfixum solueret realiter, & cum effectu dicto Vincentio summam scutor. 5000. cum fructibus ad rationem quinque pro centenario sub pœna mandati executiui, & quòd deinde fuit lata sententia super confirmatione præcepti: Secundò,ex comparatione Iacobi Procuratoris Antonij, qui dicto nomine obtulit consentire cuicumque subhastationi consignationi, vel dationi in solutum bonorum stabilium pro satisfactione dicti crediti Vincentij:

centij: Tertiò, ex recognitione Colonorum trium prædiorum ad fauorem Vincentij, quæ tria prædia prætenduntur fuisse in solutum data in exequutione supradictorum præcepti Iudicis,&obligationis:Quartò,ex venditione partis bonorum spectantis ad Priorem Antonium:Quintò,ex æstimatione bonorum,quæ prætenduntur fuisse Vincentio assignata pro sui crediti satisfactione.

Sed visum fuit Dominis ex supradictis nullo modo de satisfactione constare,quia Iudicis præceptum non probatur executum, nec quòd Antonius illi paruerit, nec quòd Vincentius adeptus fuerit possessionem triū prædiorum,super quibus prætenditur facta executio pro dicta satisfactione, nec quòd deinde Vincentius oblationem acceptauerit, & quòd recognitio Colonorum fuerit facta ex dicta causa, & de mandato Iudicis,ac per Vincentium acceptata,nec similiter,quòd venditio partis bonorum fuerit pro extinctione hu-
3 ius debiti,pretiumque Vincentio solutum;† quinimò dicta venditio fuit facta per Antonium,postquam ipse, Vincentio dederat omnia sua bona præsentia, & futura, iura, & actiones, quæ propterea fuit nulla, *l.omnes.§.Lucius,ff.de his,quæ in fraud. Credit.l.1.in fin. cum l.seq.ff.quod vi,aut clam,& l.perfecta, C.de donat. quæ sub mod. & Dec.cons.37.* nec tandem post dictam æstimationem bonorum probatur, quòd illa fuerint Vincentio cum effectu consignata.

Veruntamen reseruarunt Domini particulariter
4 videre, † videlicet an ex quo donatio facta Vincentio fuit vniuersalis omnium præsentium, & futurorum, obstet ei exceptio, *petis quod intus habes*, & exceptio *l.vindicantem.ff.de euict.*ita vt ipse,vt talis Donatarius teneatur ad debita Donatoris,etiam posteà contracta, non autem Conuentus ratione spolij bonorum posteà ex vsufructu, quem sibi Antonius reseruauit,acquisitorum;Et difficultatem faciebant quæ tradit *Guidop.decis.*105. & ibi *additio*, & magis in his terminis *Boer.dec.204.n.43.cum seq.vers.tamen crede.*

Et ita decisum vtráque parte Informante, &c.

Cusentina Pensionis.

Lunæ 19. Ianuary, 1632.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio exigendi integram Pensionem,acquiritur ex vnica solutione, quamuis non integra Solutio pensionis facta per personam ad illam specialiter à Papa deputatam, habetur vti facta ab eodemmet Titulari, aut de eius expresso mandato, præsertim concurrentibus adminiculis, ex quibus tale mandatum præsumatur; & quæ plura in decisione numerantur. Decreto Papæ, quòd Pensio solui debeat in actu Gratiæ, vel consensus præstandi, an satisfieri debeat in illo momento,quo Gratia signatur, vel consensus præstatur, an verò sufficiat dicto Decreto parere,quousque Bullæ Pensionis fuerint plumbatæ.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio exigendi integram Pensionem,acquiritur ex solutione quamuis vnica,& non integra; imò ex solutione minutæ partis vnius semestris,& num.3. vide rationem sub num.4.*

2 *Papæ potestas plenaria est in beneficialibus.*

4 *Causa vniuersalis magis attenditur,quàm actus ipse particularis.*

5 *Soluens partem debiti, censetur vniuersum debitum agnoscere.*

6 *Pensionis solutio facta per personam à Papa deputatam, habetur vti facta per Titularem, aut de eius expresso mandato.*

7 *Equiparatorum regulæ quando sit locus.*

8 *Papa transferre potest solo verbo possessionem ciuilem in alium per quoscumque modos sibi benè visos.*

9 *Superfluitas vitanda est in litteris Apostolicis.*

10 *Fideiussor habere videtur non solùm mandatum ad fideiubendum, sed etiam ad soluendum.*

11 *Mandatum an præsumatur ex sola impensa in soluente Pensionem pro alio,Rota dubitauit quandoque, sed concurrentibus adminiculis, sæpè decidit illud præsumi,n.12.& plura enumerantur adminicula, ibidem, & num.seqq.*

13 *Consequens, qui vult, vult etiam necessarium antecedens.*

14 *Cedula bancaria pro soluenda Pensione data, & facta præsumitur de mandato Titularis.*

15 *Mandati præsumptio insurgit potissimum ex impensa.*

16 *Præsertim in summarissimo Iudicio retinendæ.*

17 *In Iudicio summarissimo retinendæ sufficiunt leniores probationes.*

18 *Fictiones duæ non possunt simul, & circa idem concurrere, & multò minùs,quando daretur fictio fictionis, num.19.*

20 *Declara hoc procedere, quando duæ fictiones veniunt æquè principaliter, secus quando vna fictio venit in consequentiam alterius.*

21 *Consensum Titularis non solet, nec potest Papa supplere.*

22 *Hoc procedit in dubio, & sine causa, non autem quando adest causa, & clarè constat, Papam expressè,& motu proprio, Titularis consensum supplere voluisse.*

23 *Pensionem imponere super beneficio, sicuti Papa potest vti Dominus beneficiorum, ita pariter potest, prout vult, Titularem, ratione eiusdem beneficij pregrauare.*

24 *Clausula,*dummodo remaneant centum pro Rectore,*quid operetur.*

25 *Pensionarius manuteneri debet in quasi possessione exigendi Pensionem, constito de eius quasi possessione, etiam non iustificata clausula,* dummodo remaneant centum pro Rectore.

26 *Decretum Papæ, quod pensio solui debeat per Titularem in actu Gratiæ, vel consensus præstandi, an obseruari debeat in illo momento, quo Gratia signatur, vel consensus præstatur, an verè sufficiat dicto Decreto parere, vsquequo Bullæ Pensionis fuerint plumbatæ,& num.28.*

Gratia perfecta dicitur quoad substantiam in eo momento,quo signatur supplicatio.

Consensus Titularis trahitur ad tempus quo Gratia fuit signata,vel datata,quandoque ille posteà præstetur.

27 *Gratia expedita non dicitur, nisi postquam Bullæ fuerint plumbatæ.*

29 *Titularis interpellari non debet ad præstandum consensum, dum ipse certus est de die, in quo illum præstare debet.*

30 *Conditio potestatiua reputatur quoad illum,qui dare debet.*

DECISIO. CCCXXIV.

VACANTE Abbatia Sancti Michaëlis Ar-
changeli, loci Sancti Sixti, Cusentinæ
Diœcesis; de ea fuit prouisus Matthæus
Roccus, cum reseruatione Pensionis
motu proprio scutor. 400. ad fauorem
Domini Ioannis Vitini, hoc decreto in motu proprio
apposito; *Decernentes, ac statuentes, quòd pro potiori
cautela ipsius Ioannis, ipse Matthæus, vel eius Procura-
tor, & pro eo Ioannes Baptista præfatus in actu accessio-
nis præsentis motus proprij, vel consensus præstandi, decem
ducatorum monetæ huiusmodi ad bonum computum pri-
mi termini dictæ pensionis per præsentes reseruatæ, soluere
teneantur ad hoc, vt Ioannes Pensionarius in possessione
exigendi dictam Pensionem existat.* Soluit Ioannes Bap-
tista dicta scuta decem; cum autem Matthæus Pensio-
narius obtinuit ab A.C. mandatum de manutenendo;
& deinde causa per appellationem ad Rotam deuolu-
ta dubitaui, An mandatum A.C. sit confirmandum;
Et Domini hodie causa sæpiùs proposita, pro confir-
matione resoluerunt.

Fundamentum resolutionis fuit, quia constat de
reali solutione prædictorum scutorum, decem, facta
per dictum Ioannem Baptistam de Paula, Domino
Episcopo Tiburtino, procuratori Ioannis Pensionarij
specialiter constito ad exigendam dictam summam,
1 vt in instrumentis solutionis, & mandati; † ex qua
solutione quamuis vnica, & non integra, acquiritur
2 quasi possessio exigendi integram pensionem; † tum
quia sic Papa mandauit, cuius potestas in istis mate-
riis est plenaria, *cap. 2. de preb. in 6. Clem. 1. in fin. vt
3 lit. pend.* † tum etiam, quia est conforme Iuri commu-
ni, quòd ex solutione minutæ partis vnius semestris,
acquiratur quasi possessio exigendi integram pensio-
nem, *Gratian. discept. 426. num. 1.* & dixit *Rota in Pam-
philonen. Pensionis, 10. Ianuarij, 1613. coram bon. mem.
4 Sacrato,* quæ habetur apud *Marches. p. 1. fol. 545.* † &
ratio est, quia magis attenditur causa vniuersalis, ex
qua fit solutio, scilicet reseruatio, & obligatio totius
pensionis, quàm actus ipse particularis solutionis,
prout in simili Iurisconsultus, *in l. 3. ff. de acq. poss.
Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdicto, vers. nam probata hac
5 possessione, ff. de itin. & act. priuat.* † & prout etiam sol-
uens partem debiti, censetur vniuersum debitum
agnoscere, *leg. si cui, vbi Bart. ff. de legat. 2. leg. si qui-
dem 24. in vers. si verò certam, C. de transact. Decius
cons. 618. num. 2.*

Nec obstat, quòd solutio decem ducatorum non
fuerit facta per Matthæum Titularem; sed per Ioan-
nem Baptistam, de cuius mandato ad soluendum non
constat; Nam respondetur primò, quod cùm Decre-
tum Sanctissimi Domini Nostri Papæ in hoc sit cla-
rum, nempe quòd ad effectum constituendi in quasi
possessione, sufficiat solutionem fieri per Matthæum,
vel per Ioannem Baptistam, non est amplius inqui-
rendum, sed perinde haberi debet, ac si ipse Matthæus
soluisset; aut quòd de illius expresso mandato, solu-
tio facta fuisset, tum ex dispositione text. *in l. qui pa-
7 titur* cum ibi *not. per gloss. & DD. ff. mand.* † tum etiam,
quia ex quo Papa ad hunc effectum, æquiparauit so-
lutionem faciendam per Matthæum solutioni facien-
dæ per Ioannem Baptistam, vtriusque solutionis par
ratio esse debet, ex regula æquiparatorum, &c. per ea,
quæ notant *DD. in l. 2. C. comm. de leg. Rom. cons. 147.
8 n. 2. vers. 3. quia;* † Dubium autem non est, quin Pa-
pa solo verbo possessionem eiusdem in alium trans-
ferre possit per quoscumque modos sibi benè visos,
*Innoc. in c. bon. mem. il 2. alias est cap. 4. n. 3. vers. illi an-
tem, quibus Papa, de potest. Præl. n. Bald. in c. cæterum 5.
n. 8. ad med. vers. nam verba Regis de iud. Mohed. decis. 4.
n. 6. de rest. spoliat.* Quòd autem Papa fecerit huiusmo-
di æquiparationem, ita vt Ioan. Baptista potuerit sine
Matthæi mandato soluere, veluti persona ad hoc per
Papam legitimata, patet, cùm Decretum contineat,
quòd Matthæus soluat, vel eius Procurator, & pro
eo Ioan. Baptista, quæ verba, *& pro eo Ioan. Baptista*
essent superflua, si Ioan. Baptista non posset soluere
sine mandato, quia satis esset fuisse dictum, quòd
Matthæus solueret, vel eius procurator, vt ad ocu-
lum patet; † In litteris autem Apostolicis omnino 9
vitanda est superfluitas, *cap. si Papa de priuil. in 6.*

Secundò, fuit responsum imò Ioan. Baptistam sol-
uisse de mandato Matthæi, ex quo pro soluenda pen-
sione fideiussit pro Matthæo, ex regula. † quòd fide- 10
iussori non tantùm videtur factum mandatum de fi-
deiubendo, sed etiam de soluendo. *l. indebitum, ff. de
condit. indeb. & l. fideiussor. pro emptione, ff. de fideiuss.
gloss. vltima in l. si quis mandato 29. ff. de negot. gest. Bald.
in leg. si pro eo n. 6. C. mand. Hond. cons. 17. n. 34. lib. 2.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 21. n. 4.* & fuit dictum
*in causa Spoletana liberationis à fideiussione, 30. Martij,
1626. coram me,* quæ habetur impress. *apud Cenc. in ad-
dit. ad tract. de cens. decis. 124. n. 3.* † tum & etiam, quia 11
licèt Rota quandoque dubitauerit, an in soluente
pensionem pro alio præsumatur mandatum ex sola
impensa, iuxtà *decis. 2. de caus. poss. & propr. in antiq.* † 12
tamen concurrentibus adminiculis sæpius decidit il-
lud præsumi, vt apud *Greg. dec. 275. n. 3.* vbi *Add. n. 19.*
allegat plures alias decisiones, *& in Pacen. Pensionis
coram Cardinali Pamphilio apud Pacific. de Salu. dec 43.
n. 3.* quæ adminicula in casu nostro concurrunt, &
quidem plura, & vrgentissima.

Primum resultat ex acceptatione prouisionis Ec-
clesiæ dictæ Parochialis, per quam Matthæus cense-
tur consensisse reseruationi pensionis cum dicto De-
creto, & dedisse mandatum Ioanni Baptistæ, vt solue-
ret dicta scuta decem, cùm sic, & non aliter Papa Pa-
rochialem sibi contulerit, † ex regula, qui vult conse- 13
quens, vult necessarium antecedens, *l. oratio, ff. de spons.*
cum vulgat. Secundum, quia pariter constat Matthæum,
ad effectum soluendi in causam expeditionis dictæ
Parochialis ad eius fauorem merces transmisisse, &
litteras cambi scripsisse † Tertium, quia fuit data Cedu- 14
la Bancaria pro soluenda dicta pensione, quæ manda-
to Titularis data, & facta præsumitur, *Rota in Cremo-
nen. Pensionis, 25. Februarij, 1622. & 2. Maij eiusdem
anni coram bon. mem. Vbaldo,* Et concludunt, quæ di-
xit *Rota decis. 196. p. 1. diuers.* Quartum, & vltimum ex
duobus testibus deponentibus de ratificatione huius
solutionis † Quæ adminicula sufficiunt cum dicta 15
impensa, quæ est vrgentissima coniectura mandati,
*Rota decis. 1. in fin. de procur. in nou. & decis. 475. n. 9. p. 1.
recent. Greg. decis. 3.4. n. 1.* vbi *Add. n. 6.* † præsertim 16
cùm versemur in summarissimo Iudicio retinendæ,
† in quo sufficiunt leuiores probationes, *Menoch. de* 17
*retin. rem. vlt. n. 4. Rota dicta decis. 796. n. 6. p. 1. diuers.
Card. Seraph. decis. 624. n. 5.*

Vnde non obstat, quòd si Ioannes Baptista præsu-
meretur procurator, darentur duæ fictiones, prima
nempe præsumptio mandati, & secunda, quòd Ioan-
nes Pensionarius constitueretur in quasi possessione,
† & tamen regula est, quod duæ fictiones non possunt 18
simul, & circa idem concurrere, *ad l. 1.* vbi *Bart. &
alij, C. de dot. promiss.* † & multò minùs, quia daretur 19
fictio fictionis, *Christoph. Cast. ill. cons. 4. n. 14. in fin &
n. 15.* Quia dicta † regula procedit, quando fictiones 20
veniunt æquè principaliter; vnde fallit quando, vt in
casu nostro vna fictio venit in consequentiam alte-
rius; tunc enim non improbatur concursus duarum
fictionum, vt communiter notatur in *l. singularia, ff.
si cert. petat. Bart. in l. si is qui pro empt. in vltim. quæst.
princip.*

princip. ff. de vſucap. Alex. conſ. 116. n. 2. verſ. nec obſtat lib. 5. Idem Chriſtoph. Caſtell. in repet. l. ſciendum, n. 9. ad fi. ff. de verb. oblig. Neguſ. de pign. & hypoth. 4. memb. 2. part. princ. num. 36 verſ. nam reſpondet: Et in his noſtris terminis dixit *Rota deciſ. 591. num. 3. in fin. par. 2. recentior.*

21 Non etiam obſtat obiectum, ‡ quòd Papa non ſolet, nec poteſt supplere conſenſum Titularis, *Sarnen. in compend. vtriuſque Signat. n. 71. verſ. Item eſt in conſenſu, Rota deciſ. 458. p. 3. diuerſ. n. 21.* Quia vltrà quòd ſolutio decem ducatorum fuit facta de conſenſu Matthæi, cum Ioannes Baptiſta, vti fideiuſſor ad hoc mandatum haberet, & vlteriùs ex ſupradictis mandatum in omnem caſum præſumitur, ceſſat penitus, quia
22 ‡ procedit in dubio, & ſine cauſa, non autem quandò, vt in præſenti, adeſt cauſa, & verſamur in claris, quòd Papa expreſsè, & motu proprio conſenſum Titularis ſupplere voluit, legitimando perſonam Ioannis Baptiſtæ vice Matthæi, ad effectum ſoluendi dicta ſcuta decem, vt Ioannes Penſionarius in quaſi
23 poſſeſſione exigendi conſtitueretur; ‡ Papa enim vti Dominus Beneficiorum ſicuti potuit ſuper Parochiali prædicta penſionem imponere; potuit pariter Matthæum Titularem, ratione eiuſdem Parochialis, prout voluit, prægrauare, ad textum *in dicto c. 2. de preb. in 6.* & in his terminis *Rota in cauſa Exomen. Penſionia, an. May, 1598. coram b. m. Luca,* quæ habetur apud *Garz. de Benef. p. 1. c. 5. n. 247. circa finem, in verſ. nec obſtare dixerunt.*

Minùs obſtat Decretum, quòd penſio non poſſit exigi, niſi literis penſionis expeditis, quia Papa in huiuſmodi Decreto non loquitur de iſta ſumma ſcutor. decem, de qua per aliud Decretum fuit ſpecialiter prouiſum, vt anticipatè ſolueretur, videlicet in actu Gratiæ, vel conſenſus præſtandi, ſed loquitur de ſeme-
24 ſtribus, ſuo tempore maturandis: ‡ prout etiam non obſtat clauſula, *dummodo remaneant centum pro Rectore,* quæ qualificat conſenſum Rectoris conſentientis; itaut Penſionarius teneatur iuſtificare centum pro
25 Rectore remanere; ‡ Quia non procedit ſtante quaſi poſſeſſione, vt in caſu noſtro, quæ operatur, vt Penſionarius manuteneatur etiam hoc non iuſtificato, *Mohed. deciſ. 9. n. 2. de cauſ. poſſ. & propr. Caſſad. deciſ. 8. n. 8. de reſcript. Rot. deciſ. 547. n. 4. p. 2. recent. Add. ad Greg. deciſ. 57. n. 16.*
26 Tandem non obſtat, ‡ quòd ſolutio decem ducatorum, iuxtà dictum Decretum debuit fieri in actu Gratiæ, vel in actu conſenſus præſtandi, quæ facta fuerunt die 27. Maij, & tamen dicta ſolutio decem ducatorum fuit facta die 1. Iulij eiuſdem anni, quia licèt verum ſit, quòd Gratia fuerit ſignata d. die 27. Maij, quæ quoad ſubſtantiam dicitur perfecta in eo momento, quo ſignatur ſupplicatio, *cap. eam te,* vbi omnes, præcipuè, *Cad. n. 7. Felin. n. 18. Abb. n. 5. de reſcript. Beron. conſ. 207. n. 57. lib. 3 Seraph. deciſ. 551. n. 9.* tamen quia pœnè impoſſibile erat, vt in eo temporis momento; quo Gratia ſignabatur, vel databatur, (ad quod etiam trahitur conſenſus quandocumque poſteà præſtetur, vt per *Pariſ. de reſignat. Benef. lib. 8. q. 8. n. 111.*) fieri ſolutio, imò fuiſſet valdè ridiculum de eo temporis momento intelligere Decretum Papæ, prout etiam quòd is, qui ſoluebat, & is, qui exigebat, conati fuiſſent in huiuſmodi ſolutione momentum illud attendere, tuncque cum ſacculo parato ibi adeſſe, cum propter illius celeritatem reputetur imperceptibile, & difficile, eoſdem Datario, qui ſupplicationes Papæ affert ſignandas continuò, & per ſingula momenta adhærere; propterea dictum Decretum eſt intelligendum moraliter, & ſano modo, itaut euitetur abſurdum, & ſic vſque ad perfectam, & totalem expeditionem motus proprij, iuxtà text. optimum *in l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.* ‡ Et conſequenter 27
vſque quo Bullæ penſionis fuerunt plumbatæ, quia vſque tunc Gratia non dicebatur expedita, *Sarnen. in reg. de non iudic. q. 1. verſ. & tamen vlteriùs, & in compend. vtriuſque ſignat. n. 54. verſ. eſt aduertendum, Garz. de Benef. p. 4. c. 2. n. 56.*

Nec dicatur, ‡ quòd ſaltem per totam diem datæ 28
Gratiæ, ſeu præſtiti conſenſus, potuerit dicta ſolutio fieri, & de tota dicta die eſſe Decretum intelligendum; quia idem eſſet, cùm Gratia potuiſſet ſignari vltimo momento diei, & non poſſit Ioanni imputari, quòd ea die non procurauerit ſibi ſolui, cùm difficile ſibi eſſet nedum ſcire momentum, in quo Papa ſignauit; quinimò & diem, quo ſupplicatio ſignata, & datata fuit, cùm regulariter, ſupplicationes ſignatæ non ſoleant eadem die relaxari; alioquin ſi dies illa Signaturæ, vel Datæ, eſſet præciſè attendenda, Titularis facilè poſſet reſeruationem penſionis ad fauorem Ioannis eludere, non ſoluendo illa die. Quæ tantò magis procedunt, ex quo dictum Decretum fuit appoſitum ad fauorem Ioannis Penſionarij, & illius verba fuerunt directa in Titularem, cui fuit onus iniunctum ſoluendi in actu Gratiæ, vel conſenſus; ‡ qui propte- 29
reà non erat interpellandus, cùm ipſe eſſet certus de die, in qua conſenſum præſtaret, ad tex. *in l. magnam,* cum ibi not. *C. de contrah. & commit. ſtipul.* Et conducunt, quæ de conditione dandi alteri decem tradunt DD. & præſertim *Barb. Socc. in l. 2. ff. de condit. & demonſtr.* ibi per illum text. ‡ quòd reputatur quaſi con- 30
ditio poteſtatiua quoad illum, qui dare debet. Vnde cum Bullæ in caſu noſtro fuerint plumbatæ die 4. Iulij, & ſic per quatuor dies poſt ſolutionem ſcutor. 10. conſequenter ſolutio fuit debito tempore facta, & decreto ſatisfactum.

Et ita deciſum vtráque parte Informante, &c.

Perusina fideicommissi de Meniconibus.

Ven. 13. February, 1632.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum fideicommiſſi ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Identitas bonorum probatur ex duobus confinibus.*
2 *Poſſeſſio rei communis probatur ex vnico teſte, iuncta litis ſubſtentatione.*
3 *Bona poſſeſſa fuiſſe per defunctum probatur ex teſtibus benè deſuper deponentibus.*
4 *Item probatur ex inſtrumento diuiſionis filiorum.*
5 *Amplia etiam ſi in dicto inſtrumento non enuncientur vti bona paterna, dum modicum tempus interieceſſerit à die obitus patris ad diem facta diuiſionis.*
Filios comparaſſe multa bona non præſumitur in modico tempore poſt mortem patris, præſertim ſi non probetur fuiſſe induſtrioſus.
6 *Prædium, ſeu Podere ſi ſit diuiſum in pluribus petiis, non eſt neceſſe quod teſtes ſuper illius identitate deponentes, referant ſingulos confines cuiuſcumque petiæ; ſed ſufficit, quod de maiori parte confiniorum deponant, referendo loca, vbi petia poſita ſunt.*

7 *Poderis*

7 *Poderit appellatione comprehenduntur de consuetudine diuersæ petiæ terrarum, itaut diuersa corpora habeantur pro vno corpore.*

8 *Confinium confusio causata ex acquisitionibus factis ab herede grauato in loco, vbi sita sunt bona fideicommissi, non nocet fideicommissario, immissionem petenti, sed hæres tenetur confines antiquos designare.*

DECISIO CCCXXV.

POSTQVAM in hac causa fuit *die 21. Februarij anni præteriti*, fuit ad fauorem Octauiani resolutum, Constare de purificatione fideicommissi quondam Alexandri eius aui, & Pandulphinæ matris, Dubitaui hodie; An constet de identitate, & Domini quoad bona Pandulphinæ affirmatiuè responderunt; constat enim dicta bona consistentia in vnico prædio in vocabulo *Santo Proneto*, fuisse possessa per dictam Pandulphinam, vt deponunt octauus, & decimus testis, *Summario Octauiani n. 12.* qui assignant pro confinibus bona Pamphilij Angeletti, bona hæredis Ioan-
5 nis Baptistæ Leunij, nec non alios confines, † licèt ad
probandam identitatem duo tantùm sufficiant *Bart.
in l. demonstratio n. 14 ff de condit. & demonst. Alexand.
cons. 73. n. 7. lib. 3. Rot. decis. 706. n. 3. p. 2. recent. Greg decis. 575. n. 4.* & prædictus decimus testis deponit, dictum prædium, de quo supra, nunc possideri per Do-
2 minam Comitissam Camillam ream conuentam, †
qui licèt sit vnicus, tamen iuncta litis substentatione, benè probat, vt fuit sæpissimè decisum. Ex quibus remanet probata identitas prædij supradicti, circa quam non est multùm insistendum, cùm neque illa inter partes controuertatur.

Sed versatur solùm difficultas circa identitatem bonorum prædicti Alexandri, consistentium in tribus corporibus, nempe in prædio, *siue podere*, sito in pertinentiis Castri Dirutæ, diuiso in octo prædiis sub diuersis vocabulis: in domo sita in eodem Castro: & in alio petio terræ sito in Villa *Santo Proneto* in vocabulo *Scrofano*; & placuit Dominis dumtaxat pronunc firmare duo priora corpora fuisse possessa à dicto Alexandro fideicommittente.

Nam in primis quoad primum corpus, nempe prædium, siue podere Castri Dirutæ, probatur illud fuisse possessum à dicto Alexandro ex depositionibus testiū,
d. summ. n. 2. † qui exprimunt locum loci, & vocabu-
3 lum prædij, multos confines, nempè bona Confraternitatis sancti Augustini Perusiæ, bona Hospitalis Castri Dirutæ, bona Equitis *della Penna*, & viā quæ ducit ad flumen Tiberis, in quibus omnibus benè concordant; & deponunt etiam de qualitate prædij, nimirum, *Arborato, olivato, e diviso in varie pezze*, cum specificatione vocabulorum huiusmodi petiarum, ex quibus satis remanet iustificata possessio dicti Alexandri de dicto prædio, cùm alias sufficeret verificatio duorum confinium ex allegatis in principio.

Secundò, idem prædium fuisse possessum à dicto
4 Alexandro, † probatur ex instrumento diuisionis,
quàm eius filij paulò post tres annos à die sui obitus fecerunt, in qua fit mentio dicti prædij Dirutæ, diuisi in octo petiis cum specificatione vocabulorū, & confinium cuiuslibet petiæ, quæ concordant cum confinibus, de quibus deponunt dicti testes; † & licèt in
5 dicto instrumento diuisionis non dicatur dictū prædium esse de bonis paternis; tamen, quia modicū tempus intercessit à die mortis patris vsque ad diem factæ diuisionis, ab eo præsumitur obuenisse, cùm non sit verisimile, filios prædictos in tam breui tempore cōparasse tantam pecuniam, vt potuerint facere tot emptiones; præsertim cum non probetur fuisse industriosos, *Becc. cons. 113. n. 9. vers. & quòd magis lib. 1. Maresc. var. resol. lib. 1. c. 12. n. 114. Surd. decis. 15. sub n. 10.* & firmauit *Rota in causa Bononien. fideicommissi de Desideriis 14. Iunij 1627. & 24. Maij 1628. coram Domino meo Merlino.* Quæ præsumptio tantò magis in casu nostro procedit, cùm coadiuuetur ex prædictis depositionibus testium attestantium de possessione Alexandri, & de confinibus supradictis.

Neque obstat, quòd cùm dictum prædium, seu *podere* Castri Dirutæ, sit diuisum in octo petiis separatis, debuissent specificari per testes confines cuiuscumque petiæ; † Quia cùm confines maioris partis 6
exprimantur, & referantur [illegible] in quibus omnes petiæ prædictæ sitæ sunt cum propriis qualitatibus, & demonstrationibus, visum fuit Dominus, facti qualitate attenta, hoc sufficere ad perfectè credendum esse easdem petias terræ, & non alias, præsertim cum nomine *poderis*, quo dicti testes vtuntur, de consuetudine comprehendantur diuersæ petiæ terrarum; itaut diuersa corpora habeantur pro vno corpore, *Surd decis. 241. n. 13. & 14. Card. Caual. decis. 146. n. 2. & 3.* cum aliis ibi relatis.

Minòs obstant prætensæ acquisitiones de aliquibus 7
petiis ibi factæ per dictos filios, ex quibus prætenditur confusio confinium, itaut iidem confines supra relati, possint conuenire dictis petiis per filios acquisitis; Quia de illis Testes non intellexerunt, imò fuerunt expresè exceptuatæ in sententia de partibus lata in prima instantia ad fauorem Octauiani; vltrà quod si
aliqua fuisset orta confusio ex acquisitione subse- 8
quuta, ea oritur non culpa fideicommissarij, sed hæredis, qui tenetur distinctè confines antiquos designare, & bonorum identitatem ostendere, *Ang. in l. si rem sub n. 4. de rei vindic. Ruin. cons. 50. n. 15. lib. 1. Afflict. decis. 23. n. 5. in fin. & n. 6.* cum aliis cumulatis *per Addent. ad Greg. decis. 575. n. 11. in fin.* Quò verò ad Domum sitam in Castro Dirutæ, pariter visum fuit probari, illam fuisse possessam à dicto Alexandro, cum Testes assignent duos confines, nempe plateam, & vicum, qui concordant cum confinibus relatis in Instrumento dictæ diuisionis, & verificatio duorum confinium sufficiat ad effectum de quo agitur, *ex Bart. & aliis* supra allegatis.

Tandem restat tertium, & vltimum Corpus, nempe petium terræ situm in Villa *S. Proneto* in vocabulo *Scrofano*, & Dominis visum fuit ex hodie datis in *Sūmario* non probari, illud fuisse possessum à dicto Alexandro; siquidem ad hoc probandū solùm datur vnus Testis in *d. sum. n. 7.* qui nec deponit de dicto prædio, sed solùm facit mentionem de quadam Domo in ea existente; datur deinde particula Catastri, in qua illud reperitur descriptum, sed nihil facit, quia Confines, de quibus in ea, excepto confine viæ publicæ, discordant à Confinibus, qui habentur in Instrumēto dictæ diuisionis, &c. An autem dicta bona, quæ possessa fuerunt per Alexādrum, sint eadem, quæ nunc possidentur per D. Comitissam, ordinarunt Domini, vt particulariter videatur, & quòd coadiuuetur probatio.

Et ita resolutum vtraque parte Informante, &c.

Bononien. Legati de Marescottis.

Lun. 1. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Fructus legati non debentur, nisi à die Iudicij

validè intentati. Et an vigore libelli apti
ob vim verborum compræhendere tam
Iudicium executiuum, quàm ordinarium,
possit vno ex illis iam electo ad aliud con-
uolari.

SVMMARIVM.

1 *Hypotecha non competit pro consequendis prædiis legatis, quæ non sunt Testatoris, sed hæredis.*
2 *Saluianum non datur sine hypotheca.*
3 *Libelli ineptitudine stante, & Iudicij nullitate, res haberi debet ac si semper perseuerasset integra, & lis nunquam fuisset contestata quoad omnes effectus, & præsertim quoad continuationem bonæ fidei ad effectum acquisitionis fructuum.*
4 *Fructus restituere non tenetur is, qui bona fide illos percepit.*
5 Tradere, & consignare *verba, important translationem dominij.*
6 *Iudicium executiuum, & Iudicium possessorium Saluiani licèt fuerint à principio nulliter intentata, quia agi debebat via ordinaria, tamen si in libello dd. Iudiciorum adsint verba, ex quibus videatur etiam intentatum Iudicium ordinarium, poterit ex illo libello prosequi petitorium iuncto numero antecedenti. Contrarium resoluitur n. 7. & seqq. ex quo dicta iudicia non possunt simul cumulari, & prosequi.*
8 *Libellus incertus licèt regulariter valeat, fallit tamen, si Reus se opponat, & petat libellum declarari per actorem, & nulla sequatur declaratio.*
9 *Amplia procedere etiamsi in libello adsint clausulæ, peto iustitiam, &c. & omni meliori modo, &c. & ratio redditur ibidem.*
10 *Libelli declaratio quando per actorem facta censeatur, & n. 12.*
11 *Libelli conclusio quid operetur.*

DECISIO CCCXXVII.



VIT resolutum, confirmandas esse
sententias Rotales DD meorum Quei-
pi, & Vbaldi, quibus fuit declaratum,
fructus non deberi à d. e intentati iu-
dicij Bononiæ super traditione seu cõ-
signatione legati prædiorum, de quibus agitur, &
deinde prosecuti in Rota coram Domino meo Merli-
no, sed à die petitorij posteà intentati coram Domi-
no meo Dunozet.

Ratio resolutionis fuit, Quia in partibus fuit pri-
mo loco cœptum iudicium executiuum pro consi-
gnatione dicti legati, & deinde, omisso iudicio execu-
tiuo, fuit intentatum Iudicium Saluiani, & super eo
lata sententia, ad fauorem legatariorum: In gradu au-
tem appellationis in Rota iidem legatarij, omissa d.
sententia de partibus, introduxerunt nouum Iudi-
cium, prout in prima coram R.P.D. Merlino, super
eodem Saluiano, & pariter obtinuerunt sententiam
1 fauorabilem; † cùm tamen pro consequendis d.d. duo-
bus prædiis legatis, cùm non essent Testatoris, sed
hæredis, hypotheca non cõpeteret *l. 1. in fi. C. commu.
de leg.* & ibi DD. post *Bart. Pereg. de fideic. art. 45. n. 49.
Viu. d. 606. n. 11. & 31. Gasp. Thes. lib. 2. quæst. forens q 84.
num. 1.* & fuit in hac *eadem causa* resolutum *7. Fe-*
2 *bruarij* 1629. *coram Domino meo Dunozet*; † Saluta-
tianum autem sine hypotecha non datur, *l. 1. C. de
Salu. §. Item seruiana Instit. de act. Nat. conf. 474 n. 34.
Rota decis. 9. num. 4. & decis. 18. num. 1. apud Pacif. de
Saluian.*

Stante autem ineptitudine libelli, Iudicij nullita-
te, † perinde regulariter res haberi debet, ac si semper 3
perseuerasset integra, & in eodem statu, & lis nun-
quam fuisset contestata quoad omnes effectus, & præ-
sertim quoad cõtinuationem bonæ fidei, ad effectum
acquisitionis fructuum, ex doctr. *Bald. in l. 2. n. 18. C. de
fruct. & lit. expens. Castr. in l. si quis §. quod si quis, n. 2. de
iniust. rupt. Roman. conf. 412. vers. nunc ergo videndum.
Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloss. 10. n. 8;. & in hac eadem*
causa firmauit *Rota die 27. Iunij 1630. & 27. Ian. 1631.
coram Domino meo Queipo, & 14. Nouembris eiusdem
anni coram Domino meo Vbaldo*, † Vnde cùm Vincen- 4
tius fuerit in bona fide vsque ad diem intentati peti-
torij, coram Domino meo Dunozet. non tenetur fru-
ctus anteà perceptos restituere, *§. si quis à non domino,
Inst. de rer. diuis. l. 4. §. 1. ff. fin. reg. l. in interdictis*, & ibi
*Bart. ff. de interd. Rot. d. 320. n. 2. & decis. 689. n. 1 part. 2.
recent. & decis. 206. n. 6. & 193. n. 8. & 9. in impress. apud
Cenc. de censib.* & alibi sæpiùs.

Neque obstat vnicum fundamentum, ex aduerso
nempe, quòd Bononiæ fuit etiam à principio inten-
tatum Iudicium ordinarium, propter illa verba libel-
li tunc oblati, ibi † *tradere, & consignare prædia*, quæ 5
videntur importare translationem dominij, ad *l. tra-
ditionibus C. de pact. Menoch. conf. 796. n. 29.* itaut, † li- 6
cèt Iudicium executiuum, & iudicium possessorium
Saluiani fuerint nulliter intentata; potuerit nihilomi-
nus ex illo libello prosequi petitorium, *Seraf. dec. 630.
n. 5. & Greg. XV. dec. 270. n. 3. & dec. 478. n. 1.*

Quia quidquid sit, an dicta verba libelli sint de se
apta vtrumque iudicium compræhendere, videlicèt
tam ordinarium, quàm executiuum Bononiæ inten-
tatum, & deinde possessorium Saluiani, quo Romæ
coram Domino meo Merlino actum fuit, † quia ta- 7
men dicta iudicia non possunt simul cumulari, nec
prosequi, vt ad sensum patet. & probatur ex adductis
per *Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune in 5. combi-
natione n. 27. ff. de acquir. possess. Vinc. de Franc dec. 901.*
consequenter negari non potest, quin libellus fuerit
incertus, & obscurus; Vnde cum Vincentius se oppo-
suerit, & fuerit protestatus, vt alia pars declararet,
quo iudicio agere, velle, & nunquam declarationem
fecerit, intrat limitatio ad Regulã, † quòd licèt aliàs 8
libellus incertus procedat *l. fin.* & ibi *gloss.* vbi etiam
Bart. C. de annal. except. secus tamen est, si reus se op-
ponat, & petat libellum declarari per actorem, & nul-
la declaratio sequatur, *l. 1. in princ. ff. de edend. & l. si
defensor §. illud ff. de interrog. act. Bart. in l. si quis inten-
tionem num. 1. ff. de Iud. & in l. si rem la 1. in fin. ff. de rei
vendic. & in d. l. fin. n. 4. Angel. in l. Papinianus §. si quis
inutum ff. de inoffic. test. Alber. in l. si quis intentionem ff.
de iudiciis Felin. in cap significantibus n. 3. de libelli obla-
tione, Dec. in cap significantibus n. 2. & seq. de appell. &
clarius, Ias. in §. c. rare n. 16. vers. est bene verum. Instit.
de act. Alex. conf. 182. n. 1. lib. 2. Afflict. in const. Regni
lib. 2. de dilat. n. 37. vers. sed si pars opponat, Greg. Lop.
in l. 3. tit. 13. partita 7. in gloss. 1. Maranta in praxi 4.
part. d. tit. 9. n. 13. Barbos. in d. l. si quis intentionem 132.* †
Quæ limitatio procedit etiam quòd in libello adsint 9
clausulæ *peto iustitiam, &c. & omni meliori modo, &c.*
vt communiter notatur in *d. l. fin. C. de annali except.
Gemin. in conf. 118. Socc. Sen. conf. 95. n. 16. lib. 3.* militat
enim eadem ratio *d. l. 1. ff. de eden.* † videlicet quòd 10
actor teneatur dictas clausulas sui libelli declarare, vt
videat Reus, vtrum cedere debeat, vel contende-
re; & ideò in dicto libello nullum potest fieri fun-
damentum.

Præterea dicebant aliqui ex Dominis, quòd lega-
tarij Actores in præsenti, stante Vincẽtij protestatio-
ne, fuerunt tacitè visi declarare, libellum tàm ex gestis
ante dictam Vincentij protestationem, quàm posteà,
ante

ante nimirum, quia in libelli fine, & conclusione sta-
10 tim post dicta verba, *tradere, & consignare*, petierunt
executionem: itaut ex hoc, subsecuta protestatione, &
non facta alia declaratione, visi fuerint se restrinxis-
se ad iudicium executiuum, ex Regula, † quòd cōclu-
sio libelli est, quæ regulat, ampliat, declarat, & re-
stringit ipsum libellū, *Innoc. in c. super litteris extra de
resc. Ias. in §. omnium n. 29. cum seq. Instit. de action. & in
terminis verbi consignare Bertazz. cons. 4. num. 21. Crot.
cons. 93. n. 13. lib. 1.* Post verò protestationem, † quia ex
prosequutis constat talem fuisse eorum intentionem;
quinimò declarasse quasi tacitè respondendo, & ob-
temperando protestationi sibi factæ, quòd solùm in-
tentarunt, & prosequi volebant Iudicium exequuti-
uum, aut possessorium, ex adductis per *Rolan. & Valle
cons. 41. n. 14. lib. 3. Paris. cons. 131. lib. 3. & Sard. cons. 273.
num. 27.*

Et ita resolutum vtraque parte Informante, &c.

Romana Fideicommissi de Carpianis.

Ven. 5. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Manutentio debetur Matri Tutrici in possessione bonorum pupilli eius filij defuncti, & Quare. Immissionis petitio quando possidenti non præiudicet.

SVMMARIVM.

1 *Possessio anterior præfertur posteriori possessioni; ad effectum manutentionis.*

2 *Tutricis possessio in bonis pupilli, an finiatur morte ipsius pupilli, & numeris seqq.*

Tutela expirat morte pupilli.

3 *Tutor tenetur de periculo, & damno, quousque fuerit datus Curator hæreditati pupilli, & ideò durat adhuc interesse Tutoris post pupilli obitum.*

4 *Tutor defuncto pupillo habet custodiam rerum administratarum, donec per ipsum fuerit reddita ratio.*

5 *Mutare quis sibi præsumitur causam possidendi ex superueniente nouo titulo, etiam absque animi declaratione.*

6 *Immissionis petitio ostendit, petentem recessisse à priori possessione.*

7 *Fallit si immissio fuerit petita cum clausula præseruatiua,* omni meliori modo, *& citra animum recedendi à priori possessione, quo casu illa censetur petita ad corroborationem prioris possessionis, & n. 8.*

9 *In iudicio summariissimo manutentionis discuti non debent, quæ petitorium respiciunt.*

DECISIO CCCXXVIII.

DOMINA Iulia Noia, mortuo Iosepho eius Viro, vti Tutrix, & Curatrix Ventris prægnantis de mandato Domini Collateralis, fuit sub die 21. & 22. Februarij 1630. immissa in possessionē omnium, & singulorum bonorum per dictum quondam Iosephum eius maritum possessorum; Nato deinde ex dicto Ventre Iacobo Iosepho, eóque postea defuncto Oliuectus Carpianus prætendens vti proximior se vocatum, ex causa fideicommissi ad dicta bona, obti-
nuit immitti in possessionē supradictorum bonorum
sub die 24. Iulij 1631. Vnde proposito dubio, Cui es-
set dandum mandatum de manutenendo, fuit ad fa-
uorem Iuliæ resolutum; † Quia cùm eius possessio 1
sit anterior, venit ideò præferenda, *Bar. in l. si duo n. 4.
ff. vti possidetis, Seraf. decis. 1038. n. 1. & decis. 1041. n. 1.
Rot. decis. 293. n. 8. & decis. 513. n. 1. part. 1. recent.*

Neque obstat, quod per obitum pupilli videatur
finita omnis possessio Iuliæ Tutricis, † sicut eius tu- 2
tela iam expirauit, *§ simili modo Inst. quib. mod. tut. fin.* † 3
Quia cùm Tutor teneatur de periculo, & damno
quousque fuerit hæreditati pupilli Curator datus,
Gail. obser. 96. lib. 2. n. 3. Gutier. de tutel. & cur. p. 3. c. 39.
durat adhuc illius interesse post pupilli obitum; † & 4
ideò habet custodiam rerum administratarum, donec
per ipsum fuerit reddita ratiō, *Rot. coram Card. Serap.
decis. 77. & decis. 82. per tot.* Et in puncto matris Tutri-
cis aliàs firmauit, *Rota in Romana de S. Cruce 11. Maij
1608. coram bon. mem. Cardinali Sacrato, & in Perusina
fideicommissi de Baptistis 12. Decembris 1625. coram
Domino meo Piruuano, & in Romana Casalis Aguz-
zam 21. Maij 1630. corā me.* † Quinimò eo ipso, quòd 5
in casu nostro Iacobus Iosephus filius decessit, super-
uenit in Iulia eius matre titulus hæreditarius; vnde
videtur mutasse sibi causam detentionis in possessio-
nem Iure proprio, absque alia animi declaratione, per
text. in *l. cum nemo C. de acq. possess. Cresc. decis. 5. n. 2. de
restit. spoliat. Rot. decis. 366. n. 1. part. 1. rec. Greg. XV. de-
cis. 546. n. 1.* vbi latè *Add. sub n. 15. Caual. decis. 171. n. 4.*
Et in puncto dixit *Rota in d. Romana Casalis vers. aut
verò Alexandra coram me.*

Minùs obstat, quòd eadem die, qua fuit capta pos-
sessio per Oliuectum, fuerit etiam petita, & capta su-
per eisdem bonis per Iuliam; quæ petitio immissio- 6
nis ostendit, ipsam recessisse à prima possessione,
Mantic. decis. 10. † quia illa fuit petita cum clausula 7
præseruatiua, *omni meliori modo*, & citra animum rece-
dendi à priori possessione, in qua reperiebatur tam
Iure familiaritatis, quàm ratione suarum dotium, ac
etiam ex causa tutelæ, & administrationis, † quo ca- 8
su possessio censetur petita, & capta ad cautelam, &
ad magis corroborandam, & confouendam primam
possessionem, vt notant *D. D. in l. 1.* vbi in specie *Bar.
n. 17. C. de lit. contest. Rota d. decis. 366. n. 4. p. 1. recent. &
in Asturicen. Præstimoniorum 29. Martij 1621. coram
bo. mem. Vbaldo, & in dicta Romana Casalis vers. & pro-
pterea coram me.*

Cætera, quæ fuerunt deducta, circa fideicommis-
sum quondam Iacobi Carpiani, respiciunt petito-
rium, † & ideò non veniunt discutienda in hoc sum- 9
mariissimo manutentionis Iudicio.

Et ita decisum vtraque parte Informante, &c.

Ançonitana Censuum.

Ven. 5. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Agitur principaliter de melioramentis factis in re emphyteotica; videlicèt quando Emphyteutæ illa refici debeant nec ne; Et an dicta melioramenta possint per Emphyteutam obligari.

SVMMARIVM.

1 *Testium reuelationes facta sine Iuramento Interrogatoriis, & Citatione partis non probant.*

2 *Testis referens se ad Inuentaria, & ad fidem, quam alias dixit se fecisse, nil aliud probat, quam dicta inuentaria, & fides.*

3 *Tutorum culpa in non describendo in Inuentariis bona defuncti, non praiudicat infantibus, qui illa non habuerunt.*

4 *Negatiua non existentia aliorum bonorum defuncti, ex quibus probetur, remissiue.*

5 *Melioramenta refici debent finita Emphyteusi per generationem, aut sine culpa Emphyteuta.*

7 *Melioramenta spectare debent durante Emphyteusi ad comprahensos in inuestitura, non autem ad haredes extraneos, si ex pacto ad illos non sint transitoria.*

8 Decisio Rotæ 294. num. 6. & 10 part. 1. recent. *declaratur.*

Emphyteuta obligare potest solùm durante eius vita, melioramenta, quæ finita Emphyteusi, debent ad Dominum ex pacto redire.

9 *Apoca non recognita, nec recognosci valens, ex quo tam principales, quàm Testes in ea subscripti, mortui sunt non probat.*

10 *Comparatio sine requisitis, & solemnitatibus Iuris, de quibus per DD. ibi cit. non valet.*

DECISIO CCCXXIX.



CVM die 21. *Iunij* 1629. & *deinde* 20. *Februarij* 1630. fuerit resolutum Non extare alia bona Petri, quæ Dominis de Triumphis suffragentur, illi ad probandam affirmatiuam nempe existentiam aliorum bonorum Petri, nec non communionem bonorum inter bon. mem. Hieronymum Archiepiscopum Theatinum, dictum Petrum, & Franciscum fratres, sæpiùs per Rotã exclusam, & præsertim *in Decisione in hac causa facta* 25. *Iuny* 1630. *corã bon. mem. Iusto,* dixerunt articulos, & desuper Testes formiter, mediante Remissoria examinari fecerunt, nec non scripturas aliquas produxerunt; Vnde dubitatum hodie, An Testes nouiter examinati & scripturæ nouiter productæ releuent, & fuit negatiuè resolutum.

Nam existentia aliorum bonorum prætenditur ex duplici capite; nempè quòd per Testes probetur in hæreditate Petri fuisse alia bona mobilia præter descripta in Inuentariis, & eundem Petrum fecisse quædam melioramenta in bonis Emphyteoticis: Sed neutrum releuat; non primum de mobilibus, † Quia Testes, qui de illis deponunt præter septimum, non sunt
1 formiter examinati, sed sunt simplices reuelationes sine iuramento, & interrogatoriis, & citatione partis, qui ideò non probant, vt dixit *Rot. in Arimin. Castrorum* 29. *Nouemb.* 1599. *coram Card. Lancell quæ est decisio* 138. *in impress. post.* 2. *volum. cons. Farin.* & fuit dictum *in dicta decis. in hac causa facta* 21. *Iuny* 1629. *in vers. Vnde non obstant reuelationes;* septimus autem Testis, vltra quòd est vnicus, & particularis, & alias, quas patitur exceptiones, se refert ad inuentaria, & fidem, quam dicit, se aliàs fecisse, † qui propterea nihil aliud probat, quàm dicta Inuentaria, & fides, quæ
2 cùm non sint in actis, & mobilia Inuentariorum non releuare, fuerit latè discussum in dictis Decisionibus; propterea dicti septimi Testis nulla est habenda ratio; † & in omnem casu non obstaret, cùm tunc Leonij essent Infantes, quibus culpa Tutorum in non
3 describendo dicta bona in Inuentariis, cùm non extent, nec probentur ad eorum manus peruenisse, non est imputanda, *l.* 1. & *l. etiam C. si Tut. & Curat. interu. Surd. decis.* 222. *n.* 12. *Canc p.* 3. *var. tit.* 2. *n.* 85. & 88. & fuit latiùs dictum in *dicta decis.* 21. *Iuny vers. & cessat omnis difficultas.*

Tandem quando ex prædictis reuelationibus, & Testibus, aliqualis resultaret probatio existentiæ aliorum bonorum mobilium, † euacuaretur, & in contrarium præponderarent illa adminicula ponderata in *d. dec.* 21. *Iuny in vers. tandem quamuis;* nempe confessio Creditorum, de qua in commissione super discussione bonorum hæreditatis Petri, qua Triumphi vsi fuerunt; Deinde Testes pro Leoniis examinati, generaliter deponentes omnia Petri bona fuisse per Creditores occupata. Præterea alij Testes alias pro Triũphis examinati, qui sunt etiam Petri Creditores, asserentes nullam eis spem esse consequendi sua credita; Vlteriùs quòd hæc lis fuit diù agitata cum præsupposito; quòd hæreditas Petri non erat soluendo, & denique alia huiusmodi, de quibus ibidem. 4

Non etiam obstat secundum de melioramentis, Quia licèt Testes videantur concludere, illa fuisse facta; tamen aut prætenduntur facta in Domo sit in Castro Comburani, & in prædio illo 40. Salmarum Lumbriani nuncupato; & non sunt attendenda, quia possidentur per Triumphos, vt fuit firmatum in dictis Decisionibus; Aut in prædio Sancti Appollinaris 24. Salmarũ, quod est Emphyteusis Ecclesiasticæ, & fuit concessum Petro ad tertiam generationem, & minùs attendi debet, † Quia licèt de iure finita Emphyteusi per generationem, aut aliàs sine culpa Emphyteutæ, 5
melioramenta sint reficienda, ad *text. in his* §. *si Vassallus in tit. finitur lex in vsibus feudorum, Ias. in l.* 2. *n.* 27. *C. de Iur. Emphyt.* & notant ferè omnes in *l. Senatus,* §. *Marcellus ff. de leg.* 1. Fallit tamen, quando ex pacto, 6
prout in casu nostro, non sunt transitoria ad hæredes, sed debent permanere apud Ecclesiam, itaut fiat eo ipso incorporata cum Emphyteusi, & effecta de dominio directo Ecclesiæ, ad quam Emphyteusi finita reuerti debent, vt sunt verba clara dictæ Inuestituræ, & in his terminis annotatum *Bart. in l. iubemus,* §. *sanè, n.* 2. *C. de Sacr. Eccl. Ias. in d. l.* 2. *n.* 28. & *Men. de recup. rem.* 15. *n.* 504. † & consequenter melioramenta, 7
durante Emphyteusi, in dicto casu, spectant ad habentes dominium vtile, & sic ad Leonios, vti compræhensos in Inuestitura, non autem vti hæredes Petri, iuxta distinctionem, quàm facit *Bero. quæst.* 96. *n.* 4. † 8
& non obstat *decis. Rota* 294. *n.* 6. & 10. *p.* 1. *recent.* dum dicit, quòd etiam stante dicto pacto, possunt melioramenta obligari per Emphyteutam, Quia est intelligenda durante vita illius dumtaxat, iuxta latè tradita per *Dec. cons.* 88. *n.* 3. *vers. sicut ergo, Tiraq. de retr.* §. 19. *gl.* 2. *n.* 5. & §. 32. *gl.* 1. *n.* 39. *Vinc. de Franc. decis.* 39. *n.* 1. & *decis.* 64. *num.* 11, Aut tandem dicta melioramenta prætenduntur facta in illis quatuor salmis hæreditariis dicti prædij S. Appollinaris; & vltra quòd non constat in illis aliqua melioramenta fuisse facta; quando probarentur, non releuarent, nec de illis esset habenda ratio ad effectum, de quo agitur: prout neque de dictis quatuor salmis ex rationibus latè deductis in *dicta decisione* 4. *Februarij* 1630. *in vers. tandem quoad bona stabilia vsque ad finem.*

Quò verò ad communionem omnium bonorum, illa prætenditur probari ex quadã apoca priuata, Testibus subscripta, cũ subscriptione Petri, Hieronymi, & Francisci fratrum, in qua narratur, Prædiũ, de quo in ea, esse commune, prout sunt communia omnia alia acquisita per dictos fratres, quas subscriptiones esse prædictorũ fratrum, contẽdebant Domini de Triumphis, probari per comparationem cum aliis scripturis priuatis, & præsertim subscriptionem Petri ex quibusdam scripturis extractis ex libris Ciuitatis Anconæ, quas ideò prætendunt habere vim publicarũ scripturarũ, sed quidquid sit, Domini dictæ apocæ, & cõparationis, nullam habuerunt rationem; † Quia in primis 9
dicta apoca non est recognita, nec recognosci potest

per

per principales, & Testes in ea subscriptos, cùm omnes iam mortui sint; 10 † Comparatio autem est penitus sine requisitis, & solemnitatibus Iuris, de quibus latè *DD in l.comparationes C.de fid.instr.Bart.in l.scripturas n.2.C.qui potior.in pign. Alex.cons.76.n.6.vers. quinimò, Crauett.de antiq.tem.part.1.§.quæritur etiam, n.59. & 74.Rebuff.in constit.Regu.tract.st. de Chiro. & Ced. n.22.cum seqq.Conar.pract.quæst.cap.22.n.2.Menoch.de arb.cen.2.cas.114.per tot. Afflict. decis.181.* & ibi latè *Add & egregiè Ioseph.Ludou.decis.7.Perus.per tot.Rot. decis 54.& decis.277.inter impress.apud Pacis. de Saln. Inter.*

Et ita decisum vtraque parte Informante, &c.

Salernitana Iurispatronatus.

Lun. 15. Martij, 1632.

ARGVMENTVM.

Nonnulla habes notanda in materia manutentionis, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio ex quibus probetur ad effectum manutentionis.*
2 *In Iudicio possessorio Summarissimo sufficiunt leuiores probationes.*
3 *Possessio recentior præsumitur clandestina, nec est manutenibilis in concursu antiquioris possessionis.*
4 *Possessio, quæ dedit causam liti, non est attendenda.*
5 *Attentata sunt, gesta contra formam litterarum Sacræ Congregationis Regularium partis intimatarum.*
6 *In Iudicio summarissimo manutentionis; non admittuntur obiectiones respicientes petitorium.*

DECISIO CCCXXX.

DOMINI resoluerunt, Monachis Congregationis Montis Virginis, dandum esse mandatum de manutenêdo in quasi possessione celebrandi diuina officia, in Cappella Sancti Bartholomæi Plateæ Gaudij, nec non percipiendi fructus prouenientes ex dicta Cappella, 1 † Quia de eorum possessione, vel quasi, constat ex depositionibus Testium, ex aduerso, nempe pro parte familiæ d. Palmeriis examinatorum de anno 1619. *summario eiusdem familiæ n.2.* qui benè deponunt, Monachos à die obitus q. Prosperi in eadem Cappella prætensi Cappellani semper celebrasse diuina Officia, & fructus percepisse: nec non etiam probatur possessio dictorum Monachorum ex confessione eiusdem partis aduersæ, de hoc, facta per Iosephum Palmerium, tam nomine proprio, quàm procuratorio dictæ familiæ, quæ sufficit ad effectum manutentionis, *Rota coram Greg.XV.dec 438.n.3.5.& 6.* & fuit dictum in *Perusina Rescissionis contractus 24. Februarij 1588.coram bon.mem. Card.Blanchetto.* 2 † Cùm tamen in hoc summarissimo possessorio sufficiant leuiores probationes *Menoch de retin. rem. vlt.n.34. Greg.decis.324.n.5.Caual.decis.75.n.4.*

Neque obstat possessio capta per Antonium, vigore præsentationis de eo factæ per eandem familiam, & institutionis deinde subsequutæ.

3 Primò quia tanquàm recentior, † præsumitur clandestina, nec est manutenibilis in concursu antiquioris possessionis Monachorum, *c.licèt causam, §.ex præmissis de prob.Bart.in l.si duo, n.4.vers.si verò Testes, ff.vti possid.Couar.pract.quæst.c.17.in fin. Rota dec.292. n.8.part.1.recent.*

Secundò quia dedit causam liti; † & ideò non venit attendenda, *Greg.decis.4 n.1.& decis.369.num.4. Rot.decis.30.n.1.part.2.recent.* 4

Minùs obstat præsentatio facta per dictam familiam de dicto q.Prospero Sacerdote seculari, qui fuit illius vigore institutus, & immissus in possessionem dictæ Cappellæ, ex qua præsentatione, effectum sortita, prætendit familia, se esse in quasi possessione actiua præsentandi, quia manutentio super quasi possessione actiua præsentandi non est præsentis inspectionis, sed duntaxat super celebratione diuinorum Officiorum in d.Cappella, & fructuũ perceptione; † 5 vltra quod possessio capta per Prosperum, & exercitium Diuinorum Officiorum per eum administratum in dicta Cappella, fuerunt actus attentati, cùm gesti fuerint contra ordinem præcedentem litterarum S.Congregationis Regularium, Quibus de anno 1597. fuit iniunctum dicto Archiepiscopo, vt nihil innouaretur per dictam familiam in dicta Cappella, in præiudicium Monachorum, quæ litteræ fuerunt intimatæ omnibus dictæ familiæ; Vnde possessionis, & exercitij Prosperi nulla est habenda ratio.

Eandem non obstant Testes examinati de anno 1597 deponentes de præsentatione cuiusdam fratris Hieronymi Religiosi dicti Monasterij, & de aliis præsentationibus factis nomine dictæ familiæ, ex quibus pariter illa prætendit probari, se esse in quasi possessione præsentandi, quia vt supra dictum fuit, hoc non est præsentis indaginis, nec dictæ præsentationes probantur effectuatæ coram Ordinario; imò præsentatio dicti fratris Hieronymi fuit admissa coram Abbate dicti Monasterij, & omnes præsentationes præter illam Prosperi, vt deponunt iidem Testes, fuerunt factæ de Monachis supradicti Monasterij, qui semper inseruiuerunt in dicta Cappella; & ideò dictæ præsentationes factæ de Monachis, & celebratio diuinorum Officiorum per eos facta in eadẽ Cappella, retorquentur contra familiam, cùm ex illis probetur quasi possessio Monachorũ, ad effectũ, de quo agitur.

Et cessat difficultas, Quia ex datis in *summario Monachorum n.1.* constat, quòd hæc Cappella fuit donata per Bartholomæum fundatorem Monasterio Montis Virginis, cum facultate, quòd Abbas in eo pro tempore existens, debeat ponere in d. Cappella ad seruiendum in ea vnum fide dignum Cappellanum, prout hactenus obseruatum fuit.

Neque releuat, quòd stantibus decretis Pontificum editis super reformatione Regularium, Monachi non possint amplius pernoctare in d Cappella, cum sit extra septa Monasterij, † Quia hæc obiectio 6 respicit petitorium; & ideò non est attendenda in hoc summarissimo manutentionis Iudicio.

Et ita decisum vtraque parte Informante, &c.

Ecclesien. Spolij.

Lun. 22. Martij, 1632.

ARGVMENTVM.

Cathedralitas ex quibus probetur. Vnio an præsumatur, & an facta censeatur accessoriè, vel æquè principaliter.

SVMMARIVM.

1 *Cathedralitas ex quibus probetur, remissiuè.*

2 *Beneficia plura obtinens in diuersis Ecclesiis, si moriatur, est facienda inter eas diuisio per æstimationem pro rata bonorum, ab illo relictorum.*
3 *Cathedralitas probatur ex sola quasi possessione, quando de ea agitur incidenter.*
4 *Cathedralitas probatur ex Testibus, & historiis.*
5 *Vnio non præsumitur, sed probari debet per allegantem.*
6 *Vnio vnius Cathedralis facta alteri Cathedrali, præsumitur æquè principaliter, non autem accessoriè; præsertim stante quasi possessione Cathedralis Ecclesiæ vnitæ.*

DECISIO CCCXXXI.



VIT resolutum confirmandam esse
sententiam Illustrissimi Archiepiscopi
Calaguritani ad fauorem Capituli Ec-
clesien. larum, qua fuit declaratum d.
Ecclesiæ Ecclesien. deberi tantam partem
spoliorum D. Francisci de Schiuel, olim Archiepisco-
pi Calaguritani, & Episcopi Ecclesien, & Antecesso-
rum Archiepiscoporum, & Episcoporum respectiuè;
Resolutionis ratio fuit, quia ex litteris in forma Bre-
uis fel. rec. S. me. Pij V. postea per S. me. Clementem
VIII. confirmatis, constat, quòd omnia spolia Archie-
piscoporum, & Episcoporum Insulæ Sardiniæ, & om-
nes fructus, redditus, & prouentus Ecclesiarum Ca-
thedralium, durante illarum vacatione, ab Episcopis
percipi soliti, fuot perpetuò applicati d. Ecclesiis Ca-
thedralibus pro illarum fabrica, reparatione, & para-
mentorum conseruatione, & emptione; quæ applica-
tio dictatum litterarum fuit, & est inuiolabiliter obser-
uantia, vt probatur ex Testib. *sum. n. 2.* & iuxta litte-
ras Apostolicas alias decidit *Rota in vna Arborem. Spo-*
1 *lij 17. Iunij 1624 coram bon. mem. Manzanedo*; † Vnde
cùm d. Ecclesia fuerit semper, & sit hodie Cathedra-
lis, taliter, quòd nunquàm amisit numen nec titulum
Cathedralis, sed remanserint, in ea distincti limites
Dioc. vti antiquitus, distinctum exercitium Iurisdi-
ctionis cum distincto Vicario, Capitulo, & mensa Ca-
pitulari, vt deponunt Testes *sum. n. 3. & 4.* & in spe-
cie sede vacan. deputauerit œconomos pro percipien-
dis fructibus applicatis in dd. litteris Apost. & illos
posteà perceperit, vt probant Testes *sum. n. 5.* conse-
quenter iuxta dd. litteras ad eam spectant spolia d.
Archiep. & aliorum suorum Antecessorum vti Episc.
Ecclesien. nec non fructus, redditus, & prouentus, du-
rante vacatione pro rata portione dict. Episcopatus;
prout aliàs, iuxta Iuris commonis dispositionem, †
2 quando aliquis obtinet plura beneficia in diuersis
Ecclesiis, est facienda inter ipsas diuisio per æstima-
tionem, pro rata bonorum relictorum à Beneficiato,
iuxta text. *in c. relatum il 2.* & ibi *Abb. n. 10. Card. in §.*
quia verò n. 3. Imol. n. 7. de testam.

Neque obstat, quòd Cathedralitas Ecclesiæ Eccle-
3 sien. non probetur nisi per Testes, † Quia vltra quòd
cùm non agatur principaliter de Cathedralitate, sed
incidenter, & secundario ad effectum nempè gauden-
di spoliis, sufficit probatio ex sola possessione, iuxta
doctr. *Bart. in l. quidam in suo n. 4. ff. de condit. instit.*
4 *Cald. cons. 23. de preben. Ro. decis. 24 n. 20. p. 1. diuers.* †
Videbatur Dominis benè probari ex Testium depo-
sitionibus, nec non ex pluribus historiis tam Regni
Sardiniæ, quam exteris, ex quibus Cathedralitatem
probari aliàs firmauit *Rota in Cæsaraugustana Cathe-*
dralitatis 1. Martij 1630. coram R. D. meo Decano.

Non obstat etiam si dicatur, quòd d. Ecclesia Ec-
5 clesien. fuit vnita Ecclesiæ Calaguritanæ; † Quia
præterquàm quòd vnio non præsumitur, sed probari
debet ab allegante, *Alex. cons. 70. n. 1. lib. 3. Felin. cons. 2.*
n. 11. Dec. cons. 233. col. 2. Rot. in recent. decis. 233. n. 5. p. 1.
& multo minus in nostro casu, cùm Testes *sum. n. 4.*
concludant de Comenda, non autem de Vnionem; † 6
in omnem casum, quando fuisset vnita, esset præsu-
menda vnio æquè principaliter, non autem accesso-
riè, & per viam incorporationis, præsertim stante
quasi possessione distinctæ Diœcesis, distinctæ men-
sæ, & diœcesorum Coniudicum ab illis Coniudicibus
Calaguritanis, & aliis huiusmodi, iuxta doctr. *Abb. in*
cap. extirpanda §. qui verò de præb. Rebuf. in prax. tit. de
vnion. 20. Gonzal. super reg. 8. gloss. 5. §. 7. n. 134. Garz.
de benefic. p. 12. cap. 2. n. 8. & Rota in Maceraten. Iurisd.
19. Aprilis 1596. corã Gipsio, quam allegat *Garz. ibid.*

Et ita resolutum.

Tarraconen. Obseruationis Statutorum.

Ven. 26. Martij, 1632.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Statuta nulla, & iniusta non sunt seruanda.*
2 *Statuta antiqua, si fuerunt reuocata ab Episcopo antecessore sine consensu Capituli, pariter Episcopus successor poterit sine consensu illius ad ea redire, & noua statuta sui Antecessoris reuocare.*

DECISIO CCCXXXII.

DOMINI hodie vnanimi voto, & abs-
que vlla penitùs difficultate approbarunt
decisionem in hac causa factam die 14.
Ianuarij 1631. in qua fuit resolutum, Sta-
tuta Archiepiscopi Moncadæ esse nulla,
& iniusta, eúmque sine consensu Confraternitatis
non potuisse reuocare Statuta antiqua, vt latiùs in
dicta Decisione.

Vnde nihil ad rem facit, An Archiepiscopus de
Oses, eum versemur in arduis potuerit, sine consensu
Capituli reuocare Statuta Archiepiscopi Moncadæ, †
Quia etiam quòd non fuissent reuocata, non essent 1
seruanda, tanquàm nulla, & iniusta, sed Antiqua re-
manent in suo robore; † Et in omnem casum, si Ar-
chiepiscopus Moncada potuit reuocare antiqua Sta- 2
tuta sine consensu Canonicorum Capitulariter præ-
stito, pariter, & Archiepiscopus de Oses potuit ad an-
tiqua redire, & noua reuocare, vt fuit deductum in
secundo fundamento dictæ decisionis.

Et ita resolutum vtraque parte Informante, &c.

Perusina Romana.

Lun. 29. Martij, 1632.

ARGVMENTVM.

Accipe ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Nomen, & arma Testatoris, quorum onus ipse suis hæredi*

hæredibus iniunxit, non tenentur illi assumere, nisi post apprehensam hæreditatem, dum Testatoris dispositio purè præcessit.

2 *Nomen, & Arma Testatoris assumendi onus, adiectum, censetur in vim modi, non autem per viam conditionis.*

3 *Onera iniuncta in vim modi adimplenda non sunt ante lucrum quæsitum.*

DECISIO CCCXXXIII.



VIT resolutum constare de fideicomm. q. Francisci de Salamonibus, purificato ad fauorem Illustriss. D. Cleriæ Marchionisse de Maximis; quandoquidem constat quòd Franciscus prædictus in suo Testamento institutis hæredibus vniuersalibus Cleria, & Vincentia eius filiabus, illis, & cuilibet earum substituit ipsarum, & cuiuslibet earum filios masculos legitimos, & Naturales, & filiorum filios, & Nepotes in infinitum; & in defectum masculorum, filias, & Neptes fœminas pariter in infinitum, easque ad inuicem in infinitum substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum; addito deinde, quòd casu, quo altera ipsarum, Cleria nempè, & Vincentia, vel alterius ipsarum filij, vel filiæ, & Nepotes, vel Neptes in Infinitum, decederent sine filiis legitimis, & naturalibus, aut filiorum filiis masculis, vel fœminis descendentibus vt supra in infinitum, sic morienti substituit alteram ipsarum superuiuentem, vel illius filios legitimos, & naturales, & filiorum Nepotes, & Pronepotes masculos, vel fœminas in infinitum.

Et deinde constat, quòd Vincentia sine prole decessit, & quòd ex d. Cleria nata fuit Victoria, & ex ea nati fuerunt Io. Baptista, & d D. Cleria Marchionissa de Maximis, & ex d. Io Baptista natus fuit Carolus vltimus possessor in d fideicommisso, qui cum sine liberis decesserit, fideicommissum fuit purificatum ad fauorem D. Marchionissæ, cuius legitima descendentia vt suprà benè probatur ex legitimis documentis de quibus in actis.

Neque obstat, quòd Testator vocatis iniunxerit
1 grauamen nominis, & Armorum ipsius*; † Quia quicquid sit, an illud fuerit adiectum masculis dumtaxat an, & fœminis; in omnem casum cùm præcesserit dispositio pura, D. Marchionissa ante appræhensam possessionem rerum fideicommissi non tenetur d. præcepto parere, iuxta magis veriorem sententiam; vt in his terminis *Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 14.*
2 *n. 12.* † & accedit quod hoc, & alia similia grauamina, in dubio præsumuntur adiecta in vim modi, non autem per viam conditionis, *Bart in l. eum mota, n. 2.*
3 *C. de transact. Molin. d. lib. 2. c 12. n. 9. & num. 41.* † Et consequenter non sunt adimplenda ante lucrum quæsitum, sed post, ex reg. quam firmant, *Bartol.* & communiter *DD. in l. quibus rebus, § Termilius n. 1. vers. dic ergo sic ff. de condit. & demonstr.* latè *Menoch. cons. 131. n. 2.*

De prætensa autem contrauentione voluntatis Testatoris, ac de identitate bonorum fideicommissi, & de reliquis, ordinarunt Domini, vt in alia disputatione videatur, &c.

Mutinen. Emphyteusis.

Lun. 26. Aprilis, 1632.

ARGVMENTVM.

Renouatio Inuestituræ, finita Emphyteusi Ecclesiastica, ex defectu generationis masculinæ, pro qua tantùm illa fuerat concessa, fieri debet proximioribus Emphyteutæ etiam ex linea fœminina; dùm Ecclesia nolit pro se retinere Renouatio non debetur potentioribus quantumuis proximioribus, & qui dicantur potentiores nec ne ad istum effectum.

SVMMARIVM.

1 *Renouatio Inuestituræ, finita Emphyteusi, concedi debet descendentibus Emphyteutæ, si Ecclesia nolit pro se retinere; Et quando dicatur nolle pro se retinere, n. 2.*

3 *Amplia, vt talis renouatio in hoc casu debeatur etiam fœminis, & earum descendentibus, licèt Emphyteusis fuerit tantùm concessa pro se, filiis, & descendentibus per lineam masculinam, dum isti omnes defecerint.*

Caritas, & affectio magis cadit in coniunctis, quàm in extraneis.

4 *Potentior quis dicitur ratione nobilitatis, & diuitiarum, intellige, vt n. 9.*

5 *Potentior dicitur Præfectus militiæ: intellige vt d. n. 9.*

6 *Renouatio Inuestituræ non debetur potentioribus quantumuis proximioribus.*

7 *Extende præsertim procedere, si in prima Inuestitura fuerit expressè cautum, vt Emphyteusis non possit alienari in nobilem, potentem, intellige vt n. 10.*

Declara prædicta, quod ad hunc effectum potentes non dicuntur illi, qui non habent Iurisdictionem in loco, vbi sita est Emphyteusis nec vllum habent priuilegium, ex quibus possint minas, aut terrorem inferre, aut difficulter conueniri, n. 9.

8 *Potentia quænam dicatur ad hoc, vt renouatio Inuestituræ fieri non debeat in potentiorem; positum est in arbitrio Iudicis.*

11 Decisio Greg. XV. 529. *declaratur.*

Ecclesia dicitur manus mortua, & ideò si ad eam deuenit Emphyteusis, non est spes deuolutionis, nec Laudemij.

DECISIO CCCXXXIV.



PISCOPVS Mutinen. concessit in Emphyteusim Terras, de quibus agitur, Io. Mariæ de Canobiis Ciui Mutinen. pro se, suisque filiis legitimis, & naturalibus, & ab eo descendentibus per lineam masculinam tantùm; qui Episcopus, finita deinde Emphyteusi per mortem dicti Ioannis Mariæ sine filiis, & descendentibus masculis per lineam masculinam, noluit renouationem concedere Virginiæ Marchionissæ de Rangonibus, filiæ dicti Ioannis Mariæ, nec Comiti Ioanni Mariæ de Rangonibus filio dictæ Virginiæ legitimo, & naturali, sed de prædictis terris Ludouicum Bouium extraneum inuestiuit; Vnde cùm per appellationem, à denegatione renouationis, causa fuerit ad Rotam deuoluta, Dubitaui hodie, An D. Virginiæ, siue Comiti Ioanni Mariæ eius filio sit renouatio concedenda, & fuit affirmatiuè resolutum, 1
stante quòd Ecclesia non vult pro se retinere, iuxta doctr. *Bart* communiter receptam in *l. 1. § permittitur, ff. de aqu. quotid. & æstiu. Hippol. de Marsil. singul. 419. Rom. cons. 22. n. 5. Dec. cons. 328. n. 3. Iul. Claran § Emphyteusis, quæst. 43. in princ. Gabr. de Iur. Emphyt. conclus. 1. n. 1. Lud. Molin. de contract. tract. 2. disput. 484. per tot. Ant. Gab. decis. 41. n. 1. Rot. apud Seraph. decis. 67. in fin. & Mant. decis. 10. n. 6. & decis. 198. n. 1. part. 2. diuers.*

7 Quòd autem Ecclesia nolit pro se retinere, † constat eo ipso, quòd prædictum Ludouicum Bouium inuestiuit, ita vt non sit opus aliàs probatione, *Alex. in l. si mihi & tibi n. 21. ff. de verb oblig.* & ibidem *Alciat. num. 31. Rip in l. 1. num. 10. ff. de priuileg. cred. Gozzad. consil. 39. n. 21. Marescott. var. resolut. cap. 3. num. 11. in fin.*

Neque obstat, quòd D. Virginia sit fœmina, & Comes Io: Maria eius filius descendat à Io: Maria eius Auo primo Inuestito per lineam fœmininam; cum tamen Emphyteusis prædicta fuerit concessa pro filiis, & descendentibus per lineam masculinam tantùm,
3 † Quia nihilominus dum Ecclesia non vult pro se retinere, vt dictum est, & non extantibus masculis, & descendentibus ex eis per lineam masculinam, debetur renouatio fœminis, & earum descendentibus ex æquitate fundata in ordine charitatis, & affectionis quæ magis in coniunctis cadunt, quam in extraneis, & post *Rom. consil. 22. cum Fulg. Paris. Bero.* & plures alios, quos allegant, & sequuntur Pater *Molin. & Marescott.* vbi supra, & *Gratian. discept. 88. n. 24. & 25. dixit Rota in d. decis. 58 n 2.* & alibi passim.

Non obstat etiam, quòd D. Marchionissa Virginia sit nupta Mutinæ in familia de Rangonibus, & quòd Ioan. Maria eius filius sit de dicta familia, quæ in di-
4 cta Ciuitate est de potentioribus † tùm ratione nobilitatis, & diuitiarum, *Abb. in cap. ex parte n. 4. vers. si verò sic cessio de alien. iud. mut. caus.* tùm etiam ratione
5 officij, † quia Marchio de Rangonibus maritus Virginiæ, & Pater Comitis Ioan. Mariæ est Præfectus equestris militiæ, *Bald. consil. 151. n. 1. & 2. lib. 1. Clar. in d. §. Emphyteusis quæst. 22. in fin.* renouatio autem non debetur potentioribus quantùmuis proximioribus *l. fin. §. sin autem duorum C. de Iur. Emphyt.* & ibi *Ias. n. 28. gloss. in cap. potuit in verb. prohibentur extra de locat. Natt. consil. 491. num. 1. Clar. in d. quæst. 22. Corbul. de*
7 *caus. priu. ob alien. amplat. 12. n. 1. Greg. XV. dec. 529. n. 5.* † tantò minùs in præsenti casu, cùm in prima Inuestitura concessa Io. Mariæ de Canobis fuerit expressè cautum, vt hæc Emphyteusis non possit alienari in
8 nobilem potentem; † Quia responderur, quòd potentia in hoc, & similibus casibus, posita est in arbi-
9 triu Iudicis, vt dixit *Bal. vbi supra*, † Dominis autem visum fuit, potentiam Marchionis, & familiæ de Rangonibus ad effectum, de quo agitur, non esse talem quæ debeat de Iure, & ex tenore Inuestituræ impedire renouationem, cum Mutinæ, vbi sita est Emphyteusis, nullam Rangoni habeant Iurisdictionem, nullumque tale priuilegium, ex quibus possint minas, & terrorem inferre, & difficilius conuenini, sed omnes Ciues sunt eiusdem fori, eiusdémque facilitatis conueniendi, præsertim his temporibus sub Iustissimo Principe, & in eius præsentia, qui omnibus æqua lance iustitiam administrat, vt in his terminis *Gratian. consil. 80. Ioan. Iac. de Leonard. ait. consil. 114. n. 347. cum seqq. Menoch. consil. 38. n. 47. Cord. dicta ampl. 12. num. 6. Cald. de Cono. Emph. lib. 3. cap. 1. n. 11. vers. aliat n. 51. sub eodem viuant imperio*, Et in simili *Crauet. consil. 105. n. 44. Roman. consil. 518. in fin. Sard. ad reg. de subrog. q. 1. vers. & dicitur in isto casu potentior. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. c. 21. n. 30. Ossasc. decis. Pedem. 144. n. 12. Rota in causa Lucana de Podiis 31. & 32. impress. apud Modern. Pis in prax. Iur. patr.*

Vnde non obstat pactum prædictum de non alie-
10 nando in nobilem potentem, † Quia intelligitur prout de Iure, & sic Iure, & sic de potentia arbitrio
11 Iudicis, vt supra, † nec pariter obstat *dicta decis. 529. Greg.* Quia loquitur in Clerico, qui non est eiusdem fori, vt in Ecclesia, quæ non solum non est eiusdem fori, sed etiam dicitur manus mortua, in qua propterea non est spes deuolutionis, nec Laudemij, vt latè *Addit. ad decis. 520. num. 14. eiusdem Gregor.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Sanctæ Agathæ Gotorum Primiceriatus.

Merc. 5. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio Instrumentalis manutenibilis est, alio non existente in possessione, de tempore, quo illa capta fuit.*

2 *Ampliatur etiam si fuerit apprehensa per procuratorem, dum fuerit ad hoc specialiter constitutus.*
Mandatum speciale requiritur in beneficialibus.

DECISIO CCCXXXV.

DOMINI dixerunt, Mennæ Mastrantoni prouiso Apostolico, dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione Primiceriatus Sanctæ Agathæ Gotorum, Quia constat ex publico Instrumento, de eius possessione capit. aliter appræhensa, mediante Cammillo Bruno suo legitimo procuratore, sub die 1. Iulij anni præteriti, † Quæ possessio licèt sit instrumentalis; tamen cum non appareat in actis, quòd alius de eo tempore possideret, manutenibilis est, *l. prædia, vbi Bart. ff. de acquir. possess. Rota decis. 661. n. 1. part. 1. recent. Greg. XV. decis. 46. n. 2.* 1

Neque obstat, quòd fuit capta per Procuratorem, † Quia cùm fuerit specialiter constitutus ad capiendam d. possessionem, perindè censeri debet, ac si ab ipso Menna capta fuisset, itaut fuerit satisfactum regulæ, quòd in Beneficialibus requiritur speciale mandatum *Rot. decis. 649. n. 1. part. 1. recent. R. D. meus Decanus decis. 325.* & fuit millies decisum. 2

Et ita resolutum, vna parte tantùm Informante, &c.

Leodien. Diuortij.

Lun. 10. Maij, 1632.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Separationi Thori locus ob adulterium à viro commissum tam ex lege diuina, quam humana, & n. 3.*

2 *Adulterium ex quibus probetur.*

DECISIO CCCXXXVI.

FVIT conclusum, informante solùm D. Catharina Dans Vxore D. Gerardi Satendel, † esse locum separationi Thori propter adulterium, seu stuprum constante matrimonio commissum per d. Gerardum cum Virgine Geltrude nuncupata, † Quòd 1 2

Quòd adulterium benè probatur tùm ex pluribus confessionibus iudicialibus eiusdem Geltrudis; tùm ex testibus deponentibus de publica voce, & fama, & de expensis in puerperio, & educatione partus per matrem d. Gerardi factis, de quibus etiam deponit obstetrix, quæ asserit illas sibi fuisse solutas; tùm & denique dictum adulterium probatur ex pœnitentia salutari ab Officiali Leodien. iniunctam eidem Geltrudi ob crimen per dictum commissum.

Adulterium autem esse iustam causam separationis
3 Thori, † sancitum est tam lege diuina, quam humana, lege diuina, iuxta illud Euangelij, si quis dimiserit Vxorem, nisi fornicationis causa, mœchabitur, vt in *cap. dixit Dominus 32. q. 1.* lege verò humana, vt in *c. intelleximus de adulteriis, c. significasti*, vbi *Abb. & alij de diuortiis*, latè *Sanchez de matrimon. tom. 3. lib. 10. disput. 3. & 4. Rot. decis. 193. in impress. post 2. vol. cons. Farin.*

Et ita resolutum, &c.

Ariminen. Legatorum.

Ven. 17. May 1632.

ARGVMENTVM.

Confessio facta per hæredem in inuentario, an, & quando admittat probationes in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Dominium probari potest per Testes.*

2 *Diuisionis Instrumentum probat bona in eo descripta inter diuidentes fuisse communia, si vti talia in illo enuncientur.*

3 *Dominus, qui olim probatur, & hodie talis præsumitur.*

Declara non procedere, quando contraria vrgentior præsumptio repugnat, n. 45. & explica, vt n. 46.

4 *Dominium habet naturam perpetuam, & vniformem.*

5 *Communio præsumitur inter fratres, dum non probatur contrarium.*

Declara primò id verum esse quoad societatem, & communionem fructuum, & lucrorum, non autem quoad dominium, n. 51.

Declara secundò, dictam communionem non præsumi, nisi concurrentibus quibusdam requisitis, de quibus relatiuè ad DD. cit. n. 52.

6 *Inuentarium probat prædium in eo descriptum, fuisse commune inter defunctum, & hæredem, si vti tale in illo fuerit descriptum.*

7 *Inuentarium fieri potest per procuratorem.*

8 *Inuentarium originale factum à procuratore, in concursu præfertur inuentario subscripto per hæredem, quod solum est exemplum. Declara, vt n. 61.*

9 *Inuentarium plenè probant contra hæredem, itaut confessionem ab eo factam impugnare non possint, nec ipse, nec eius hæredes.*

10 *Et præsertim procedit si Inuentarium fuerit subscriptum manu hæredis, quo casu regulariter non admittitur contraria probatio.*

11 *Item maximè procedit si Inuentarium, & subscriptio fuerint apud acta coràm Iudice.*

12 *Confessio Iudicialis nunquam admittit probationem in contrarium, quando fuit scienter, & deliberatè facta, sed parit plenum præiudicium.*

13 *Confessus in Iudicio, habetur ac si iudicio rei vendicationis esset condemnatus, ita vt confessio habeat vim sententiæ, & rei iudicatæ, & quando possit reuocari, n. 66.*

14 *Confitens in actis, rem suam esse alterius, transfert dominium in eum.*

15 *Error non præsumitur de Iure in facto proprio.*

16 *Subscribens quòd sciuerit contenta in scriptura, probatur eo ipso, quòd se subscripsit.*

17 *Item si casu fortuito non se subscripserit, sed ob causam ipsiusmet actus, quàm agebat.*

18 *Hæres admittitur ad probandum errorem facti contra propriam confessionem in inuentario, aut aliàs in Iudicio factam, præsertim quoad immobilia & errore detecto, est illi subueniendum saltem remedio restitutionis, ex clausula generali si qua mihi iusta causa. Declara quòd error probari debet indubitanter, & euidentissimis rationibus, num. 30. Itaut non admittantur iuris præsumptiones, n. 31. 44. & 53. & declara etiam prout n. 6.*

19 *Veritas quomodocunque cognoscatur, semper debet attendi, & præualere.*

20 *Nec vitiatur erroribus gestorum, nec falsa assseueratione.*

21 *Confitens rem suam, esse alterius, non sibi præiudicat, si deinde appareat de errore.*

22 *Protestatio facta in inuentario, quòd non apponenda habeantur pro non scriptis, quid operetur, & n. 26.*

23 *Hæreditarium esse dicitur, quod est commune hæreditatis, & alterius.*

24 *Quod commune est meum est. Declara, vt n. 64.*

25 *Hæres describens in Inuentario simpliciter vti hæreditariam rem, quæ sibi erat communes cum defuncta, non sibi præiudicat in eo Iure, quòd habet in dicta re.*

26 *Confessio obscura, & ambigua non præiudicat.*

27 *Confessio scienter facta ab hærede in Inuentario, plenè contra eum probat.*

28 *Confessio scienter facta, inducit donationem.*

29 *Læsio non attenditur in donatione, & idcò contra eam non datur restitutio.*

32 *Probatio, quæ fit per confessionem, maximè in Iudicio, & cum causa, dicitur indubitata, & euidentissima, ac cæteris efficacior.*

33 *Nec infringi potest, nisi per aliam euidentissimam, & indubitatam erroris probationem.*

34 *Probatio erroris euidentissima, & indubitata, quæ dicatur, & n. 35. & 36.*

37 *Communio intelligi potest tam ratione dominij, quàm ratione familiaritatis.*

38 *Testium probatio dubia, & quæ potest stare cum suo contrario, non releuat.*

39 *Erroris causa probari debet, maximè quando error prætenditur contra propriam confessionem.*

40 *Testes de dominio deponentes, debent reddere rationem, etiam non interrogati.*

41 *Probatio per Testes non admittitur contra propriam confessionem, nec inter Testes, & partem confitentem est facienda concordia.*

42 *Sententia, an & quando præsumatur, remissiuè.*

43 *Probatio non percutiens tempus, de quo agitur, non releuat, quando tempus est de substantia probationis.*

47 *Confessio habet vim sententiæ, & rei iudicatæ.*

48 *Est omnium probationum optima, & maior quouis publico instrumento.*

49 *Vna, eadémque res non debet diuerso iure censeri.*

50 *Instrumentum suspectum in vna parte, in aliis etiam partibus suspectum præsumitur.*

54 *Inuentarium Procuratoris extraiudicialiter factum non attenditur in concursu Inuentarij subscripti per principalem, iudicialiter confecti.*

55 *Inuen*

55 *Inuentarium extraiudicialiter factum tenet.*
56 *Confessio Iudicialis praeponderat extraiudiciali.*
57 *Mandatum speciale requiritur ad conficiendum Inuentarium.*
58 *Item requiritur in omni actu, in quo agitur de magno praeiudicio.*
59 *Inuentarium subscribi debet per haeredem quando est praesens, alias non valet.*
60 *Exemplum quando dicatur in formam probanti.*
63 *Clausula* saluo Iure addendi, *apposita in Inuentario, excusat à dolo.*
65 *Donans rem simpliciter, quae non est sua pleno Iure, sed tantum ius aliquod in ea habet, censetur tantum donare illud ius, quod in ea habet.*
67 *Descriptio facta in Inuentario res vti hereditariae, quando excludat omnem praesumptionem quòd d. res fuerit communis defuncti cum haerede.*
68 *Legatum factum mulieri de eo, quod eius causa paratum fuerit, non comprehendit, quod causa mulieris, & alterius fuit paratum.*

DECISIO CCCXXXVII.

POST longam, & dispendiosam litem continuò agitatam vsque de anno 1618. inter D. Eleonoram, & Comites de Ricciardellis, praecedentibúsque pluribus decisionibus, emanauit sententia bon. mem. Patriarchae Manzanedi de anno 1625. eui causa fuerat commissa appellatione remota, per quam sententiam Comites de Ricciardellis vti haeredes Comitis Iulij Caesaris, fuerunt condemnati ad soluendum d. D. Eleonorae vnà cum fructibus à die motae litis, scuta quinque millia auri in tot bonis haereditariis, eidem D. Eleonorae per praedictum Comitem Iulium Caesarem patrem suum legata; Cum autem praedicti de Ricciardellis recusarent parere executorialibus in vim sententiae relaxatis; & deinde seruatis solitis terminis, fuerint declarati excommunicati, tandem in contumacia illorum recusantium eligere, seu consignare tot bona haereditaria, super quibus fieret executio, facta electione per D. Eleonoram Praedij Spadaroli, eóque aestimato per Peritos in scutis 5099. & sic in minori summa, quàm creditum vna cum fructibus, fuit hodie datum dubium, An in exequutionem supradictorum, sit d. Eleonorae adiudicandum totum dictum praedium.

Ratio dubitandi pro parte Comitum de Ricciardellis fuit quòd executio debuit fieri super bonis haereditariis Iulij Caesaris Testatoris, iuxta tenorem sententiae, & executorialium; & tamen praetenditur praedium Spadaroli non esse totum haereditarium, sed fuisse commune Iulij Caesaris, & aliorum fratrum de Ricciardellis, hócque probari contendebatur: Primò ex Testibus super d. praetensa communione & dominio examinatis; † per Testes autem dominium
1 probari posse dixit *Bald. in l. proprietatis in fin. C. de probat. Marian Socc. cons. 128. num. 13. vol. 2. Mascard. de*
2 *probat. conclus. 539. per tot.* † Secundò ex quodam Instrumento diuisionis haereditatis Antonij eorum Patris factae de anno 1585. & sic per sex annos ante mortem Iulij Caesaris Testatoris, in qua dicti fratres diuiserunt haereditatem paternam, excepto praedio Spadaroli, quòd, vt ibi cauetur voluerunt, vt remaneret commune, & indiuisum inter eos, quòd instrumentum diuisionis probare dixit *Bart. cons. 123. lib. 2. Tiber. Decian. resp. 76. num. 11. volum. 3. & Menoch.*
3 post alios plures. quos allegat *cons. 101. num. 7.* † Qui autem olim probatur Dominus, & hodie Dominus
4 praesumitur, † cum dominium habeat naturam perpetuam, & vniformem, *l. sine possidetis*, vbi notatur *C. de probat. Alciat. de presumpt. reg. 5. presumpt. 20. & Menoch. praesumpt. 62. lib. 6.* † Tertiò, quia inter
fratres praesumitur communio, dum non probatur 5
contrarium, *l. si maior, C. famil. erciscundae, l. non ideo, C. communi diuid. Ioan. Bapt. Ferrettus consil. 120. num. 6. vers. non obstat, Mascard de probat. conclus. 526. in princ.* & latè *Thesaur. decis. 205. & Rot. apud Seraph. decis. 1303.* † Quartò, & vltimò ex quodam inuen- 6
tario originali haereditatis dicti Iulij Caesaris, facto per Procuratorem Hieronymi eius fratris, & haeredis nouiter producto, in quo describitur praedium Spadaroli cum enunciatiua, quòd erat commune inter dictus fratres, † Quod inuentarium potuisse 7
per Procuratorem fieri, probat text. in *l. scimus, §. cum igitur in fine, C. de Iur. delib.* & ibi *Bald. Odofred. & Corn.* † Et illud vti originale in concursu 8
esse praeferendum inuentario subscripto per Hieronymum, cùm non sit originale, sed exemplum, *Bart. & alij in l. si quis ex argentariis, § praetor. ff. de edend. Alexand. cons. 105. num. 1. per tot. lib. 2. Rot. in Romana repetitionis alimentorum 12. Ianuarij 1618. coram bon. mem. Buratto.*

Sed nihilominus hodie Domini, causa saepius proposita, & maturè discussa, resoluerunt, totum praedium esse adiudicandum Eleonorae; Ratio resolutionis fuit, quia priùs, & iamdiu est, quòd in hac causa fuit productum dictum inuentarium haereditatis Iulij Caesaris per Hieronymum haeredem factum, eiúsque propria manu subscriptum, in quo simpliciter totum dictum praedium asseritur esse haereditatis Iulij Caesaris; † Quòd inuentarium facit 9
plenam probationem contra Hieronymum; itaut confessionem ab eo factam, impugnare non possint, nec ipse, nec eius haeredes, *l. fin.* vbi notant omnes, praesertim *Bald. & Salic. C. arbitrium tutel. argum. text. in l. antiqua, C. ad Vellei. & l. fin. C. ad Maced. & l. a diuo Pio, § pignora, ff. de re iud. Bart. cons. 229. num. 1. lib. 2. Socc. cons. 159. in princ. lib. 2. Surd. cons. 290. num. 27. Plot. in tractat. de in litem iurand. §. 5. num. 18. circa med. Mascard. de probat. conclus. 958. in fin. Borg. Caual. in tract. de Tutorib. num. 65. Duen. reg. 177. Grat. discept. 765. n. 58. Afflict. decis. 13. num. 25. in princ. Franc. Milan. decis. 19. in princ. & Rot. decis. 1. in fin. tit. de donat. inter vir. & vxor. in antiquior. & decis. 426. num. 2. part. 2. recent.*

Praetereà tantò minus potest dicta confessio in inuentario facta impugnari; quinimò illi est omninò standum, quia vltra supradictam regulam *l. fin. C. arbitrium tut.* concurrunt in casu nostro duo particularia. † Primum est, quòd inuētarium fuit subscriptum
manu Hieronymi, quo casu regulariter non admittitur contraria probatio, *Matth. de Afflict. in Constitut.* 10
lib. 1. de caus. depositi, rub. 33. n. 6. Mascard. de probat. concl. 382. & latè *Menoch. praesump. 66. lib. 3.* Secundum, & quod plus vrget est, † quia inuentarium, & subscriptio fuerunt apud acta corā Iudice in forma iudicij, † 11
& ideò fuit confessio iudicialis, quae nunquam ad- 12
mittit probationem in contrarium, quando, vt in praesenti fuit scienter, & deliberatè facta, sed parit plenum praeiudicium, *l. si filius, & l. vlt. de inter. og. action.* † Et perinde confessus haberi debet, ac si in iudicio rei 13
vendicationis esset condemnatus, itaut confessio habeat vim sententiae, & rei iudicatae, *l. certum, §. 1. ff. de confess. l. vnica, C. eod. tit. Bart. in l. cum falsa, n. 10. C. de Iur. & fact. ignor.* vbi etiam *Ias. & alij, idem Bart. in l. rura n. 2 per illum text. C. de omni agro desert. lib. 11.* vbi † quòd si quis in actis fateatur, rem suam esse alterius, transferri dominium in eum, *Menoch. cons. 105.* 14
n. 17. Mirand. ord. Iudicior. part. 6. art. 5 tit. de confess. num. 21. Lanfranc. de confess. num. 30. tract. tom. 4. fol. 47. vers. 2. principaliter.

Quòd

Quòd autem Hieronymus deliberatè se subscripse-
rit, & benè sciret, quòd subscribebat, & agebat; & sic
contenta in inuentario; & præsertim an possessio
Spadaroli sua esset pro parte, vel tota hæreditaria, vl-
trà quod est euidens ex instrumento diuisionis præ-
15 cedentis inter ipsum, & Iulium Cæsarem factæ; † &
de Iure non præsumitur error in facto proprio, vt in
his terminis *Rot. in decis. 352. n. 3. apud Farinac. post 2.*
16 *vol. cons.* † probatur etiam, tum eo ipso, quòd se sub-
scripsit. *Bart. & DD. in l. emptor, §. huius, ff. de pactis,*
idem Bart. in l. 1. §. si quis neget n. 11. ff. quemadmodum
testam. aper. Ias. in l. si ita stipul. §. Grisogonus n. 14. ff. de
verb. oblig. Anton. Gabr. post alios, quos citat *de præ-*
sumpt. concl. 3. n. 29. & fuit dictum *in Pacen. Cappella-*
17 *nia 27. Iunij 1625. coram Domino meo Merlino*; † tùm
etiam, quia non subscripsit casu fortuito, sed erat præ-
sens in iudicio, & se subscripsit ob causam ipsiusmet
actus, quem agebat, *Menoch præsumpt. 21. n. 5. lib. 6.*

Vndè non obstat, si dicatur non obstante præsum-
18 ptione inuentarij, & confessione in eo facta, † hære-
dem (quidquid sit in tutore, de quo loquitur text. *in*
dicta l. fin. C. arbitr. tut.) esse indistinctè admittendum
ad probandum errorem facti contra propriam con-
fessionem in inuentario, aut aliàs in iudicio factam,
præsertim quoad immobilia, cùm illa non possint oc-
cultari, & errore detecto, esse illi subueniendum, sal-
tem remedio restitutionis ex clausula generali, *si qua*
mihi iuxta causa, ad text. in *l. non fatetur ff. de confessis*,
& in puncto post *Iacob. de Aren. & Bal.* tradit *Albert.*
Brun. cons. 120. vers. Capio secundum dub. Berett. cons. 77.
n. 3. Mar. Land. cons. 65. num 7. & 8. Aluar. Valasc. con-
sult. 52. n. 11. Gutier. de tut. & cur. p. 2. c. 1. n. 89. Odd. de
restit. in integr. p. 1. quæst. 8. art. 7. n. 12. Grat. vbi supra,
Morq. & alij ab eo relati de diuis. honor. lib. 1. c. 1. n. 40.
& 41. & in simili *Socc. sen. in cons. 97. n. 17. lib. 4. Crauett.*
cons. 157. n. 8. Rimin. sen. in cons. 172. lib. 3. Rolan. cons. 69.
n. 48. lib. 3. Dec. cons. 351. n. 8. vers. non obstat, Gregor. XV.
decis. 522. n. 12. cum sequent. Et ita æquitatis rationem
19 dictare, & suadere; † quia veritas quomodocumque
cognoscatur, semper debet attendi, & præualere, *l. fin.*
20 *in fin. ff. de probat.* † Gestorum enim erroribus, & falsa
assecuratione numquam veritas tollitur, aut vitiatur,
vt ferè in his terminis text. in *d. l. cum falsa, C. de iur.*
21 *& fact. ignor.* vbi † si quis expressè fateatur rem suam
esse alterius, & deinde de errore appareat, confessio
illa non nocet, *Bart. ibidem n. 4.* & concordat text. in
l. 3. §. subtilius de condic. cau. dat. & text. in *l. si aliquam*
rem, & in l. si me in vacuam, ff. de acquir. possess. Bald. in
l. error facti, C. de iur. & fact. ignor. Alex. cons. 9. num. 10.
lib. 5. Ruin. cons. 40. n. 12. lib. 1. Dec. cons. 564. n. 6. Errorem
autem in præsenti probari ex testibus, ex instrumen-
to diuisionis, ex præsumptione communionis inter
fratres, & ex inuentario Procuratoris Hieronymi, de
22 quibus supra, † & ex illa protestatione apposita in in-
uentario per Hieronymum subscripto, quòd non ap-
ponenda habeantur pro non scriptis, vt dixit *Ang. in*
d. l. fin. n. 21. C. de iur. delib. Et tandem, quia confessio
in inuentario subscripto per Hieronymum, nempe
quòd Prædium Spadaroli sit hæreditarium, non ex-
cludit communionem, sed potest vtrumque stare, &
23 esse verum, † cùm hæreditarium etiam esse dicatur,
quod est commune hæreditatis, & alterius, iuxta il-
24 lud vulgare, † quòd commune est, meum est, de quo
in *l. Pupillus 39. in fin ff. de verb. signif. & l. illud 46. ff.*
de ritu nupt. Bald. in l. penultima, colum. 5. vers. alij de-
25 *bent, C. de condit. insert.* † Et ideò Hieronymum hære-
dem per huiusmodi descriptionem, seu confessio-
nem simpliciter factam, non fuisse visum sibi præiu-
dicare in eo Iure, quod habebat in prædio Spadaroli,
Gramm. consil. ciuil. 101. & 106. & ferè in puncto *Franc.*
26 *Milan. decis. 19. n. 10. lib. 2.* † & tandem esse confes-
sionem ambiguam, & obscuram, quæ non præiudicat,
l. si quis intentione ambigua, ff. de Iudic. cap. per tuas de
probat. Manc. decis. 205. n. 2.

Quia fuit dupliciter responsum. Primò supradicta
de errore non applicari, cum ex deductis constet de
vera, & certa scientia suorum iurium ipsius Hierony-
mi de tempore inuentarij, & confessionis, † cui pro- 27
pterea est omninò, & absolutè standum ex iuribus, &
Doctoribus supra allegatis; & præterea est ad hoc
bonus textus in *l. Iulianus, §. vlt. de cur. fur. Bart. in l. 1.*
column. 2. vers. tertio casu, ff. de officio Procuratoris, Cæsar.
Men. cons. 265. n. 12. cum seqq. Et conducunt, quæ ad
propositum coegerit, *Surd. dec. 130.* per tot. & accedit
regula, † quòd confessio scienter facta, inducit do- 28
nationem, vt communiter notatur in *l. cuius per erro-*
rem, ff. de reg. iur. & in l. cum quis, ff. de iur. & fact. ignor.
& in puncto resoluit *Barret. in dicto cons. 77. num. 3. &*
Rota in dicta dec. 1. in fin. tit. de donat. inter vir. & vxor.
in antiq. † In donatione autem non attenditur læsio, 29
atque ideò contra eam non datur restitutio, *Hieron.*
Gabr. cons. 156. n. 27. Crauett. cons. 160. n. 1. & cons. 162.
Dec. cons. 181. n. 4. & Steph. Bertran. cons. 12. n. 6. vol. 5.

Secundò, & in omnem casum fuit optimè respon-
sum, esse verum confitenti per errorem etiam in Iu-
dicio esse subueniendum, detecto errore, sed non est
minùs verum errorem, † & rem aliter se habere, esse 30
probandum indubitatis, & euidentissimis rationibus,
l. cum de indebito, §. fin ff. de prob. ibi *tunc enim stare cum*
oportet suæ confessioni, nisi euidentissimis probationibus
habitis ostendere paratus sit, se se hoc indebitè promisisse,
vbi communiter *DD. Bald. in d. l. cum falsa, Menoch.*
cons. 658. n. 6. & præsumpt. 38. n. 7. lib. 1. vbi † quod cum 31
lex in *d. §. fin.* exposcat euidentissimas probationes ad
detegendum errorem, contra propriam confessionem,
non admittuntur præsumptiones iuris, cùm illæ non
sint euidentissimæ probationes, & ratio est, † Quia 32
probatio, quæ fit per confessionem, maximè in Iudi-
cio, & cum causa, vt hic, dicitur indubitata, & euiden-
tissima, & cæteris efficacior, *l. vlt. C. de fideicomm. l. ge-*
neraliter, C. de non num. pecun. Soccin. iun. cons. 39. n. 10.
lib. 1. Gramm. decis. 36. n. 66. † atque ideò meritò, non 33
nisi per aliam euidentissimam, & indubitatam erroris
probationem elidi, & infringi potest, iuxta reg. text. in
l. 1. & 2. C. quando liceat ad empt. reced.

Euidentissima † autem, & indubitata erroris pro- 34
batio in hac subiecta materia, quæ in facto proprio à
communiter accidentibus, est difficilis probationis,
dicitur non solùm ea, quæ fit per instrumenta, ad quæ
confitens se refert, *Bald. in l. 2. C. de error. ad uocat. vers.*
vlterius, Tiber. Decian. resp. 35. num. 25. vol. 3. † Aut per 35
aliud simile genus probationis de rigore, & necessa-
riò concludens, † & quæ non relinquit apud Iudi- 36
cem aliquam hæsitationem actualem, nec habitua-
lem, sed credit, errorem esse infallibiliter probatum,
ita vt res non possit aliter se habere, quæ dicitur cre-
dulitas assertiua, vt exponunt *Gaet. 2. 2. q. 6. art. 3. Vs-*
uar. in rubr. n. 50. de iud. Sed etiam illa, quæ fit per cō-
iecturas, & indicia moraliter indubitata, & certa, quæ
scilicet relinquunt Iudicem cum hæsitatione virtua-
li, non tamen actuali, nempe quando pro nunc ex
coniecturis, & indicijs deductis, & probatis, firmiter
Iudex credit, confessionem fuisse erroneam; taliter
tamen, quòd si interrogaretur, an possit non fuisse er-
roneam, responderet, quòd forsitan nō fuit talis, prout
in fortioribus terminis egregiè declarat *Barbos. in 1.*
p. legis secundæ in princ. n. 85. cum seqq ff. solut. matr. &
confert text. in *l. in dictis, C. de rei vindic. & l. quinqua-*
ginta, ff. de probat. & de hac probatione erroris sentit
Curt. sen. cons. 71. colum. 2. vers. & ideò oportet, Rot. in di-
cta dec. 352. n. 3. post secund. volum. cons. Farin. & in si-
mili *Socc. sen. cons. 11. n. 6. Dec. cons. 510. n. 3. Tiber. Decian.*
resp.

rec.p.51.n.125 lib.2. In casu autem præsenti probationes suprascriptæ, quæ pro Hieronymo afferuntur ad
probandum errorem, rémque aliter se habere de tempore confessionis contra eius confessionem factam
in dicto inuentario iudiciali, non sunt huiusmodi, quinimò sunt multum contingentes, parúmque probantes, & quæ animos Dominorum, absque difficultate relinquunt cum vtraque hæsitatione, prout singulas discurrendo mox apparebit.

Et in primis non obstat probatio testium de communione deponentium, quia illi fuerunt iam reiecti,
& decisum nihil probare, vt in *decisione in hac causa*
37 *facta 17. Ianuar. 1625. coram bon. mem. Manzanedo*; †
Rursus nihil concludunt de communione dominij,
atque ideò eorum depositio potest facilè intelligi de
38 communione, ratione familiaritatis; † Probatio autem testium dubia, & quæ potest stare cum suo contrario, non releuat, *c. in præsentia*, vbi *gloss. & DD. de*
39 *probat. l. non hoc, C. vnde legit.* vbi *Iaf. n.4.* † Deinde deponunt de errore confessionis, de qua in dicto inuentario per Hieronymum subscripto, & non reddunt
causam erroris, quæ tamen est deducenda, & probanda maximè quando error prætenditur contra propriam confessionem, *Bald. in d. l. error facti n.11. vers. credo, Curt. sen. consf.50 vol.5 in fi. Crauett. consf.255. n.1. in fin. vers. debet tamen probari error, Surd. dec.104 n.18.*
Præterea dum deponunt de communione, clarum est, quòd sunt intelligendi ad propositum, de quo agitur,
& iuxta mentem Hieronymi, & propterea de communione dominij, cuius tamen nullam reddunt ratio-
40 nem, qui ideò nihil probant; † Cùm enim dominium non percipiatur sensu, sed intellectu; testes de
eo deponentes debent reddere rationem, etiam non interrogati, *Innoc. in cap. cum causam de testibus Bald. consf.160. in fin. lib 4. Cranet. consf.157. n.6.* & vbique *Do-*
41 *ctores*, † Tandem probatio per testes contra propriam confessionem regulariter de iure non admittitur, nec
inter testes, & partem confitentem est facienda concordia, iuxta *consf. Rom. 191. in fin.* communiter approbatum, *Marant. de ordin. Iudic. p.6. tit. de confess. n.21. Mantic. decisf.57. n.9. Seraph. decisf.433. n.7.*

Secundò, nec etiam releuat instrumentum diuisionis, dum in eo prædium Spadaroli fuit reseruatum
42 inter fratres indiuisum: † Primò, quia retorquetur, cum eo ipso probetur vera scientia Hieronymi iurium suorum de tempore confessionis, & Inuentarij;
& præsertim, quia dictum inuentarium erat apud ipsum, & fuit ab eo productum, *c. constitutum*, vbi *gloss. & Innoc. de testib. Menoch. præsum. t.33. n.74. lib.6.* Qua scientia stante, vt dictum fuit, non potest ille prætextu erroris, contra suam confessionem Iudicialiter factam venire, nec eam reuocare. Secundò, quia dicta diuisio fuit facta per sex annos ante inuentarium, intra quod tempus potuit facilè prædium Spadaroli in totum acquiri Iulio Cæsari, siue ex alia diuisione, siue
43 ex alio titulo; Vnde intrat regula; † quòd probatio, quæ non percutit tempus, de quo agitur, non releuat, quando tempus est de substantia probationis pro victoria reputanda, *l. matrem tuam, C. de prob. & l. denunciasse, ff. de adult. Angel. consf.297.* Ex dicto autem instrumento diuisionis non probatur error, rémque aliter se habere de tempore confessionis, & inuẽtarij Hieronymi, sed potiùs scientia suorum iurium, ex deductis. Tertiò, quia dictum instrumentum ad hoc allegatur, vt Hieronymus hæres, qui de eo tempore dicitur ibi Dominus pro indiuiso præsumatur etiã Do-
44 minos, de tempore inuentarij, † quæ præsumptio cum sit iuris dumtaxat, & multùm contingens, & fallibilis, vt ad sensum patet, non est admittenda ad probandum errorem contra propriam confessionem Hieronymi, præsertim Iudicialem, *ex d. l. cum de indebito, §.*
fin. Men. dicta præsumpt.38. n.8. lib.1. † Quartò, quia dicta præsumptio, quòd olim Dominus, nunc etiam Do- 45
minus præsumatur, non habet locum, quando contraria vrgentior præsumptio repugnat, *Felin. in c. inter Monast. n.30. vers. limita 15. Alciat. in tractat. de præsumpt. reg.2. præsumpt.21. n.11.* quos citat, & sequitur
Menoch. præsumpt.62. n.9. & præsumpt.64. n.45. † vbi 46
quòd quando aduersus sententiam latam pro te, qui allegabas esse Dominum, ob id, quòd olim eras Dominus, lata est altera sententia, quòd ego sum Dominus, cessat præsumptio continuationis dominij; quia cùm præsumatur pro secunda sententia, præsumptio hæc, quæ facit me Dominum, tollit præsumptionem primam, quòd Dominium fuerit penes te continua-
tum; † Vnde cùm confessio habeat vim sententiæ, & 47
rei iudicatæ, *d. l. certum, §.1. ff. de confess.* † Et sit om- 48
nium probationum optima, ac maior quouis publico instrumento, vt post *Bald. Crauett. in consf.61. n.3. & consf.171. n.4. Lanfranc. vbi supra n.1. Rot. decisf.573. n.2. & 401. n.4. p.2. recent. Seraph. decisf.247. n.3. & Gregor. XV. decisf.143. n.3.* propterea non est attendendum diuisionis instrumentum, sed attendenda est confessio Hieronymi.

Vnum tandem est, quòd contra diuisionis instrumentum, Dominorum animos non parum mouit, & ex quò etiam suprascripta mirum admodum corroborantur, quòd diuisio non probatur effectuata, imò contrarium, quandoquidem constat, quòd in dicto instrumento diuiduntur prædium Sanctæ Iustinæ, & quædam alia stabilia, quæ deinde in inuentario Procuratoris per Hieronymum producto enunciantur indiuisa, quò fit, vt aliorum, de quibus in dicto instrumento, & consequenter de ibidem contentis circa prædium Spadaroli, nulla sit habẽda ratio. † Tum 49
ne vna, eadémque res diuerso iure censeatur ad text. in *l. enim, qui ædes ff. de vsucap. c. cognouimus 12. quæst. 2. & c. sua nos de decim.* Tum etiam per ea, quæ de fide indiuidui instrumenti passim in iure habentur, †
quòd scilicet instrumentum in vna parte suspectum, 50
in aliis etiam partibus suspectum præsumatur, *c. fraternitatis de hæreticis, Bald. in l. si ex falsis*, per illum text. *C. de transact. Natt. consf.59. n.16.* & alij Docto-
res, † quod si pro saluanda illæsa fide dicti instrumen- 51
ti dicatur, dicta stabilia potuisse postea iterum fieri communia, & sic esse præsumendum, dum in inuentario Procuratoris talia enunciantur, pariter intrabit replicatio, quòd etiam prædium Spadaroli fuit deinde in totum acquisitum Iulio Cæsari, & sic esse præsumendum, dum in dicto inuentario subscripto per Hieronymũ describitur esse hæreditatis Iulij Cæsaris.

Tertiò, minus obstat præsumptio communionis inter fratres. Primò, quia tollitur ex dicto instrumento diuisionis. Secundò, quia verius est, communionem inter fratres non præsumi quoad dominium, sed solùm quoad societatem, & communionem fructuum,
& lucrorum, *Mase. de prob. conclus.328. n.5. cum seqq.* † 52
Tertiò, quia quòd dicitur, communionem præsumi inter fratres, est intelligendum quibusdam requisitis concurrentibus, de quibus *Tuesaur. in dicta decisf.105. & Seraph. post Bart. in dicta decisf.1303.* supra in contrarium alleg: † Tandem cessat difficultas ex dicta 53
confessione iudiciali Hieronymi, cui leuis illa præsumptio communionis nihil detrahit, ex *dicta l. cum de indebito, §. fin.* & ex aliis supra deductis.

Quartò, non etiam est attendendum, hoc minimum
inuentarium Procuratoris extraiudicialiter factum, † 54
maxime in concursu inuentarij subscripti per Hiero-
nymum iudicialiter confecti. † Primò, quia licèt in- 55
uentariũ extraiudiciale factum teneat, *Bart. consf.154.*
num.4. † clarum tamen est, quòd confessio iudicialis 56
præponderat extraiudiciali, *Aut. Corset. in suis singul.*

littera

littera C.sing.confess.4 Bart.in d.l.rura. C. de omni agr.
57 *deser.lib.11.* † Secundò, quia non constar de mandato
speciali Hieronymi ad illud conficiendum; manda-
tum enim, quod fuit datum in *Summario secunda posi-
tionis n.7.* nihil ad rem facit; Et non est dubium, quin
ad conficiendum inuentarium requiratur mandatum
58 speciale, † prout requiritur in omni casu, in quo agi-
tur de magno præiudicio, *l.qui ita.§.ad Trebel.* vbi *Bar.*
& in puncto *Thesaur.decis.155.per tot.*
59 † Tertiò, quia quidquid sit: An inuentarium, quan-
do hæres est præsens, possit fieri per Procuratorem;
Tamen illud debet subscribi per hæredem, aliàs non
valet, vt videtur esse text.in *d.l.fin.§.cum igitur, C. de
iur.delib.* & est verior sententia, & eam contra *Bald.
& Odofred.ibid.* communiter sequuntur *Doctores, Paul.
de Castr.vers.quintò requiritur subscriptio, Ias. num.4.
vers.6.requiritur, & Salic.n.22.vers.quæro, dicit textus,
Greg Lop.part.6.tit.6.l.5. glos.fin. Natt. cons.214.n.15.
in vers.Item exigitur lib.1. Aluar. Valasc. consult.52.
num 20. Roland.a Vall. de confect. inuent. in vers. item,
an requiratur, & in vers. sed an, Phanut. de inuent. 3.
part. num.68.* Quartò accedit, quòd fides dicti in-
uentarij est multùm suspecta, ex quo bona in eo des-
cripta, quæ ibidem enunciantur indiuisa, fuerant iam
diuisa in dicto diuisionis instrumento per sex annos
antea facto.
60 Vndè non obstat, quòd inuentarium Hieronymi
sit exemplum; † Quia nihilominus est in forma pro-
banti, cùm fuerit datum extractum in publicam for-
mam ab Archiuista, & Cancellario, & firmatum ab
alio Archiuista successore, cũ litteris legalitatis, *Bart.
in d.l.si quis ex argentariis, §.1.n.3.ff.de eden.Felin.in c.
fin.n.7.de fid.instrum.Alex.in auth.si quis in aliquo n.5.
in fin.C.de edendo*, & ibi *Ias.n.5.vers.19.fallit, & Dec.*
61 *n.23.Rot.decis.581.n.3.p.2. in recent.* † Et non intrat,
quod ex aduersò prætenditur de prælatione inuenta-
rij Procuratoris vti originalis; Tùm, quia inuenta-
rium Procuratoris non est originale inuentarij Hie-
ronymi, in quo casu intrat prælatio, & loquitur *Bart.*
62 *in dicto §.Prætor*, sed sunt duo diuersa inuentaria; †
Tum etiam quia, vt dictum est, inuentarium Procura-
toris vti nullum, penitùs non est attendendum; & sic
restat solùm inuentarium Hieronymi.
Quintò, nihil ad rem facit protestatio illa genera-
lis, quæ habetur in dicto inuentario Iudiciali, *quòd
non apponenda habeantur pro non scriptis*, quam rele-
uare dixit *Angel.vbi supra*, quia vltra quod non con-
stat de non apponendis ex supradictis, dictam clausu-
lam parum, aut nihil proficere est verius, & commu-
niter receptum, *Bartol.in l.1.§ item solent in fin.ff.de
offic.Præfecti Vrbis, & in d.l.fin.C.arbit.tutelæ*, vbi etiam
Salicet. & Bald. idem *Bart.in l. qui repertorium, ff.de
administr.tutor.n.23. Milan.in dicta decis.19.num.5.* &
fuit de mente *Rot.in dicta decis. 1. de donat. inter vir.*
dum requirit specialem protestationem, de qua ibi;
nec contrarium dicunt *Surd.* & alij per ipsum citati
63 *decis.216.num.2. & Greg.XV. decis.169.* † sed solùm,
quòd clausula saluo iure addendi apposita in inuen-
tario excusat à dolo, quòd est diuersum.
Sextò, ac tandem non obstat, quòd confessio Hie-
ronymi facta in inuentario Iudiciali, quòd prædium
Spadaroli sit hæreditarium, non excludat commu-
64 nionem, cùm possit vtrumque stare † iuxta illud,
quod commune est, meum est; quia cum nullo modo
probetur communio de tempore dictæ confessionis,
saltem eo modo quo deberet probari, vt fuit dilucidè
supra comprobatum, obiectum non procedit; deinde
retorquetur, & cessat penitus; quia in omnem casum
cùm Hieronymus benè sciens ius suum, totũ dictum
prædium cum dinumeratione tornaturarum vti hæ-
reditarium in inuentario iudicialiter descripserit,
absque illa speciali protestatione; de qua *Rot. in dicta
decis.1.de donat.inter vir.& vxor.* illud condonare vi-
sus fuit pro parte sibi communi ex regula, † quòd 65
qui rem simpliciter donat, quæ non est sua pleno iu-
re, sed tantùm ius aliquod in ea habet, censetur tan-
tùm illud ius, quòd in ea habet, donare argum. *text.in
l.si domus, §.fin.l.quod in rerum n.1.l.seruo electione, §.1.
ff.de leg.1.cap.quod autem de Iurepatr. & cap.pastoralis
de donat.* Vnde non obstat text.in *d l.cum falsa, & in
dicto §.subtilius*, cùm aliis supra allegatis in *vers.* † *Vn- 66
de non obstat si dicatur*; quia procedunt in confessio-
ne extraiudiciali, quæ indistinctè, & semper potest
reuocari, aut in confessione iudiciali per errorem fa-
cta, quæ non nocet errore detecto; contrarium au-
tem est in confessione iudiciali scienter facta, aut de
cuius errore non constat, prout sic distingunt, *Bart.
in d.l.Rara, & Corset.* vbi suprà, *Rota in dicta decis.352.
n.2.post secundum vol.cons.Farin.* quæ decisio benè per-
pensa decidit casum nostrum, & tollit hoc obiectum.
Tandem non releuat, quòd fuerit confessio ambi-
gua, & obscura, & ideò quòd possit compati cum di-
uisione; † quia imò non potuit esse clarior, & magis 67
distincta cum expressis verbis in inuentario descrip-
tum fuerit prædium Spadaroli, vti hæreditarium cum
dinumeratione tornaturarum, quæ non solùm longè
excedunt portionem, quam pro indiuiso Hieronymus
in eo prætendere posset, si esset indiuisum; quinimò
penè totum prædium æquant, & comprænhendunt;
Quæ expressio ita includit dictum prædium esse hæ-
reditarium, vt excludat esse Hieronymi, arg. *l.quintus
Mutius 11.ff.de auro, & argento legato*, † vbi si legetur 68
mulieri id, quod eius causa paratum fuerit, non venit
in legato, quòd causa mulieris, & alterius fuit para-
tum; Et ad idem est text. optimus in *leg.si in rem cum
gloss. ibi in verbo totam, ff. de rei vindicat.* & melior
text. in *leg.si defensor, §. quinto, rogat. ff. de interrog.
actione.*

Et ita decisum vtraque parte acriter sæpiùs infor-
mante, &c.

Anconitana Censuum.

Lun. 17. Maij, 1632.

ARGVMENTVM.

Melioramenta, finita emphiteusi, quando transeant ad hæredes emphiteutæ, vel remaneant apud Dominum directum. Expensæ factæ in melioratione viridarij, & in plantatis arborum, an dicantur vtiles, vel necessariæ. Circiter dictio, per quam deponunt testes super quantitate melioramentorum quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Reuelationes testium informiter examinatorum non releuant.*

2 *Melioramenta facta ex pacto, non sunt transitoria ad hæredes finita emphiteusi, sed remanent apud Dominum directum, & interim illa spectant ad habentes dominium vtile vti comprehensos in inuestitura, & non vti hæredes emphiteuta, & n.3.*

4 *Melioramenta facta extra pactum finita emphiteusi tam priuati, quam Ecclesiæ non cedunt lucro Domini directi, sed refici debent emphiteuta, & transeunt ad eius hæredes, etiam extraneos.*

5 *Viridarij melioratio non est necessaria, nec vtilis, sed voluptaria, & ideò non est reficienda, & num.6.*

7 *Arborum plantata, an computentur inter melioramenta vtilia, est opinio controuersa, sed Rota sequitur negatiuam.*

8 *Melioramenta compensantur cum deterioramento, & quomodo.*

9 *Arborum plantatio computatur inter expensas voluptarias quando propter illam fructus in minori quantitate colliguntur.*

10 *Actus in dubio censetur factus in executionem præcedentis obligationis.*

11 *Item factus censetur ab illo, qui ex necessitate tenetur, non autem ab eo, qui non est obligatus.*

12 *Item ab eo factus censetur, ad quem causa faciendi pertinet.*

13 Circiter, *dictio, per quam testes deponunt, operatur, vt modicum sit addendum, vel detrahendum arbitrio Iudicis, iuxta materiam subiectam, & n.15. & quando arbitrium extendi debeat ad decimam partem, n.16. & seq. & n.26.*

14 *Melioramenta probari debet fuisse facta per emphyteutam, vel ab alio, a quo ipse causam habuit, nec sufficit probare possessionem.*

17 *Testes deponentes super quantitate per hac verba,* possono essere, saranno tanti, &c. *non probant.*

18 *Melioramenta non probantur per testes deponentes per hac verba,* possano essere, saranno tanti, &c.

19 *Testes suspecti in vna parte, in totum redduntur suspecti, ratione iuramenti, quod est indiuiduum.*

20 *Melioratio modica non est attendenda.*

21 *Emphyteuta tenetur ad meliorandum ex natura contractus.*

22 Emphiteosios *nomen significat Græcè meliorationem.*

23 *Melioramentorum pretium soluendum est finita emphiteusi.*

Declara, quòd semper ex eo deducenda est modica quantitas, ibidem.

24 *Melioramentorum valorem si Iudex pronunciet ad tot ascendere ex ea summa iudicata deduci debet valor illius impensa modicæ, ad quam emphiteuta tenetur; Et qua sit modica impensa, est in arbitrio Iudicis, n.25.*

27 *Expressum facit cessare tacitum.*

Promissio hominis facit cessare prouisionem legis: Declara vt n.28. & 29.

30 *Melioramenta facta à subemphiteuticis, ad ipsos spectant, non autem ad emphiteutam, nec ad habentes causam ab eo.*

DECISIO CCCXXXVIII.



Vit remissa decisio coram me facta, 5. Martij, 1632. In qua fuit resolutum, testes nouiter examinatos, & scripturas nouiter productas pro DD. de Triumphis ad effectum probandi communionem omnium bonorum inter bon. mem. Hieronymum Archiepiscopum Theatinum, Petrum, & Franciscum fratres, nec non existentiam aliorum bonorum dicti Petri, non releuare, & Domini hodie absque difficultate quoad caput communionis, eam nempe non probari; Sed imò totum contrarium, in decisis perstiterunt ex fundamentis *dicta decisionis in fine vers. quo verò ad communionem omnium bonorum.*

Quo verò ad existentiam aliorum bonorum Petri, illa prætendebatur ex duplici capite; videlicet, quòd aderant alia mobilia Petri, præter descripta in inuentariis, & eum fecisse quædam melioramenta in bonis emphiteoticis, eáque esse hæreditaria. Quoad mobilia, Domini pariter steterunt in resolutis, *in dicta decisione in vers. nam existentia aliorum bonorum, & vers. tandem, quando ex supradictis*, vbi fuit firmatum, prætensam existentiam non probari, † nec testium; & reuelationum desuper deponentium, esse rationem habendam, vti informiter examinatorum, & vltrà *Doct.* ibi citatos, fuit resolutum *in causa Ortana bonorum, 12. Febr. 1601. coram bon. mem. Iusto.* 1

Tandem quoad melioramenta in bonis Emphyteoticis, *in eadem decisione in vers. non etiam obstat secundum de melioramentis*, fuit à sufficienti partium enumeratione resolutum, illa non esse attendenda, nec Triumphis suffragari, ex eo quòd: Aut prætenduntur facta in domo, sita in castro Comburani, & in prædio illo 40. salmatum Lumbriani nuncupato; & constat possideri per Triumphos, vt iam in pluribus decisionibus desuper factis fuit firmatum, & præsertim in *decisione facta, 22. Iunij, 1629. in vers. quoad bona stabilia, & in decisione 20 Februarij, 1630. in vers. quòd verò attinet ad melioramenta*; Et prætereà super eis pendet adhuc lis in Rota coram Domino meo Vbaldo; Aut verò melioramenta prætenduntur fuisse facta in illis quinque salmis hæreditariis Prædij S. Apollinaris, possessis hodie per Leonios, quarum quatuor sunt totæ Vineis plantatæ, nempe tres salmas in contrata *Granezza*, & alia salma in contrata *Piscarella*, & fuit iam resolutum *coram me in dicta decisione 22. Iunij in vers. reliqua quatuor salma*, & deinde *in d. decis. 20. Februarij in vers. prætereà*, Leoniis competere retentionem in his quatuor salmis Vineæ pro expensis, quas fecerunt pro dictis quinque salmis recuperandis in longa, & dispendiosa lite, habita priùs cum quatuor Rectoribus antecessoribus insignis Cappellæ Burghesiæ, & posteà cum dicta Cappella, vt constat ex pluribus Decisionibus, habitis, primò coram S.M. Gregor. XV. & deinde coram D. meo Pirovano, & bon. mem. Remboldo; Ex quibus expensis Leonij solum tenen. earum expensas, factas durante lite cum dicta Cappella, non autem factas cum quatuor Rectoribus antecessoribus, cum quibus multò diutiùs, & cũ maioribus expensis lis agitata fuit, vt in d. decisionibus, & actis processus facilè videre licèt.

Et cessat omnis difficultas, Quia postquam in sententia bon. mem. Vbaldi, fuit Leoniis ius reseruatum pro quodam eorum prætenso credito scutorum 400. deinde *in d. decisione 20. Februarij coram me in d. vers. Prætereà*, fuit resolutum, Leoniis in istis quatuor salmis Vineæ, competere retentionem, non solùm pro supradictis expensis, sed etiam pro credito eis reseruato in dicta sententia, ex quo ipsi erant Creditores Petri in scutis 475 1. quia tanti Sancta Domus Lauretana à Petro emit medietatem prædij Lumbriani, quod non est illud 40. salmatum, de quo suprà, sed aliud vulgo *il Palazzo* nuncupatum 65. salmatum, de tota qua summa fuerunt creati duo census ad fauorem Petri, cum tamen duo census, de quibus nunc agitur, venditi per Petrum Dominis de Triumphis, solùm sint scutorum 424 1. & hoc ex eo, quia Petrus habuit scuta 400. restantia in contanti à Dominis de Triumphis in extinctionem ratæ partis vnius ex dictis duobus censibus; Vnde si contra dictos duos census in defectum aliarum rerum hæreditariarum Petri, competit Leoniis subsidiaria pro recuperatione pretij, quia ex eo census fuerunt empti; multò magis eisdem competit retentio prædictarum quatuor salmatum Vineæ, pro residuo pretij dictorum censuum, idest pro supradictis scutis 400. restantibus vsque ad complementum totius, dicti pretij Prædij Lumbriani, quòd vt dictum est, fuit scutorum 475 1.

vt latiùs

vt latiùs in supradictis decisionibus; de alia verò quinta salma hæreditaria, non fuit facta mentio in supradictis decisionibut: Quia licèt iuxtà tenorem Inuestituræ debuerit in ea plantari cannetum; tamen non constat, quòd fuerit plantatum, nec aliter melioratum; sed est terrenum nudum, & concessum ad quartum pro emphyteuta; cum aliæ tres partes fructuum spectent ad Ecclesiam, & ad Colonum, prout idem est de fructibus Vinearum, vt fuit etiam ponderatum in allegatis decisionibus coram me, vbi suprà, & præsertim *in decisione 22. Iunij in vers. Reliquæ quatuor salmæ*, cuius propterea quintæ salmæ à fortiori debetur retentio Leoniis vna cum dictis aliis quatuor salmis Vineæ pro supradictis expensis, & residuo pretij, attento quòd causa retentionis, videlicet expensarum, & residui dicti crediti, est capax multò maioris retentionis, vt ad sensum patet, & talis fuit mens Dominorum.

Supradictis sic stantibus, tota difficultas reducitur, & fuit restricta ad melioramenta, quæ Triumphi prætendunt, Petrum fecisse in illis 24. salmis Emphyteutici ex pacto, & prouidentia Sancti Apollinaris, possessis per Leonios; quia licèt *in decisione in hac causa facta, 5. Martij, 1632. in vers. non etiam obstat secundum,*
2 fuerit dictum, † quòd melioramenta ibi facta fuerunt ex pacto, de quo in Inuestitura, quæ propterea finita Emphyteusi, non sunt transitoria ad hæredes, sed debeat permanere apud Ecclesiam, cum eo ipso fuerint incorporata cum Emphyteusi, & effecta de dominio Ecclesiæ; vt cantat eadem Inuestitura, & dixerunt *Bart. in l. iubendus, §. sanè, n. 2. C. de Sacros. Ecclesiis. Ias. Menoch. & alij in eadem decis. allegat. Valasc. de Iur. Emphyt. q. 25. n. 1. Pinell. in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 2. c. 3. n. 10. Gramm. decis. 33. n. 4.* & consequenter spectant ad habentes dominium vtile, quale in casu nostro habent Leonij vti comprehensi in tertia generatione Inuestituræ, non autem vti hæredes Petri, iuxtà distinctionem, quam facit *Bero. q. 96. n. 4. & n. 41.* Tamen, vt bene dicebant Triumphi, hoc est verum dumtaxat quoad melioramenta, facta vigore dicti pacti, de quibus loquuntur. *Bart. Ias. Menoch. Valasc.* & alij vbi suprà, & sic solùm quoad tres salmas Vineæ cum canneto, & duas Domos, vnam cum solario, & aliam sine solario; non autem quoad plura alia melioramenta, quæ vltrà prædicta, & extrà pactum, Domini de Triumphis prætendunt in his 24. salmis, Pe-
3 trum fecisse, & hodie extare, † quæ de Iure finita Emphyteusi, tam priuati, quam Ecclesiæ per extinctionem personarum, quia illa fuit concessa, vel per lapsum temporis in concessione positi, non cedunt lucro Domini directi, sed sunt Emphyteutæ reficienda, & transeunt ad eius hæredes etiam extraneos, *Bald. in l. Senatus, §. Marcellus,* per illum text *ff. de legat. 2. Specul. in tit. de locato, §. nunc aliquo, vers. decimotertio,* Et est communis sententia, secundùm *Ias. in l. 1. n. 17. C. de Iur. Emphyt. Dec. cons. 518. n. 2. Gram. decis. 22. n. 2. & decis. 41. n. 7.*

Vnde videndum est, an vltrà supradicta melioramenta, quæ præcisè vigore pacti in his 24. salmis Petrus facere debuit, nempe tres salmas Vineæ cum canneto, & duas domunculas, vnam cum solario, & aliam sine solario, fecerit idem Petrus alia melioramenta; Et plura alia fecisse dicunt Triumphi, probari ex Testium depositionibus, nempe sequentia: Primò vnum Viridarium duarum cupparum circiter; Secundò plantatas arborum, vsque ad salmas tres, & cuppas quatuor: Tertiò Cannetum vsque ad quatuor cuppas: Quartò vnam Domum cum duobus solariis, valoris scutorum 1000. in Castro Comburani: Quintò aliam domum cum solario, & Colombario in contrata *Pisciarella*: Sextò, & demum, Petrum ibidem plantasse Vineam, vsque ad salmas octo cum dimidia; Ex quibus, deductis duabus salmis Vineæ cum dimidia, quas vigore pacti dumtaxat, Petrus plantare debuit, restant dictæ 24. salmæ melioratæ in sex salmis Vineæ; quæ melioramenta spectant ad Petri hæreditatem: in quibus propterea possunt Triumphi se releuare ad diminuendum creditum DD. de Leonibus, pro concurrenti quantitate valoris huiusmodi meliorationum.

Sed hodie Domini non habuerunt rationem prædictorum melioramentorum, nisi solùm pro melioratione vnius salmæ Vineæ cum dimidia, & pro dicta vna domo cum solario, & columbario in contrata *Pisciarella*: Ad quam autem quantitatem ascendat valor, fuit reseruatum, vt particulariter videatur, vt autem resolutionis ratio elucescat, vtque qualia, & quæ sint prætensa sex melioramenta, clariùs appareat, conuenit vnum quodque eorum separatim examinare, vt sequitur.

Et in primis non fuit habita ratio meliorationis † 4
Viridarij duarum cupparum circiter, Quia non est melioratio necessaria, nec vtilis, sed voluptaria, ex quo speciem dumtaxat ornat, non autem fructum auget, *l. impensa 79. ff. de verb. signif.* ibi, *vt sunt viridaria, aquæ salientes, &c.* † Et ideò non est reficienda, *l. pro* 5
voluptariis, ff. de impensis in rebus dotalibus factis, Bart. in l. in fundo, §. consumimus, n. 10. ff. de rei vendic. Castr. cons. 269. per totum lib. 2. vers item quod non omnia, & cons. 170. n. 3. vers. de impensa verò, Menoch. remed. 15. recuper. n. 556. Peregr. de fideicom. art. 50. n. 54. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 111. in princ. Rota decis. 750. num. 4. parte 2. recent.

Deinde nec pariter de plantatis arborum, † Quia, 6
quidquid sit, an huiusmodi plantatæ computentur inter melioramenta vtilia; & ideò sint reficienda necne; quam quæstionem latè examinant *Ios. Ludou. decis. Perus. 24. n. 18. Menoch. d. remed. 15. de recuper. n. 527.* qui absolutè tenent affirmatiuam partem; Rota verò in huiusmodi plantatis, de quibus agitur, tenet negatiuam, vt apud *Ces. de Graff. decis. 5. de reb. Eccles. non alien.* aliàs 136. *& decis. 312. n. 6. p. 1. diuers. & in d. decis. 650. n. 5. p. 2. recent.* in omnem casum hic versamur in claris, cùm ex Testibus, nempe 1. 2. 3. & 4. iuxtà 43. interrogatorium; examinatis pro parte eorundem DD. de Triumphis clarè constet, quòd dictæ plantatæ plus damni, quàm vtilitatis afferunt; † melioramenta au- 7
tem cum deterioramento compensantur & quòd præualet, ac superabondat, habetur in consideratione, & recipit nomen melioramentorum, aut deteriorationum, vt notant *Doctores in auth. si rem. C. de Sacros. Eccles.* vbi *Ias. n. 7. & idem in cons. 17. vol. 1. Surd. cons. 34. n. 36. Caualc. decis. 17. n. 7. & decis. 30. n. 129. de contract. p. 1.* Et præsertim cùm optimam deteriorationis rationem Testes assignent; videlicet, quòd propter dictas plantatas granum, & alij fructus in minori quantitate percipiuntur; vt de similibus plantatis dixit *Castr. in d. cons. 269. vers. item quia plantatio dictarum arborum, & in dicto cons. 270. in dicto vers. de expensa verò*, vbi etiam quòd in hoc casu † plantatio arbo- 8
rum computatur inter expensas voluptarias: Et deinde deterioratio est verisimilis, quia vt dicunt iidem Testes, dictæ plantatæ arborum trium salmarum, & quator cupparum non reddunt per tres annos, nisi centum fasciculos, vulgò *fascinas*, quæ, vt creditur, in illis partibus, sunt valoris duorum scutorum, parum plus, vel minùs; verisimiliùs tamen est, quòd si plantatæ non essent, multò maior vtilitas per tres annos perciperetur ex grano, & aliunde; Et non obstat Quintus Testis iuxtà 38. in *summ. DD de Triumphis, n. 4.* dum deponit, quòd in vna salma ex dictis plantatis adsunt vites; Quia præterquam quòd est vnicus, redditur multum suspectus, ex quo alij Testes

deponunt, totas dictas plantatas trium salmarum, & quatuor cuppatum, esse infructuosas, & inutiles, plusque damni, quàm vtilitatis esse.

Præterea nec de quatuor cuppis Canneti, quæ faciunt mediam salmam, ratio habita fuit, Quia sunt illæmet, quas Petrus facere debuit, ex pacto, inclusæ in tribus salmis Vineæ cum Cannero, de quibus in Inuestitura, vlteriùs nec ratio habenda est illius Domus cum duobus solariis in Castro Comburani, valoris scutorum 1000. Quia hodie possidetur per DD. de Triumphis, vt suprà, & ante in aliis Decisionibus sæpiùs dictum fuit, videlicet *in decis. 22. Iunij. 1629. in vers. quoad bona stabilia, & in decis. 5. Martij, 1632, vers. nec etiam obstat secundum de meliorамentis.*

Quo verò ad illam Domum cum solario & columbario in contrata *Pisciarella*, Domini habuerunt de ea rationem ad fauorem DD. de Triumphis, & moti fuerunt; Quia ex prædictis Testibus constat de quatuor Domibus constructis, duabus nempe vigore pacti Inuestituræ, vna cum solario, & alia sine solario, quæ vt dicunt Testes, & ita est veritas, sunt in contrata *Granezza*, quæ contrata est inclusa in iis 24. salmis, de quibus non est habenda ratio, vt dictum est; Tertia verò Domus in Castro Comburani, quæ etiam non est attendenda, Quia non est in dictis 24. salmis possessis per Leonios, sed est in Castro Comburani, possessa per Triumphos, vt suprà, & in aliis dictum fuit; Vnde cùm restet quarta Domus constructa in dicta contrata *Piscarella*, diuersa, & distincta à dictis tribus domibus, quæ habentur in Castro Comburani; & in contrata *Granezza*, proptereà visum fuit Dominis de ea esse habendam rationem.

Sed dum extenderem Decisionem, & factum, meritaque processus attentè legerem, & perpenderem, fecit mihi difficultatem, quòd potiùs videatur, vt nec etiam de d. quarta domo cum solatio, & columbario sit habenda ratio, ex quo non est sita in dictis 24. salmis, sed in illis quatuor salmis Vineæ hereditariis, in quibus, vt fuit suprà, & alias sæpiùs dictum, Leoniis competit retentio pro expensis, & residuo crediti, quòd videtur clarum ex facto; Quando quidem est aduertendum, quòd dictæ 24. salmæ prædij Sancti Apollinaris, in quibus prætenditur facta dicta quarta domus, consistunt in sex corporibus, seu contratis, & vnaquaque contrata cum distinctis confinibus, vt ex Inuestitura de eis facta Petro de anno 1579. *summ. Leonij, n. 3.* videlicet, vnum corpus 14 salmarum *Granezza* nuncupatum: Secundum vnius salmæ *Boranicho*: Tertium vnius salmæ, & sex cuppatum in eadem contrata *Boranchio*: Quartum salmarum quinque; vel circa *Peggio Ginestro*: Quintum cuppatum duarum Sancti Ioannis: Sextum, & vltimum corpus duarum salmarum *Piscarelle* nuncupatum, quæ salmæ 23. & cuppæ octo faciunt prædictum numerum 24. salmarum Prædij S. Apollinaris ex pacto, & prouidentia, vt latiùs in eadem Inuestitura.

Deinde est etiam aduertendum, quòd dicta contrata *Piscarella*, in qua sita est dicta quarta domus cum duobus solariis, & columbario, de qua Domini dixerunt habendam esse rationem, non consistit solùm in supradictis duabus salmis eiusdem contratæ comprehensis, & inclusis in dicto prædio Sancti Apollinaris 24. salmarum, concesso Petro in Emphyteusim ex pacto, & prouidentia ad tertiam generationem de dicto anno 1579. quæ duæ salmæ, vt dictum est, constituunt sextum corpus prædicatum 24. salmarum; sed imò tota contrata *Pisciarella* est trium salmarum, quarum duæ sunt illæ comprehensæ, & inclusæ in dictis 24 salmis; alia verò tertia salma non est ibi inclusa, sed separatim, & de per se sola multò ante, nempe de anno 1565. fuit per Rectorem S. Apollinaris concessa in Emphyteusim perpetuam, Benedicto Stephano cum obligatione plantandi Vineam, & construendi vnam domum in ea, quam salmam deinde Petrus solam etiam, & de per se iam plantata Vinea, emit à dicto Benedicto; vt constat ex dicta Inuestitura 24. salmarum Petro facta de dicto anno 1579. in qua d. tertia salma cum Vinea in contrata *Pisciarella*, ponitur pro confine aliarum duarum salmarum eiusdem contratæ comprehensarum in dictis 24 salmis, & cum narratiua, quòd illam Petrus emerat à dicto Benedicto.

Ex quibus sequitur, quòd cum Testes DD. de Triumphis, qui deponunt de dicta domo nempe Tertius, & Quintus, vt in *eorum summ. n. 8.* non deponant, quòd illa sita sit in dictis duabus salmis in contrata *Piscarella* inclusis in 24 salmis Prædij S. Apollinaris ex pacto, & prouidentia, nec quòd fuerit constructa per Petrum, sed simpliciter, quòd est in contrata *Pisciarella*, dicendum est, quòd fuit ædificata per Benedictum in illa tertia salma Vineæ eiusdem contratæ, empta per Petrum, prout iuxtà tenorem d. Inuestituræ de anno 1565. ea ibi edificari debuit pro seruitio Vineæ, maximè quia clarè constat ex venditione facta Petro, de qua in d. Inuestitura de anno 1579. quòd Vinea, pro cuius seruitio d. Domus ædificari debuit per Benedictum, erat iam plantata de tempore d. Inuestituræ factæ Petro, non autem dicendum est, quòd fuerit ædificata per Petrum in dictis aliis duabus salmis, cùm ad hæc nõ fuerit obligatus in Inuestitura, sed solùm ad construendum illas duas Domos, vnam cum solario, & aliam sine solario in contrata *Granezza*, quæ, vt dictum fuit, finita Emphyteusi, redire debent
ad Ecclesiam; † siquidem intrat regula, quòd actus in 10
dubio censetur factus in executionem præcedentis obligationis; *Alex cons. 5. n. 9. cum seq lib. 2. Menoch. præsumpt. 49. cum pluribus sequent. lib. 3.* † Et ab illo, 11
qui ex necessitate tenetur, non autem ab eo, qui ad illum faciendum non est obligatus, ad tex. *in l. sed si vir lexana in princ. ff. de donat. inter, Castr. cons. 133.*
n. 3. lib. 2. † Et ad quem causa faciendi pertinet, *Bart.* 12
in l. si pupilli, §. 1 vers. si verò non dicat ff. de negot. gest. Tiraq. de retract. lig. §. 10. gloss vnica, n. 5. & sic in præsenti hæc quarta Domus præsumitur facta in dicta tertia salma Vineæ, & à Benedicto, qui erat obligatus eã ibi facere, non autem à Petro in aliis duabus salmis eiusdem contratæ; qui non erat obligatus. Quibus accedit, quòd quando dicta quarta Domus fuisset a Petro facta, non præsumeretur facta in dictis duabus salmis inclusis in salmis 24. sed in d. tertia salma Vineæ in executionem præcedentis obligationis Benedicti à quo Petrus emptor causam habuit, iuxtà supradicta, & consequenter de ea non est habenda ratio in præsenti, cùm in illa vna, cum dictis quatuor salmis Vineæ, in quibus sita est, competat Leoniis retentio.

Restat tandem discutere sextum, & vltimum genus melioramentorum, videlicet plantatas Vineatum, de quibus deponunt supradictus quartus, & quintus Testis DD. de Triumphis, nempe quartus de nouem salmis Vineæ circiter, comprehenso in eis Canneto dimidiæ salmæ, & quintus Testis de nouem salmis Vineæ cum dimidia circiter comprehenso etiam d. Canneto, qui proptereà sunt contestes in nouem salmis circiter Vineæ, comprehenso Canneto, de quibus nouem salmis Domini non habuerunt rationem nisi solùm de vna salma cum dimidia; siquidem de media salma Canneti, nec de duabus salmis cum dimidia Vineæ, nulla fuit habita ratio, Quia ex pacto cum Ecclesia debuerunt plantari, vt supradictum fuit; deinde nec ratio habita fuit de aliis quatuor salmis Vineæ; tribus videlicet in contrata *Granezza*, & vna in contrata *Piscarella*; quia licèt sint in d. prædio

Sancti

S. Apollinaris; tamen non sunt compræhensæ in dictis 24. salmis ex pacto, & prouidentia, sed sunt illæmer quatuor salmæ hæreditariæ, in quibus Leoois fuit data retentio pro expensis, & residuo crediti.

Vnde restant solùm aliæ duæ salmæ Vineæ, à quibus Domini demerunt mediam salmam, ex quo Testes
13 deponunt per verbum *circiter*, † quæ dictio arbitrio Iudicis operatur, vt modicum sit demendum ad tex in *l.2.§.exactis, ff.de origine Iuris gloss. in c. fin.de desponf, impub. Menoch.de arbitr.Iud.cas.46.n.3. Surd.cons.376. n.15.* Et in his terminis *Rota apud Gregor. XV. decis.128 n.5.decis.344.n.9.* & sic restat solùm melioratio vnius salmæ cum dimidia Vineæ, de qua Domini rationem habuerunt.

Sed pariter dum extenderetur Decisio fecit mihi non modicam difficultatem; quia imò factu benè perpenso videtur, nec de d. salma Vineæ cum dimidia, rationem habendam esse, hocque clarum reddi, quia prædicti Testes inter dictas nouem salmas, computant sex cuppas positas in contrata Sanctæ Mariæ, quæ contrata non est inclusa in dictis 24. salmis; nec constat possideri per Leonios; vt enim dictum fuit, dictæ 24. salmæ inuestitæ Petro de anno 1579. consistunt in sex corporibus, siue contratis suptadictis cum dinumeratione salmarum, cupparum, & confinium inter quas nullo modo connumeratur, nec nominatur, contrata Sanctæ Mariæ, Et licèt deponant, dictas sex cuppas fuisse possessas per Petrum, non tamen apparet hodie possideri per Leonios, nec dictam Vineam in eis fuisse plantatam per Petrum; quinimò expressè dicunt, se nescire, à quo plantata fuerit, cùm tamen
14 debeat probari, † melioramenta fuisse facta per Emphyteutam, vel ab alio, à quo ipse causam habuit; itant non sufficiat, quòd probent possessio, *Castr.d. cons.270.n.4.p.2. Surd.cons.173.n.16. Redo.in tract.de reb. Eccles q.17. de melioram.in re Eccles.§.conductores verò n.2. & Menoch.d.remed.15.n.567. Flam.Catar.decis. Iannen.72. n.3* cum aliis iustà in fine allegatis. Deinde iidem Testes inter d. nouem salmas computant quatuor cuppas Vineæ in d.contrata S.Ioannis, quæ faciunt mediam salmam, & tamen ex oculari inspectione d. Inuestituræ de anno 1579. constat quòd Petro in dicta Contrata S Ioannis nun fuerunt inuestitæ, nisi duæ cuppæ inclosæ in d.prædio 24. salmarum, nec aliter probator, quod in dicta Contrata Sancti Ioannis Petrus habuerit plus terreni, & consequenter à supradictis duabus salmis restantibus, quæ faciunt sexdecim cuppas, demendæ sunt prædictæ octo cuppæ, nempe sex de Contrata Sanctæ Mariæ, & duæ de contrata Sancti Ioannis, quæ faciunt vnam salmam.

Qua propter restat solùm vna salma, de qua pari-
15 ter non videtur habenda ratio, triplici fundamento; † Primum est, quia dictio *In circa* per quam deponunt prædicti Quartus, & Quintus Testis, licèt referatur ad quid minimum addendum, vel detrahendum arbi-
16 trio Iudicis, iuxtà materiam subiectam; † tamen hoc minimũ in materia subiecta, in qua versamur, videtur non esse restringendum ad quatuor cuppas, vt supra dictum fuit, sed arbitrium extendi debere ad vnam salmam, & sic ad decimam partem circiter; *Cornel. cons.59.n.6. Bero. cons.85.n.4.lib 1.* Et in his terminis *Rota d.dec.128.n.4.cum seq.apud Greg.XV.* Quod autem arbitrium Iudicis in præsenti debeat sic regulari, suadetur etiam, tum quia Testes non solùm deponunt per dictionem *circiter*, sed etiam per alia verba, ex quibus posset meritò dubitari, an illis credendum sit,
17 † nempe *possono essere, saranno tante some*, quæ depositio videtur de Iure irreleuans ex latè adductis per *Fa-*
18 *rinac.de Test.lib.quest.68.§.prim.per tot præsertim n.4.* † Et in puncto, quòd Testes per huiusmodi verba deponentes non probent melioramenta, *Curt. Iun.cons. 165.cum sequent.* tum etiam quia iidem Testes videntur minus veri, & redduntur suspecti in eo, quòd deponunt de quatuor cuppis in Contrata Sancti Ioannis, & de sex cuppis in Contrata Sanctæ Mariæ, quæ non sunt vera, vt supra dictum fuit; † Testes autem in 19
vna parte suspecti, in totum redduntur suspecti, ratione Iuramenti, quòd est indiuiduum, *Bald. in l.fin. n.18. C. de edict. Diu. Andr. tollen. Farinac. vbi suprà quest.67.§ 4.per tot.*

Secundum fundamentum est, quia etiam, quòd probaretur melioratio in dicta vna salma, † vti de 20
modica melioratione, non est de ea habenda ratio, ad tex. *in l.rebus, §.possunt, ff.commodati, l.omnino, ff.de Imp. in reb.dot.fact.* ibi *pro propagandis Vineis, modicas impensas, non debet arbiter curare. Castr.d.cons.269 vers.si vero parua, lib.2. Menoch. de re. uper.d.remed.15.n.582. Bero.d.quæst.96.n.4 Ios. Ludou.d.decis. Perus.24.n 20. Barbos.in l.diuortio, §.fin.in 1.p.n.36. ff. solut. matrim. Marescot.var.resol.lib.2.cap.110.n.11.* † Et ratio, est 21
quia Emphyteuta tacitè, & ex natura contractus tenetur ad meliorandum, hoc enim importat nomen *Emphiteosios*, † quòd Græcè meliorationem significat, 22
gloss.in §.adeò inst.de locat.Fulgos.cons.9.ad fin. † Et ideò 23
quamuis finita Emphiteusi sit pretium melioramentorum soluendum; tamen semper ex eo deducenda est modica quantitas, ad quam consumendam in rebus Emphyteoticis tenetur Emphyteuta ex natura contractus, *Garz. de expensis c.14. n.12. Barb. vbi suprà,* quod est adeò verum, † vt si Iudex pronunciet ad tot 24
ascendere valorem melioramentorum, ex ea summa Iudicata, debet deduci valor illius impensæ modicæ, ad quam Emphyteuta tenetur, *Barb.ibidem per tex.in l.penult. ff. de impens.in reb.dot. fact.* † Quæ autem sit 25
hæc parua impensa, est in arbitrio Iudicis, *Barb. ibid. & Menoch. de arbitr. d. cas.46.* † quod vt diximus, in 26
casu nostro regulari debet, vt sit detrahenda decima pars circiter, ex eo maximè cùm iidem Testes dicant, quòd ex plantatione arborũ fuit sequuta deterioratio, quæ compensari debebat cum melioratione Vineatũ.

Nec dicatur, quòd per expressum pactum de meliorando in tot Domibus, & salmis Vinearum fuit recessum ab illa tacita legis obligatione faciendi modicam expensam, itaut hæc fuerit in illam transfusa, & facta nouatio, † cùm expressum faciat cessare tacitum; 27
Et prouisio hominis † prouisionem legis, *l. & habet,* 28
§.cum quis, ff.de precario, & l.fin.C.de pact.conuent.cum vulg. † Quia est verum, si illa tacita obligatio melio- 29
randi prouenirет ex priuilegio, aut aliàs Iure speciali, & extraordinario, *Cin.in l.2.C. de Iur. Emph.Bart.in d.§.cum quis,* secus verò est, quando, vt in casu nostro, tacita obligatio prouenit ex natura rei & à Iure communi, tunc enim per prouisionem hominis non ressat prouisio legis, sed vtrumque debetur, *Ias. in d.l.2. n.143.cum seq. Ruin.cons.34 n.8. & 18. Negus.de pign. in 4.membro.2.partis principalis, n.8.vers.1.est*; Et ad tem faciunt, quæ tradit *Bart.in l.ita stipulatus eu n.27. & n.30. ff. de verb.oblig.*

Tertium, & vltimum fundamentum est, quia inter dictas octo salmas cum dimidia Vineæ, in quibus concordant Testes, ponuntur d. duæ cuppæ in Contrata S.Ioannis, & vna salma Vineæ in dicta Contrata *Poggio*, quæ Contratæ sunt duo ex supradictis sex corporibus, in quibus consistunt illæ 24. salmæ prædij S.Apollinaris, & tamen Vineæ in his duobus cuppis, & vna salma non fuerunt plantatæ per Petrum Emphyteutam, vt deponunt iidem 4. & 5. Testis, sed per duos Subemphyteutas, quibus Petrus dictas Terras concessit, seu subemphyteuticauit ad tertium; Vnde dicta melioramenta non ad Petrum, sed ad subemphyteutas spectant, quæ ideò illis, & non Petro,

Petro, vt habentibus ab eo causam, vt sunt Triumphi, refici debent; *Paul. de Castr. d. cons. 270. n. 4. lib. 2. Red. & Surd. vbi suprà, Bursatt. cons. 30. n. 96. & cons. 186. vers. octauum, lib. 1. Honded. cons. 85. n. 41. lib. 1. Barbos. in d. §. siu p. 1. n. 96. Menoch. remed. 15. n. 567. Garz. de expens. cap. 7. n. 13. vers. quàm decisionem, Pacif. de Salu. Inspect. 2. c. 1. n. 208. cum seq. Caualc. decis. 28. n. in addit. p. 1. de contract. Flam. Cart. in d. decis. 72. n. 3.* Super quibus difficultatibus, visum mihi fuit esse Dominos consulendos.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

Ferrarien. Bonorum.

Ven. 17. Maij, 1632.

ARGVMENTVM.

Magistralis est decisio substitutionum arcana complectens, ex profundissimo centro Iuris exhausta, ac miro ingenij acumine dilucidata; & in ea principaliter agitur, An substitutus post mortem alterius sub conditione vocati, ea deficiente excludatur, vel potiùs admittatur ex vulgari comprehensa in compendiosa; Et plura notanda in materia caducationis graduum, & legatorum conditionalium, & modalium, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Legatum à Patre filiæ relictum, censetur animo compensandi cum dote, seu legitima, vti debito necessario, & n. 43. Præsertim si Testator id clariis verbis expresserit, quo casu, si filia petat dotem, seu legitimam, vel illius supplementum, legato priuatur, & n. 2.*

3 *Exceptiones non implementi, & rei iudicatæ, quæ obstabant defuncto, pariter, & herede obstant.*

4 *Legatum caducatum in persona primi Legatarij, debetur alio posteà vocato, & substituto, vti venienti ex propria persona. Declara, vt n. 64.*

5 *Legatum si factum fuerit alicui per hæc verba,* sin à tanto che lui viuerà, *est temporale, & post mortem Legatarij redit ad heredem, n. 6. & 73. secùs tamen est, quando post mortem Legatarij alius fuit vocatus, quia tunc Legatum ad eum spectat, num. 7.*

8 *Legatarius relictus pro tempore vitæ suæ, si contrauenlat voluntati Testatoris, carere debet legato vita sua durante, non autem eo priuandus est alius, qui post mortem d. Legatarij fuit vocatus, & num. 9.*

Fideicommissum debetur filiis vocatis post mortem parentum, non obstante quòd parentes contrauenerint voluntati Testatoris.

10 *Caducato gradu antecedenti, non caducantur sequentes.*

11 *Amplia id procedere non solùm in pluribus gradibus vulgaris, & compendiosa resoluta in vulgarem, sed etiam in pluribus gradibus substitutionis fideicommissario, itaut primis deficientibus, fideicommissum remaneat apud heredem cum onere illud præstandi vocato in alio sequenti gradu, cum eisdem conditionibus, & oneribus. Declara, vt num. 71. 72. & 73.*

12 *Substitutio facta post mortem, censetur compendiosa, etiam quòd non adsit verbum quandocumque. Fallit quando sit in re certa per verba obliqua seu communia, n. 67.*

13 *Conditio adiecta Legatario, quando censeatur repetita in Substituto.*

14 *Legatum prædiorum, factum alicui donec viuet, & post eius mortem aliis relictum, censetur legatum vsusfructus, respectu Legatarij, respectu autem vocatorum post mortem Legatarij, censetur Legatum proprietatis: itaut Testator legato proprietatis apposuisse videatur tempus mortis Legatarij, non vt suspenderet illius existentiam, sed vt Legatarium in vsufructu præferret, & n. 15. Contrarium resoluitur num. 80. & plenè respondetur DD. ex adu. allegatis, n. 84. 85. 86. & 87.*

16 *Caducato legato vsusfructus alicui facto, non caducatur Legatum proprietatis alteri relictum, quinimò tunc vsusfructus cum proprietate consolidatur, nihilque apud heredem remanet.*

17 *Legatum factum alicui post mortem alterius, cui eadem res ad vitam fuit legata, est purum, itaut si ille moriatur ante alterius mortem transmittat legatum ad suos heredes. Contrarium veriùs, num. 80. & seqq.*

18 *Testator non præsumitur voluisse heredem duplici onere grauare ad fauorem Legatarij; præsertim si alterum posuit in electione eiusdem Legatarij, num. 19. quo casu per electionem vnius cessat omnino voluntas Testatoris grauandi heredem in alio, & num. 20.*

21 *Amplia procedere non solùm quoad personam Legatarij sed etiam Substituto post mortem Legatarij; præsertim si Substitutus sit minùs sanguine coniunctus Testatore, quàm Legatarius, & num. 24.*

22 *Legatum relictum ob causam, determinatur secundùm causam illi annexam.*

23 *Dos si fuit per Patrem promissa Marito, & Legatum fiat filiæ, heres non tenetur nisi ad vnum, & ratio redditur ibidem.*

25 *Testatoris voluntas regit, & regulas vltimas voluntates.*

26 *Substitutus post mortem Legatarij, quando censeatur vocatus per fideicommissum in casu solùm quo Legatarius agnoscat Legatum, itaut Legatario non agnoscente deficiat substitutio, & num. seqq. & præsertim, n. 29.*

27 *Restituere, nemo grauari potest, nisi priùs habeat.*

28 *Compensatio quando locum non habeat.*

30 *Testator quando voluit, vt primo loco vocatus adeat, siue agnoscat, si ille præmoriatur antequam adeat, seu agnoscat, substitutio non habet locum ad fauorem secundo loco vocati.*

31 *Fideicommissario excluso per defectum conditionis, sub qua fuit vocatus, excluditur etiam ei substitutus, ne plus habeat vlterior, quàm proximior vocatus.*

32 *Gradus sequentes omnes euanescunt; vbi primi conditio, a quo dependent, non extitit; Ex ratio assignatur ibidem.*

33 *Substitutio quando censeatur subordinata, & dependens à vocatione primi gradus, ita vt conditio huic apposita, insinuat etiam in sequentem substitutionem.*

34 *Legatum relictum animo compensandi, est conditionale, & non modale, quod multis exemplis comprobatur, n. 41. & 42. Et quid Legatarius hoc casu agere debeat, dicto num. 34. 40. & 51.*

35 *Fideicommissum relictum animo compensandi, petitionem non inducit ante compensationem.*

36 De

36 *De conditionis natura est, vt illa adimpleatur ante habitum emolumentum, itaut impediat acquisitionem ab initio, & nihil in esse ponat, donec ei fuerit satisfactum.*

37 *Testator legans animo compensandi, non tam donare, quàm soluere videtur.*

38 *Solutio debet præcedere liberationem.*

39 *Creditori inuito vnum pro alio solui non potest.*

44 *Dotis legatum continet tacitam conditionem, si nuptiæ sequantur.*

45 *Legatum fructuum continet tacitam conditionem si nascantur.*

46 *Conditiones tacitæ, quando ex necessitate insunt, non impediunt transmissionem si aliter non exprimantur, quàm tacitè insunt.*

47 *Non faciunt legatum conditionale quoad transmissionem.*

48 *Impediunt semper, & indistinctè ortum obligationis, quousque existant.*

49 *De Modi natura est, vt apponatur dispositioni iam perfectæ, & priùs purè factæ.*

50 *Modus à conditione quomodo dignoscatur.*

52 *Compensandi onus diuersimodè explicatur à Iuris Conditoribus, vt remissiuè, n. 53. 54. 55.*

Conditio à communiter accidentibus explicatur per dictionem, Si.

53 *Modus concipitur, vt plurimum per dictionem Vt.*

56 *Modus adimpleri potest post habitum emolumentum, sed si hoc casu non adimpleatur obligatus adimplere, quasi in pœnam, est priuandus.*

57 *Modus, sub quo quis fuit primò vocatus, si per eum non adimpleatur, dicitur conditio, respectu substituti per fideicommissum, ita vt eo ipso, quòd primo vocatus, modo sibi adscripto non paruit deficiat substitutionis, & n. seq.*

58 *Conditionis defectus non facit quem priuari, eum nunquam habuerit.*

59 *Vocatus sub conditione, ea deficiente, habetur pro non vocato, & n. 66.*

60 *Conditio habetur pro adimpleta, quando per eum, qui adimplere debet, non stetit, quominùs conditio adimpleretur.*

61 *Declara id verum esse in conditione potestatiua, secus in mixta.*

62 *Conditio potestatiua quomodocumque defecerit, relictum quoque sub ea conditione deficit.*

63 *In conditionibus mixtis, & casualibus Testator solùm respicit ad existentiam conditionis, non autem ad factum substituti.*

65 *Testator potest ex non implemento conditionis, præueniente ex persona vnius alteri non dare.*

68 *Verbum*, lascia, *est obliquum, & idem importat, quòd verbum* lego, *& verbum* relinquo, *intellige, vt num. 89.*

69 *Verbum* lego, *& verbum* relinquo, *quando sint verba obliqua.*

71 *Fideicommissum conditionale non transmittitur, si fideicommissarius decedat ante purificatam conditionem.*

72 *Amplia etiam, quòd fideicommissum relictum sit decedenti, nisi adsint tales coniecturæ, ex quibus appareat testatorem, voluisse fideicommissum transmitti.*

74 *Caducato gradu antecedente, caducatur etiam conditio; itaut sequens gradus admitti debeat, nulla habita consideratione conditionis appositæ in dicto sequenti, & vltimo gradu. Declara vt n. 75. cum rationibus, de quibus n. 76.*

77 *Substitutus succedens ex gradu caducato, tenetur ostendere existentiam conditionis appositæ dicto gradui caducato, in quem ipse fuit subrogatus; nec potest adimplere conditionem quæ semel defecit, & quæ solùm cohærebat personæ illius, cui ipse fuit substitutus, & n. 78.*

Amplia prædicta præsertim procedere, quando substitutio fuit facta continuatiuè ad vocationem illius, cui ipse fuit substitutus, dicto num. 77. & etiam n. 33.

Subrogatio in substitutionibus fit cum eisdem conditionibus, & qualitatibus, dicto n. 77.

79 *Eligendi facultatem habens in vltimis voluntatibus, si semel elegerit, non potest variare.*

81 *Legatum temporale, ad vitam, prædefuncto substituto, spectat post mortem Legatarij ad hæredes Testatoris, quòd comprobatur num. 82. & 83. & respondetur contrariis, n. seqq.*

88 *Legatum vsusfructus non cedit nisi à die addita hæreditatis.*

DECISIO CCCXXXIX.



ÆSAR Palmirolus legauit D. Annæ vxori suæ vsumfructuum duorum prædiorum, de quibus agitur, & post Annæ mortem eadem prædia, vltrà alia plura bona, Iure institutionis legauit D. Violanti eius, & d. suæ Vxoris filiæ legitimæ, & naturali, donec viueret; & interim dum vitam castam, & viduale seruaret dumtaxat, & cum ea lege, vt deberet esse contenta de d. legato, itaut non posset amplius quidquam petere in bonis suæ hæreditatis, ratione legitimæ, seu illius supplementi, nec ex quauis alia causa; & post Violantis mortem, & ante, casu quo illa ad secunda vota transiret, d. prędia reliquit Anibali, & Alphonso eius Nepotibus ex d. Violante; videlicet vnicuique vnum prædium, quos etiam si sine liberis decederent, ad inuicem substituit; In reliquis autem suis hæredem Vniuersalem instituit D. Virginiam filiam suam legitimatam.

Mortuo Cæsare Testatore, D. Violante eius filia,
viuente adhuc D. Anna matre sua, petiit supplemen-
tum legitimæ, & obtinuit, illúdque cum effectu ha-
buit in quibusdam stabilibus sibi ex d. causa adiudi-
catis, quæ propterea visa fuit legatum prædictum
spernere: Tum Iuris communis dispositione attenta,
† per quam ex præsumpta Testatoris voluntate, le- 1
gatum à Patre filiæ relictum, censetur animo com-
pensandi cum dote, seu legitima, vti debito necessa-
rio, *l. si cum dotem, § si pater, ff. solut. matr. l. Titia cum
Testamento, §. qui in vita, ff. de leg. 2. l. cum quis, §. hoc am-
plius, & l. penult ff. de dot. prælegat* Tum etiam, & mul-
tò magis, ex quo Cæsar Testator ad tollendam diffi-
cultatem, quæ fieri poterat, an in hoc casu intraret d.
præsumpta legatis compensatio, iuxtà not. *per DD.
in l. si pater pro filia* per illum text. *ff. de collat. dot.* &
præsertim per *Bart. in l. Lutius, §. Impuberem, ff. de le-
gat. 2. Bald in l. quoniam in prioribus, n. 6. vers. secundo
casu, C. de inoff. test Bero. quæst. 92. Roder, Suar. tit. de la-
sarac, n. 41. vers. 3 limita, Menoch. præsumpt. 109. n. 87.
lib. 4 & Barbos. in d. §. si pater, n. 13. vers. 4. ex prædictis;*
animum compensandi claris verbis expressit, † quo 2
casu dubium non est, quin cesset legatum, ex quo
Violantes, dum petiit supplementum legitimæ, no-
luit compensare, vt sunt in puncto Iura expressa in
*l mulier 20. ff. de condit. instit. l. cum ab vno, ff. de leg. 2. l.
si compensandi, C. de hæred. inst. & in cap. officij extra de
Testam. Corn. consil. 230. n. 7. lib. 4. Socc. Iun. consil. 113. n. 48.
lib. Mand. consil. 13 n. 3. Hond. consil. 63. 104. lib. 1. Sebast.
Medic. de compens. quæst. 31. num. 17. Barbos. vbi
suprà num. 17. in fin. & Magon. decis. Florent. 20.
num.* 10. Et ita fuit in partibus contra Violantem
iudicatum.

Sed quia nihilominus post mortem Violantis, &
Anibalis sine filiis, contendebat Alphonsus hæc duo
prædia ad ipsum spectare; vigore d. dispositionis Cæ-
saris eius Aui, non vti hæredem Violantis eiusdem
matris, quia obstarent ei exceptiones non implemen-
3 ti, & rei iudicatæ, † ex quibus illa si viueret, excludi
posset, *l. exceptio rei iudicatæ, ff. de except. rei iud. & l.
cum à matre, C. de rei vend.* vbi *DD. & Pinell. in l. 1. p. 3.*
4 *n. 81. C. de bon. matr.* † sed tanquam vocatum, & sub-
stitutum ex propria persona post mortem dictæ eius
matris, ad text. in *l. 3. §. fin.* vbi *Bald. ff. de lib. & post.*
Dec. cons. 427. n. 13. Virginia autem vice versa præ-
tendebat, illa esse ad eam tenere sua vti hæredem vni-
uersalem Cæsaris, cùm fuerit inter dictas partes super
manutentione diutiùs disceptatum: Domini tandem
ordinarunt, vt videretur de bono Iure Alphonsi in
petitorio, de quo cùm hodie dubitarem, tria erant
Alphonsi præcipua fundamenta.

Primum est, quòd legatum ad fauorem Violantis,
eius matris, fuit temporale, vt ex verbis Testamenti,
5 † ibi, *fino à tanto, chè ella viuerà; d. Titia cum testamen-
to, §. Titia cum nuberet, ff. de leg. 2. Cephal. cons. 158.
n. 14. & per tot. lib. 2.* † quo casu quamuis si nihil aliud
6 dictum fuisset, illud post Violantis mortem, deberet
ad Virginiam hæredem redire, argumento text. *in leg.
ita liber in princ. ff. de stat. liber.* Et disponit expressè
l. fin. C. de legat. vbi *Alex. circa fin. & idem in l. Pater-
familias, n. 4. ff. de vulg. Paris. cons. 97. n. 8. vol. 1. Odd.
cons. 3. vol. 1. cum seq. Zane in l. hæredes mei, §. cum ita
7 in 4. p. n. 55. cum seqq. ff. ad Trebell.* † non tamen, stante
quòd post illius mortem alius fuit vocatus, sed debet
ad eum, & sic in præsenti ad Alphonsum peruenire,
d. §. Titia cum nuberet, & ibi *Bart. n. 2. vers. certè, Pic. in
repet. super eod. §. n. 17. & latè Zanch. vbi suprà, & Ve-
rall. decis. 225. n. 2. p. 2.*

Vnde non obstare dicebatur, quod Violantes pe-
tendo supplementum legitimæ, contrauenerit præce-
8 pto compensandi ei iniuncto; † & ideò, quòd ex Testa-
9 toris mente fuerit legato priuata; † Quia responde-
bat Alphonsus, quòd ex facto, siue contrauentione
dictæ matris suæ, ea solùm puniri debuit, & legato
carere pro tempore vitæ suæ, pro qua solùm illi fuit
relictum, *l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoff. test.* ibi, *eo
autem carere quis debet, cuius emolumentum ad eum per-
tinet, & l. si quis in suo, §. legis, C. eod. tit.* non autem ipse,
qui post mortem Violantis fuit vocatus, *eod. §. memi-
nisse,* ibi, *cæterum si id rogatus fuit restituere, non debet
iniuria fieri, l. peto, §. prædium, ff. de leg. 2. l. Paterfami-
lias, 2. ff. de hær. inst.* & conferunt, quæ latè tradit *Alex.
in cons. 33. n. 3. cum seq. lib. 1.* & in terminis filiorum vo-
catorum ad fideicommissum post mortem parentum,
qui contrauenerunt voluntati Testatoris, *Rum.
cons. 122. num. 9. lib. 2. Gabr. cons. 123. n. 33. & seq. lib. 1.
Burs. 13. n. 69. lib. 1. Peregr. de fid. art. 18. n. 29. Fusar. de
subst. quæst. 575. n. 1. & quæst. seq. n. 1. Rota decis. 403. n. 11.
p. 2. rec. & in Casenaten. Primogenituræ, 26. Iunij, 1630.
coram R. D. meo Decano.*

Secundum fundamentum fuit ex tex. in *l. si Titius,
& l. Cohæredi in princ. ff. de vulg. & l. vnica, §. pro secun-
10 do, & §. cum igitur, C. de cad. tol.* vbi † quòd deficiente
gradu antecedenti, quia fuit effectus caducus, non ca-
ducantur sequentes; & est communis sententia, *Bart.
in l. quandiu 2. ff. de acq. hæred. Socc. Iun. cons. 181. n. 43.
lib. 2. Ias. cons. 145. n. 15. vers. 7. pro hac parte lib. 2. Men.
cons. 106. post n. 573. Peregr. de fid. art. 15. n. 22. Surd. de-
11 cis. 37. n. 25.* † Qui omnes non solùm id concludunt
in pluribus gradibus vulgaris, & compendiosæ reso-
lutæ in vulgarem, sed etiam in pluribus gradibus sub-
stitutionis fideicommissariæ, itaut primis deficienti-
bus, fideicommissum remaneat apud hæredem cum
onere illud præstandi vocato in alio sequenti gradu,
eum eisdem tamen conditionibus, & oneribus, iuxtà
text. in *l. peculium, §. fin. ff. de leg. 2. & l. Caio in princ. ff.
de alim. & cib. legat. Bart. in d. l. quandiu in fine.* quem
ibi *DD.* communiter sequuntur, *Socc. sen. cons. 52. col.
penult. lib. 1. Socc. Iun. cons. 114. n. 14. lib. 1. Dec. cons. 427.
Crauett. cons. 283. n. 1. vers. neque;* & alij penè innumeri,
quos allegat, & sequitur *Menoch.* vbi etiam rationem
assignat in *dicto cons. 106. n. 591. in vers. octauus est casus,
Peregr. de fideicomm. art. 15. n. 34.* Et consequenter le-
gatum Violanti factum, quòd in eius persona non
potuit habere effectum ob prædictam causam, transi-
bit in Alphonsum ei post mortem substitutum, ex vi
vulgaris comprehensæ in compendiosa, † qualis cen- 12
setur regulariter substitutio facta post mortem, *Me-
noch. præsumpt. 51. lib. 4. per tot.* Etiam quòd non adsit
verbum *quandocunque,* vt post *Bald.* & alios *Fus. q. 423.
n. 30.* saltem cum eodem onere, seu conditione com-
pensandi; † cùm illud possit per Alphonsum hodie 13
adimpleri; quo casu conditio adiecta legatario, cen-
setur repetita in substituto, vt post *Bald.* notatur in,
*dicto §. pro secundo, & in l. qua conditio, ff. de condit. &
demonstr. Ioan. de Imol. in l. sub conditione, ff. de hæred.
instit. Anton. Gomez, var. resol. tit. de legat. num. 80.
cum seqq.*

Tertium, & vltimum Alphonsi fundamentum erat,
† quòd legatum de dictis duobus prædiis Violanti 14
factum, *donec viueret,* censetur legatum vsusfructus
etiam, quòd nullum de vsufructu factum sit verbum,
vt ferè in his terminis, *Dec. cons. 278. n. 2. in fin. vers. vn-
de postremo, Menoch. cons. 115. n. 1. & 8. vsque ad n. 8.*
Et legatum post mortem Violantis Alphonso reli-
ctum fuisse legatum proprietatis, hócque ab initio
fuisse purum, ita vt fuerint duo legata, vnum vsus-
fructus factum Violanti cum conditione, seu onere
compensandi cum supplemento legitimæ, & aliud
proprietatis purum, & sine dicto onere; † Testatorem 15
autem legato proprietatis apposuisse tempus mortis
Violantis, non vt suspenderet illius existentiam, sed
vt Violantem in commoditate vsusfructus præferret,
*Conar. var. resol. lib. 2. cap. n. 5. & Peregr. de fideic. art. 5.
n. 23. in princ.* atque ideò † caducato legato vsusfru- 16
ctus Violanti facto ob non adimplementum condi-
tionis, seu modi; non propterea caducari legatum
proprietatis Alphonso relictum, cùm nihil commune
vnum legatum habeat cum alio, quinimò tunc vsum-
fructum cum proprietate consolidari, nihilque apud
hæredem remanere, *l. si Titio factus 40. ff. de vsufr.* † 17
Et quod legatum alicui factum post mortem alterius,
cui eadem res ad vitam fuit legata, sit purum, itaut si
ille moriatur ante alterius mortem transmittat lega-
tum ad suos hæredes, resoluit *Maluas. cons. 48.
num. 10.*

Sed Domini supradictis non obstantibus causa sæ-
piùs proposita, & maturè discussa, hodie resoluerunt
non constare de bono iure Alphonsi; Et decidendi
ratio triplex fuit. Prima clara voluntas Testatoris, † 18
qui in nullo casu, nullóque modo voluit hæredem
duplici onere grauare, nempe ad supplementum, &
ad legatum, *d. l. Titia cum Testamento, §. qui in vita, ff.
de leg. 2. & d. l. penultima, ff. de dot. præleg. & arg. text. in
l. uxorem, §. in testamento, ff. de leg. 3.* † quòd vnum po- 19
suit in electione Violantis filiæ, *d. l. mulier, ff. de cond.
inst. & d. leg. si compensandi, C. de hæred. instit. Dec.
cons. 425. n. 13. Vrsill. ad Afflict. decis. 44. n. 14. Mantic.
de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 2.* † itaut per electio- 20
nem vnius cesset omnino voluntas Testatoris gra-
uandi hæredem in alio, *l. Imperator, §. si centum, ff. de
leg. & l. 2. in fin. C. vt iur. dot.* vbi *Salic. in vers. agitur,
Menoch. cons. 453. n. 9. vers. 2. est dubitatio cum seqq.* † 21
Quòd procedit indistinctè tam quoad personam
Violantis, quàm Alphonsi substituti, cùm attendenda
sit

sit causa finalis, qui Testator ad legandum vtrique
motus fuit, nempe compensandi, & non aliter; cum
22 regula sit,† vt legatū relictum ob causam,determine-
tur secundùm causam illi annexam, *l. Scio amico*, vbi
Bart. ff de ann.legat. Et ferè io his terminis à contra-
rio sensu comprobat tex.*in d.l. Lucius,§.impuberem,ff.*
*de leg.*2.& in simili *Cuman.cons.*18.*& Corn.d.cons.*230.
23 *n.7.lib.*4. vbi quòd si dos † fuit per patrem promissa
marito, & legatum fiat filiæ, hæres non tenetur nisi
ad vnum, quia cùm legatum fuerit factum filiæ ani-
mo compensandi cum dote debita viro, non habetur
in consideratione, quòd dos debeatur vni, & lega-
tum fiat alteri, *vt in d. penult. ff. de dot.praleg.* nulla si-
quidem quoad voluntatem testatoris versatur diffe-
24 rentiæ ratio inter Violantem, & Alphonsum; † imò
videtur, quòd multò minùs voluerit testator hære-
dem duplici onere grauare, quòd Alphonsum substi-
tutum, & sanguine remotiorem, & sic minùs dile-
ctum, quam quòd Violantem eius filiam primo loco
vocatam, & magis dilectam ex iuribus vulgaris: &
accedit,quia alioquin filiæ nunquam acceptarent le-
gatum cum dicto onere,si scirent ad eorum filios sub-
stitutos illud in omnem casum deuolui;& hæc prima
ratio est præcisa,& tollit omnem difficultatem, non
solùm quia est textualis,sed quia fundatur in volun-
25 tate testatoria,† quæ regit,& regulat vltimas volun-
tates, *leg. in conditionibus primum locum, ff.de cond. &*
demonstr.& l.cum viram,C.de fideicomm.

26 Secunda ratio fuit, † quòd Testator relinquit di-
cta duo prædia Alphonsi per fideicommissum in ca-
su solùm, quo Violantes illius mater legatum de eis-
dem sibi factum agnosceret, eàque iure legati priùs
haberet; quòd patet primò, quia illa visa fuit post
mortem, sed in casu transitus ad secundas nuptias,
grauata de restituendo, iuxtà ea, quæ notantur in *d.*
*l.fin. C.de legat. Bart.in dicto §. Titia cum nuberet, n.*2.
27 *& Pic. vbi supra*, † nullus autem grauati potest re-
stituere, nisi priùs habeat, *l.Cohæredi,§.cum filiæ, ff.de*
vulg. Secundò, quia testator voluit,quòd Violantes
28 compensaret;† Compensatio autem non poterat ha-
bere locum,nisi ipsa simul videretur legatum agnos-
cere, *Menoch. dicto cons.*355. *dicto n.*9. *cum seq.* Et
29 tandem, † quia eam grauauit, casu quoad secundas
nuptias transiret, quæ omnia supponunt, & decla-
rant, Testatorem voluisse vocare Alphonsum per fi-
deicommissum, in casu dumtaxat,quo Violantes eius
filia legatum agnosceret;ergo in casu sequuto, quòd
Violantes legatum non agnouit,sed illud spernit,Al-
phonsus non fuit vocatus, vt consulti in simili re-
sponderunt, *Alex.cons.*1.*n.*7.*cum seqq.lib.*1. *& Corn.*
30 qui consuluit super eadem causa,*cons.*199.*lib.*2.vbi †
quòd quando Testator voluit,vt primo loco vocatus
adeat, seu agnoscat, quòd si ille præmoriatur, ante-
quam adeat, seu agnoscat, substitutio non habet
locum.

Tertia,& vltima ratio fuit, quia eo ipso, quòd di-
cta duo prædia fuerunt legata Violanti sub conditio-
35 ne, quatenus ipsa compensare vellet, intrat regula, †
quòd exclusa Violante per defectum conditionis, ex-
cluditur etiam Alphonsus ei substitutus; ne plus ha-
beat vlterior, quàm proximior vocatus, *l. si matrem,*
*§.*1. *& l.qui habeat, ff. de vulg. Castr.cons.*410.*col.vlt.*
lib 1.*Rimin.iun.cons.*531.*n.*44 *& cons.*535.*n.*7. *Menoch.*
*cons.*326.*n.*36.*Peregr.de fideicom.art.*15 *n.*28. *Gratian.*
discept. 747. *n.*18. *Fusar. de substitut. quæst.*469. *n.*79.
32 & alia regula, † quod euanescunt omnes sequentes
gradus,vbi primi conditio,à quo dependent,non ex-
titit, quia consentur facti, quatenus conditio primi
gradus verificetur. *l. cum testamento in princ. ff.de hæ-*
*red.inst. Anchar.cons.*137.*vol.*2.*Rain.cons.*134.*n.*4.*lib.*3.
*Paris.cons.*87.*n.*37.*lib* 1. *Bursat.* qui multos cumulat
*cons.*263.*& cons.*337. *n.*20. *Fulgos. cons.* 14. *Cephal.*
*cons.*620. *lib.*5. *Honded. cons.*78.*n.*43 *ad med. lib.*1. vbi
innumeros recenset, *Rota decis.*519.*n.*2.*p.*1.*recent. Et*
*coram R. D. meo Decano in decis.*594. *& in Spoletana*
Primogenituræ, 8. *Martij, præteriti coram D. meo Dunoz-*
Zet; † Substitutionem autem Alphonsi esse subordi- 33
natam, & dependentem à vocatione Violantis, series
facti ex se demonstrat, tum quia illa fuit vocata sub
conditione compensandi, quæ conditio cùm fuerit
apposita ad fauorem Virginiæ hæredis ad eam rele-
uandam, *Bart.per illum tex. in l.illa libertis, ff. de cond.*
& demonstr. & patet ad sensum, debet etiam influere
ex præsumpta mente Testatoris in sequentem Al-
phonsi substitutionem remotiorem, respectu cuius
credendum est, multò minùs voluisse Testatorem
duplici onere hæredem grauare; tùm etiam, quia Al-
phonsus fuit substitutus per modum continuati ser-
monis,ac per culpam,& ibi, *& doppo la sua morte,&c.*
*Anchar. Cephal. & Peregr. vbi suprà, Petr. de fid.q.*6.
*n.*7. *& Rota in dicta decis.*519.*p.*1.*recent.& in dicta Spo-*
letana coram R P.D. Dunozet.

Quòd autem legatum † relictum animo compen- 34
sandi sit conditionale,& non modale,itaut antequam
legatarius declaret velle compensare,& hæredem per
acceptilationem à debito liberet, nulla oriatur obli-
gatio,iuxtà mentem Testatoris,probat text. in *l.fidei-*
commissa,§.11.*Item si quis, ff de leg.*3. vbi *gloss.in verb.*
voluntatem, quòd censetur factum sub tacita condi-
tione, si compensauerit, & idem *Bart.* † quòd fidei- 35
commissum relictum animo compensandi, petitionem
non inducit ante compensationem, idem & clariùs
probat text.in *l.cum alimenta*, §. 25. *qui fratris, ff. de*
alim. & cib. legat. vbi quòd si Testator vineam re-
linquat animo compensandi cum alimentis ab eo
debitis, non debet vinea tradi ex mente Testato-
rsi, antequam hæres à debito liberetur; † igitur 36
legatum relictum animo compensandi, conditionale
est,cum de conditionis natura sit,vt illa adimpleatur
ante habitum emolumentum;itaut impediat acquisi-
tionem ab initio;quippe nihil ponit in esse,donec ei
fuerit satisfactum,*l.si quis sub conditione, ff.si quis omiss.*
caus. testament. & leg. Filiusfamilias. ff. de condit. &
demonstr.

Et prætereà hoc ipsum hac euidenti ratione fulci-
tur, quòd vt dictum est Testator noluit vtrumque
deberi, & apud filiam esse, nec quidem aliquo tem-
poris momento,sed vnum dumtaxat;non enim reli-
quit prædia simpliciter,vt apud ipsum erant,sed præ-
dia compensanda cum debito supplementi legitimæ,
itaut per acquisitionem duorum prædiorum legato-
rum, eo ipso extincta esset agendi actio ad supple-
mentum legitimæ; † Vnde quamuis Cæsar testator 37
legans animo compensandi non tam donare, quàm
soluere debitum visus fuerit, *leg. cum Pater, §. fidei*
tuæ, ff.de leg. 2.*l.cum quis,§ mulier, ff.de dot.praleg. Cu-*
*man. in dicto cons.cons.*18.† & solutio debeat præcede- 38
re liberationem, *§. prætereà instit. quib.mod. toll.oblig.*
cum vulg.atque ideò videatur, quòd acquisitio duo-
rum prædiorum deberet præcedere, quòd est contra
naturam conditionis;tamen,† quia de iure vnum pro 39
alio inuito creditore solui non potest; & deinde hoc
ipsum posuit testator in electione filiæ legatariæ; † 40
propterea debuit præcedere declaratio suæ volun-
tatis ex qua sola, absque alio requisito, & sic ex fu-
turo euentu pendebat,an deberetur legatum,& fieret
compensatio necne,& consequenter conditio fuit, &
non modus,*l.si ita,§.si volet. ff.de leg.*1.*l.*1.*& l.quibus*
§.Termilius,vbi latè *Bart.ff.de condit. & demonstrat.* † 41
perinde ac si legatum fuisset conceptum his verbis,
lego talia prædia compensanda cum supplementum legiti-
mæ,quæ dubio procul faciunt legatum conditionale,
† non

41 † no i minùs quàm illa, *lego, Sticum, qui meus erit, l.*
Stic um, 6. ff de leg. 1. & l. nuper in fin ff de leg. 3. & non
43 minùs, quàm † legatum vxori factum earum rerum,
quæ eius causa parata erunt, *l. scribit Quintus Mutius,*
§. idem scribit in fin. ff de aur. & arg. legat. Quinimo
eum onus compensandi in casu nostro etiam, quòd
aliud non fuisset expressum, attenta qualitate debiti,
& personarum testatoris, & legatariæ, tacitè à iure
inesset, *dicto §. si pater*, cum aliis suprà allegatis; perin-
de haberi debet, ac aliud quodcumque legatum taci-
tam conditionem in se habens, prout regulariter est
44 legatum † dotis, quod continet tacitam conditio-
nem, si nuptiæ sequantur, *l. Titio centum, § Titio gene-*
ro, ff de co d. & demonstr. latè *Menoch. præsumpt. 146.*
45 *per tot. lib 4.* † & legatum fructuum, quòd tacitam
conditionem continet si nascantur, *l. quòd in rerum*
46 *in princ. ff. de leg. 1. & l. 1. in fin ff de cond. & demonstr.* †
quæ tacitæ conditiones licèt quando ex necessitate
insunt, non impediant transmissionem, si aliter non
exprimantur, quàm tacitè insunt, *Mantic. de coniect.*
47 *vlt. lib. 11. tit. 20. n. 5.* itaut † quoad transmissionem
non faciant legatum conditionale, *l. conditiones extrin-*
secus, ff. de cond & demonstr. & l. cum illud, §. hæres meus,
48 *ff. quando dies legat. ced.* † semper tamen, & indistinctè
ortum obligationis impediunt, quousque existant, vt
in *d. §. hæres meus, in fin. l. vero quia, §. huius rei, ff. de*
pact. & ibi *gloss. Bart. in l. ita stipulatus, la grande, n. 33.*
ff. de verb. oblig. Socc in d l. 1. n. 5. vers. vltimò nota, ff. de
condit. & demonstr. & Eman. à Cost. lib. 1. select.
cap. 7. num. 6.

Vnde non obstat, si dicatur, quòd Cæsar in caso
nostro priùs fecit legatum in verbis purum, & perfe-
ctum, & quòd deinde per viam præcepti, ibi, *volendo e*
commandando, declarauit animum compensandi; &
proptereà quòd hoc grauamen voluit apponere in
49 vim modi, † de cuius natura est, vt apponatur dispo-
sitioni iam perfectæ, & priùs purè factæ, *gloss. & DD.*
in l. 1. ff. de his, quæ sub mod. & Bart. in d. l. 1. ff de cond. &
demonstr. quia respondetur, quòd iuxtà communem
50 DD. traditionem, † regula discernendi modum à con-
ditione non est constituenda, nec æstimanda ex figu-
ra verborum, sed ex effectu, qui ex dispositione col-
ligitur, atque ideò ex substantia ipsa conditionis. &
& modi, iuxtà mentem disponentium, seu contrahen-
tium, itaut non attenta forma verborum conditio sit,
quoties disponens voluit, vt quod in figuram modi,
vel conditionis deduxit, impleri priùs debeat; modus
verò quando impleri voluit post acquisitionem, *l.*
2. Lucia, & l. libertas, §. scriptura. ff. de manum. testam. di-
cto § Termilius, vbi Bart. n. 1. vers dic ergo, Dec. in l. cum
mota n. 7. C. de transact. Alciat. respons. 65. n. 25. Paris.
cons. 19. n 252. lib. 2. Menoch. cons. 131. n. 2. Sarm. lib. 2. se-
lect. cap. 3. n. 1. & 4. & Magon decis. Florent 144. n. 12.
In casu autem nostro, vt comprobatum est, nulla orta
51 fuit actio ante compensationem, † quam legatarius
debuit priùs declarare velle facere, & cum effectu
hæredem liberare eo meliori modo, quo potuit, vide-
licet per acceptilationem; & inde est, quòd Iuris con-
52 ditores † in terminis, in quibus versamur, id est quan-
do testator onus compensandi expressit, parum ha-
bentes verborum figuram, illud quandoque exprime-
re solent per dictionem, si, per quam à communiter
accidentibus conditio explicatur, vt in *d. l. mulier, ff.*
de condit. inst. ibi *si eam pecuniam, quando dari promi-*
sisset, neque petisset, neque exegisset; Et quandoque per
53 dictionem, vt, † per quam, vt plurimum modus conci-
pitur, *vt in d cap officij extra de test.* vbi nihilominus
conditio appellatur, ibi, *portionem illam cum conditione*
legauit Episcopo, vt esset ea sola contentus; quandoque
illud in ordine scripturæ præmittunt ipsi dispositio-
54 ni, vt in *d. l. mulier, & in d. l. cum ab vno*; † Et quando-
que tandem dispositionem in verbis perfectam, & pu-
ram anteponunt, & deinde adiciunt onus compen-
sandi, vt in *d. l. fideicommissa, §. 11. Item si quis, ff. de leg. 3.*
& in d. l. cum alimenta, §. si fratris, ff. de aliment. & cib.
legat. in quibus iuribus conditio nihilominus dici-
tur, & quòd debet priùs adimpleri, itaut antea nulla
oriatur actio, nullúmque competat ius agendi, vt
diximus.

Sed quamuis supradicta verissima sint, & suffi-
ciant, vlteriùs ex abundanti dicebant Domini, † quòd 55
etiam si onus, seu præceptum compensandi in casu
nostro quoad Violantem fuisset modus, & sic per eam
impleri posset post habitum emolumentum, quo po-
steà ea non adimplens, quasi in pœnam esset priuan-
da; tamen idem onus respectu Alphonsi illi per fidei-
commissum substituti, esset conditio, † cùm dubio 56
procul iuxtà voluntatem testatoris, & naturam fidei-
commissi, deberet per Violantem priùs adimpleri,
quàm aduenirer casus substitutionis Alphonsi, vt in
simili respondit *Bolognet. cons. 12. n. 10.* quem sequuta
fuit *Rota in causa Maceraten. hæreditatis*, 18. *Iunij,*
1607. *coram bon. mem. Iusto*; atque ideò, eo ipso, quòd
Violantes huic modo sibi adscripto non paruit, defe-
cit conditio substitutionis Alphonsi; † defectus au- 57
tem conditionis non facit quem priuari, cùm nun-
quam habuerit, *l. 1. & ibi Bart. ff de cond. & demonstr.*
cum vulg. † Sed imò operatur, vt habeatur pro non 58
vocato, *l. pecuniam, ibi, perinde est, &c ff. si cert. pet. cum*
aliis per Castr. cons. 291. n. 1. vers. Item testator priuauit
p. 2. Paris. cons. 19. n. 51. lib. 2.

Nec releuat, quòd per Alphonsum non steterit,
quo minùs dicta conditio adimpleretur, † quæ ideò 59
videatur habenda pro impleta, *l. qua sub conditione, §.*
quoties, ff. de condit. inst. & l. in Iure Ciuili, ff. de cond. &
demonstr. † Quia procederet, si quo ad Alphonsum 60
esset conditio potestatiua, cùm autem quoad eum sit
mixta, vti dependens ex facto, & voluntate Violantis,
† cùm illa solum posset compensare, ex quo ei solùm 61
fuit onus adscriptum. & legitima debebatur, non au-
tem Alphonso, nec non ex fortunæ euentu, quia Vio-
lantes mori poterat, & ei solui supplementum legiti-
ante mortem testatoris; propterea quomodocumque
defecerit, relictum quoque sub ea conditione defe-
cit, † Cùm in mixtis, & casualibus conditionibus te- 62
stator solùm respiciat ad exitum conditionis, illiús-
que existentiam, non autem ad factum substituti, *l. in*
testamento, la seconda, ff. de condit. & demonstr. l. lega-
tum, C. de condit. insert. gloss. in d. §. quoties, Castr. in l. 1.
C. de instit. & substit. & ibi *Bald. in 10. opposit. Natt.*
cons 452. num. 10. Vasquez quæst. illustr. lib. 3. cap. 93.
per tot.

Ex quibus non obstant supradicta tria fundamenta
Alphonsi; non primum videlicet, quòd legatum non
redit ad hæredes, quando erat substitutus; tum quia
non procedit, quando vt in casu nostro testator indi-
stinctè, tam respectu instituti, quàm substituti, noluit
hæredem duplici onere grauare; tum etiam, quia non
substituit in casu sequuto, quo Violantes non agno-
uit legatum, nec extitit conditio primi gradus, à quo
etiam secundus dependet, vt latiùs supra dictum fuit
in tribus rationibus decidendi: & tandem, quia nec
etiam extitit conditio substitutionis Alphonsi, vt nu-
per diximus; Atque ita non obstat, quòd Alphonsus
non potuerit priuari ob contrauentionem Violantis;
† quia in primis non est verum, quòd Violantes con- 63
trauenerit, sed solùm vsa fuit facultate eligendi alte-
rum sibi à iure data, quæ proinde non fuit legato pri-
uata, cùm illud nunquam habuerit, dum conditionem
compensandi, sub qua ei fuit relictum, non impleuit; † 64
Attamen ex non implemento conditionis prouc-
niente ex persona vnius, benè potest testator alteri
non

non dare. *l. si ita fuerit*, vbi *gloss. ff. de manumiss. testam. Bart. in d. l. Paterfamilias, n. 2. ff. de hered. instit. Rum. cons. 150. n. 6. vol. 3* & latè *Vasquez vbi supra*; & deinde, quando ex dicto non implemento, dato quòd onus prædictum fuisset modus, resultaret priuatio quoad personam Violantis; quia tamen quoad personam Alphonsi fuit conditio, cùm ipse nunquam ha-
65 buerit, non fuit priuatus facto alterius, † sed ob non existentiam conditionis, perinde haberi debet, ac si nunquam fuisset vocatus ex supradictis.

Non obstat etiam secundum, nimirum, quòd caducata vocatione Violantis ob non implementum conditionis compensandi, subintrauit Alphonsus ex vulgari comprehensa in compendiosa; quia in primis respondetur non esse verum, quòd substitutio Alphonsi fuerit compendiosa, & contineat vulgarem; quandoquidem licèt substitutio post mortem, sit re-
67 gulariter compendiosa, & sic contineat vulgarem; † fallit tamen, quando fit in re certa per verba obliqua, seu communia, *Bart. in l. Centurio, n. 18 ff. de vulg. & pupill. Castr. cons. 16 n. 3. lib. 2. Corn. cons. 322. n. 10. lib. 3. N att. cons. 68. n 4 Trentacinq. de subst. tit. p. 4. c. 2. n. 18. vers. imò non continet, Fusar. de subst. q. 37. n. 10. Seraph.*
68 *decis. 584 n. 2.* † Verbum autem, *lascia*, per quod facta fuit Alphonsi substitutio, est obliquum, cum idem
69 importet, quòd verbum *lego*, † sine verbum *relinquo*, quæ sunt verba obliqua, vt hîc, adiciantur rei certæ, & tali personæ, quæ de necessitate non debet institui, & alio hærede instituto, prout de verbo *lego* secundum communem vsum loquendi, qui attendi debet post *Bart.* & alios, dixerunt *Rip. in d. l. Centurio, n. 98. Odd. de compend. p. 4. vers. lego, Fusar.* post plures alios, quos allegat *de subst. q. 247. n. 3.* & de verbo *relinquo, Angel. cons. 41. n 4 vers quod autem Corn. cons. 93. n. 6 lib. 3. & Menoch. cons. 483. n. 6.*

Neque obstat, quòd etiam in pluribus gradibus substitutionis fideicommissariæ, caducato gradu antecedenti, admittitur vocatus in sequenti, *dicto § pro secundo Bart. Dec. Socc.* & alij in dicto secundo [illegible] ibi fundamento citati: & ideò caducata substitutione Violantis, ex quo in vita dictæ Annæ primæ legatariæ petiit supplementum legitimæ non propterea ca-
70 ducari sequentem gradum substitutionis Alphonsi † Quia est verum, quatenus tamen verificetur conditio, sub qua ille sequens est vocatus, & non aliter, quia quando subintratur in locum gradus caducati per fideicommissum, caducato grado antecedenti, non caducatur conditio apposita in sequenti gradu, sed illa semper attenditur, & verificari debet: & ita demum vocatus in dicto sequenti gradu admittitur, caducato gradu antecedenti, si conditio, sub qua vocatus est, existat: Verbi gratia lego Titio fundum, quem si Titius decesserit sine liberis, lego Caio, & si Caius decesserit sine liberis, illum relinquo Sempronio, Titius agnouit legatum, deinde moritur Caius sine liberis, & posteà Titius sine liberis: Sempronius vltimò loco substitutus non potest succedere Titio ex vulgari, subintrando per eam in gradum, & in locum Caij, quia, vt dictum est in hoc casu, nulla adest vulgaris: Deinde nec ex fideicommissaria, quia licèt sit caducata præcedens substitutio Caij, ex quo mortuus fuit ante Titium, adeò vt nec filij eius succedant;
71 † quia fideicommissum conditionale non transmittitur, si fideicommissarius decedat ante purificatam conditionem, *l. vni. §. sin autem sub cond tione, C. de caduc toll. gloss.* communiter approbata in *l. 1. C. de hu, qua ante apertas tabulas, Roland. cons. 46. n. 6. vol. 3. Alc.*
72 *cons. 56. n. 3. & Crau. cons. 52. n. 3.* † Etiam quòd fideicommissum, vt hîc relictum sit decedenti, nisi ad sint tales coniecturæ, ex quibus appareat testatorem voluisse fideicommissum transmitti, *Hond. cons 70. n. 10*

lib. 1. Fed. Vasq. de success. procr. lib. 1. §. 7. n. 51. Peregr. de fideic. art. 31. n. 5. Mant. de coniect. vlt. lib. 11. tit. 10. per tot. & *Rota decis 782. p. 1. diuers.* tamen non est caducata conditio illa: si Caius sine liberis decedat, sub qua Sempronius fuit vocatus. Quinimò si extant liberi Caij, quamuis non succedant, sed solùm sint in conditione positi, illum excludunt, † & legatum remanet 73
liberum apud hæredem Titij primi legatarij: si autem fuisset legatum temporale, vt in casu, remaneret liberum apud hæredes testatoris, *l. penult. ff. de vulg.* & est vera, & communis sententia, vt per *Crau. cons. 283. per tot. Menoch. d. cons. 108. n. 391. vers. ettamen est casus, Peregr. de fideic. art. 15 n 34 & Iosep. b. de sess. dec. Arag 50. etiam per tot.* Vnde ad rem nostram, cùm Alphonsus vocatus fuerit per fideicommissum sub dictis conditionibus, nempe si Violantes compensauerit, quæ, vt dictum est, ex mente testatoris, non solùm fuit apposita gradui Violantis, & substitutioni Alphonsi, & sub illa alia, quatenus Violantes legatu agnosceret, non potest ille succedere in dicto legato prædictum: quamuis vocatio Violantis ob non implementum conditionis fuerit caducata; quia debent nihilominus verificari conditiones, sub quibus ipse vocatus fuit, quæ defecerunt.

Neque obstat si dicatur, † quòd imò caducato gra- 74
du antecedenti, caducatur etiam conditio: itaut sequens gradus admitti debeat nulla habita consideratione conditionis appositæ in dicto sequenti, & vltimo gradu, *Bart. in d. l. quando ff. de acquir. hæred.* communiter approbatus *Castr. cons. 152. vol. 4 vers. hu tamen lib. 1. Socc. iun cons. 1. 4. n. 14. in princ Dec cons. 427. Ias. cons. 148. & Crau. in d cons. 283* † quia est pariter 75
verum in terminis, in quibus præcicati DD. loquuntur, videlicet quando sequens gradus subintrat in locum gradus caducati ex vulgari etiam comprehensa in compendiosa; tunc enim non est attendenda conditio apposita in dicto sequenti, & vltimo gradu, quia ex eo non defertur hæreditas, sed solùm attendi debet conditio apposita gradui caducato, ex quo successio defertur. † Verbi gratia, instituo Titium hæredem, 76
cui sine liberis decedenti, substituo Caium, & Caio sine liberis decedenti, substituo Sempronium: Titius adit, deinde moritur Caius cum liberis, & posteà Titius sine liberis, Sempronius succedit Titio, licèt Caius decesserit cum liberis, quia cum sit Caio substitutus post mortem, & nec natura dispositionis, nec eius verba repugnent, eidem etiam censetur substitutus per vulgarem comprehensam in compendiosa, iuxta doctrinam *Bart. in d. Centurio, n. 9. ff. de vulg.* Et consequenter subintrat in eius gradum, & succedit in eius locum ex vi vulgaris, & perinde est, ac si loco Caij fuisset vocatus in gradu ipsius, ita vt solùm attendi debeat conditio illa, si Titius sine liberis decedat, quæ extitit apposita dicto gradui caducato, in quo Caius fuit vocatus, & ex quo defertur successio, prout tantùm attenderetur, si Caius succederet. & *Bart.* etiam sequuntur *Gabr. cons. 101. vol. 1. Zanch. in d. §. cum ita in 2. p. n. 87. Peregr.* qui dicit esse receptam, & veriorem sententiam *d. art. 15. n. 35.* & plures alij cumulati in *d. decis. Arag* Ratio autem diuersitatis, quare vbi substitutus admittitur solum per fideicommissum in locum vocati in gradu caducato, iuxta dispositionem *text. in d. § pro secundo*, debet etiam verificari conditio apposita in eo gradu, in quo ipse fuit 77
vocatus, quamois ex eo non defeatur in fideicommissum; quando verò in eundem locum, & gradum subintrat ex vulgari, non attenditur conditio gradunm, per quos non defertur successio, sed solùm conditio gradus caducati, ex quo succeditur, ea communiter assignatur, quòd in fideicommissaria non intendit testator vocare vltimò substitutum, nisi sub conditione

ditione ipsi apposita, quia cogitauit, quòd præcedens
gradus admitteretur, nullus enim, vt dictum est gra-
uatur restituere, nisi priùs habeat; sed in vulgari co-
gitauit testator, quòd præcedens gradus posset defi-
cere ex capite voluntatis, aut impotentiæ; Et ideò, si-
cut in eo voluit subrogare vltimò substitutum, loco
præcedentis substituti, consequenter voluit etiam ve-
rificari conditionem appositam præcedenti gradui ca-
ducato, ita *Cran. in d. cons. 283. in vers. sed dicit aliquis,*
& in dicta decis. Arag. 50. n. 20.

Secundò ex eisdem respondetur, quòd etiam si
substitutio Alphonsi fuisset compendiosa & sic con-
tineret vulgarem, multò minùs posset ex ea succedere;
quia iuxta prædicta non succederet ex gradu, ex quo
ipse fuit vocatus, sed ex gradu caducato, in quo Vio-
lantes vocata fuit, & in cuius locum ipse per vulga-
rem fuit subrogatus, & consequenter multò magis
esset verificanda, conditio apposita dicto gradui cadu-
cato, videlicet si Violantes compensauerit, quia sub-
rogatio fit cum eisdem conditionibus, & qualitati-
bus, prout in his terminis probat text. in *d. l. Coheredi,*
ff. de vulg. & in d. § pro secundo, & vltra præd. DD. *Ol-*
drad. cons. 141. Cephal. cons. 620. n. 14. Ioan. de Anan.
cons. 68. & ibi *Add. Ruin. cons. 94. lib. 2. Alc. in d. re-*
78 *spons. 37.* & alij allegati *in d. decis. Arag.* † quæ fortiùs,
& efficaciùs procedunt, ex quo substitutio Alphonsi
fuit facta continuatiuè ad vocationem Violantis, vt
diximus in tertia ratione decidendi; Vnde cùm di-
cta conditio defecerit, quia Violantes vtens facultate
sibi à iure data, maluit legatum spernere, quàm com-
pensare, non poterit Alphonsus ex vulgari succedere,
nec ex sua persona, vti substitutus adimplere, nec ex
sua persona, vti substitutus adimplere conditionem,
quæ semel defecit per electionem Violantis, cui cohæ-
rebat, cum ei soli deberetur legitima, *d. l. quæ conditio,*
79 *ff. de cond. & demonstr.* † Et quia in vltimis voluntati-
bus habens facultatem eligendi, si semel elegerit, non
potest variare, *l. seruus electione,* vbi *Bart. & Cuiac. de*
legat. primo.

80 Tandem non obstat tertium Alphonsi fundamen-
tum, videlicet, quòd à principio fuerint duo legata,
vnum Violanti factum, donec viueret, & sic quoad
vsumfructum, & aliud proprietatis Alphonso relictũ,
dilatum post Violantis mortem; quia non est verum
quidquid sit de legato facto D. Annæ; sed imò lega-
tum Violanti factum, fuit legatum plenæ proprieta-
tis, quæ deinde visa fuit post eius mortem grauata de
restituendo Anibali, & Alphonso filiis suis, *d. l. fin. C. de*
81 *leg. Zanch. in d. § cum ita in 4. p. n. 55. cum seq.* † Vbi, quòd
legatũ temporale ad vitã, prædefuncto substituto alio,
quàm hærede, non transmittitur post legatarij morté
ad hæredes substituti, neq; remanet penes legatarij hæ-
redes, sed reuertitur ad hæredes testatoris liberè iure
cõsolidationis, vel iure accrescendi; portioné autem
substituti, pertinere ad consubstitutos superuiuentes,
82 † quòd non ita esset, si vocatus post mortem legata-
rij censeretur à principio vocatus purè quoad pro-
prietatem; quia tunc eam transmitteret ad hæredes,
d. l. vnic. §. in nouissimo, & §. in l. libertatibus, ff. de cad.
83 *toll.* † Et vsusfructus post mortem legatarij consolida-
retur cum proprietate, existente apud hæredes sub-
stituti: & quòd hæc sit mera veritas reprobata sen-
tentia *Manasiæ* vbi suprà attestatur *Canc. var. resol.*
lib. 3. cap. 20. n. 32. cum sequent. & in fortioribus termi-
nis *Grat. cons. 79. n. 9. lib. 1. Natt. cons. 450. n. 2. Cephal.*
cons. 472. n. 3 Cod. Fabr. lib. 6. diffin. 5. Peregr. de fideicom.
art. 5. n. 32. in fin. Nec aduersantur DD. in dicto vlti-
mo fundamenta allegari, nempe *Couar. Peregr. Dec.*
& Menoch. quia loquuntur in casibus longè diuersis;
84 † & præsertim in casu, quo alicui legatur vsusfructus,
& alias instituitur hæres post illius mortem, in quo
ille, qui est institutus hæres post mortem legatarij, ha-
betur pro purè instituto à principio, vt legatum vsus-
fructus valeat, & statim effectum habeat; † quia cùm 85
sit speciale in legato vsusfructus, vt non cedat, nisi à
die aditæ hæreditatis, *d. l. vnic. §. libertatibus in vers. ex-*
cepto, C. de cad. toll. † Testator legans vsumfructum, 86
censetur voluisse, necessarium antecedens ad illud, &
sic hæredem posse incontinenti adire, *Bald. in l. id,*
quod pauperibus, n. 17. q. 14. Paul. de Castr. in l. filium à
Patre, ff. de lib. & posth. & cons. 459. vol. 2. Ias. in l. extra-
neum, C. de hær. inst. & Codex Fabr. lib. 6. tit. 17. diffin. 7.
† Hic autem versamur in legato temporali rei certæ, 87
alio purè hærede instituto, nempe D. Virginia, & con-
sequenter Alphonsus, & Anibal non fuerunt purè vo-
cati ad dictum legatum, sed sub conditione, nempe
post mortem Violantis, *l. 1. & l. dies incertus, ff. de cond.*
& demonstr.

Et ita decisum vtráque parte Informante, &c.

Gerunden. Præpositturæ.

Ven. 21. Maij, 1632.

ARGVMENTVM.

Arbitrium quando intret ad retardandam executionem Breuis. Præposituræ quando cadant sub reseruatione, vel non; Et nonnulla notanda in materia mutationis status Beneficij, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium intelligitur, prout de Iure.*
2 *Breue de capienda possessione nomine Cameræ non demandatur executioni, nisi clarè constito de reseruatione.*
Reseruatio est fundamentum Breuis.
3 *Breuis executio retardatur, stante turbiditate Reseruationis.*
4 *Præposituræ non cadunt sub reseruatione, si sunt simplices administrationes temporales, nihil spiritualitatis habentes, & n. 8.*
5 *Breuis executio cessat deficiente reseruatione.*
6 *Præpositura de Iure communi sunt Beneficia Ecclesiastica, & cadunt sub reseruatione, n. 7.*
8 *Declara duplex esse genus Præpositurarum vnum est illarum, quæ sunt erecta in titulum Beneficij, & hæ cadunt sub reseruatione; alterum est illarum, quæ non sunt erecta in titulum Beneficij, sed solùm instituta sunt pro temporali administratione bonorum ipsius Ecclesiæ, & hæ sub reseruatione comprahenduntur, iuncto n. 4. & 6.*
9 *Præpositi Gerundenses sunt merè administratores, & dominium, & dispositio eorum Præpositurarum ad Capitulum spectant, & n. 10.*
11 *Status mutatio ad hoc inducatur, quæ requirantur.*
12 *Status vltimus non attenditur quando clarè constat de statu anteriori contrario.*
13 *Sententia quæ transiuit in iudicatum facit ius quoad omnes.*
14 *Collationes Papæ, & Ordinarij non mutant Statum.*
15 *Officia Ecclesiastica cadunt sub reseruatione; Declara, vt n. 16. & 17.*

DECISIO CCCXL.

VACANTE de mense Octobris, 1625. in Ecclesia Gerunden. Præpositura, de qua agitur, per obitum Antonij Androet, fuit de ea vti reseruata,

reseruata ratione mensis,authoritate Apostolica prouisus D. Franciscus Sanz, qui expedito Breui de capienda possessione,nomine Cameræ,eoque producto coram A.C. sententiam fauorabilem super executione,& immissione reportauit;à qua Capitulũ Gerund. appellauit, & adita Signatura, obtinuit rescribi cum clausula *parito Breui arbitrio Rotæ*;Vnde dubitaui hodie super dicto arbitrio,& fuit resolutum illud intrare,ad effectum retardandi executionem; † quia arbi-
1 trium intelligitur,prout de Iure, *Rot.dec.450.n.1.p.2. rec.Greg.dec.189.n.3.*Et fuit dictum *in Barchinon.fructuum 16.Iunij 1625 coram me*,& alibi sæpius:De iure
2 autem est, † vt Breue,de quo supra,executioni nõ demandetur, nisi claré, & indubitatè constito de reseruatione,quia illa est fundamentum Breuis, *Garz. de benef.p.6.c.3.n 10.& seq Rot.dec.423.n.1.p.1.rec. Greg. dec.53.in fin.*& ibi *addit Card.Canal.dec.597.* In casu
3 autem præsenti reseruatio, nedum est turbida,† quæ turbiditas sola sufficeret ad retardandum Breuis executionem,ex latè *G[illegible] super reg.8.in annot.cont.nullit. n.287.& seq.& per Rot.d.decis.423.par.1.rec.*sed etiam videtur penitus excludi cum ex plurib.decisionib.factis in causa Gerund. *Vini*, & præsertim ex ea, quæ emanauit coram Eminentissimo Card nali Pamphilio sub die 4.Maij 1616. & ex sententiis desuper latis claré constet Præposituras dictæ Ecclesiæ non esse Beneficia Ecclesiastica, sed simplices Administrationes temporales,nihil spiritualitatis habentes;† Vnde
4 non cadunt sub reseruatione,*Æneas de Falc.de reseru. quæst.1.princ.n.1.Rebuff.de nomin.quæst.21.n.59.& Gonz.*
5 *super d.reg.8.gloss.5.§.11. n.25.* † Et propterea,cessante reseruatione,cessare debet executio Breuis,quod in ea fundant, *Garz.Greg.& Canal.vbi supra.*

6 Nec refert si dicatur, † Præposituras de Iure communi esse beneficia Ecclesiastica, *Extrau.ad Roman. de præb.in commun.*ibi *omnia, & singula Beneficia Ecclesiastica secularia,& cuiusuis ordinis regularia,etiamsi Præpositatus, Canonicatus, Præpositura, & Prabenda, Dignitates,Personatus, Administrationes, Oldrad consil.136.per tot.Gonz.d.gloss.5.§.11.n.2.* † Et ideò sub
7 reseruatione *reg.8.*comprehendi, iuxta dispositionem *d.extrauag.*& tradit *Gonz.vbi supra*: Quia responde-
8 tur † Præposituras esse in duplici differẽtia, quædam enim existunt, quæ sunt erectæ in titulum beneficij, & habent omnia requisita Beneficij, & præsertim spiritualitatem annexam,quæ regulariter solent esse Dignitates in Ecclesia, vt in *d. Extrauag. Oldrad. & Gonz. ibidem.*Aliæ verò,quæ non sunt erectæ in titulum beneficij,sed solùm sunt institutæ pro temporali administratione honorum Ecclesiæ,quæ administratio, sicut dicitur Præpositura, pariter administratores,qui eam alieno nomine regunt,Præpositi nuncupantur,*§.sed si ex testamento,*ibi, *præponatur ei, & ipse solus administret,Instit.de satisd.tut.& text.in c.quamuis,in princ.de verb.signific.*ibi *quamuis omnes,qui præsunt Propositi rite vocentur.*Et ad rem nostram est tex. optim. *in cap. Saluator, prim. quæst.3.* ibi, *nomine veri Procuratoris intelligit præfata Synodus quemlibet Ecclesiasticarum rerum Administratorem, & verbi gratia Præpositum,Economum,Vicedominum, Defensoris nomine Aduocatum, siue Castaldum,& Iudicem,* vbi *glos.in verbo,Præpositum*, quòd licèt nomina Præpositus, & Economus diuersa sint,idem tamen significant, sicut Primas,& Patriarcha,idem dixit *Spec. in tit.de his,qui altos.nom.in ind.interu.n.5.vers. Præpositus, & Oeconomus*;quam distinctionem Præpositurarum facit *Turrecrem,in d.cap.Saluator,num.7.in vers.Præpositum,*vbi quod Præpositus in quibusdam Ecclesiis administrat temporalia Canonicorum dumtaxat, in quibusdam etiam spiritualia: Præpositura autem de qua agitur, prout aliæ eiusdem Ecclesiæ,non sunt primæ speciei,

sed secundæ, vt plenè in supradictis Rotæ decisionibus coram Cardinali Pamphilio, & apud *Gregor. decis.29.*vbi quòd † Præpositi Gerunden.sunt merè ad- 9
ministratores,& idem plenius resoluit *Rota in dec.12. n.3.cum sequent.part.2.recent.* vbi † quòd dominium, 10
& proprietas, ac libera dispositio harum Præposituratum remansit semper apud Capitulum, & quòd Præpositi sunt administratores.

Nec quicquam refragatur,quòd de ordine fel.rec. Pauli V.fuerit dictis Præposituris assignata congrua, quam Franciscus prætendit successisse loco dotis, itaut eo ipso dictæ Præposituræ tanquam dotatæ sint vera Beneficia, vel saltem ad instar beneficiorum debeant regulari, quia in *decisione sub die 7. Aprilis 1617. coram eodem Cardinali Pamphilio*, fuit expresse resolutum; congruam præfatam non fuisse assignatam, nec deberi istis Præposituris, vt beneficiis Ecclesiasticis cùm talia non sint,sed solùm deberi ratione administrationis, & ad instar certi salarij, & pro modo laboris cuiusque Præpositi.Vnde de dicta assignatione congruæ nulla est habenda ratio, ad effectum de quo agitur.

Non obstat etiam, quòd huiusmodi Præposituræ fuerint effectæ collatiuæ ex quo pluties collatæ fuerunt,tàm à Papa quàm ab Ordinario,quia ex hoc non sequitur,quòd primæuam naturam merè temporalem amiserint, & veram qualitatem beneficiorum Ecclesiasticorum assumpserint, ita vt primus status fuerit mutatus, & nouus inductus; † Quia ad nouum 11
statum inducendum in præiudicium tertij,& sic Capituli, vltra collationes, plura alia requiruntur, quæ hìc non probantur, nempè quadragenaria, potestas & voluntas superioris, bona fides impetrantium, ac demum scientia, & patientia Capituli, vt latè examinant *Add.ad Greg decis.434.num.20. & Modern. de re benef.lib.5.quæst.34.n.45. & seq.* vbi etiam *n.28. cum seq.* ex multis probatur, quòd † vltimus status 12
non attenditur, quando claré constat de contrario statu anteriori, & dixerunt *Felin. in cap. in nostra, n 44. de rescript. Rot.decis.2. de Praben. in nou.*& fuit resolutum *in causa Ferrarien.Prioratus 25.Maij 1609. coram bon.mem. Penia,*quæ est *decis.188.n.2.part.1.rec.* Hic autem notoriè apparet de anteriori statu meræ temporalitatis huius, & aliarum Præposituratum dictæ Ecclesiæ, ex supradictis decisionibus, & sententiis, † quæ transitum fecerunt in rem iudicatam, & 13
faciunt ius quoad omnes,ad text.*l.ingenuum,*vbi *glos. Bart.& DD.ff.de stat.hom.Rot. decis.533.n.3.p.4. diu.* Et in puncto, † quòd ex collationibus non fuerit 14
mutatus prior status merè temporalis istarum Præposituratum Gerundensium,ex glos. *in cap. cum ol[illegible], in verb.præiudicium de consuet.Corn.consil.[illegible]5.[illegible]5.vers.non etiam aufertur,lib 1. & Decian.consil.407. n. [illegible]o.resoluit Rot.in d.decis.29.Greg.XV.* Et cessat difficultas, quia nullibi constat collationes supradictas fuisse simpliciter factas de beneficiis Ecclesiasticis, sed potiùs de officiis, vt *in Summario Francisci n.5.* Vnde non probatur status collatiuus beneficiorum sed officiorum, qui non releuat, ad effectum, vt dictæ Præposituræ sub reseruatione comprehendantur.

Nec releuat si dicatur,quòd licèt non sint beneficia, sit satis quòd sint officia Ecclesiastica, † cum 15
etiam illa cadant sub reseruatione, quia dato etiam, quòd talia essent, respondetur, † non omnia officia 16
Ecclesiastica sub reseruatione comprehendi, prout est officium Custodis, officium Cellarij, & alia huiusmodi, quæ dantur non in titulum, sed in administratione,de quibus *per Saraen.in reg.de infir.quæst.22. Mandos.ad reg.21.quæst.7. & ad reg.32. quæst.2.* † Sed 17
solùm illa cadunt sub reseruatione, quæ conferuntur in titulum perpetui Beneficij; Et re vera sunt

Tomus II. L beneficia

beneficia Ecclesiastica, prout sunt Sacristia, Archipresbyteratus, Præpositure habentes spiritualitatem, & erectæ in titulum beneficij, & similia, quæ in nihilo distant a beneficiis Ecclesiasticis, *Mandos. vbi supra*, ℓ eoè *Gonzal. dicta glos. 5. §. 11. n. 2. & 5. & 25. Erasm in Kochier sub eadem reg. t. in fin.* Vnde cùm non constet dictas Præposituras consueuisse conferri in titulum perpetui beneficij, nec re verâ esse beneficia Ecclesiastica; sed imò totum contrarium, necessariò sequitur non cadere sub reseruatione; & ideò esse locum arbitrio ad effectum retardandi executionem Breuis.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

Romana Officij.

Lun. 24. Maij, 1632.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem alienam, cum falsa assertione quòd sua sit, tenetur ad pretij restitutionem. Declara, vt n. 3.*
2 *Emptor sciens rem esse alienam non agit ad pretij restitutionem.*
3 Spectare, & pertinere, *verba verificari possunt respectu Iuris hypothecæ quam quis in re habet.*
4 *Verba in dubio censentur stare demonstratiuè.*
5 *Mandatum venditoris præsumitur ex præsentia veri Domini consentientis venditioni.*
6 *Mandatum procura probatur ex testibus instrumentariis, qui contractui interuenerunt.*

DECISIO CCCXLI.



VIT resolutum confirmandas esse sententias Rotales Dominorum meorum Pirouani, & Mormanni, quibus fuit pronunciatum, Dominum Laurentium Butium non teneri ad restitutionem pretij tertiæ partis vnius medietatis officij Curiæ Capitolinæ, per eum venditæ Adamo Chisco cum reseruatione potioritatis super reliquis duabus partibus dicti Officij, ad fauorem eiusdẽ Butij venditoris: Quandoquidem validitas dictarum sententiarum patet ex reuolutione actorum, & de ea inter partes non dubitatur: Iustitia autem videtur clara, ex fundamentis latè deductis in quatuor decisionibus coram dd. DD. meis emanatis, quæ non est cur repetatur.

Neque obstat vnum sæpius repetitum, & hodie refricatum nempe quòd Butius in instrumento venditionis asseruerit dictam medietatem Officij ad se spectare, & pertinere; & tamen illam antea resignauerat Erasto cum decreto; & propterea cùm Butius
1 vendiderit rem alienam sub falsa assertione, quòd sua esset, teneatur ad pretij restitutionem, *l. si rem quam*, vbi *gloss in verb. agentem, ff. de euict. Surd. cons. 36. n. 12. Rot. decis. 318. num. 2. part. 1 recent.* Quia vt fuit iam in supradictis decisionibus responsum, Butius non vendidit dictam tertiam partem vti Dominus, sed vti Procurator irreuocabilis Erasti; & præterea Adamus sciuit rem fuisse alienam, nempè Erasti ex pluribus
2 rationibus in eisdem decisionibus ponderatis, † quæ scientia Adami rei alienæ tollit in Butio omnem doli præsumptionem, & operatur vt non sit amplius locus pretij restitutioni, *l. si fundum sciens, C. de euict. Surd. decis. 243. n. 1. & sequent.* Nec de falsa assertione Butius argui potest, ex eo quòd dixerit dictam medietatem ad se spectare, & pertinere, † Quia dicta 3
verba verificantur respectu Iuris hypothecæ, quam Butius sibi reseruauerat, dum illam Erasto vendiderat, *l. verbum illud pertinere*, vbi *gloss. ff. de verb. signific. Bald. in l. proprietatis in princ. C. de probat. Bertazol. de claus. claus. 26. gloss. 17. num. 1.* vbi plures cumulat.

Minus obstat si dicatur Butium, dum ipse asseruit medietatem Officij ad se spectare, & pertinere non intellexisse de pertinentia hypothecæ, sed de vero dominio, ex quo post assertionem quòd dicta medietas Officij ad se spectabat, & pertinebat, subsequuntur illa verba, alias per Ioannem Mariam Catuccium eidem Domino Laurentio Butio vendita, prout videre est in instrumento recepto, & stipulato per acta, &c. Quod instrumentum non de iure hypothecæ, sed de pleno dominio cantat; & ideò ex relatione, quam Butius habuit ad instrumentum prædictum, potiùs visum fuisse de vero, & proprio dominio intellexisse; quia respondetur illa verba fuisse expressa ad ostendendum vbi esset fundata origo iuris anterioritatis, & hypothecæ ad Butium pertinentis; non autem quòd Butius voluerit asserere dominium officij suum esse. † itaut dicta verba fuerint solùm apposita 4
demonstratiuè, prout etiam sic in dubio apposita fuisse præsumi debent, *l. fin. §. Titia. ff. de lib. legat. Bart. in l. Centurio, num. 39. ff. de vulg. & pupill. Paris. cons. 4. n. 36. lib. 4. Bero. cons. 12. lib. 3. Rot. decis. 442. n. 3. part. 1. diuers. Greg. XV. decis. 516. n. 8.*

Domum non obstat Butium in dicto instrumento venditionis se asseruisse Procuratorem irreuocabilem ad resignandum dictam medietatem officij, cum relatione ad instrumentum mandati, ibi, *prout videre est per acta, &c.* quòd tamen mandatum non reperitur, quia illud præsumi debet † ex præsentia Erasti veri 5
Domini, venditioni consentientia, & aliis coniecturis in dictis decisionibus consideratis. Nec refert, quòd in eodem instrumento venditionis non dicatur cuius esset Procurator, & ideo Adamum fuisse deceptum, cum nesciuerit cuius fidem sequi deberet, quia benè perspectis, & combinatis verbis dicti instrumenti, illa verba, *Procurator, &c.* non possunt congruè referri, nisi ad Erastum, de quo in principio fuit facta mentio, cùm dictum fuerit Officium in eius personam cantare; Et tollitur omnis scrupulus ex depositionibus testium instrumentariorum, qui asserunt Erastum, præsente Adamo dixisse Butium esse eius Procuratorem ad resignandum, & disponendum de dicta medietate Officij, & Butium asseruisse habere huiusmodi mandatum; † quibus testibus instrumentariis 6
in hac materia standum est, *Boer. decis. 281. num. 1.* qui communem dixit, *Rot. decis. 166. n. 7. p. 1. recent.*

Cætera, quæ repetuntur, fuerunt plenè euacuata in dictis decisionibus. Vnde non egent alia responsione.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

Meten. Professionis.

Lun. 24. Maij 1632.

Hæc decisio non indiget Argumento, nec Summario.

DECISIO CCCXLII.



N *Decisione in hac causa facta sub die 29. Iunij 1631, coram me* fuit resolutum: Constare de attentatis per Dominam Papinam commissis, non solùm post

post appellationem interpositam, sed etiam intra decendium ad appellandum concessum; & ideò eam esse sequestrandam, quia tamen Moniales Monasterij Sanctæ Mariæ Magdalenæ, vbi ipsa per plures annos, vti professa cum voto in statu religioso degit recusarunt eam recipere, prout etiam idem recusarunt Moniales Ordinis Prædicatorum, & Domini de Bonofriis Aduersatij prætendebant non fuisse receptam in prædictis Monasteriis, culpa dictæ Papinæ, ex quo nolebat ingredi, nisi cum certis conditionibus, ob quas meritò moniales recusarunt, & propterea contra D. Papinam esse dandam declaratoriam, ex quo non patuit mandato Rotali legitimè intimato, & seruatis terminis seruari solitis: Exaduerso autem D. Papina prætendebat mandato Rotali paruisse, & non esse contumacem; Propterea dubitaui hodie, An sit danda Declaratoria, & quia contumacia Dominæ Papinæ visa fuit aliquantulùm turbida, ex quò per executorem nō fuit illi præcisè ordinatum vt ad proprium Monasterium rediret sequestri causa, sed etiam ad aliud Monasterium, scilicet Ordinis Prædicatorum, nec non quia Moniales proprij Monasterij eam recipere recusarunt, & tandem quia poterat dubitari an res esset in eodem statu, quia post emanatum mandatum Rotale mortuus fuit Ioannes della Violetta eius maritus Domini pronunc, supradictis nun obstantibus, persistendo in decisis, resoluerunt D. Papinā pro purgatione attentorum esse sequestrandum, & reponendam in eodem Monasterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ, vnde exiuit, in eodem statu, & habitu in quo erat, antequam inde exiret, & hoc simpliciter, & absque aliis conditionibus, Monialesque esse cogendas ad illam recipiendam, ex latius deductis in dicta decisione, quæ non est cur repetatur.

Et ita decisum vtraque parte Informante, &c.

Romana Casalis Aguzzani.

Ven. 28. Maij, 1632.

Hæc Decisio non meretur argumentum nec Summarium.

DECISIO CCCXLIII.

DOMINI hodie steterunt in decisis 29. Martij 1632. proximè præteriti nempe, Constare de fideicommisso quodam Francisci de Salamonibus, purificato ad fauorem Illustrissimæ D. Cleriæ Marchionissæ de Maximis, ex eisdem fundamentis d. decisionis, quatenus dictum Testamentum sit in actis; fundamentum decisionis fuit idem de quo in d. Decisione.

Neque obstant quæ hodie dicebantur D. Cleriam non legitimasse suam personam, nempe quòd sit de Descendentibus testatoris, nec quòd decesserint alij prius vocati, scilicet Cleria Senior, & Vincentia, Victoria, Ioannes Baptista, & Carolus; Quia Domini sic responderunt cum præsupposito quòd prædicta sint in actis probata, & non aliter.

De prætensa autem contrauentione voluntatis testatoris, & de identitate bonorum fideicommissi, & de reliquis fuit ordinatum vt, videatur in alia dispntatione, prout idem fuerat iam ordinatum in d. alia decisione.

Et ita resolutum vtraque parte Informante, &c.

Perusina Fideicommissi de Meniconibus.

Ven. 18. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Identitas Prædij diuisi in pluribus petiis probatur per testes deponentes de duabus demonstrationibus dicti Prædij.*

2 Poderis *appellatione veniunt omnia Prædia sub eo contenta.*

3 *Testium dicta debent simul iungi, dum agitur de probanda identitate, & versamur in facto antiquo.*

4 *Testes de auditu benè probant in antiquis, nec refert quòd dicant à quo audiuerint, n. 5.*

DECISIO CCCXLIV.

DOMINI steterunt in decisis sub die 13. Februarij proximè præteriti coram me, nempe constare quondam Alexandrum fideicommittentem possedisse domum sitam in Castro Dirutæ, & prædium, seu Podere positum in pertinentiis eiusdem Castri; Et moti sunt ex eisdem rationibus, & fundamentis tunc in decisione deductis.

Neque obstare dixerunt quæ per informantes replicabantur, nempe dictum Prædium siue Podere Castri Dirutæ esset diuisum in pluribus petiis, & ideò exprimi debuisse per testes, confines cuiuslibet petij quo non facto, non remaneat probata identitas, Quia fuit responsum non esse necessariam tam rigorosam probationem, † sed sufficere quòd testes deponant 1
de prædio articulato, diuiso in pluribus petiis, exprimendo duas demonstrationes, seu confinia eiusdem Prædij, quòd perinde est ac si singula petia specificassent; cùm † appellatione, *Poderis*, veniant omnia Prædia sub eo contenta, vt præter allegatos in decisione, 2
tradit *Bart. in l. 1. in fin. ff. de reb. dub. Natt. cons. 440. n. 4. & fuit dictum in Romana fideicommissi de Gratianis 27. Martij 1628. coram Eminentissimo Cardinali Vrsili*; Et præsertim, in hoc casu in quo testes non solùm deponunt de duobus confinibus, seu demonstrationibus, sed de pluribus aliis, referendo multas qualitates dd. petiarum, & maiorem partem vocabulorum, & locorum, in quibus positæ sunt; † quorum testium dicta 3
ad effectum probandi identitatem, cùm versemur in materia coniecturali, & in facto antiquo vltra 70. annos non sunt seiungenda, & de per se consideranda, sed debent simul iungi, & vniri, etiā cum Instrumento diuisionis factæ inter filios dicti Alexandri, vbi recensentur aliqui confines dicti prædij concordantes cum illis de quibus testes deponunt, vt fuit plenè deductum *in Rom. fideicommissi de Gratianis præallegata.*

Minus obstat quòd testes deponant de auditu, quia vltra quòd vnus deponit de certa scientia, † cùm 4
versemur in antiquis supra 60. annos, benè probant; vt de communi testatur *Gabr. de testibus conclus. 3. n. 2. & sequent. lib. 1.* † Nec refert quòd dicant à quo audiuerint, *Cassad. d. decis. 3. n. 9. de probat. Capuc. decis. 7. part. 2. & decis. 289. part. 3.* 5

Tandem non releuant quæ hodie adducuntur, ad probandum filios dicti Alexandri, fuisse industriosos,

ex quo peragebant negotium fericum,& ideò præsumi quòd prædium prædictum ex propriis pecuniis compatuerint,Quia cùm ex depositionibus Testium, & aliis,de quibus supra,probetur identitas dicti prædij,& ea probata de fideicommisso dubitari non possit,etiam quòd probarentur industriosi, cessat omnis præsumptio, quòd illud acquisiuerint.

Quò verò ad caput reseruatum in decisione, nempe an constet dicta bona fideicommisso subiecta esse eadem,quæ modo possidétur per Comitissam Camillam.Domini absque difficultate affirmatiuè respondetur, cum ex depositionibus Testium concludenter probetur,bona prædicta esse ilíamet,quæ modo possidentur per D.Comitissam: Ex quibus pro identitate supradictorum bonorum fuit conclusum,&c.

Et ita resolutum vtraque parte Informante, &c.

Romana Saluiani.

Lun. 21. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Creditor immissus ex Saluiano, quos fructus percipere valeat, vel non; Et an teneatur ad damna per suos Officiales, seu de eorum mandato commissa in bonis debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Executio præsumitur valida, donec probetur contrarium.*

2 *Rerum, & pertinentiarum nomine, sub quo sententia immissionis concessa fuit, veniunt etiam Boues aratorij Pecora, & sues, qui culturæ causa in agris detinentur.*

3 *In Saluiano non veniunt fructus à solo separati, sed illos potest debitor extrahere, & ad libitum disponere.*

4 *Creditor immissus ex Saluiano tenetur, de malè gestis per suum Officialem, seu de mandato eiusdem Officialis in bonis debitoris, & num. 7.*

5 *Arborum incisio fieri potest vigore Saluiani si siluæ erant caduæ; aliàs secus; quia ex hoc rei substantia notabiliter minuitur, num. 6.*

8 *Arborum incisio imputari non potest ei, de cuius mandato, non constat illam fuisse factam, nec aliàs apparet de eius ratificatione, aut de dolo, seu lata culpa.*

DECISIO CCCXLV.



DOMINA Dimitillam Cæsia fuit immissa in Saluiano in possessione Castri Grassignani eiúsque tenurarum, rerum, & pertinentiarum; Cum autem Domina Iulia de Balleonibus Aduersaria prætenderet D.Dimitillam excessisse: Dubitaui hodie An constet de excessu, qui veniat reuocandus; Et in primis quatenus prætendatur excessus, in actu executionis, ad effectum annullandi, seu impugnandi executionem vigore sententiæ factam, visum fuit Dominis
1 de tali excessu nullo modo constare; Tum quia non
probatur, & donec probetur † præsumptio stat pro validitate executionis, ad Text. *in l. 2. C. de Offic. ciuil. Iud. Surd. cons. 39. num. 7. Lancellot. de attent. appell. pend. tim. § 3. n. 28. Rot. dec. 45. de appell. in non. & dec. 293. n. 6. p. 1. recent. & apud Seraph. decis.* 1199. Tum & etiam, quia ex Instrumento executionis probatur affirmatiua, quod executio fuit facta iuxta tenorem sententiæ, & mandati, vigore illius relaxati, & coarctatur negatiua, quòd non fuerit excessum, & facilè videri potest ex combinatione prædictorum mandati executiui, & Instrumenti executionis.

Vndè non obstat quòd Domina Dimitilla, vigore
dictæ immissionis † habeat penes se Boues aratorios, 2
Pecora, & Sues; Quia cùm hæc fructuum, & culturæ causa in Castro, & tenutis essent, fuerunt etiam in mandato, & sententia comprehensa sub nomine rerum, & pertinentiarum, *l. si quando, la prima C. de bon. vac. lib. 10.* & ibi *Bart. in l. instrumenta fundi 8. ff. de fund. instruct. Bald. in l. item si fundi §. Seminarios in tertio notabili ff. de vsufruct. Natt. cons. 505. n. 29.*

Non obstat deinde quòd in dicto Castro de tempore executionis essent multi, diuersi fructus à solo
separati, † quinimò, & in Palatio Dominicali iam re- 3
conditi, nempe granum, ordeum, fabæ, vinum, linum, canapum, caseum, & alia huiusmodi, nec non multa supellectilia, quæ non veniebant in Saluiano, sed poterat ea D. Iulia inde extrahere ad libitúmque disponere, quæ tamen Domina Dimitilla, seu eius Officiales occupauerunt, Quia licèt occupatio dd. fructuum in genere probetur facta per Officiales Dominæ Dimitillæ, tamen; Aut prætenditur ex hoc fuisse excessum in executione, & non est verum, quia dicta occupatio fuit facta post actum executionis perfectum; Aut verò prætenditur quòd de his D. Dimitilla
teneatur reddere rationem, & tenetur, † quia fuerunt 4
occupata per suum Officialem, seu Locumtenentem, de cuius malè gestis D. Dimitilla tenetur, attenta Iuris dispositione, *l. obseruare, § proficisci*, & ibi *gloss. ff. de Offic. Procons. l. nullus qui, & l. neminem C. de Decur. lib. 10. & l. 1. C. ad l. Iuliam repet.* & notant communiter *Doct. in l. 2. C. si mens. fals. mod. dixer.*

Quatenus verò prætendatur excessus in eo, quòd D. Dimitilla deteriorauerit bona, in quibus fuit immissa, ille prætenditur circa duo, nempe primò in eo quòd eius Officiales incidi fecerunt arbores 1700. quod benè probatur ex testibus *in summario n. 4.* Et est distinguendum, quòd aut siluæ in quibus aderant
arbores incisæ erant ceduæ, & nõ fuit deterioratio, † 5
sed incisio potuit Iure fieri, vigore Saluiani, quia pertinet ad fructum, ex quo alius fructus de eis non percipitur, *l. ex Sylua, & l. si absente §. Syluam. ff. de vsufruc.* iuncta *l. Sylua cædua, ff. de verb. signif.* & declarat *Alex. cons. 118. in princ. lib. 5.* Aut verò non erant cæduæ, &
fuit deterioratio perperam facta, † quia ex hoc rei 6
substantia notabiliter minuitur, *l. sed & si glandes, & l. arboribus, in princ. ff. de vsufruct. l. diuortio, §. si fundum ff. sol. matr.* vbi *Bart. Angel.* & alij de qua postea dete-
riorationе, † vti de mandato Officialium facta, Do- 7
mina Dimitilla tenetur, prout sic, in simili distinguit *Natt. cons. 477. n. 7. cum seqq.* Cùm autem testes non declarent an Sylua fuerit cædua vel non, poterit desuper coadiuuari probatio.

Secundò prætenditur deterioratio in eo alio quòd Arboretæ, & vites Vinearum fuerunt succisæ cum notabili damno Dominæ Iuliæ sed licèt dicta succisio benè probetur, de eaque testes optimè deponant, quia tamen non probatur facta de ordine D. Domitillæ, nec Officialis, qui vice eius ordinem dare pos-
set, sed per laboratores, aut cõductores, † nec deinde 8
probetur quòd D. Dimitilla ratum habuerit, dolúsque ac lata culpa illius interuenerint, propterea nõ tenetur; nec d. incisio potest ei aliquo modo imputari, vt sentit *Natt.* vbi supra, & *Ant. de Gãma dec. 305. per tot.*

Tandem fuerunt dati plures testes ad effectum probandi fructus quos annuatim percipit D. Dimitilla ex

Bubus,

Bobns,Capris Suibus, & aliis huiusmodi quæ percepiio licèt in genete bonè probetur, Quia tamen Domina Dimitilla iure peteepit vigore Saluiani,nõ pertinet ad dubium,quia non pertinet ad excessum.

Et ita decisum vttaqoe parte Informaote,&c.

Narnien. Frumenti.

Lun. 21. Iunij, 1630.

ARGVMENTVM.

Obligatlo ad interesse quanti plurimi quando succedat ob moram incursam: Et quando dicta mora incurratur vel non.

SVMMARIVM.

1 *Mora regularis incurritur per lapsum diei in quo debuit fieri solutio, Declara, vt n. 10. & seqq.*

2 *Obligatio ad interesse succedit quando quis constituitur in mora regulari.*

3 *Frumentum debitum, ratione certæ rei, debetur, vt species, non autem vt genus; quòd comprobatur, n. 4. & seq.*

5 *Genus nunquam perit.*

6 *Frumentum debitum vti species non præsumitur durare vltra triennium, intra quod tempus taxari debet ad rationem quanti plurimi, num. 7.*

8 *Testibus deponentibus de pretio, quo communiter frumentum vendi consueuit standum est: maximè iuncta fide publici Officialis annonæ, num. 9.*

10 *Mora non incurritur per lapsum diei ad soluendum præstituti, nisi Crediter accedat ad domum debitoris cum sacco paratus.*

11 *Item si non fuerit designatus certus locus vbi solutio fieri deberet.*

12 *Limita prædicta non procedere quando creditor, & debitor sunt eiusdem fori, & domicilij; & ibidem solutio est facienda; quia tunc debitor tenetur interpellare debiterem.*

13 *Debitor dici non potest in mora constitutus pro non liquidis.*

DECISIO CCCXLVI.



STEPHANVS, & Iustinianus de Cassinis, de anno 1592. conduxerunt Molendina Castri Montorij, pro annua mercede Salmarum centum quindecim, cum pacto quòd in Molendinis, durante locationis tempore, essent quinque molæ effectiuæ, alias quòd fieret defalcum, & quòd merces conuenta esset soluenda in fine dicti anni: soluerunt conductores intra præfinitum tempus salmas quinquaginta: cum autem Marchio Montorius locator ageret contra dictos Conductores pro residoo mercedis, videlicet salmis 65. seu potius pro earum pretio, ad rationem quanti plurimi ad moram incursam; opposuerunt Conductores de defalco ob non implementum quintæ molæ, cùm in effectu non fuerint in molendinis nisi quatuor effectiuæ, Et desuper proposita causa 19. Februarij 1629. fuit resolutum defalcum, ratione dictæ quintæ molæ, esse faciendum in salmis quindecim, & mandatum A. C. relaxatum pro salmis 65. esse exequendum pro salmis duntaxat 50. restantibus, vt latiùs *in decisione dicta die*, extens coram me: Quibus sic stantibus dubitaui hodie, An Conductores liberentur soluendo frumentum, ita vt Marchio locator debeat illud recipere; & casu quo non cogatur, sed agere possit ad æstimationem damnorum, & interesse, ad quam rationem debeat fieri taxatio.

Et fuit resolutum Marchionem non esse cogendum ad accipiendum frumentum, sed deberi illius æstimationem, ad rationem quanti plurimi intra triennium à die solutionis; Ratio resolutionis fuit;
Quia † conductores per lapsum diei conuenti, in 1
quo debuit fieri solutio, videlicet in fine anni 1592.
fuerunt constituti in mora regulari, *l. magnam, Cod. de*
contrah. & commit. stipul. l. traiectitia, ff. de act. & oblig.
cum vulgar. *Ias. in §. fuerant, n. 2. Instit. de act. Socc. in*
l. de diuis. in fin. ff solut. matrim. Alex. cons. 32. num. 7. &
cons. 188. n. 5. vol. 7. † Et consequenter successit obli- 2
gatio ad interesse, *glos. in §. pretium autem in verbo*
tradatur vers. ad tertium venio Instit. de empt. & vend.
& in l. 1. vers. item quæro, ff. de act. empt. Alex. Dec. & alij
in l. vinum ff. si cert. petat. cum aliis latiùs adductis per
Maresc. var. resol. lib. 2. c. 19. n. 6. Giurb. dec. Sicil. 114. per
totum, & plenè *Rot. decis. 252. per tot. part. 4. diuers.*

Quod autem interesse debeat taxari ad rationem
quantiplurimi valuit frumentum intra triennium
post moram incursam, ex eo patet, † quia frumen- 3
tum debetur ratione certæ rei, nempe pro mercede
molendinorum, & sic vt species, & non vt genus,
Bart. in l. eum qui, ff. de his quibus vt indig. Bald. in l. si
quis argentum, in fin. C. de donat. & Doct. post gloss. in l.
diuortio, § ob donationis, ff sol. matr. & in d. l. vinum ff. si
cert. pet, Decian. cons 566. Gomez var resol. tit. de legat.
n. 31. Cancer var. resol. lib. 3. c. 1. n. 182. Vin. decis. 500. ante fin. lib. 3. † Et comprobatur quia si molendinum 4
periisset, cessaret obligatio frumenti, ad *l. 1. C. de Iur.*
emphit. ergo debetur, vt species, † quia genus nun- 5
quam perit *l. incendium ff. si cui petat.* & fusè *Gaspar*
Rodriguez de ann. red lib. 2. q. 19. & 29. † frumentum 6
autem quando debetur vti species non præsumitur
durare vltra triennium, *l. 1. &* ibi *glos. C. si aduers. vsucap. Ruin. cons. 56. n. 3. vol. 2.* † quod ideo ad rationem 7
quantiplurimi intra illud triennium taxari debet,
Barb. in d. §. ob donationes, n. 21. Gratian. discept. 42. n. 50.
Surd. decis. 81. Giurb. decis. 115. per tot vbi plures cumular, Vnde cùm intra triennium à die finita conductionis, valor frumenti in foro publico Ciuitatis Narniæ
viciniotis, de anno 1593. creuerit ad rationem scutorum quatuordecim pro qualibet salma, & pro d. pretio communiter ibi venditum fuerit, vt ex testibus
desuper examinatis, † quibus in hac materia standum 8
est ex pluribus quos allegat, & sequitur *Mascard. conclus. 658.* † maximè cum adminiculentur ex fide pu- 9
blici Officialis annonæ d. Ciuitatis, propterea ad d.
rationem esse taxandum Domini resoluerunt.

Neque obstat si dicatur, † moram non fuisse in- 10
cursam per lapsum diei ad soluendum præstituti, ex
quo Marchio, seu alius pro eo cum legitimo mandato non accessit ad domum debitoris cum sacco paratus, iuxta tradita per *Socc. Iun. cons. 136. p. 2.* † nec fuit 11
designatus certus locus, vbi solutio fieri deberet, ex
traditis per *Dec. & Giurb.* vbi supra. † Quia hæc non 12
procedunt, quando debitor, & creditor sunt eiusdem
fori, & domicilij, & ibidem solutio est facienda, quia
tunc debitor tenetur interpellare Creditorem vt debitum, recipiat, & sic eum in mora constituere, *Rolan. cons. 87. n. 15. vol. 1. Morot. cons. 86. n. 3. Surd. de alimen. tit. 4. quæst. 16. n. 2. Vrsill ad Afflict. decis. 316. Giurb. d. decis. 114. circa fin. Rot. d. decis. 252. n. 8. & 9. p. 4. diuers.* cum aliis ibi adductis.

Ad vnum tamen Domini aduerterunt, quòd licèt taxatio debeat fieri ad rationem quanti plurimi, vt supra, quia tamē Conductor promisit quinque molas in molendinis manutenere, impleuit autem solùm in

L 3 quatuor

quatuor molis, & in quinta penitus non impleuit;& me ..s centum, & quindecim salmarum conuenta pro quinque molis sit ad rationem 23. salmarum pro qualibet mola, & pro d.quinta mola fuerint desalcatæ quindecim salmæ, ita vt facta proportione pro dicta quinta mola supersint adhuc septem salmæ, quas Rota arbitrata fuit non esse desalcandas, ex quò propter illius deficientiam constabat non fuisse secutum damnum continuò per totum annum, sed certis temporibus duntaxat, & in his non vniformiter, vt latiùs in dicta decisione in hac causa coram me facta, propterea pro dictis septem salmis non deberi æstimationem quanti plurimi, cùm ante liquidationem damni secuti culpa Marchionis Locatoris & cui incũbebat onus probandi, & liquidandi illud, vt in eadem decisione firmatum fuit. † Conductores non possint dici in mora respectu solutionis mercedis proportionatæ dictæ
13 quintæ molæ, l non potest videri, & ibi Dec. ff. de reg. Iur. gloss in l. si residuum C. de distract. pign. Barb. in l. si mora 7.65. ff. sol. matr. Magon. decis. Lucan. 3. n. 3. Rot. in decis. 118. n fin. Verall. decis. 108. n. 9. part. 2. Et ideo fuit conclusum deberi æstimationem frumenti ad rationem quanti plurimi, vt supra pro salmis quadraginta tribus; septem autem salmas restantes, vsque ad quinquaginta, posse solui in specie.

Et ita resolutum vtraque parte Informante, &c.

Romana Dotis de Marescottis.

Ven. 25. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Nepotes an, & quando succedant in stirpes vel in capita in legitima eis debita ex bonis auiti. Et plura notanda in materia aditionis hæreditatis, & immissionis debitæ Fideicommissario, non obstantibus exceptionibus per hæredem oppositis, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Dotis solutio ex quibus probetur.*
2 *Inuentarium quid operetur.*
3 *Legitima Nepotum est semis si plures quatuor existant, Declara, vt n. 4.*
Nepotes succedunt in legitima pro virili, prout filij primi gradus, si eorum Pater fuerit Auia præmortuus.
4 *Fallit si de tempore mortis Auia concurrebant eius filiæ, quia tunc si adsint nepotes ex alio filio præmortuo in stirpes succedunt, & quid si dicta filiæ fuerint ad Statuto exclusæ, num. 5. & 7.*
6 *Persona quæ ad partem non admittitur, altero admisso, partim non facit, nisi prout magis expedit illi, ad cuius fauorem non admittitur.*
8 *Testamentum est nullum ob præteritionem filiorum.*
9 *Filiæ fœmina exclusæ per statutum possunt præteriri in testamento, & ideo illud valet non obstante earum præteritione.*
10 *Æs alienum detrahi debet ex hæreditate ante legitimam.*
11 *Fideicommissario debetur immissio pro indiuiso, non obstante detractione legitima, quando illa certa, ratione quota, & loci.*
12 *Actiones defuncti, & eius heredis confunduntur per aditionem hæreditatis.*
13 *Aditio probatur ex actu, hæreditario nomine factis.*
14 *Impugnans aditionem heredis non potest postea illam approbare.*
15 *Aditio facta ex falsa causa est nulla, & habetur pro non facta.*
16 *Aditio habetur pro non facta, ad effectum confusionis actionum, & vt habeat vim solutionis, quando deinde hæreditas ab herede euincitur.*
Amplia procedere etiam si aditio facta fuerit sine beneficio l. & Inuent ibidem.
17 *Immissio non impeditur per exceptionem redditionis rationis.*
18 *Rationis redditio donec facta fuerit hinc inde, & computa soldata, prætensiones vtriusque partis illiquidæ dicuntur.*
19 *Dotis exactio non impeditur per exceptionem redditionis rationis per mulierem faciendæ: quod intellige prout ibidem.*

DECISIO CCCXLVII.



OMNIA prætensa credita Domioorum de Marescottis, exceptis vltimo credito & legitima eis debita in bonis Iuliæ eorum Auiæ, omnésque eorum exceptiones fuerunt euacuatæ per plures decisiones coram bon. mem. Remboldo, & coram me; & in eis firmatum, non esse attendendas, nec immissionem Dominis de Balleonibus impedire: Quo autem ad dictum vltimum creditum fuit resolutum, esse liquidum vnà cum fructibus, in scutis 2335. An autem autem illud impediret immissionem, fuit reseruatum ad aliam particularem disputationem, quæ fuit postea habita die 15 Martij 1630 coram me, & negatiuè decisum, Ex eo quòd licèt sit liquidum in supradicta quantitate, fore tamen compensandum cum aliis duobus creditis liquidis Dominorum de Balleonibus, quorum vnum est scutorum 1750. pro sorte, & fructibus eiusdam societati, & alterum scutorum 5030. quæ D. Iulia de proprijs pecuniis soluit ad computum Dotis Hortentiæ eius neptis, vt latiùs in eadem decisione 15. Martij 630.

Causa autem super ista iam sæpius reproposita, Domini hodie, circumscriptis etiam dictis duobus creditis Balleonorum, ex solis nouiter deductis per eosdem, persistiterunt in decisis; nempe vltimum creditum DD. de Marescottis non impedire immissionem, sed illam dandam esse Balleonibus, restitura DD. Marescottis summa in hac decisione exprimenda. Ratio resolutionis fuit, Quia etiam quòd dicta duo credita Balleonorum, ad effectum de quo agitur, essent turbida, fuit tamen per eosdem contra Marescottos probatum aliud creditum liquidum in scutis 4085 conflatum ex dote, & paraferno D. Iuliæ, habitis per Alphonsum eius virum, & deinde per Marcum Antonium prædictorum coniugum filium, quorum Marescotti hæredes existunt.

1 In primis enim de promissione dotis scutorum 3500. constat ex Instrumento dotali, & de reali solutione, ex geminata confessione Alphonsi mariti, & impositione Census per Alexandrum de Apris ex dictis pecuniis dotalibus, & paraphernalibus, & ex subsecuta obligatione dicti Marci Antonij, de restituendo Dominæ Iuliæ eius matri summam prædictam, quam ipse realiter exegit à Sacro Monte Pietatis, vbi fuerat depositata pro extinctione dicti census, & ex aliis adminiculis ex actis resultantibus; ex quibus realis solutio dotis benè probatur, l. in contractibus, §. sed quoniam C. de non n. pecun. & argum. text. in l. cum fidem C. eod. Paulus de Castro, & Salicetus in d. §. sed quoniam Bald. nouell. de dote p. 10. num. 18.

num.18. Sud.conf.489.n.22. Purpur.conf.461.num.11. Couar.lib.1.var.cap.7.n.6. Menoch.pref.12. & 13.lib.3. Maref.var.refol.lib.7.c.8.n.10. Moheb. decis.2. n.2.tit. de conf. ffis, Rota apnd Seraph.decis.487.n.15.& Gregor. XV.decis.62.n.2. & seqq. & coram Reuerendissimo Domino meo Decano decis.499.n.3.& alibi sæpius.

De parafteno autem pariter constituit ex eadem geminata confessione Alphonsi, & Instrumento impositionis Census; Et cessat omnis scropulus ex prædicta obligatione Marci Antonij in forma Cameræ, de restituendo dictam summam scutorum 4085. D. Iuliæ, & ex partita Sacri Montis Pietatis, ex qua constat Marcum Antonium eam realiter habuisse, & fuisse ibi depositata pro extinctione dicti census, & fructibus decursis; Qui census vt dictum est, fuerat emptus ex supradictis pecuniis dotalibus, & Parafernalibus: Cùm autem Marescotti sint hæredes Alphonsi, & Marci Antonij tenentur dictum eorum Creditum scutorum 1353. compensare cum dicto credito liquido Balleonorum scutorum 4053. etiam quòd sint hæredes eum beneficio Inuentarij, Quia; vt fuit iam
2 dictum in aliis decisionibus in hac causa factis; †
Inuentarium non eximit hæredes ab obligationibus hæreditariis quatenus suppetunt vires hæreditariæ, sed solùm facit ne teneantur vltra eas, vt communiter notatur, vt in *l fin.§.in computatione C. de Iur. deliber. Roman.conf.18.n.4. Cranett.conf.225.n.12. Grat. conf.9.n.18.lib.1. Aluar.Valasc.consult.52.num.44.lib.1. Pinell.in leg.1.tertia part.n.81.ampliat.7.C.de bon.mat.* Et fuit millies in Rota decisum; Hæreditatem autem Marci Antonij fuisse opulentissimam notorium est. Nec prædictis obstat quòd coram bon.mem. Sacrato fuerit resolutum dictum censum, impositum per Alexandrum de Aptis prætio scutorum 4000. & deinde extinctum, fuisse creatum ex pecuniis Alphonsi; siquidem hodie per rei euidentiam, ex Instrumentis nouiter productis, & aliis supradictis, constat de contrario.

Vnde cùm dictum vltimum creditum Dominorum de Marescottis, quod solùm est attendendum, sit scutorum 2355. sorte, & fructibus computatis, vt firmatum fuit, creditum autem dotis, & paraferni Balleonorum, sit scut.4085. constat Balleonos, facta compensatione pro concurrenti quantitate dicti vltimi crediti, cum eorum credito dotis, & paraferni, restare adhuc creditores in scutis 1730. & ideò esse illis dandam immissionem, & de hac compensatione vt supra, intellexerunt Domini, dum in resolutione hodie habita, dixerunt immissionem esse dandam, restituta Dominis de Marescottis summa in Decisione exprimenda.

Neque obstat exceptio detractionis legitimæ, quam
3 Marescotti habent in bonis Iuliæ eorum auiæ, †
quam prætendunt esse semissem, iuxta numerum liberorum, cùm sint quinque nepotes, & Marcus Antonius eorum pater fuerit præmortuus Iuliæ eius matri, qui ideò non habetur loco vnius, sed veniunt directè, & immediatè ad successionem auiæ pro virili vti filij primi gradus, & ex propria persona, *Auth.nouissima vers.si plures, C.de inoff.testam. & in §. hac nos, vers.si verò, in auth.de triente, & semisse.* Et in his terminis *Salicet.in dicta auth.nouissima num.5.quæst.6.& ibidem Ias.num.51. Corasius in l.filium quem habentem, n.188.C.famil.Ercisc. Alex.conf.63.in primo dub.num.1. vol.2. Vasquez de successionum creat, lib.2. §.20. part.4. requis.42.in repet.dicta auth.nouissima, num.199. Costa de portione, & rata quæst.181.n.4. vers. atque ita in nepotibus, Merlinus de legitima, lib.1.tit.4.quæst.2.n.1.& Rota decis.61.num.1.& 9.in impress.post d.tract. Merlini,* & in aliis.

Quia inprimis quoad quotã legitimæ fuit absque
difficultate tentum, † eam esse trientem, & non se- 4
missem; Quia quamuis sint quinque nepotes, & Marcus Antonius eorum pater fuerit præmortuus Dominæ Iuliæ eius matri, tamen cum de tempore mortis dictæ Iuliæ concurrerent cum dictis quinque nepotibus Beatrix, & Elena eiusdem Iuliæ filiæ superstites, eius nepotes ex Marco Antonio, non considerantur in capita, & ex persona propria, sed succedunt in stirpes, & ex persona Patris. itaut legitima sit triens iuxta numerum liberorum, ex *dicta authentica nouissima*, vt optimè distinguendo aduertunt Doctores ex aduersò citati, & signanter *Salicet. Ias.Costa, Vasquez, & Merlin. vbi supra*, & fuit in Rota sæpius sic decisum.

Nec releuat si dicatur, Beatricem, & Elenam † 5
fuisse exclusas per *Statutum Vrbis c.145.lib.1.* & ideò
non esse in consideratione babendas ad effectum diminuendi legitimam filiorum Marci Antonij prædefunc-
functi, ex regula † quòd persona, quæ ad partem non 6
admittitur, alteri admisso partem non facit, nisi prout magis expedit illi ad cuius fauorem non admittitur, de qua in *l.1.§.si duobus, ff.de leg.1.* Et in puncto *Socc.in Iun.conf.25.vol.1.per tot. Bursat.conf.92.n.39.volum.1. Crass.in §.legitima quæst.7.n.6. Merl.de legitima, lib.1. tit.4.quest.3.num.32. Rot.decis.266.num.1.part.1.diuers.* Quia cùm dictum statutum emanauerit fauore agnationes, & Domina Iulia instituerit hæredem Pirrum eius fratrem, & sic hæredem extraneum non intrat
statutum, sed † fœminæ nihilominùs succedunt, vt 7
in hac eadem causa, & inter easdem partes resoluit *Rota in decis.770.part.2.recent.* quæ emanauit ad fauorem de Marescottis, qui obtinuerunt declarari te-
stamentum D. Iuliæ fuisse nullum, † ex quò in eo 8
præteriit Elenam, & Beatricem eius filias, † quæ ta- 9
men, si fuissent exclusæ per statutum, potuissent præteriri, & non possent contra testamentum venire, sed illud nihilominus fuisset validum, *l. posthumus §. si quis ex his ff. de inoffic. testam. Bald. in l.si quis posthumus §.1.eod.tit. Imola in l.& qui soluendo, ff.de hæredib. instit.in vers.circa primum, & Socc.Iun.in dicto conf.25. num. 6.*

Quo verò ad quantitatem quotæ dictæ legitimæ; Aut illa consideratur solùm respectu prædicti crediti dotis, & paraferni Dominæ Iuliæ scutorum 4085. vti vnius ex corporibus suæ hæreditatis, & cùm illud detracto, & compensato prius ære alieno, nempe dicto
credito Dominorum de Marescottis scutorũ 2355. † 10
(prout prius de iure ante legitimam detrahi debet, *l. Papinianus, §.de quarta, ff.de inoff.testãm.*) Superest solùm in scutis 1730. vt supra dictum fuit, consequenter detracta legitima proportionata huic credito, quæ est scutorum 876. baic. 66. & sic detracto triente d. crediti, restant adhuc Domini Balleones creditores dictæ dotis, & paraferni, in scutis 1153. baio.33. saluo, &c. Aut verò legitima consideratur respectu etiam aliorum corporum hæreditariorum, totiúsque hæreditatis Dominæ Iuliæ, & non est dubium quin legitima de tota hæreditate debeatur, sed etiam dubitari
non potest quòd † non ideo impediri debet immis- 11
sio Dominis de Balleonibus pro indiuiso vti fideicommissariis; cùm legitima sit certa, ratione quotæ, & loci, ad text. *in l.locus*, vbi *gloss.& Doctores, ff.de acquir. poss.per Iulianum in l.3.§.incertam, eod.tit.* quam opinionem vti magis veram, & æquam secuta fuit semper *Rota vt in decis.562.n.4. & 5.part.2. recent. & in impress.per Merlinum decis.2.n.13.decis.7. num 10. & decis.118.n.2.& in Causa Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 30. Aprilis 1630. coram Domino meo Pirouano, & fuit in hac eadem Causa firmatum die decima May 1619. coram bon.mem.Remboldo.*

Minùs releuat quòd Iulia adiuerit hæreditatem

12 Alphonsi, † & ideò fuisse actiones confusas, *l. imponendo, & l. irritum, C. ad l. falcidiam,* † Et aditionem
13 probari ex actibus, bæreditario nomine per eam factis, hodie deductis; Quia vltra quod Marescotti
14 aliàs † impugnarunt dictam aditionem, & in sui fauorem obtinuerunt decidi, illam fuisse turbidam, vt in *decis.20.Nouembris* 1613.*coram bon. mem. Cardinali Sacrato*, Quibus propterea meritò potest obiici titulus quòd quisque iuris; in omnem casum dicta prætensa aditio non suffragatur, nec ad rem facit: Tum quia quando probaretur, cùm facta fuerit vigore testamenti Alphonsi, quod posteà fuit declaratum nul-
15 lum, † aditio quoque, vti ex falsa causa, redditur nulla, & perinde ac si nunquam fuisset facta, *l. si is apud quem* 32. vbi *Ias.n.1. cum seqq. ff. de acquir. hæred.* latè *Anchar.cons.357.per tot.& Decius cons.*14. Tum etiam
16 quia † semper aditio habetur pro non facta, ad effectum confusionis, & vt habeat vim solutionis, quando deinde hæreditas, vt in casu nostro, ab hærede euincitur, ne hæres inde damnum patiatur, etiam quòd aditio facta fuerit sine beneficio legis, & Inuentarij, *l. Sticum, § aditio,* & ibi *Bart.num.1. Paulus de Castro in princ.& Imol.n.4. ff. de solut.* idem *Bartol. in l. Vranius num.4. ff. de fideiuss.& in l. si is qui pro emptore n.67. vers. pone aliud exemplum, ff. de vsucap. Soccin. iun. cons 160. in primo dubio lib.2.* ✱ optimè declarat *Mantic de coniect. vltim. volunt. lib.7. tit.8. n.15. cum sequentibus, Peregr. de fideicomm. art.33. n.1. Afflict. decis.237. n.5. Seraph decis.979. n.2. & Rot. decis.259. num.1. & 2. part.2 recent.*

Tandem non obstat, quòd Iulia, vti hæres, possederit hæreditatem Alphonsi, & quòd ex ea habuerit, vt prætenditur, scuta tredecim millia; Quia hoc obiectum fuit pluries repetitum, & sublatum in pluribus decisionibus coram bon. mem. Remboldo, & coram me, & signanter in *decisione, septima Maij 1629. in vers. Tertium creditum*, vbi quòd dicta exceptio dependet
17 à redditione rationis, † quæ non impedit immissionem: maximè cùm pro parte Ballenorum fuerit ostensum, quòd D. Iolia erat mulier industriosa, & babens amplum peculium; & quòd Marcus Antunius exigebat pecunias illius, & eas ponere solebat ad suum, & eius vxoris creditum, & quòd easdem pecunias erogabat ad sui vtilitatem, & alia huiusmodi; Ex quibus
18 prætensiones † de Marescottis in hac parte remanent pœnitus illiquidę, donec factis calculis, computa hinc inde solidentur, *Cranett. cons 232. vers.3. principaliter* cum aliis in *dicta decisione alleg.* & propterea non esse impediendam immissionem, nec exactionem crediti
19 dotis maternæ, † quæ ex speciali priuilegio non impeditur per exceptionem redditionis rationis, nisi mulier probetur negligens in ea reddenda, & constet incontinenti tot bona peruenisse ad manus suas, vt potuerit sibi satisfieri, *Neguf. de pignor. 2. mem. 5. part. n.56 Gutter. de tutel. lib.2. c.9. num.32.* & pluribus rationibus comprobat *Escobar. de ratiociniis, c.21. n.28. vers. pro contraria verò, Gratian discept.129. num.36. & decis. Marchiæ 179. num.1. & sequentibus, Puteus decis 246. num.5. lib.1. Rot. decis.1455. apud Seraphinum, & in Romana Saluiani 19. Nouembris 1599. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto, & in Romana restitutionis dotis 21. Maij 1625. coram bon. mem. Buratto, & in Romana seu Viterbien. restitutionis dotis 3. Februarij 1627. coram Eminentissimo Cardinali Virili.*

Et ita decisum vtraque parte Informante, &c.

Meleuitana Pecuniaria.

Ven. 25. Iunij, 1632.

ARGVMENTVM.

Donatarius non tenetur ad debita donantis, post donationem contracta; & quo ad contracta ante donationem debet prius quàm Donatarius, discuti hæres bonorum, quæ sibi donans reseruauit. Donator, & Donatarius an possint post donationem simul contrahere & ad inuicem obligari, & quomodo: Et alia notatu digna, ad hanc materiam pertinentia, quæ habes in summario.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius non tenetur ad debita donantis post donationem contracta.*

2 *Amplia procedere etiam quòd donatio sit vniuersalis omnium bonorum, tam præsentium quam futurorum: Et ratio redditur ibidem.*

3 Guidop. decis.105. & Boer. decis.204. num.43. *declarantur.*

Donans, si debita contraxit ante donationem siue vniuersalem, siue particularem, debet prius quàm donatarius, discuti hæres bonorum quæ donans sibi reseruauit, si hæres adsit, & nisi notoriè non sit soluendo.

4 *Donatio omnium bonorum intelligitur deducto ære alieno, id est de ære alieno contracto ante donationem.*

Donatarius vniuersalis habetur loco hæredis, ad hoc vt teneatur ad debita donantis, ante donationem contracta.

5 *Bona intelliguntur, oneribus deductis.*

6 *Donatum non censetur illud ad quod ascendit æs alienum; cùm alioquin esset in fraudem creditorum, num. 7.*

8 *Fraus non consideratur in futuris; nisi alia concurrant, de quibus per DD. ibi citatos.*

9 *Donator, & donatarius, etiam omnium bonorum præsentium, & futurorum cum reseruatione vsusfructus, possunt post donationem inter se contrahere, & ad inuicem obligari; & donator tenebitur donatario, & fiet executio contra eum super bonis in donatione reseruatis; nempe in acquisitis ex vsufructu: sed quomodo Donatarius tenebitur donatore, num.11.*

Bona acquisita per donantem ex vsufructu sibi reseruato, non veniunt in donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum, sed potest donator de illis ad libitum disponere.

10 *Donatur vniuersalis, si non disponit de bonis, quæ acquisiuit ex vsufructu sibi reseruato, spectant ad legitimos hæredes, non autem reincidunt in donationem vniuersalem.*

Conuentus Hierosolymitanus succedit in Spolijs Equitum suæ Religionis.

12 *Hæres fideicommisso grauatus, quamuis vniuersalis sit, potest post aditionem detrahere credita, quæ contra testatorem habebat; & vide rationem.*

DECISIO CCCXLVIII.



N prima decisione in hac causa facta 29.
May 1630. *coram me* fuit resolutum:
Creditum Vincentij esse anterius, & in
concursu creditorum spolij fratris Antonij Religionis Hierosolymitanæ potius, & præferendum credito Ioannis, & ideò non constare de causis restitutionis in integrum per Ioannem prætensis contra sententiam Inquisitoris Melitæ: Quia tamen deinde idem Ioannes cœpit prætendere Vincentium fuisse satisfactum, tum ex quibusdam partitis per illum ab Antonio debitore habitis, tum ex quò Antonius de licentia Magni Magistri dederat Vincentio omnia bona præsentia, & futura, iura & actiones; qua donatione stante, Vincentius videbatur sibi ipsi soluisse, & petere quod intus habebat: Propterea fuit datum dubium; An Vincentius fuerit satisfactus de suo credito, & desuper proposita causa nona Ianuarij 1632. fuit decisum satisfactionem non probari ex dd. prætensis partitis, & fuit reseruatum vt particulariter videretur, An Vincentio ob dictam donationem obstet exceptio, petis quod intus habes, & exceptio *l. vindicantem, ff. de euict.* ita ut ipse, vt talis donatarius teneatur ad debita donatoris, & sic sibi soluisse, non autem Conuentus Hierosolymitanus successor in spolio bonorum postea ex vsufructu, quem sibi Antonius reseruauit acquisitorum, Et proposita hodie causa super reseruatis, Domini persistendo in decisis, censuerunt, donationem non obstare Vincentio, sed Ioanni.

Ratio resolutionis fuit facilis, & indubitata; Quia
dicta donatio fuit anterior credito, tam Vincentij,
1 quam Ioannis; † Donatarius autem non tenetur ad
debita donantis post donationem contracta, *l. æris*
2 *alieni, C. de donat. & l.* 1. *C. de iur. fisc. lib.* 10. † Et procedit etiam quòd donatio sit vniuersalis omnium bonorum præsentium, & futurorum, tùm vtriusque donationis vniuersalis nempè, & particularis par eadémque sit ratio: ex quo enim in vtrumque donatarium illicò transit dominium, debita post donationem contracta, non afficiunt res donatas, ne sit in donantis potestate quod donauit auferre conditionémque Donatarij facere deteriorem; contra regulam text. *in l. perfecta, C. de donat. quæ sub modo.* Et in his terminis *Abb. cons.* 102. *per tot. part.* 2. *& Cancer. var. resol. lib.* 7. *c.* 8. *n.* 44.

3 Nec contrarium dicunt † *Guidop. decis.* 105. *&*
Boer. decis. 204. *n.* 43. ex aduersò citati; Quia loquuntur de debitis per donantem contractis ante donationem, siue vniuersalem, siue particularem; quo etiam casu debet priusqoam Donatarius, discenti hæres bonorum reseruatorum, si adiit, & notoriè non sit soluendo, vt ibidem *Boer. & Additio Ronobini ad d. decisionem Guidop gloss. in l.* 2. *C. de hæred. vel act. vend. Celsus V. g. cons.* 13. *n.* 21. *& Guliel. Bened. in c. Raynutius in verb. cætera num.* 46. *extra de testam. Cost. rem. subsid.* 108. *n.* 13. *Bellam. decis.* 31. Et de huiusmodi debitis ante donationem contractis loquuntur omnia alia iura, Et Doctores qui dicunt donationem omnium bonorum intelligi deducto ære alieno, & Donatarium
5 vniuersalem haberi loco hæredis: † cum enim bona
intelligantur oneribus deductis, *l. subsignatum, §. bona*
6 *ff. de verb. signif.* † illud ad quòd ascendit æs alienum
non censetur donatum, *leg. mulier bona*, vbi notatur,
7 *ff. de Iur. dot. Capic. decis.* 128. *n.* 4. † alioquin esset in
fraudem Creditorem, *l. omnes § Lucius ff. de his quæ in fraud.* Quæ ratio cessat in debitis contractis post do-
8 nationem, tam particularem, quàm vniuersalem; †
Quia in futuris fraus non consideratur, nisi alia concurrant, de quibus per *Bart. in auth. sed iam necesse, &* ibi *Salicet. C. de donat. ante nupt.*

Neque obstat, quòd creditum Vincentij fuerit per Antonium contractum inuitu, & causa bonorum, quæ ipse antea illi donauerat; Quia respondetur quòd
nullibi prohibetur in iure, quin † Donator, & Dona-
tarius, etiam omnium bonorum præsentium, & futu- 9
rorum, cum reseruatione vsusfructus, vt in casu nostro, possint, post factam donationem, quoslibet contractus inire, & ex eis efficaciter ad inuicem obligari, sed imò donator tenetur donatario, & fiet executio contra eum super bonis in donatione reseruatis, nempe in acquisitis ex vsufructu, quæ non veniunt sub donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum, sed potest donator de illis ad libitum disponere, aliàs enim, si in donatione compræhenderentur, reseruatio, nihil operaretur, vt contra *Paul. de Castr. cons.* 75. *n.* 3. *lib.* 2. *& Dec. cons.* 30. tenent communiter DD. vt per *Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta, n.* 18. *ff. de verb. oblig.* & ibi latè *Alex. & Modern. & in l. fin. C. de pact. Cran. cõs.* 228. *per tot. Vinc. de Fran. dec.* 168. †
si autem de illis Donator non disponit, spectant ad 10
legitimos hæredes, non autem reincidunt in donationem vniuersalem, & consequenter in casu nostro, cùm sint spolia, successit in eis Conuentus Hierosolymitanus, *Nat. cons.* 215. *n.* 10. *Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 7. *in fin. & Vincent. de Franc. decis.* 45. †
Et vice versa Donatarius vtiliter donanti obligabi- 11
tur, quia in eo ad quod obligabitur, habebit Donator vsumfructum, & de acquisitis ex eo liberè disponere poterit; Vnde cum Antonius potuerit se post donationem, Vincentij debitorem constituere, & talem se constituere voluerit, & constet etiam de vera, & legitima debiti causa, vt in apoca crediti Vincentij, de qua agitur, & fuit latiùs dictum in dicta prima decisione, propterea non est vis vnde hoc creditum proficiscatur; cùm de potestate, & voluntate Antonij, prout etiam de anterioritate crediti Vincentij non possit dubitari; Quæ tantò, magis procedunt, cùm bona donata Vincentio fuerint per Antonium Do-
natorem supposita fideicommisso, cum regula sit † 12
quòd hæres, etiam vniuersalis fideicommisso grauatus, potest post donationem detrahere credita, quæ contra testatorem habebat, ex quo in hoc casu per aditionem non inducitur confusio, nec aditio ad hunc effectum vim solutionis habet, *Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 15. *cum seqq. Peregr. de fid. art.* 35. *n.* 1. *Afflict. decis.* 237. *n.* 5. *Seraph. decis.* 279. *n.* 2. *Rot. decis.* 259. *n.* 1. *&* 2. *part.* 2. *recent.* & fuit dictum *in Romana de Marescottis* 25. *Iuny* 1632. *coram me.*

Ex quibus patet frustra informantes laborasse, contendendo, An dicta donatio fuerit vniuersalis vel particularis.

Et ita decisum vtraque parte Informante, &c.

Ecclesien. Spolij.

Ven. 25. *Iuny* 1632.

ARGVMENTVM.

Manutentio in quasi possessione percipiendi spolia quando sit deneganda, & alia notanda de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quæ dedit causam liti non est manutenibilis, nec aliàs attendenda.*

2 *Transportatio actorum in diversa causa factorum non est necessaria.*
3 *Testes deponentes de possessione unius non excludunt possessionem alterius, si non deponunt privative.*

DECISIO CCCXLIX.



Fuit resolutum, nec Ecclesiæ Calaritanæ, neque Ecclesiæ Ecclesien. esse dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione, percipiendi spolia Archiepiscoporum Calaritanorum: non Ecclesiæ Ecclesien; Quia nullum possessionis actum probavit, quòd, & ipsa confitetur: non pariter ob eandem rationem Ecclesiæ Calaritanæ; Quia licèt duo testes ab ea dati, *summario num.* 1. deponant de quasi possessione percipiendi spolia; tamen vnus concludit de Ecclesia Arboren, non autem de Ecclesia Calaritana, alter verò solùm deponit, quòd percipit, & possidet spolia Archiepiscopi de Schinel, † quæ possessio cùm dederit causam liti, non est manutenibilis,
1 alias attendenda, vt dixit *Rota apud Greg XV. decis.* 4. *n.* 2. *& decis.* 569. *n.* 4. *& decis.* 30. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* Et fuit dictum *in Salernitana Iurispatronatus* 13. *Mart. proximè præteriti coram me.*

Neque obstant prætensæ sententiæ aliàs super manutentione latæ, † & defectus transportationis processus earum; Quia hoc obiectum est impertinens,
2 cùm clarè pateat quòd dictæ sententiæ fuerunt latæ in quadam causa decimarum, quæ adhuc sub alio Iudice pendet, ab ista multùm diuersa.

Minus obstant alij testes deponentes de quasi possessione percipiendi fructus Ecclesiæ vacantis; † Quia
3 vltra quòd Ecclesia Ecclesi n. per alios testes probat etiam ipsam esse in eadem quasi possessione, quam testes Ecclesiæ Ecclesien. non excludunt, cùm non deponant priuatiuè, atque ideo esset vtrique Ecclesiæ dandum mandatum de manutenendo pro sua rata, & ad limites possessionis, cessat penitùs difficultas, Quia super his fructibus hodie lis non pendet, sed solùm agitur de spoliis, super quibus duntaxat lata fuit sententia Archiepiscopi Calaritani, quæ hodie, & non super dictis fructibus in gradu appellationis, pendet in Rota coram me, & est ipsa de qua hodie agitur.

Et ita resolutum vtraque parte Informante, &c.

Terracinen. Beneficij.

Lun. 28. *Iunij*, 1632.

ARGVMENTVM.

Prouisio Ordinarij est nulla, si præcessit Gratia Apostolica, per quam Papa alteri contulit iure præuentiuo: Et quando censeatur voluisse præuenire Ordinarios in conferendo, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Possessori sufficit excludere actorem per non Ius illius.*
2 *Prouisio Ordinarij non indiget iustificatione, cum censeatur semper motu proprio emanata.*
3 *Prouisio Ordinarij est nulla, si præcessit Gratia Apostolica, per quam Papa alteri contulit iure præuentiuo.*
4 *Papa potest præuenire Ordinarios in conferendo, cum per alternatiuam illis concessam, non censeatur sibi ligasse manus; & quando censeatur præuenire voluisse, n.* 5. *& seqq.*
6 *Clausula, dudum, & clausula, dummodo collatio hac vice ad nos pertineat, apponi solent, quando Papa prouidet de reseruato.*
7 *Clausula, dummodo datæ præsentium non sit alicui Ius quæsitum, apponi solet, quando Papa prouidet de Beneficio non reseruato.*
8 *Alternatiuæ derogatio non requiritur, quando Papa præueniendo prouidet de beneficio vti vacante, sed solùm est necessaria in Gratia præuentiua, quæ præuenit vacationem, qualis est Gratia spectatiuæ.*
9 *Multiplicatio titulorum datur in beneficialibus.*

DECISIO CCCL.



Beneficium, de quo agitur, vacauit de mense Iulij 1626, & de eodem mense Iulij, eiusdem anni, authoritate Apostolica Gaudentius Poles; & de mense Septembris sequentis, authoritate ordinaria, Ioannes Baptista Marcus prouisi fuerunt, Orta autem lite inter eos, cùm Gaudentius authoritate Apostolica possideat, & in hoc casu † ei sufficit excludere Ioannem Baptistam, per non ius illius: Dubitaui ideo, An dictum Beneficium sit adiudicandum Ioanni Baptistæ. Et fuit negatiuè resolutũ. † 1
Quia quamuis prouisio Ordinarij non indigeat iustificatione, ex quo censetur semper motu proprio emanata, *Sol. de benef. parte tertia quæst.* 12. *num.* 19. *Rot. decis.* 190. *num.* 1. *parte secunda recent.* & alibi sæpius; † 2
Quia tamen Gaudentius habet Gratiam Apostolicam anteriorem, per quam Papa, iure præuentiuo, ei contulit Beneficium Gratia ordinarij postea sequuta ad fauorem Ioãnis Baptistæ fuit irrita, & nulla; † Quandoquidem de potestate Papæ quòd possit præuenire, 3
non est dubitandum cum per alternatiuam Ordinariis concessam, non censeatur sibi ligasse manus, cùm sit vniuersalis Ordinarius, *cap. cuncta per mundum* 9. *q.* 3. *Abb. in cap. quia diuersitatem, num.* 5. *de conc. preb.* Et plenè *Rota in Causa Illerden. Canonicatus* 13. *Iunij* 1631. *coram me.* † Quod verò in casu nostro Papa 4
voluerit præuenire, & concurrere cum Ordinario est clarum: Tum quia prouidit de vacante in mense Iunij. qui est mensis fixus Ordinarij; Tum etiam, quia 5
prouisio non fuit facta, vti de reseruato, ratione mensis cùm non fuerit apposita clausula *dudum, &c.* † nec clausula *dummodo collatio hac vice ad nos pertineat*, quæ solent apponi, quando Papa prouidet de reseruato. *Simonet. de reseruat quæst.* 61 *n.* 3. *Rota in Romana Cappella Sancti Petri nona Nouembris* 1602. *coram bon. mem. Cardinali Millino* cum aliis per Rotam in *dicta decis. Illerden.* Sed fuit apposita clausula † *dummodo datæ præsentium non sit alteri Ius quæsitum*, quæ apponi solet, quando Papa prouidet de beneficio non 6
reseruato, *Sarnen super reg. de non tollendo Iure quæsito quæst.* 1. *in princip. & Rota in eadem decis. Illerden.* vbi † 7
quod non est & opus, quòd Papa deroget alternatiuæ, quando vt in casu nostro præueniendo prouidet de beneficio iam vacante & prius dixit *Rota coram Chiroga decis.* 13. *in manuscr. & in Causa Metin. Canonicatus 9 Nouembris* 1577. *coram Rubeo*; sed solum derogatio est necessaria in Gratia præuentiua, quæ præuenit vacationem, qualis est Gratia spectatiuæ, *Put. decis.* 209. *& decis.* 215. *lib.* 1. *in correct. Mohed. decis.* 1. *de concess. preb.* Et optimam rationem diuersitatis inter vnum, & alium casum, tradit *Rot. in prædicta Illerden. coram me.* 8

Neque obstat si dicatur quòd imò Gaudentius fuit prouisus,

prouisus, vel de reseruato, ratione Curialitatis, vt ex supplicatione data *in summario leannu n.1.* Quia adest alia supplicatio eodem die facta de Gratia præuentiua, quam Gaudentius produxit, & iuxtà quam litteræ expeditæ fuerunt: certum autem est † quod in beneficialibus datur multiplicatio titulorum. *Rot. dec. 489. n.4 part.2. recent.*

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

Romana Domus, & fideicommissi.

Lun. 28. Iunij, 1632.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia conformes quando dicantur.*
2 *Statutum Vrbis c.178. lib.1. comprehendit etiam Monasteria, & Hospitalia sita in Vrbe.*
3 *Restitutio in integrum impedit executionem sententiarum.*

DECISIO CCCLI.

DVBITAVIT an sit locus Statuto Vrbis *cap.178. lib.1.* concedendi executionem duabus sententiis conformibus inter Romanos Ciues, & Incolas, & Domini absque difficultate affirmatiuè responderunt; quandoquidem constat de duabus sententiis Rotalibus, nempe prima lata per D. meum Ghislerium, per quam fuit declaratum deberi Ecclesiæ Sancti Blasij in monte Citorio immissionem in possessionem Domus de qua agitur contra Dominos Cecchinos, & Hospitale Dementium Vrbis, quod est in hac causa ad necessariam defensionem dictorum Dominorum de Cecchinis. Secunda sententia verò lata fuit per Dominum meum Pirouanum confirmatoria pri-
1 mæ Domini mei Ghislerij, † quæ dicuntur conformes cum in effectu, qualitate, & substantia concordēt, *gloss. in Clem. prima in verb. alicuius de sent. & re iudic. Thes. decis. 218. n.1. Rota in Romana scut. 1000. 28. Ianuarij 1628. coram Eminentissimo Cardinali Virili.*

Quòd autem Domini Cecchini sint Ciues Roma-
2 ni est notorium, & patet ex fide Baptismi *sum. n.4.* † & quod Monasterium S. Blasij, & Hospitale Dementium, cum sita sint in Vrbe, habeantur pro veris Ciuibus, & quòd d. statutum illa comprehendat, fuit latè resolutum in Rota in causa Romana nullitatis censuum 9. Febr. currentis anni coram R. P. D. meo Verospio, vbi aliæ decisiones cumulantur.

Non obstat quòd fuerit præuentum per Hospitale Dementium in committenda mihi causa restitutionis
3 in integrum, † quæ impedit executionem dd. sententiarum ad text. in l. defendente vbi communiter notatur *ff. de auth. tut.* cum aliis relatis in Toletana Decimarum de Capillas 23. Maij 1629. coram me; quia de prædicta commissione causæ restitutionis in integrū nullibi docetur; sed solum cōstat quòd fuit mihi commissa causa cū clausula, vt constito de duabus conformibus, & quòd sit locus statuto exequatur. Vnde cum ex prædictis appareat de duabus sententiis conformibus, non potest illarum executio retardari, cum earum iustitia sit clara ex decisionibus in hac causa factis, prout etiam validitas ex reuolutione actorum.

Et ità resolutum vtraque parte informante, &c.

Albanen. Vineæ.

Lun. 5. Iulij 1632.

ARGVMENTVM.

Creditor probans suum creditum solùm ex libris rationis sui debitoris, tenetur etiam approbare omnia contenta, & descripta in illis ad fauorem eiusdem debitoris. Libri rationum probant pro scribente concurrentibus adminiculis, quæ plura in decisione referuntur.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum competit pro legato, iuxta communem, & veriorem sententiam, quam etiam Rota sequitur.*
2 *Scriptura priuata probat contra scribentem non autem in eius fauorem, Declara, vt n.4.*
3 *Creditor probans suum creditum solùm ex libris rationis sui debitoris, tenetur etiam approbare omnia contenta in illis ad fauorē eiusdem debitoris.*
5 *Libri rationum admittunt etiam in connexis probationem in contrarium, si tamen illa non habeatur, eis omninò standum est, tam quoad exitum, quàm quoad introitum, num.6.*
7 *Libri rationum non probant pro scribente.*
Fallit concurrentibus adminiculis, quæ plura numerantur, num. 10. 11. 12.

DECISIO CCCLII.

PETRVS Pizzinus in testamento, quo decessit, legauit Margaritæ de Tortis, & Hyppolito filio dictæ Margaritæ scuta 200. annuatim soluenda per duodecim annos ex redditibus cuiusdam vineæ dicti testatoris, sitæ in territorio Albani, hodie possessæ, siue detentæ per Ioannem Baptistam Alemannum, & alios vigore venditionis, quam de dicta vinea eis fecit Excellentissimus Princeps Sabellus, vti assertus creditor dicti Petri; cum autem Augustinus Oliuetus hæres supradictorum Margaritæ, & Hyppoliti ageret Saluiano coram A. C. pro consequendo dicto legato contra Alemannum, & alios vineæ detentores, non dubitabatur de credito Augusti-
ni ex causa dicti legati contra bona Petri testatoris, † 1
nec pariter, quin pro legato competat Saluianum, quia sententia affirmatiua est verior, & communiter recepta, *Aret in §. item seruiana n.9 Instit. de act. Gabr. cons. 19. n.2. lib.1. Vin. dec. 397. n.1.* eamque passim tenuit *Rota*, præsertim *in dec. 499. n.4. & 674. n.4. p.3. diuers. & latius in causa Mediolan. legati 16. Febr. 1629. coram me*; Sed solùm dubitatio fuit, an deducto ære alieno restent bona Petri pro soluendo dicto legato; quandoquidem cum Petrus testator fuerit præfectus domus dicti Excellentissimi Principis per multos annos, multasque pecuniarum summas excedentes summam scutorum 90. mil. exegerit, & desuper libros rationum introituum confecerit, dicebatur pro parte dicti Principis ex eis probari suum creditum in scutis vltra 5000. iuxta relationem Ioannis Mariæ Bughelli calculatoris per ipsum electi, non autem esse de dictis libris habendam rationem ad fauorem Petri, quoad plures partes impugnatas per D. Principem conficientes dictam summam scutorum 5000. & vl-
tra; ex regula, † quòd scriptura priuata probat 2
contra

contra scribentem, non autem in eius fauorem, *l.rationis,& l.exemplo,C.de prob.cum vulg.* Ex aduerso autem dicebar Augustinus, de omnibus partitis librorum esse rationem habendam, nisi in scutis sex, & b.50.iuxta relationem Mercurij Floresaniia Petri de consensu ambarum partium electi per R.P. D. Meltium Locumtenentem A.C.vnde cum fuerit petitum Votum Rotæ, Dubitaui hodie, an partitæ librorum Petri impugnatæ pro parte D. Principis obstent credito prædicti Augustini,an verò etiam de illis sit habenda ratio ad ipsius fauorem, & fuit resolutum dictas partitas Augustino non obstare.

Ratio resolutionis fuit, quia D. Princeps retinnit
3 penes se dictos libros illósque approbauit,† dum non
probat aliunde suum creditum,quàm ex illis,qui propterea tenetur approbare omnia contenta,& descripta in eisdem ad fauorem Petri, itaut non obstet, *reg.*
4 *dd.l.rationis, & l.exemplo*, † quæ procedit in epistola
5 priuata, non autem in libris rationum; † qui licèt
etiam in connexis admittant probationem in contra-
6 rium, vt benè *Add. ad Greg. decis.377.* † tamen dum
illa non habetur, eis omnino & absolutè in hoc casu standum est,tam quoad exitum, quàm quoad introitum, *Matthes sing.78. Rota decis.650.n.2.p.1.* & latiùs in fortioribus terminis *decis.388.p.2.recent.*

Sed prætereà quando D.Princeps etiam pro se non approbasset dictos libros,sed aliunde suum creditum probaret, adhuc videbatur Dominis fidem esse illis
adhibendam, quia † licèt regolariter libri rationum
7 non probent pro scribente,tamen hoc fallit concurrentibus adminiculis, quæ Iudicis animum inducant ad credulitatem,iuxta decisionem *Guidopap. 441. in fin.Surd.decis.199.n.10. Rota decis.813.n.1. & seqq.p.1. diuers.& dicta decis.650.n.4.p.1.recent. Add. ad Greg. decis.79 num.5.*

In casu autem nostro plura concurrunt huiusmodi adminicula.

8 Primò enim adest † legalitas ipsius Pizzini scribentis,& quòd dictos libros legaliter tenuit, cum distincta appositione datorum, & receptorum, vt attestatur Mercurius Peritus de consensu partium electus,quæ faciunt optimum adminiculum, *Surd in d. decis.199.n.1. Mantic.decis.363. n.5. Caual.decis.484. n.4.& Add.ad Greg.vbi suprà n.5.*

9 Secundò,quòd † Petrus iamdiu mortuus est,& in
mortis articulo dixit se creditorem D.Principis,cùm nemo præsumatur immemor salutis æternæ;vt in his terminis *Mascard.de prob.concl.975. Excobar.de ratiocin.c.10.n.62.Surd.ibidem n.2. Rota dicta decis.388. n.3.p.2.recent.Mant.dicta decis.363.n.5.*

10 Tertiò, quia † maior pars partitarum in illis con-
tentarum fuit iustificata, & ascendit vltra summam scutorum 90.mil. Vnde etiam istæ partitæ,de quibus agitur,præsumuntur veræ, *Surd. vbi suprà num.3. & cons.543.n.4.Rota dicta decis.813 n.15.& seq.p.1.diuers. Caual.decis.552.n.2.Mascard.dicta concl.975.n.59.Rota dicta decis.388.n.3.p.2.recent.*

11 Quartò, quia † nonnullæ ex partitis continenti-
bus solutiones factas Excellentissimo D. Principi, & Paulo Toppæ, continent causam, in quam applicabantur pecuniæ solutæ, quod pro adminiculo solent in hac materia DD.considerare, *Surd. dicta decis.199. n.11.Guidop.dicta decis.441 Ancb.q.55.n.5.lib 1.Crauet. de antiq temp.p.3.in §.quartò limitatur,n.46.*

12 Quintò,& vltimò,† quia partitæ prædictæ, impu-
gnatæ per D.Principem, sunt verisimilès circa ordines ore tenus datos ab eodem Principe,& circa solutiones factas Paulo Toppæ,cùm notorium sit,solitum Ministrorum soluendi Principibus, absque recepta, & sit difficile super singulis id facere, *Crauet.vbi suprà n.34.* maximè cum notoria sit propensa voluntas D. Principis erga Paulum, cui solutiones fuerunt factæ, stante etiam, quòd D.Princeps ipsi fecit generales quietationes, & quòd ex aliis partitis non controuersis apparet de similibus solutionibus factis eidem Paulo,tam cum ordinibus ore tenus datis,quàm in scriptis; Ex quibus omnibus clarè arguitur solutiones,de quibus agitur, agitur esse veras, & sic esse standum dicto libro,& consequenter dd.partitas non obstare, *Surd. vbi suprà n.11.* & plenè *Crauet.d.§.4. limit.n.25. Mascard.de probat.dict.concl.475.n.68. Rota decis.192.n.5.p.2.recent.*

Leodien. Diuortij.

Lun. 5. Iunij, 1632.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Separatio thori habet locum ob adulterium viri.*
2 *Adulterium est delictum difficilis probationis, & ad illud probandum sufficiunt præsumptiones,& coniectura.*

DECISIO CCCLIII.

DOMINI hodie steterunt in decisis 10.
May 1632. Et † sic esse locum separa- 1
tioni thori propter adulterium Gerardi; quod visum fuit sufficienter probari ex deductis in dicta decisione; maximè cum versemur in delicto difficilis probatio-
nis, † in quo sufficiunt præsumptiones, & con- 2
iecturæ, quæ moraliter animum Iudicis inducant ad sic credendum; *cap. præterea*, vbi *Felin.col.1.de adult. Bart. in l. 2.§. vltimo, ff. de adult. Dec. cons. 557. num.21.* cum aliis adductis per *Menoch. cons.31.n.78. & 19. & de præsumpt. lib.5. præs.41. in princ. Seraph. decis.226.*

Et ita resolutum, &c.

Perusina fideicommissi de Meconibus.

Lun. 5. Iunij, 1632.

ARGVMENTVM.

Trebellianica, an filiis primi gradus possit prohiberi: Et quando prohibita dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica prohibita censetur, si testator substituit pleno iure, & sine aliqua diminutione.*
2 *Trebellianica prohiberi potest etiam filiis primi gradus, iuxta opinionem quam Rota seruat.*
3 *Amplia, vt prohiberi possit, non solùm expressè, sed etiam tacitè.*

DECI

DECISIO CCCLIV.

EMANARVNT in hac causa tres decisiones ad fauorem Dom. Octauiani Meniconi, nempè prima 21. *February* 1631. in qua fuit resolutum constare de purificatione fideicommissi q. Alexãdri eius aui, & Pandulphinæ matris: Secunda verò 13 *February currentis anni*, in qua fuit firmatum constare de identitate bonorum dictæ Pandulphinæ, & cõstare etiam bona, quæ prætenduntur subiecta fideicommisso dicti Alexandri fuisse per eum possessa, reseruato, vt particulariter videretur, an dicta bona Alexandri essent eadem, quæ possidentur per Dominam Comitissam Camillam. Cui resolutioni DD. de Vgolinis non acquiescentes fuerunt iterum auditi die 8. *Iuny proximè præteriti*, & emanauit tertia decisio secundæ confirmatoria, & vlteriùs in eadem Domini prosequendo disputationem super reseruatis, resoluerunt constare de identitate bonorum dicti Alexandri, ea scilicet esse eadem bona, quæ possidẽtor per D. Comitissam: Vndè stantibus supradictis tribus resolutionibus dubitaui hodie, an D. Octauiano sit danda immissio, & quia Vgolini in memoriali, quod dederunt pro dilatione causæ, opposuerunt de multis detractionibus per eos prætensis ex vtroque fideicommisso, tam ex personis filiorum Alexandri, quàm aliorum filiorum Pandulphinæ, & fratrum respectiuè dicti Octauiani, placuit Dominis pro nunc solùm firmare Trebellianicam ex
1 neutro fideicommisso deberi; † quia in vtroque fideicommissu expresè leguntur adiecta illa verba, substituit pleno iure, & sine aliqua diminutione, per quæ censetur prohibita Trebellianica, *Angel. in l. decem, ff. de fideicomm. libert. Menoch præsumpt. 198. num 16. lib. 4. Surd. cons. 458. num. 23. Gregor. decis. 411. num. 13. vbi*
2 *add.* † quæ iuxta opinionẽ quam Rot. sequitur, etiam filiis primi gradus potest prohiberi, *Rot. decis. 318. n.*
3 *3. par. 1. recent. Seraph. decis. 570. num. 1.* & † non solùm expresè, sed etiam tacitè, *Gregor. decis. 422. num 11. & seq.* & fuit dictum *in Romana fideicommissi de Guidis 13. January 1630. coram R.P.D. meo Verospio.*

Ecclesien. Spolij.

Lun. 5. Iulij, 1632.

ARGVMENTVM.

Collige ex Summario.

SVMMARIVM.

Vnio præsumitur facta æquè principaliter.

DECISIO CCCLV.

DOMINI hodie steterunt in decisis sub die 21. Maij præteriti, & sic Eccesiæ Eclesien. deberi spolia vigore litterarum fel. rec. sanct. mem. Pij V. per quas spolia Episcoporum Regni Sardiniæ fuerunt concessa Ecclesiis Cathedralibus dicti Regni, quæ litteræ fuerunt executæ, & obseruantur.

Quòd autem Ecclesia Ecclesien. sit Cathedralis, & vnita Ecclesiæ Calaritanæ principaliter, constat ex deductis in d. decisione, & vlteriùs ex hodie datis, idẽ euidenter patet. Primò, ex Bulla Iulij II. de anno 1503. *Summario num. 1.* qui Ecclesiam Sulcitanam transtulit in Parochialem Ecclesien. eam de nouo in Cathedralem erigendo, & idem probant testes examinati. Secundò, quia de eodem anno 1503. fuit prouisus de Episcopatu Ecclesien. Ioannes Pilares, qui deinde de anno 1513. fuit translatus in Archiepiscopatum Calaritanum cum retentione in commendam ad vitam Episcopatus Ecclesien. siue Salestaten. vt in litteris Adriani Sexti *sum. n. 2.* Tertiò, & vltimò quia prædicto Ioanne mortuo de anno 1522. fuit prouisus de Archiepiscopatu Calaritano per Leonem Decimum, Hieronymus de Villanoua, cui ad vitam d. Hieronymi fuit vnitus Episcopatus Ecclesien. Vndè cum postmodum nihil reperiatur dispositum, aut alij sequentes Archiepiscopi Calaritani possederunt Ecclesien. in commendam, † aut quatenus sit præsumenda 1
vnio illa, debet censeri æquè principaliter, ita vt titulus Episcopatus Ecclesien. fuerit semper idem, & cum eisdem qualitatibus, & prætogatiuis, non autem extinctus, vt latiùs in eadem decisione.

Et ita resolutum, &c.

Sancti Marci Abbatiæ.

Lun. 5. Iulij, 1632.

ARGVMENTVM.

Habes ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua Procuratoris, & voluntaria Domino non præiudicat.*

2 *Valor beneficij si fuerit probatus in certa quantitate, non inde arguitur totidem fructus fuisse perceptos per possessorem.*

3 *Fructuum perceptio probatur ex sola possessione. Declara vt n. 4.*

5 *Fructuum perceptio si fuerit probata in certa quantitate, puta in tot mensuris frumenti, non releuat si non fuerit etiam pretium liquidatum.*

DECISIO CCCLVI.

DVBITAVI sub diebus 27. *Iunij*, 1631. informante solùm D. Abbate Ioanne Dominico Visio, An esset danda declaratoria contra Reuerendissimum Episcopum Sancti Marci, & ad quam summam essent liquidandi fructus Abbatiæ, qui prætenduntur à d. Episc. percepti, & quoad primam dubij partem fuit resolutum dandam esse declaratoriam; quo verò ad secundam non constare pro qua quantitate Episcopus perceperit dictos fructus, & ideò illos non posse pro aliqua certa summa liquidari. Cui resolutioni super dicta secunda dubij parte non acquiescente d. Visio, reproposui hodie causam super eadem, & Domini in decisis perstiterunt; quia licèt in commissione pro parte Episcopi impetrata fuerit narratum fructus Abbatiæ excedere 24. ducatos, & ideò videri saltem in d. quantitate fructus esse certos, tamen fuit
tunc responsum † d. narratiuam fuisse Procuratoris, & 1
voluntariam, quæ ideò Domino non præiudicat, *Greg. decis. 407. n. 3. & decis. 460. n. 4.* cum aliis in decisione
allegatis; & prætereà † ex eo quòd valor fructuum be- 2
neficij sit 24. ducat. non sequitur consequentia quòd fuerint totidem percepti, ad *l. non hoc, C. vnde legit.*

Non obstat quòd ex actis iustificetur Episcopum
possedisse dictam Abbatiam, † & ex sola possessio- 3
ne probari fructuum perceptionem, cum vigeat

præsumptio possedisti ergo percepisti, *Rot.decis.209. num 2.par.1.recem.Greg.decis.50.num.2.* † quia adhuc summa percepta remanet illiquida cum possibile sit quòd perceperit plus,& minus;Vnde dum non liquidatur, non constat ad quam summam fructus ascendant.

Minus obstat nota redditumm Abbatiæ, qui præcipuè consistunt in certa quantitate frumenti in qua dicti fructus videntur saltem liquidari; quia vltra quod non constat ex quo libro dicta nota fuerit extracta, & quòd liber sit legalis; † etiamsi quantitas frumenti supradicti probaretur ex dicta nota, tamen adhuc superesset pretium liquidandum.

Et ita fuit resolutum,&c.

Romana Saluiani.

Ven. 29. Nouemb. 1632.

Hæc Decisio non indiget Argumento, nec Summario.

DECISIO CCCLVII.

DOMINI hodie reniderunt Decisionem in hac causa factam 21.*Iuny* 1632 & ex eisdem motiuis Decisionis steterunt in decisis quoad primam illius partem,quæ firmat non constare de excessu in actu executionis factæ vigore sententiæ super immissione in Saluiano,& ideo executionem fuisse benè, & ritè factam: Quò verò ad secundam partem quæ plura continet capita super excessus, quos D.Iulia prætendit fuisse commissos pro parte D. Dimitillæ, ordinarunt vt D. Iulia coadiuuet probationes.

Et ita decisum, &c.

Ariminen. fideicommissi.

Lun. 29. Decembris, 1632.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum fideicommittentis ex quibus probetur, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Lesio est fundamentum restitutionis.*

2 *Possessio fideicommittentis est vnum ex duobus extremis necessariis ad obtinendam immissionem, ex remed.l.fin.C.de Ed. D.Adr.*

3 *Instrumentum diuisionis,in quo vni ex diuidentibus obtigerunt certa bona cum clausula constituti, excludit possessionem dd.bonorum ad fauorem alterius diuidentis,vsque ad eius obitum.*

4 *Identitas bonorum fideicommittentis probatur ex vnico teste producto a parte aduersa.*

5 *Item ex catastro, & ex libello cum articulis super identitate, productis ab eadem parte aduersa; iuncto num.4.*

DECISIO CCCLVIII.

FVIT resolutum Dominis de Marronibus instantium informantibus, Constare de causis restitutionis in integrum ad eorum fauorem, aduersus sententiam Rotalem latam contra eos in possessorio adipiscendæ ex edicto Diui Adriani, & immissionem inde secutam in duabus petiis terræ,de quibus agitur ad fauorem DD.de Giorginis,vti fideicommissariorum q.Caroli de Mercatis:Siquidem cùm constet de iniustitia sententiæ,consequenter etiam de læsione, † quæ est fundamentum restitutionis, c.1. 1
vbi *Abb.de restit.in integrum, Rot.decis.1.eodem tit. in nou.7. Seraph. decis. 245.num. 2. cum aliis in Nicien. Parochialis 13. May 1628. coram me*, latiùs deductis, & alibi sæpissimè.

Iniustitia visa fuit clara;Quia non poterat concedi immissio Giorginis in dd. duabus petiis terræ,non constito priùs quòd illæ possiderentur à Carolo fideicommittente,de tempore obitus, † cùm sit vnum 2
ex duobus extremis necessariis ad immissionem, vt notant *Doct.in l.fin. C. de ed. Diu.Adr.Rot.decis.137. n.1.par. 1. recent.* Et fuit in specie resolutum contra dd. Giorginos super eodem fideicommisso *7. Marty 1632.coram Domino meo Merlino.*

Quòd autem Carolus non possideret de tempore obitus dd.duas petias terræ,benè probatur,† ex Instru- 3
mento diuisionis inter D. Carolum, & Augustinum eius fratrem factæ,de anno 1567.vbi quòd illa obtigerunt d.Augustino; ex quo Instrumento cum clausula constituti, ad eiusdem fauorem,excluditur possessio Caroli vsque ad obitum, *Ruin. cons.40.n.3. lib. 4. Peregr. cons.48. n.3. lib.1. Fusar.de subst. quest.618. n.17.*& fuit dictum in *d.decis coram D. meo Merlino.*

Identitas autem concludenter probatur ex combinatione confinium, de quibus in d. diuisionis Instrumento;& ex Instrumento venditionis deinde factæ per eundem Augustinum, cui in diuisione obtigerunt,Guidoni de Rosaldinis,vt ex catastro, & vnico teste ab alia parte producto, ad illiúsque instantiam examinato,† qui etiam solus probaret identita- 4
tem, vt dixit *Rota in Reatina fideicommissi 13. Nouembris 1636.coram Patriarcha Manzanedo*: † Et demum 5
ex libello cum articulis super identitate in hac causa datis à dictis Dominis de Giorginis: In quibus Instrumentis,catastro, libello, & testis depositione recensentur eadem confinia dictarum duarum petiarum terræ de quibus agitur, & propterea benè probatur quòd illa non possidebantur à D. Carolo de tempore obitus.

Et ita fuit resolutum, &c.

Meten. Professionis.

Lun. 16. Nou. 1632.

ARGVMENTVM.

Monialis, quæ Monasterio exiuit, compelli debet sub censuris ad illud redire, prout etiam Monasterium ad eam recipiendam.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria conceditur contra parere recusantem, seruatis de Iure seruandis.*

2 *Monialis debet officio Iudicis compelli sub censuris redire ad Monasterium.*

3 *Et Monasterium pariter eodem officio Iudicis compelli debet sub censuris ad illam recipiendam.*

4 *Amplia primò compellendum esse etiam quòd Monialis extrà clausuram matrimonium contraxerit, seu incestum commiserit, & quamuis liberos procreauerit.*

5 *Amplia secundò compelli debere etiam non obstantibus excusationibus Monialium cum non sint admittenda.*

DECISIO CCCLIX.

DIE 17. *Iunij*, 1631. fuit resolutum Constare de attentatis per D. Pepinam commissis, ex quo ipsa intra tempus datum ad appellandum à sententia in eius fauorem lata, super nullitate professionis per eam emissæ, nedum velum, habitum, & clausuram dimisit, sed etiam matrimonium per verba de præsenti, copula subsecuta contraxit, & consequenter eam esse sequestrandam, & reponendam in Monasterio, vt latiùs *in decisione dicta die desuper facta coram me*. Cum autem Domini de Bonosortis instarent pro declaratoria contra eandem, ex quo non paruit mandato Rotali, legitimè intimato de redeũdo in Monasterium Sanctæ Mariæ Magdalenæ, vbi ipsa per plures annos vti professa, cum velo, & habitu, in statu religioso vixit, aut in Monasteriũ Monialium Ordinis Prædicatorum eiusdem Ciuitatis: dicta verò Domina Pepina se excusaret, sub prætextu quòd Moniales illam recipere recusabant, & quòd res non erat iam in eodem statu periculoso peccati, ex quo post emanatum mandatum Rotale obierat Io. della Violetta eius maritus. Domini *die* 24. *May*, præteriti, persistendo in decisis, denuo resoluerunt D. Pepinam pro purgatione attentatorum esse sequestrandam, & reponendam in Monasterio S. Mariæ Magdalenæ, vnde exiuit, in eodem statu, & cum eodem habitu in quo erat priùs, simpliciter, & absque conditionibus per eam prætensis, & Moniales dicti Monasterij esse cogendas ad illam recipiendam, vt latiùs continetur in alia decisione *dicta die* 24. *May, facta etiam coram me*.

Quibus sic peractis pro parte D. Pepinæ fuit adita Signatura Sanctissimi, quæ rescripsit *vt ea constituta in loco tuto, & honesto donec per censuras Ecclesiasticas Moniales adigantur ad illam recipiendã, & purgatis per eam, quantum in se est, attentatis procederetur in negotio principali*: Vnde insequendo formam d. Rescripti, & resolutionum Rotalium, fuit relaxatum duplex mandatum; vnum contra Pepinam, vt se constitueret in loco tuto, & mox se præsentaret coram Priorissa, & Monialibus d. Monasterij Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ad effectum ingrediendi in illud in eodem statu, & habitu; & alterum contra Priorissam, & Moniales, vt illam reciperent sub combinatione censurarum in formam Iuris; & vtrúmque fuit legitimè intimatum; sed quia nec Domina Pepina se legitimè præsentauit, vt fuit ei iniunctum, & Moniales propositis quibusdam friuolis excusationibus, eã recipere recusarunt; propterea dubitaui hodie: An sit danda declaratoria: Et fuit resolutum esse dandam tam contra Pepinam, quàm contra Moniales, nisi infra mensem.

1 In primis danda est Declaratoria, † contra Pepinam, non solùm pro purgatione attentatorum, mandato iam legitimè intimato, & seruatis de Iure seruandis. *Cassad. decis.* 10. *de caus. possess. & propr. Seraph. decis.* 1113. *n.* 3. Et fuit millies decisum; † sed quia aliàs
2 de iure vti Monialis seu in statu professæ debuit officio Iudicis sub censuris compelli redire ad Monasterium. *c. nec aliqua* 16. *quæst.* 1. *& est text. express. in c. peruenit ad nos*, vbi bona *glos.* 27. *quæst. prima*, *Guliel. Duran.* vulgo *Spec. de mod. gener. conc. celeb. rubr.* 4. *nu.* 42. *in nou. tract. tom.* 13. *par. prima, fol.* 356. & de Monachis *est text. in c. quanto de offic. ordin. & in c. fin. de Regul. & in c. quidam Monachi*, 16. *quæst. prima, & in c. & quia*, 27. *qu.* 1.

Deinde ob eandem rationem Declaratoria est dã-
3 da contra Moniales; † Quia etiam eodem officio Iudicis debet sub censuris in hoc casu compelli, vti fuit iam legitime factum ad eam recipiendam, † etiam 4
quòd extra claustra matrimonium contraxerit, seu incestum commiserit, & etiam quòd liberos procreauerit, vt *est text.* ad litteram *in d. c. peruenit*, & ibi *glos.* haneque, & similes excusationes Monialium non esse admittendas, sed eas esse nihilominus compellendas, latè in puncto consuluit *Geminia. cons.* 28. *Incipit, attenta forma libelli, per totum*.

Et ita decisum, &c.

Perusina Fideicommissi de Meniconibus.

Ven. 3. *Decembris*, 1632.

ARGVMENTVM.

Legitima filiorum quando detrahi non possit ex bonis paternis, seu maternis fideicommisso subiectis.

SVMMARIVM.

1 *Legitimam habuisse an præsumatur filius qui se immiscuit hæreditati paternæ nullo confecto inuentario, & nu.* 3.

2 *Legitima filij cõsumpta præsumitur ex alienationibus bonorum paternorum, incumbitque onus probandi contrarium asserenti, & nu.* 4.

5 *Æs alienum detrahi debet ex fideicommisso.*

6 *Æs alienum fideicommissi, solutum per hæredem grauatum, compensari potest cum fructibus per eum perceptis ex bonis d. fideicommissi.*

DECISIO CCCLX.

POST plures decisiones in hac causa factas ad fauorem D. Octauiani, quibus fuit firmatum constare de existentia, & purificatione fideicommissorum q. Alexandri eius Aui, & Pandulphinæ Matris, nec non de identitate bonorum de tempore obitus per DD. fideicommittentes possessorum: proposui dubium sub die 5. *Iuly*, præteriti, An dicto Octauiano sit danda immissio; Et quia DD. Vgolini aduersarij opposuerunt de detractionibus legitimæ, & trebellianicæ, per eos prætensis ex vtroque fideicommisso, tam ex personis filiorum Pandulphinæ, & fratrum respectiue d. Octauiani, placuit tunc Dominis tantùm firmare trebellianicam ex neutro fideicommisso deberi, ex rationibus deductis *in decisione d. die* 5. *Iuly*, desuper extensa, reseruato vt de reliquis particulariter videretur. Vnde proposui hodie super reseruatis idem dubium, An sit danda immissio. Et Domini affirmatiuè responderunt: Quia cessant etiam aliæ detractiones, nam legitima neque ex fideicommisso Alexandri, neque ex fideicommisso Pandulphinæ debetur

Et primò quoad detractionem legitimæ prætensæ
ex fideicommisso Alexandri ex personis eius filiorum, illa non obstat; † Quia cum dicti eius filij non 1
confecerint inuentarium, nec probetur negatiua nõ existentiæ aliorum bonorum, ex quibus legitima deduci possit, præsumitur illa existere, & quod filij ea subtraxerint, in illisque fuerint de legitima satisfacti, *Natt. cons.* 199. *num.* 11. & 12. *lib.* 1. *Surd. decis.* 316. *n.* 12. 13. & 14. & fuit dictum *in Bononien. fideicommissi de Desiderius* 20. *Dec.* 1628. *coram D. meo Merlino, & in Maceraten. legitimæ* 22. *Iunij*, 1619. *coram*

me. Præsertim cum re vera constet Bernardinum vnũ ex filiis Alexandri, à quo Aduersarij causam habent,
2 alienasse plura illius bona, *vt summa.n.7.* † Ex quibus alienationibus præsumitur consumpta eius legitima,
3 † incumbitque onus probandi contrarium asserentis ex adductis per Rotam *in dd. Bononien. fideicommissi de Desiderius, & Maceraten. legitima præallegatis.*

Quò verò ad detractionem legitimæ prætensæ ex fideicommisso Pandulphinæ ex personis eius filio-
4 rum, nec illa etiam obstat; † Quia vt suprà, pariter constat dd. filios adiuisse hæreditatem maternam absque vlla Inuentarij confectione, & Alexandrum Iuniorem, qui est vnus ex dictis eius filiis, à quo etiã Aduersarij causam habent, alienasse bona hæreditaria dictæ Pandulphinæ, *vt summ. nu. 8. & 9.* Vnde tam ipse Alexander Iunior, quàm alij eius fratres præsumuntur satisfacti de legitima in bonis maternis ex suprà allegatis.

5 Nec tandem releuat, † quòd hodie dicitur ex dd. fideicommissis esse detrahendum æs alienũ solutum;
6 † Quia nec de eo, nec de solutione illius docetur, & & in omnem casum, quatenus constaret de aliqua æris alieni solutione, posset fieri compensatio cum fructibus ex aduerso perceptis, vsque ab anno 1627. motæ litis, vt in simili *Rot. decis. 650. n. 6 par. 2. recent.*

Et ita decisum, &c.

Pacen. Cappellaniæ.

Ven. 3. Decembris, 1632.

ARGVMENTVM.

Subrogatus in possessionem defuncti, realem possessionem ipsius defuncti probare debet; itaut non sufficiat probare possessionem illius, ad quam defunctus fuit subrogatus.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore subrogationis gratiosæ in ius, & possessionem defuncti, non debetur possessione illius non probata.*

2 *Amplia, vt non sufficiat probare possessionem illius, ad quam defunctus fuit subrogatus, nisi etiam possessio ipsius defuncti probetur, & ratio redditur n. 3. & seqq.*

4 *Possessio ciuilissima, & per solum Principis voluntatem inducta, si fuit vni concessa non potest operari ad fauorem alterius, ne detur fictio fictionis.*

Possessio extincta apud vnum, transferri solum potest in alium per Principem, & eius legem.

5 *Subrogatio in possessionem defuncti intelligitur facta quatenus ille apprehenderit actualem possessionem, & in ea obierit.*

DECISIO CCCLXI.

DOMINI hodie steterunt in decisis coram me, die 17. *Iuny,* 1629. nempè, D. Melchiori della Torre non esse dandam immissionem, vigore subrogationis gratiosæ, in ius, & possessionem Rodri-
1 guez, † ex quo non probauit d. Rodriguez possedisse.

2 Neque obstare dictum fuit, † quòd Melchior probauerit Alphonsum Garziam, in cuius Iuribus, & possessione fuit subrogatus Alphonsus Rodriguez, possedisse; Quia subrogatio in possessioné Garziæ, concessa d. Rodriguez, non extenditur vltra personam illius, dum Papa hoc specialiter non expressit, † 3
Quia cùm sit possessio ciuilissima, & per solam Principis voluntatem inducta sine ministerio facti, qui solùm, & eius lex facere possunt, † quòd possessio 4
quæ erat apud vnum iam extincta, in alium transferatur, *Alex. cõs. 1. n. 8. vol. 1. Cassad. decis. 7. n. 12. de caus. possess. & propr.* propterea concessa vni, non potest ad fauoré alterius cõsecutioè operari, ne detur fictio fictionis, cõtra reg. *text. in l. 1. C. de dot. promiss.* † Quo 5
fit vt subrogatio Melchioris in possessionem Rodriguez debeat intelligi quatenus Rodriguez actualem possessionem apprehenderit, & in ea obierit, *Sarnen. in reg. de trien. quæst. 14. num. 8. in fin. vers. Nec obstat, Gonzal. super reg. 8. in proem. §. 3 n. 93. & 94. & glos. 34. n. 110. Mohed. decis. 21. de restit. spol.*

Et ita decisum D. Melchiore tantùm informante.

Romana Rescissionis Contractus.

Veneris 10. Decembris, 1632.

ARGVMENTVM.

Liberatio Administratori facta cum clausulis quantumuis amplissimis, quando ei non suffragetur.

SVMMARIVM.

1 *Acquisita per filiamfamilias censentur acquisita ex pecuniis paternis, itaut intret præsumptio* l. Quintus Mutius, ff. de donat. int. Vi. & Vxo.

2 *Amplia præsertim procedere, si de tẽpore acquisitionis filia administrabat domum paternam.*

3 *Administrator non præsumitur acquisiuisse ex bonis administratis.*

4 *Fallit in muliere administratrice, quæ aliàs nihil habet.*

5 *In renunciatione generali sufficit fuisse cogitatum in genere.*

6 *Fallit vbi alter ex contrahentibus, in cuius fauorem fit renunciatio, habet explicitam scientiam eius cui renunciatur, illudque dolo desiit exprimere.*

7 *Conscientiæ scrupulus quis dicatur.*

8 *In renunciationibus, & quietantiis generalibus ad percipiendam mentem contrahentium ad quid recurrendum sit, & quomodo.*

9 *Liberatio administratori facta quamuis amplissima, quando possit quandocumque reuocari.*

10 *Renunciatio Administratori facta cum clausulis amplissimis, an extendatur etiam ad dolum commissum ab administratore, cui propter d. dolum nihil adest, dubium est apud DD. tamen proculdubio non extenditur, quando propter dolum aliquid adest, nisi expressè de eo mentionem fecerit, n. 11. & ratio redditur n. 12.*

13 *Liberatio dolo extorta, quamuis cum iuramento, non sortitur effectum.*

14 *Remissio seu liberatio facta administratori cum clausula cuiuscumque generis, & speciei sit, & ad quamcumque summam ascendat, extenditur ad omnem, & quamcumque quantitatem, etiam in contractibus correspectiuis, ita vt ea stante non possit dari de læsione, quantumuis enormissima: fallit tribus modis, de quibus, nu. 15. 16. & 17.*

18 *Liberatio inualida ex defectu consensus non sustinetur ex clausulis quantumuis pragnantibus in ea adiectis, cum illæ regulentur secundum naturam contractus cui adiiciuntur.*

19 *Donatio*

19 *Donatio est nulla ex defectu solemnitatis* Statuti Vrbis lib. 1. cap. 149. & 150.
20 *Amplia vt propter huiusmodi defectum nec iuramentum suffragetur.*
Insinuatio requiritur, etiam in donatione patris erga filiam.

DECISIO CCCLXII.

DOMINA Barbara dum esset puella, & sub potestate Petri Busij eius Patris senio iam confecti gubernabat, & administrabat Domum, & res familiares illius, à quo priùs per apocam priuatam, & deinde per publicum Instrumentum, cum d. apocæ insertione, obtinuit diffinitionem omnium per eam gestorum, & administratorum in amplissima forma, & signanter cum clausula quòd totum illud, quod ipsa habuit, & haberet tam ipso viuente, quàm post eius mortē, & quidquid in eius manibus remansit, & remanere quomodolibet cōtigerit, cuiusuis generis, & speciei sit tam occasione d. administrationis, seu ex quauis alio capite, etiam incognito, & ad quameunque summam ascendat, & quantumuis magni momenti sit, & fuerit, sit, & esse censeatur proprium d. Barbaræ, eidemque per ipsum ei donatum, prout ex tunc irreuocabiliter, & inter viuos donauit, & remisit etiam in satisfactionem suæ legitimæ illiúsque supplementi, & pro augumento suæ dotis: renuncians insuper enormi enormissimæque læsioni cum iuramento, & cum aliis clausulis amplissimis; cui apocæ priuatæ se subscripsit etiam Thomas Busius filius, & hæres d. Petri, & frater prædictæ Barbaræ. Mortuo Petro Patre, & Domina Barbara iam matrimonio collocata detectum fuit ipsam in vita eius Patris, & dum erat adhuc puella in Domo paterna, & ante, & post prædictam diffinitionem, acquisiuisse nomine proprio, & vti ex propriis pecuniis vnam vineam in Territorio Tusculano, duos census vitalitios, vnum ufficium militis Lilij, duo loca montium Sixti 2. erect. tria loca montium Sac. fœderis, & quinque S. Spiritus vocabilia, & præterea acquisiuisse alia huiusmodi alieno nomine. Quapropter d. Thom. obtenta priùs à Sanctissimo remissione pœnæ impositæ in d. Instrumento, prætendens prædicta omnia per D. Barbaram acquisita, sua esse vti empta de pecuniis paternis; nec diffinitionem supradictam posse D. Barbaræ suffragari, obtinuit desuper causam in Rota mihi committi. Et hodie disputato dubio: An præd. Instrumentum remissionis, & donationis sit nullum, vel rescindendum? Domini, hæredibus Thomæ tantùm informantibus, resoluerunt illud non suffragari D. Barbaræ quoad acquisita proprio nomine: Ratio
1 resolutionis fuit, † Quia omnia acquisita per D. Barbaram dum erat puella Domi, & in potestate Patris existens, censentur acquisita ex pecuniis paternis; ita vt intret præsumptio *l. Quintus, ff. de donat. inter vir. & vx. Bart. in tract. de duob. fratrib. q. 4. Bald. cons. 294. n. 4. lib. lib. 1. Alex. cons. 82. n. 14 lib. 2. Mascard. de prob.*
2 *conclus. 805. n. 1.* † stante maximè, de tempore acquisitionis, suprad. administratione, & cura Domus pa-
3 ternæ; quia quamuis regulariter, † administrator non præsumatur acquisiuisse ex bonis administratis, *leg. si defunctus, C. arb. tutel. glos. & DD. in l. cū oportet in prin.*
4 *C. de bon. quæ liber.* † fallit in muliere administratrice, quæ aliàs nihil habet, quæ ideò præsumitur potiùs ex administratis acquisiuisse, quàm ex turpi quæstu, *Alex. cons. 82. n. 14. lib. 2. Men. præsumpt. 51. n. 39. lib. 3.*

Quibus sic stantibus, non potest D. Barbaræ suffragari generalis liberatio siue remissio à Patre sibi facta in d. Instrumento cum clausulis amplissimis supradi-
ctis, † Quia licèt in renunciatione generali sic facta 5
habeat locum regula sufficere esse cogitatum, vt hîc, in genere, de qua in *l. qui iure militari, ff. de testam. milit. Anton. Gabr. de reg. Iur. concl. 4. n. 5. Docian. resp. 39. n. 51. vol. 2. Aluar. Valasc. cons. 39. n. 9.* atque ideò illa
regulariter suffragetur, † tamen limitatur vt non pro- 6
cedat, vbi alter ex contrahentibus in cuius fauorem fit renunciatio, habet explicitam scientiam eius cui renunciatur, illúdque dolo desiit exprimere, timens fortè futurum, vt non fieret renunciatio, si exprimeret; adeò vt verisimiliter appareat non fuisse intentionem renunciantis illi renunciare, si fuisset sibi singulariter expressum; per ea quæ notantur *in cap. in generali de reg. iur. in 6. Alex. in l. si ab hostib. n. 15. ad finem, ff. solut. matr. & idem in cons. 1. n. 7. vers. 2. respondeo vsque ad finem lib. 6. Bero. cons. 177. n. 31. cum seqq. vol. 1.* benè *Crauett. cons. 192. n. 13. & 14. Palat. Rub. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 70. n. 10. Cancer. var. resol. c. 15. n. 152. cum seqq.*

In præsenti autem versamur in hoc casu, quia ex serie donationis apparet quòd D. Barbara timens sibi liberationem non fieri, aut vt ea faciliùs sibi fieret, dolo desiit singulariter exprimere supradicta, quæ ex paternis pecuniis emerat, & quòd Pater, si ei fuissent expressa, dubio procul liberationem non fecisset; idque clarum cuilibet videbitur consideratis, & perspectis causis, quare d. Barbara remissionem petiit, & Pater eam fecit; nempe pro exoneratione conscientiæ d. Barbaræ, & vt ipsam Pater cōsolaretur, & quòd ipsa benè, & fideliter se gesserat; addens Pater, *e son sicuro per la confidenza che deuo nella bontà, e prudenza sua, che non ha fatto mai, né farà mai attione alcuna, che non sia ad vtile, e benefitio della casa mia*; quæ verba vt ad sensum patet, indicant, quòd solùm Pater voluit remouere errorem, seù scrupulum conscientiæ filiæ, si quem illa habebat, qui compati, & stare simul posset, cum eiusdem legalitate, & bona
fide, iuxta ea, † quæ de conscientia errante, & seru- 7
pulosa post diuum Thomam, & alios Theologos tradit *Ioannes Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 2. c. 8. & c. 20. Men. cons. 285. n. 34. cum seqq. vsque ad finem*; dum enim Pater subdit, ipsum esse securum de bona filiæ administratione, & quòd ea nihil fecit contra Domus suæ vtilitatem, clarè significare voluit, quòd non erat facturus d. remissionem, si contrarium ipse sciret, nempè si securus fuisset, si illa ei expressisset, qualiter ex ipsius pecuniis, quas ei fidebat administrandas ad Domus suæ vtilitatem, emerat supradicta ad proprium sui commodum, proprioque nomine, in
Domus paternæ detrimentum. † In renunciationi- 8
bus autem, & quietantiis generalibus quantúmuis amplissimis, ad percipiendam mentem contrahentium semper ad causam expressam in præfationibus recurritur, adeo vt ex huiusmodi causa, vti finali, liberatio restringatur, aut amplietur, *l. cum pater §. dulcissimis, ff. de leg. 3. l. cum hi, in princip.* & ibi *Bart. & Ias. ff. de transact. Cagnol. in l. 1. num. 36. ff. de Iudic.* & notant *Doctores omnes in l. fin. ff. de hered. instit. Crauet. cons. 121. numer. 8. vers. septimo verba, Natt. consil. 250. num. 3. Paris. cons. 88. num. fin. lib. 1. Mascard. cons. 66. num. 300. & seqq.* benè *Surd. decis. 217. per tot. & facit text. in l. si de certa* cum ibi notat. *C. de transact.* Quæ tantò magis procedunt; quia series, & circumstantiæ facti demonstrant quòd nedū Barbara tacuit eius dolū, quinimò apud Patrem bonam administrationem ostentauit, talémque per eam fuisse factam simulauit, dum conscientiam timidā finxit, & Patrē de sua bona administratione, cū mala esset, securū fecit;
† quo casu liberatio, quāuis amplissima administratori 9
facta, potest quandocūq; reuocari, *l. si quis affirmauit, ff. de dolo,* & ferè in his terminis, *Crau. cons. 192. n. 14.*

10 Secundò fuit responsum quòd † licèt dubium sit apud DD. an renunciatio cum clausulis, vt suprà prægnantibus administratori facta, extendatur etiam ad dolum commissum ab administratore, cui propter dolum nihil adest, ita vt dolus præteritus in hoc casu videatur remissus, *gloss. in l. actione, C. de transact.* & ibi
11 *Salicet. Bald. in l. cum necessitate, C. de fideicom.* non † tamen extenditur ad dolum præteritum, quando fuit dolus commissus ab eo cui propter dolum ex proposito aliquid adest, vt quia apparet quòd aliqua apud eum remanserunt, nisi expressè huiusmodi doli sit facta mentio, *l. tres fratres, ff. de pact. & l. non solum, §. si hæres, ff. de liber. legat. Bart. in l. Aurelio, §. Caius, eod. tit. Anchar. cons. 330. n. 12. propè fin.* & alij plures quos refert, & sequitur *Soccin. cons. 190. lib. 2. Cravett. d. consil. 92. n. 10. vers. 4. respondeo, Padilla in d. l. actione, n. 5. Gutier. de tutel. p. 3. C. 1. n. 43* Et est recepta, & verissi-
12 ma sententia, vt per *Farin. cons. 69. cum seqq. lib. 1.* † Quæ etiam optima ratione fundatur, videlicet quòd quando administratori aliquid adest, dolus habet causam permanentem, & durat tempore liberationis, *Bald. in l. sub prætextu, in fin. C. de transact. Soccin. in d. cons. 190. n. 5. & Farin.* vbi proximè, Et benè conducunt, quæ in simili dixerunt *Bart. in l. si dominium, ff. de furt. Paul. de Castr. in l. si manifestum, §. 1. n. 13. ff. de condit. furt. Boer. decis. 13. n. 47. Ludov. Paguer. decis. 28. per tot.* Quo fit vt huiusmodi liberatio censeatur do-
13 lo extorta, † quæ ideò etiam iuramento non sortitur effectum, vt notant in *leg. si quis cum aliter, ff. de verb. obl. gloss. in l. 3. §. ff. de contr. Iud. tut. Socc. d. cons. 190. d. n. 5. ver. confirmatur* & latissimè *Farin.* vbi suprà, *Paguer. d. 139.* per totam. Quòd autem D. Barbara commiserit, & de tempore transactionis per dolum ipsa retineret, non potest ex supradictis dubitari.

Neque obstat illa amplissima, & prægnantissima
14 clausula, † & quicquid in eius manibus remanserit, & remanere quomodolibet contigerit cuiuscumque generis, & speciei sit, tam occasione d. administrationis, seu ex quouis alio capite, & ad quantumcumque summam ascendat donauit, &c. Quia licèt d. clausula sit multum prægnans, & ad omnem, & quamcumque quantitatem extendatur, etiam in contractibus correspectiuis, ita vt ea stante, non possit dari de læsione, etiam prætextu cuiusuis læsionis, quantumuis enormissimæ, *Bart. in l. si quis cum aliter, in fin ff. de verb. oblig. Alex. cons. 105. n. 3. lib. 6. Socc. cons. 48. col. post medium l. 4. Paguer. in d. decis. 139. per tot.* Et fuit dictum in *decis. coram me facta in causa Parmen. transactio-*
15 *nis, 20. Dec. 1627.* limitatur tamen vt non procedat. † Primò, quando liberatio seu remissio, cui d. clausula adijcitur, fuit per dolum ex proposito extorta, & in fauorem illius cui per dolum aliquid adest, quia pariter d. clausula censetur per dolum extorta, ex addu-
16 ctis per *Cravett. Socc. Farin. & alios vbi suprà.* † Secundò limitatur vt non procedat, quando probatur remittentem taliter ignorasse facti veritatem, quòd si sciuisset, verisimiliter non fecisset liberationem, vt in puncto apostilla ad *Alex. in dicto cons. 105. lib. 6.* per ea, quæ idem *Alex.* latè tradit *in d. cons. 1. eod. lib.* Ter-
17 tiò † & vltimò non procedit quando huiusmodi clausula importat donationem ob causam, & causa donandi finalis non probatur vera, sed falsa, aut erronea, *l. 2. §. fin cum l. seq.* & ibi *Bart. ff. de donat. Paguer. in dicta decis 139. n. 7. & per totam:* Quæ tres limitationes benè casui nostro applicantur; Quia ex supradictis constat remissionem, de qua agitur, fuisse obtentam per dolum filiæ, cui per illum nedum aliquid, sed multum adfuit: deinde pariter constat patrem remittentem ignorasse filiæ dolum, illiúsque dolosam administrationem, & quòd si dolum sciuisset dubio procul liberationem non fecisset; Et demum clarè apparet causam finalem remittendi, & donandi, nedum erroneam ex parte patris, sed falsam etiam fraudulentiam ex parte filiæ fuisse; † Cum enim in his tribus 18
casibus liberatio ex defectu consensus non valeat, consequens est, vt etiam omnes clausulæ in ea adiectæ, quantumuis prægnantes, nihil debeant operari, sed debent regulari secundùm naturam contractus, cui adiiciuntur, per ea quæ in simili dixerunt *Paul. Castr. in l. vlt. §. idem quæsitus, ff. de condit. indebit. Ruin. cons. 134. n. 6. lib. 1. Dec. cons. 351. n. 4. & cons. 280. col. 3. vers. renuncianis ergo*, quos allegat, & sequitur *Menoch. cons. 92. num. 54.*

Postremò, & in omnem casum d. renunciatio seu
donatio † fuit nulla ex defectu solemnitatis *Statuti* 19
Vrbis lib. 1. cap. 149. & 150. † ita vt propter huiusmo- 20
di defectum: nec iuramentum suffragetur, vt disponit idem statutum, & maximè ex defectu insinuationis; quæ requiritur etiam in donatione patris erga filiam, *l.* data, aliàs *lata, C de donat. & l. donationes quas parentes, C. de donat. inter. vir. & vxor.* & in puncto *Gratian. discept. 887. n. 4. cum pluribus seqq. Rota in Perusina nullitatis donationis, 18. Aprilis, 1608. coram Cardinale Lancellotta Iuniore*, quæ habetur impress. *post secundum volumen cons. Faria. 252. n. 1.*

Et ita decisum, &c.

Anconitana Censuum.

Ven. 10. Decembris, 1632.

ARGVMENTVM.

Recognitio manus super comparatione litterarum facienda, quæ requirat, ex hoc vt valeat. Examen testium ante motam litem, & ad perpetuam rei memoriam receptorum, vt dicatur legitimè factum, quæ desiderentur.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio apocæ priuatæ per comparationem facienda, est nulla deficientibus requisitis, de quibus per DD. ibi cit.*
2 *Testes examinati ante motam litem non probant: intellige vt n. 6. & seqq.*
3 *Recognitio per comparationem est fallibilis, & periculosa.*
4 *Testis deponens super recognitione manus alicuius quando non probet.*
5 *Testes informiter examinati, & parte non citata non probant.*
6 *Fallit si de tempore receptionis testium lis adhuc non erat cœpta; quia tunc possunt examinari informiter ad perpetuam rei memoriam: Declara vt n. seqq.*
7 *Examen testium ad perpetuam rei memoriam quomodo fieri debeat, & n. 8. & 9.*
10 *Scriptura, ex quibus debet fieri comparatio ad apocam priuatam, ad effectum illam cognoscendo, quales esse debeant.*

DECISIO CCCLXIII.

IN *Decisione in hac causa facta 5. Martij, 1632. in fine*, Domini dixerunt: Non esse locum recognitioni cuiusdam apocæ priuatæ, productæ per DD. de Triumphis per compara

comparationem ex aliis scripturis priuatis per eosdem
pariter productis, ad effectum probandi per dictam
apocam communionem omnium honorum bon.me-
mor. Hieronymi Archiepiscopi Theatini, Petri, &
Francisci fratrum de Leoniis. Et hodie desuper causa
proposita; Domini persstiterunt in decisis quoad ma-
num Hieronymi; nempe subscriptionem in dicta
apoca priuata cantantem sub nomine illius,non pro-
bari recognitam per prætensam comparationem ex
prædictis aliis scripturis priuatis. Ratio resolutionis
1 fuit;quia † deficiunt penitus requisita, & solemnita-
tes, quæ pro habenda legitima recognitione apocæ
priuatæ per comparationem ex aliis scripturis, à iure
desiderantur, de quibus *DD. in l. comparationes,C.de
fideic.Instrum. Bart.in l.scripturas,n.2.C qui pot.in pig.
hab.* & latè *Ioseph Ludou. decis.7. Perus. per tot.Gasp.
Ant.Tes.quest.forens.lib.1.cap.24 Menoch.de arbitr.
cas.114. & Rota in Romana fideicommissi de Veccus, 25.
Iunij, 1520.coram R.P.D. meo Pirouano,* & in aliis in
prædicta decisione in hac causa coram me facta allegatis.
Neque obstat,quòd subscriptio Hieronymi,de qua
in d.apoca priuata, ad quam comparatio fieri præten-
ditur,fuerit comparata cum quibusdam epistolis mis-
siuis, & quodam liberculo, scriptis, vt prætendebant
Triumphi, manu eiusdem Archiepiscopi; Quia in
primis, quòd liberculus, & epistolæ, ex quibus præ-
tenditur recognitio per comparationem ad dictam
apocam priuatam,fuerint scriptæ manu eiusdem Ar-
chiepiscopi, non constat aliunde quàm per duos te-
stes ante hanc litem cum hæredibus Hieronymi ha-
2 bitam, examinatos, † qui propterea non sunt atten-
dendi, iuxtà notissimas Iuris regulas, & maximè in
3 hac subiecta materia recognitionis † per compara-
tionem, tam fallibili & periculosa,iuxtà adnotata per
*Doctores in d.l.comparationes, & in auth. de Instr.cau-
4 th.& fid.in princ.*Rursus dicti † testes non videntur in
eorum dictis concludere certitudinem liberculi, &
epistolarum; cùm vnus eorum non reddat rationem
sui dicti; nec deponat vidisse Hieronymum scribere;
nec eius manum notam habere, sed solùm scire præ-
dictas epistolas missiuas fuisse scriptas manu propria
Archiepiscopi, quia vidit diuersas alias litteras eius-
dem; Quæ ratio non est attendenda,dum aliarum lit-
terarum quas dicit Testis vidisse, non habetur certi-
tudo,ne res in infinitum protrahatur,iuxtà text.*in d.
l.comparationes,* quam ad hoc expendit *Menoch.* vbi
5 supra *n.3.* Tandem cessat difficultas; † Quia non
fuerunt formiter examinati; quinimò nec coram Iu-
dice, sed solùm vltrò se obtulerunt, & constituerunt
coram Notario,& testibus parte non citata, qui ideò
nihil probant,*l.si quando,*iuncta *gloss.C.de testib.Bart.
in l.post legatum,§ his verò,ff.de his,quibus vt indignis,
Alex.cons.78.lib.2.Vestr.in prax.lib.6.c.2.n.1.*& ibi *ad-
dit.Granat.n.25.*& fuit sæpissimè decisum.
6 Nec releuat si dicatur † quòd imò, eo ipso quòd
de tempore receptionis dd.Testium lis adhuc non erat
cœpta,potuerunt illi examinari informiter ad perpe-
tuam rei memoriam,vt notant communiter DD.præ-
sertim *Abb.& Felin.in c.quoniam frequenter,vt lite non
contest.* Quia in omnem casum, vt sit locus examini
7 testium ad perpetuam rei memoriam, † examen de-
bet fieri coram Iudice, qui est Iudex futurus illius
causæ super qua recipiuntur,nisi necessitas aliud sua-
deat,vel sit periculum in mora,*Bart.Paul.*& commu-
niter *DD.in l.cum hi,§ transactionis,ff.de transact.Rol.
à Vall.cons.23.n.18. vol.3. & Gerard. de Petra Sanct.
8 singul.69.* † Et deinde debent concurrere requisita,
quæ ad dictum effectum examinis testium ad perpe-
tuam rei memoriam, desiderantur *in dicto cap. quo-
niam frequenter,& apud DD. ibidem* de quibus *Vestr.
9 vbi supra n.3* † Adeo quòd super huiusmodi requisi-
tis, cognitio summaria semiplenáque saltim probatio
Iudici priùs facienda sit, *Bart. in l. 4. §. Prætor, ff. de
damn.infect. Alex.cons.206.lib.2. & Granat.vbi suprà
n.32.*Examen autem dd.testium,nec fuit factum coram
Iudice, nec præcedente prædicta summaria proba-
tione, quinimò, vt dictum est ex eorum depositione
conspicitur, eos vltrò se obtulisse.
Deinde etiam quòd dicti duo testes non paterentur
exceptiones supradictas, sed essent formiter exa-
minati, & concluderent in eorum dictis,adhuc com-
paratio facta ex dictis liberculo, & epistolis,non rele-
uaret; cùm illæ non probentur certæ,& indubitatæ,
pròut de iure requiritur; † nempe quòd sint tales, vt 10
illæ de se probarent in iudicio; vt quia essent publi-
cæ aut priuatæ vno teste subscriptæ, & legitimè re-
cognitæ,aut quod testes,super recognitione examina-
ti, eas viderint scribi, aut aliter in publico Archiuio
redactæ, aut per ipsumet scribentem confessatæ, aut
tandem aliàs in Iudicio productæ, & per sententiam
approbatæ de se fidem facerent ad omnes, & quos-
cumque effectus: licèt enim scriptura, ad quam fit
comparatio, quæ est illa de qua in iudicio agitur, &
quæ à parte negatur, non debeat esse apud Iudicem
omnino certa, qualis est omnis scriptura priuata, an-
tequam recognoscatur, quia aliàs non egeret reco-
gnitione,seu alia probatione, scriptura tamen,ex qua
fit comparatio, debet esse omnino indubitata, & in-
fallibilis, quoad Iudicem vno ex modis supradictis,
antequam ex ea fiat comparatio, quia si talis non es-
set, non posset ex ea certitudo alterius scripturæ ha-
beri, *vt in d l.comparationes, & auth.ad hæc, C.de fid.
Instrum.Bart.in §.illud,in auth. ac his qui ingrediuntur
ad appellandum, Gasp.Thesaur.vbi suprà n.6.* & benè
Menoch. qui recenset omnes supradictos modos ha-
bendi certitudinem scripturæ, ex qua fit comparatio
in d.casu n.9. & alij, per *Ioseph. Ludou. vbi suprà n.6,
& Gratian.discept.975.n.50. Canalc.decis.27.n.52. de
contract. 2.p.* & plenè *Rota in d. Romana fideicommissi
de Vecchis coram D.meo Pirouano,* & in pluribus aliis
decisionibus, ibidem allegatis: Ratio autem, quare
scriptura, ex qua fit comparatio debet esse sic, vt su-
pradictum est,exacta,indubitata,& omnino certa,assi-
gnatur *in auth. de Instrum. cauth. & fide circa princ,*
quam benè declarant,& exornant *Granat.ad Vestrium
in praxi lib.6.c.1.n.26. & Ioseph. Ludou.in d.decis.Pe-
rus.7.n.17.* liberculus autem, & epistolæ missiuæ, ex
quibus prætenditur fieri comparatio ad dictam apo-
cam priuatam, non sunt huiusmodi, vt ad oculum
patet.
Quo verò ad recognitionem manuum,siue subscri-
ptionum Petri, & Francisci eius fratris, nec non te-
stium in dicta apoca subscriptorum,quamuis Leonij
eam in nullo casu releuare posse prætendant, ex quo
ipsi in hac causa non recognoscunt in authorem, nisi
dictum Archiepiscopum, ex cuius persona dumtaxat,
veniunt vti eius hæredes; Domini nihilominus vo-
luerunt de illa,& eius releuantia,in alia disputatione
particulariter videre.

Et ita, &c.

Romana Vineæ.

Merc. 15. Decembris, 1632.

ARGVMENTVM.

Alienatio in tertium, facta per Debitorem
post iam paratam executionem in perso-
nali,quando valida,& absque fraude facta

 censea

censeatur; itaut contra dictum tertium, rescissoria, seu aliàs, via ordinaria sit agendum. Et quando vice versa dicta alienatio nulla, & cum fraude facta præsumatur; itaut præfata executio contra tertium, recta via prosequi valeat. Magistralis est decisio, & ad eam in occurrenti casu semper recurre: nullibi enim materiam doctiùs, elegantiùs, & clariùs discussam re[...]es.

SVMMARIVM.

1 *Clausula Constituti, cum retentione vsusfructus ad fauorem constituentis, transfert dominium, & possessionem in Constitutarium.*

2 *Ecclesia acquirit dominium, & possessionem, vigore donationis ei factæ, etiam non secuta traditione, ex particulari priuilegio: iuncto numero antecedenti.*

3 *Dominium, & possessionem quis acquirere non potest, vigore dationis in solutum factæ ab eo qui antea dd. dominium, & possessionem in alium transtulit: iunctis numeris precedentibus.*

4 *Duo eiusdem rei non possunt in solidum esse Domini, nec possessores.*

5 *Creditor anterior preferri debet, eique debetur assotiatio vigore clausulæ Constituti.*

6 *Pignus prætorium dicitur effectum prædium debitoris, in cuius possessionem Creditor reperitur immissus, ex primo decreto.*

7 *Donatio facta alicui per Debitorem de suis bonis, postquam Creditor fuit in illorum possessionem immissus ex primo Decreto, nulla est, & inualida, vti facta in fraudem paratæ executionis, & iudicialis authoritatis.*

8 *Limita non procedere si immissio ex primo Decreto fuit data Creditori in actione personali: Et vide rationem ibidem, & numeris seqq. Et DD. in contrarium allegati declarantur, n.12. & seqq.*

Litigiosi vitium solùm contrahitur, quando agitur de dominio rei, & actione reali.

Primum decretum non priuat possessione ciuili, nec naturali, tam de iure communi, quàm etiam vbi Creditor immittitur, vigore mandati executiui, relaxati in vim obligationis Cameralis, n.48. & 49. licet secus sit in secundo decreto, num.18.

9 *Alienatio rei specialiter hypothecatæ, in tertium facta, post constitutam specialem hypothecam conuentionalem, postque intentatam actionem hypothecariam, valet, si alienatio non fuit ultra prohibita, & ratio redditur numero sequenti.*

10 *Iudicium super actione hypothecaria non facit rem litigiosam.*

11 *Pignus Prætorium æquiparatur regulariter pignori conuentionali.*

13 *Alienatio facta per debitorem in tertium post iam paratam executionem in personali, præsumitur simulata, & facta in fraudem paratæ executionis, si debitor de eo tempore non habebat alia bona præter alienata, super quibus posset fieri executio, quæ ideò potest prosequi rectà via contra tertium, etiamsi ille non habuerit scientiam litis, & n.26. Declara vt n.34. & pluribus seqq. vbi quinque casus distinguuntur.*

14 *Executiuum ius, competens vigore mandati executiui, seu rei iudicatæ, potest rectà via prosequi contra tertium, in quem post iam paratam executionem in personali, peruenit res per debitorem alienata, quando dicta executio pro consecutione crediti sit in alia re debitoris non debita, & illa erat taliter parata vt non solùm sententia transitum fecerit in iudicatum, seu mandatum executiuum fuerit relaxatum, primùmque & secundum decretum interpositum, sed etiam res alienatâ iam esset subhastata, quia tunc præsumitur participatio fraudis in acquirente.*

15 *Amplia procedere, etiamsi ante alienationem in tertium factam, res debitoris nondum fuerit subhastata, sed solùm fuerit interpositum primum, & secundum decretum, & ratio redditur numeris seqq. vsque ad num.21.*

Limita prædicta non procedere quando mandatum executiuum est iam in personali relaxatum, tamen non fuit adhuc cœpta executio, quia tunc si debitor in tertium, etiam fraudulenter alienet, dum tamen non probatur tertium de tempore alienationis habuisse etiam animum fraudandi executionem, non potest contra illum executiuè procedi, sed qua via sit agendum, n.23.

Extende prædictam limitationem, præsertim procedere, quando alienatio fit lite pendente in personali, ante rem iudicatam seu mandatum executiuum relaxatum, n.27.

16 *Secundum decretum interponitur causa plenè cognita.*

17 *Creditor immissus ex secundo decreto efficitur verus possessor, & fructus colligit.*

19 *Debitor si contrahat cum tertio, super re, in qua eius Creditor fuit immissus ex secundo decreto, an contractus teneat, quoad ipsos contrahentes, examinat* Guidopap. *in loc. cit. tamen si eam tertio cui vendidit, aut donauit de facto tradat, non transfert in eum possessionem ciuilem, nec naturalem, nec dominium, & n.20.*

21 *Factum Iudicis reputatur factum partis.*

22 *Sententia habet executionem paratam.*

23 *Executiuum ius actionis personalis, prout, & actio ipsa personalis non transit actiuè, nec passiuè in singularem successorem, seu fundi possessorem non nominatum in obligatione, aut in sententia.*

24 *Alienatio in tertium facta per debitorem post paratam executionem, non tamen captum pignus, ad hoc vt dicatur dolosa ex parte tertij acquirentis, requiritur vt ille non solùm habuerit scientiam litis, sed necesse est, vt vlteriùs probetur inopia debitoris de eo tempore: & ratio redditur, num.25. Si tamen pignus iam captum fuerit, sufficit probare scientiam litis in acquirente, aut inopiam debitoris, de tempore alienationis, & ratio diuersitatis inter vtrúmque casum ponitur num.32.*

28 Mantic. decis. 7. & decis. 218. n.12. & Barr. in l. Creditores in 4. oppo. vers. videamus, C. de pignor. & in l.1. in fin. C. de litig. declarantur, *& num.31.*

In actione reali agitur de dominio rei.

Litigiosa res transit in tertium cum suo vitio, siue ille litem sciat, siue ignoret, aliáque bona habeat, qui alienauit, siue non habeat.

29 *Alienatio in tertium facta per debitorem, post relaxatum contra ipsum mandatum executiuum, si probetur eius inopia, de tempore alienationis, præsumitur facta in fraudem paratæ executionis, etiam si pignora capta non sint.*

30 *Executiuum ius non potest rectà via (in personali, & dum fuit processum per viam pignoris iudicialis) exerceri contra tertium, in quem post iam captum pignus, & antequam illud fuerit subhastatum, fuit per debitorem alienatum, si ille tertius, de tempore alienationis, non habuit scientiam litis,*

qua

& num. 24. & in hoc casu multò minus procedi potest recta via, dum actum fuit per viam pignoru Pratory, n. 45.

Pignus iudiciale quod propriè dicatur.

Non priuat debitorem possessione ciuili, nec naturali.

33 *Executiuum ius an possit recta via exerceri contra tertium, in quem fuit per debitorem res alienata, postquam praecesserat in personali mandatū executiuum, nec non creditor, illius vigore, fuerat immissus ex primo decreto, in possessionem d. rei postea alienata, non tamen fuit vlteriùs aliquid vltra factum: controuersa est opinio, nu. 38. Negatiua autem verior est; dum in tertio non probetur scientia litis, aut quod debitor, lite pendente, non habebat alia bona. n. 40. & multis rationibus comprobatur, numeris seqq. & contrariis respondetur, num. 46. & seqq. & præsertim, n. 52. vsque ad finem. Secus tamen est si in tertio probetur scientia litis, quia tunc non est agere Rescissoria, nu. 58.*

34 *Pignus Prætorium non dicitur capi, vt iudiciale, sed creditori dari.*

35 *Pignus Prætorium dicitur, non solùm quando creditor facit se immitti ante sententiam in contumaciam debitoris non comparentis, sed etiam quando immittitur vigore mandati executiui, seu rei iudicata; & ratio differentiæ, inter vtrumque casum ponitur nu. 36. & 37.*

39 *Creditor immissus ex primo decreto in personali in vim obligationis Cameralis efficitur verus possessor, licèt non faciat fructus suos. Contrarium quod non efficiatur verus possessor, n. 49 50. & 51. vbi reprobatur* Galles. de oblig. Camer. cap. 37. nu. 25.

41 *Pignus Prætorium minus rem afficit, quàm pignus Iudiciale.*

42 *Creditor in pignore Prætorio non est prior aliis creditoribus, secus tamen est in pignore iudiciali, num. 43.*

47 *Immissio ex primo decreto conceditur interloquendo, & cum sola semiplena causa cognitione.*

51 *Executiuè agi multò minùs potest contra tertium bonorum possessorem, vigore Hypothecæ, existentis in obligatione camerali, quàm vigore ipsius obligationis cameralis, & ratio redditur ibidem.*

53 *Creditor immissus ex primo decreto in possessionem bonorum debitoris, quomodo possit constituere in mala fide volētes acquirere dd. bona.*

54 *Immissio ex primo decreto vtilis est creditori, ratione pignoris Prætory, cum quo res in tertium transit, quod antea non habebat, non solùm in casu quando creditor in re immissa prius non habebat hypothecam conuentionalem, sed etiam ea extante.*

55 *Pignus Prætorium non requirit discussionem, de qua in* l. penult. C. de reuoc. his quæ in fraudem, *licèt ea opus sit in pignore conuentionali, quando non adest quarantigia, seu obligatio cameralis, & nu. 56.*

57 *Litis scientia, ex quibus probetur, vel non, in eo in quem lite pendente peruenit res per debitorem alienata, & qualis dicta scientia esse debeat, num. 59.*

60 *Obligationis Cameralis natura est, vt nulla facta discussione, executio fieri possit contra personam.*

61 *Bona fides, & ignorantia litis in tertio præsumuntur in dubio, & præsertim in Monialibus, num. 62.*

63 *Alienatio in tertium facta per debitorem, lite pendente, non præsumitur facta in fraudem, ex parte tertij acquirentis, qui suscepit in se onus soluendi debitum debitoris, seu fideiubendi iuxta decretum Iudicis, & ad hunc effectum debitum deposuit.*

64 *In alienatione facta titulo oneroso, ad hoc vt intret Edictum, de quo in titulo,* ff. de his quæ in fraud. *quæ requirantur: & quid si alienatio facta sit titulo lucratiuo, quādo Edictū intret, n. 65.*

66 *Fraudis scientia in debitore donante bona sua, ex quibus probetur.*

67 *Donatio quando censeatur facta titulo oneroso, vel lucratiuo, & nu. 68.*

69 *Debitor donans bona sua, cum pacto, vt donatarius teneatur satisfacere eius creditoribus, non præsumitur habuisse animum fraudandi, cum bona transeant in donatarium cum hoc onere.*

70 Statuti Vrbis cap. 14. lib. 1. *dispositio super alienationibus factis à decocto refertur, & declaratur.*

71 *Possidens, vigore clausulæ Constituti, citari debet, & summariè audiri, antequam possessio ab eo auferatur.*

72 *Possessori cōpetit ius offerēdi etiā anteriori creditori.*

DECISIO CCCLXIV.

IOannes Baptista Caceiola 9. Decembris, 1598. vineam de qua agitur, reseruato sibi, & Flaminiæ eius vxori, vsufructu, donauit Monialibus Sancti Ambrosij de Maxima cum clausula Constituti, & cum onere vt Moniales soluerent Henrico de Bonis scuta 714. quæ illi debebat: cui donationi dicta Flaminia, quæ pro sua dote vineam habebat hypothecatam, eadem die consensit iuráque sua cessit, & transtulit in dictas Moniales: Et postmodum idem Ioannes Baptista sub die 18. Maij, 1599. eandem vineam in solutum (traditione secuta) dedit dicto Henrico pro dicto debito scut. 714. Vita functis præfatis Ioanne Baptista, & Flaminia, sicque finito vsufructu, Moniales, vigore clausulæ Constituti, petierunt coram Locumtenente Eminentissimi Cardinalis Vicarij, contra Ioannem Baptistam Verdinellum, & Franciscam Paciosam, causam habētes à dicto Henrico se associari ad possessionem dictæ vineæ, & obtinuerunt; & deinde sententia Vicarij in gradu appellationis fuit per Rotam confirmata coram Domino meo Verospio: Tandem causa mihi commissa, & sæpiùs proposita: fuit hodie resolutum; Sententiam Rotalem esse iustam, & non cōstare de causis restitutionis in integrum. Et ratio resolutionis fuit;
Quia cum donatio facta Monialibus fuerit prior datione in solutum, † in easque per illam translata pos- 1
sessio, & dominium, tam per clausulam Constituti, & retentionem vsusfructus, vt latiùs *in decisione in hac*
causa facta coram eodem D. meo Verospio, † quàm etiam 2
ex particulari Ecclesiæ priuilegio, de quo *in l. vltima, C. de Sacros. Eccles. glos. in c. si tibi absenti, de præb. in 6. Abb. in c. Continebatur, de his quæ fiunt à Prælat. & cōs. 91. n. 7. lib. 1.* † Propterea, cum Henrico, & causam ha- 3
bentibus ab eo vigore d. donationis in solutum postea factæ per Ioannem Baptistam, qui tunc in vinea solùm habebat vsumfructum, non fuerit acquisitum dominium, nec possessio *ex regula, nemo plus iuris, ff. de reg. iur.* & ex illa alia regula. † Duo eiusdem rei
non possunt in solidum esse Domini, nec posses- 4
sores, *l. si vt certo, § si duobus, ff. commod.* cum vulgat. Moniales sunt omnino præferēdæ † eisque debetur 5
associatio, ad *l. quoties,* & ibi *Ias. C. de rei vend. Tiraq. de iur. constit. par. 1. n. 21. & Couar. lib. 2. cap. 19. nu. 2.*

Neque

Neque obstat, quòd de tempore d. donationis,
6 vinea erat iam pignus prætorium, † dum Henricus ea causa dicti sui crediti, & obligationis Cameralis immissus reperiebatur in illius possessionem ex primo decreto, *l. non est mirum, ff. de pignor. action. & & de distract. pign. per tot. Petr. de Graff. in tract. de primo, & secundo decret. in vers. sequitur videre quis sit effectus primi decreti, Missign. obser. 28. lib. 1.* &
7 consequenter † præfatam donationem vti factã non solùm in fraudem Henrici creditoris, sed etiam in fraudem paratæ executionis, & iudicialis auctoritatis, non potuisse fieri Monialibus, atque ideo ex ea vti nulla, non fuisse illis acquisitum dominium, nec possessionem, sed potiùs ea acquisita fuisse Henrico, vigore d. dationis in solutum, ei posteà factæ, ad *text. in l. si Libertus in vers. diuersitatis ratio, ff. de Iurepatron. Bald. in l. ob maritorum, C. ne vxor. pro marit. & in l. executionum. C. de execut. rei iudic. Missing. in §. si quis in fraudem, nu. 16. in verbo possess. instit. de act. Succar. cons. 2. nu. 3. Surd. cons. 533. n. 1. & 5. Negusan. de pignor. in 2. membr. 3. par. n. 5. in vers. & ex ista, Conar. pract. cap. 13. nu. 7. Canc. var. lib. 3. cap. 17. n. 461. cum seqq. Osasch. decis. Pedem. 65. n. 4. in fin. & Giurb. decis. 62. nu. 5. & per tot.*

8 Quia fuit responsum, † quòd cùm immissio in vinea ex primo decreto, data fuerit Henrico in actione personali, atque ideo vinea non fuerit effecta litigiosa, ex quo vitium litigiosi solùm contrahitur quando agitur de dominio rei, & actione reali, *auth. litigios. C. de litigios. Roman. cons. 270. in princ. Guidop. quæst. 422. Lanccellot. de attent. appellatione pend. limit. 32. in fin.* & innumeri alijs, quos citat *Conar. in dicto cap. 15. nu. 6. Osasch. decis. 144. n. 7 Rot. decis. 3* & ibi *addit. vt lite pend. in nou.* Et in his terminis *decis. 764. par. 2. rec.* Nec pariter possessio litigiosa fuerit, cùm primum decretum non priuet debitorem possessione ciuili, nec naturali, *l. 3. §. & l. si quis ante vers. denique, ff. de acquir. possess. l. missio, ff. pro emptore, l. cum legatorum, ff. ex quibus causis in pos. eat.* bene potuit vinea per Ioannem Baptistam debitorem, reum conuentum, in Moniales alienari, ita vt alienatio valida fuerit, etiam quòd facta fuisset in fraudem creditorum, & quòd per immissionem, ex primo decreto, vinea effecta fuerit pignus Prætorium, *Angel. in l. si quis missum 17. §. Iudex. in princ. ff. de damn. infect.* & ibi *Imol. num. 3. & Roman. num. 2. Rip. in l. 1. § si hæres, n. 1 ff. ad Trebell. Abb. cons. 84. nu. 3. vers. nec primum decretum, par. 2. Rot. apud. Mant. decis. 218. n. 9.* & sensit *Rota in causa Viterbien. fideicomm. 14. Aprilis 1625. coram Reuerendissimo Domino De-*
9 *cano*; Et accedit ratio: † Quia si post constitutam specialem hypothecam conuentionalem, postque intentatam actionem hypothecariam, valet alienatio rei, specialiter hypothecatæ, in tertium facta, si alienatio non fuit aliàs probibita. *l. si creditor, §. fin.* vbi *Bart. ff. de distract. pign. l. distractio, C. de pign. Put. decis. 260. lib. 3. in correct. & Rot. decis. 759. n. 3. par.*
10 *2. recen.* ex eo nimirum; † quia Iudicium super actione hypothecaria non facit rem litigiosam, *§. ob hoc autem in nouel. de litigios.* & notant DD. post *Bart. in l. 1. C. de litigios. Guidop. & Osasch. vbi supra.* Nec creditori quoad hypothecam fit præiudicium, quia nihilominus illa consistit apud tertium; similiter valere debet alienatio facta post pignus Præto-
11 rium; † quia illud in præfatis, & alijs regulariter æquiparatur pignori conuentionali, ad tex. *in d. l. non est mirum, & Ang. in d. §. si Iudex.*

12 Nec † *Bald. Castren. Succar. Surd. Negus. Canc. Osasch. Giurb.* & alij supra allegati (vno excepto *Missing. in d. §. si quis in fraudem*) dicunt alienationem in tertium factam, post iam paratam executionem, in personali esse nullam, sed solum firmant, † 13
quòd per alienationem tunc factam, executio, quæ erat iam in promptu, & parata, etiam in personali non impeditur, nec retardatur; sed quòd nihilominus prosequi potest recta via, & in eisdem statu, & terminis, contra tertiũ absque eo quòd sit opus priùs agere Pauliná, seu rescissoriâ contra eum, ad euitandum circuitum, nec non absque eo quòd sit attendendum, an tertius, in quem facta est alienatio post paratam executionem, habuerit scientiam, aut ignorantiam paratæ executionis: Et maximè quando probatur quòd debitor tunc non habebat alia bona præter alienata in tertium, in quibus possit fieri executio; quasi tunc eo ipso, & sine alia probatione fraudis in acquirente, alienatio præsumatur simulata, aut facta in fraudem paratæ executionis, & iudicialis auctoritatis, iuxtà distinctionem *Bald. in d. l. ob maritorum, & Castr. in d. §. si super rebus,* quam amplexa fuit *Rota in d. decis. 218. apud Mantic. n. 10.* sicque posse simul stare, quòd valeat alienatio, & nihilominus possit contra tertium, in quem illa facta fuit, ius executiuum in eodem statu exerceri.

Sed quoniam præfatorum DD. sententia, nimirum quòd alienatione in tertium facta post pignus Prætorium, vigore mandati executiui, seu rei iudicatæ, possit ius executiuum in personali, indistinctè prosequi contra eum, non est simpliciter vera, & eam Rota in pluribus casibus non fuit secuta, prædictáque *Baldi* distinctio latitudinem patitur, & circa eam DD. vt plurimum se inuoluũt, pluresque hactenus Rotæ decisiones desuper factæ sunt, quæ prima facie videntur ad inuicem aduersari, quæ tamen cõtrariæ non sunt, sed inter conformes, & procedunt in suis casibus, iuxta varios paratæ executionis sensus, casuũ circumstantias, in quibus illa emanarunt: & ideirco hodie Domini vt in posterum cessent difficultates, & resolutio hodie capta secundùm d. mẽtem Rotæ radicitus intelligatur, distinxerunt quinque casus in personali, in quibus, quinque etiam distincti diuersique sensus, & paratæ executionis modi, distinctos pariter, & diuersos effectus in subiecta materia habentes, continentur, & declarantur. Primus
casus est, † Quando executio in personali pro consecutione crediti fit in alia re debitoris non debita, 14
prout declarat *Bart. in d. §. si super rebus, n. 3. in vers. super eo modo* (vt in casu nostro in quo erat debita pecunia, & fuit cœpta executio super vinea) & executio est taliter parata, in talique posita statu, quòd non solum sententia transitum fecit in rem iudicatã, seu mandatum executiuum fuit relaxatum, primúmque, & secundum decretum interpositum, sed etiam res in qua fiebat executio, posita fuit sub hasta, ante alienationem in tertium factam, & in hoc casu omnes Doctores indistinctè cõueniunt eius executiuum vigore mandati executiui, seu rei iudicatæ, posse recta via, absque rescissoriâ prosequi, & exerceri contra tertium, quia eo ipso, & absque alia probatione animi fraudandi, nempe ex subhastationibus, præsumitur in acquirente participatio fraudis; ita vt alienatio censeatur facta in fraudem paratæ executionis, & iudicialis auctoritatis, ad text. *in cap. 1. de postul. Prælat. l. si tutor petitus cum glos. C. de pericul. & cõmod. Tutor. Rebuf. in tract. de precon. & licitation. art. 1. quæst. 2. n. 16.* Et in his terminis *Rip. in d. §. si hæres n. 22. Imol. cons. 152. Guidop. d. decis. 8.* & ibi *Adden. & Giurb. in dicta decis. 62 num. 12. & 13.* Et hîc non est casus noster, quia vinea, de qua agitur, nedum non fuit posita sub hasta, sed nec Henricus immissus fuit ex secundo decreto.

Secundus casus est, quando, retentis eisdem terminis, vigore mandati executiui, in vim obligationis

Cameralis

Cameralis, seu rei iudicatæ relaxati, in personali fuit
iam interpositum, tam primum, quàm secundum de-
cretum, ante alienationem in tertium factam, ta-
men non fuit adhuc res posita sub hasta, nec vltra
processum in executione, & pariter in hoc casu,
verius dicendum videtur, ius executiuum posse ex-
periri, & exerceri contra tertium in eodem statu,
nisi ille incontinenti doceat de iure suo aliunde,
quàm ex facto debitoris post secundum decretum,
quasi etiam in hoc casu, eo ipso absque alia fraudis
probatione, alienatio censeatur facta in fraudem pa-
ratæ executionis, & iudicialis auctoritatis, etiam ex
parte acquirentis, ita vt non solùm eius scientia para-
tæ executionis, & participatio fraudis sint præsumen-
dæ, ex edictis, & subhastationibus, vt in casu præce-
denti, sed etiam ex sola interpositione secundi decre-
ti; vt in fortioribus terminis, videlicèt quando dunta-
15 xat interpositum est primum decretũ, dixerunt *Surd. Negus. Osasch.* vbi supra, *& Gsurb. in d. decis. 62.* Quo-
circa sententia in hoc casu, scilicèt quando iam est in-
terpositum secundum decretum, videtur admittenda,
16 quia nititur ratione, ex eo nimirum, † quòd secundũ
decretum interponitur causa plenè cognita, *l. si finita §. si fortè, & §. post ea, ff. de damn. infecto, l. eorum. ff. ex quibus caus. Maior. Iacob. de Belu. & Guiden. in suis tra-*
17 *ctatibus de primo, & secundo decreto.* † & creditor ex
eo immissus efficitur verus possessor, & fructus colli-
git, *Bart. in d. l. si finita, §. Iulianus,* & ibi *DD. Specul. de*
18 *secundo decreto, §. vltimo.* Vndè cùm debitor, † eo ipso
19 fuerit priuatus possessione, quidquid sit, † An nihilo-
minùs ille possit super tali re, in eo statu existente
contrahere cum alio, & an teneat contractus meru
iure quoad ipsos contrahentes, quòd plenè examinat
Guidop. in d. decis. 81. † tamen si eam tertio, cui vendi-
20 dit, aut donauit, de facto tradat, non transfert in eum
possessionem ciuilem, nec naturalem quam ipse iam
non habebat, nec cõsequitur dominium. Et propterea
detentio apud tertium, ex facto debitoris, est notoria
intrusio, & redundat in vilipendium iudicialis aucto-
ritatis; ex qua creditor possidet, ad effectũ continuan-
di in ea re executionem, ex eadem auctoritate, iuxta
Statutum Vrbis c. 91. lib. 1. & aliàs de iure communi.
Quo fit, vt in hoc casu non procedat præsens dubi-
tatio, An contra tertium possessorem, qui acquisiuit
post iam paratam executionem, competat ius execu-
tiuum: An verò contra eum sit via ordinaria proce-
dendum; cùm tertius nullo modo possideat, & credi-
tor incontinenti ex actis Curiæ doceat de sua priori
possessione, tam ciuili, quàm naturali, vigore secundi
decreti, causa cognita ei data, quæ ideò habetur perin-
21 de ac si fuisset ab eodem debitore illi tradita; † cùm
factum Iudicis reputetur factum partis, *ad l. 1. & 2. C. si in caus. Iudic.* Et propterea facilè in hoc casu præ-
sumendum est, tertium, qui aliundè non iustificat in-
continenti, rei detentionem, quàm ex facto debitoris,
secuto post secundum decretum, fuisse eo ipso parti-
cipem fraudis, quæ fit paratæ executioni, & iudiciali
auctoritati; cùm vix euenire, & credi posset, quòd ille
non fuerit informatus, quis de tempore contractus
possideret, & fructus colligeret, & quo titulo; alioquin
si d. præsumptio non intraret, sed nihilominùs contra
eum agendum esset rescissoria, aut aliàs via ordinaria,
non autem executio recta via prosequi posset, Iudicis
auctoritas, & possessio per eum, causa cognita credi-
tori tradita, vigore secundi decreti, illuderentur, vt ad
sensum patet. Qui etiam non est casus noster; cùm se-
cundum decretum, vt dictum est, nunquàm fuerit in-
terpositum.

Tertius casus est quando, pariter retentis eisdem
terminis, mandatum executiuum, vigore obligationis
Cameralis, seu rei iudicatæ, est iam in personali rela-
xatum, tamen non fuit vltrà processum, id est non
fuit adhuc cæpta executio super alia re non debita
pro satisfactione debiti: Et in hoc casu licèt execu-
tio etiam parata dicatur; † quia sententia de se habet 22
paratam executionem, *l. Minor. 25. an cui fideicommis-sum 41. ff. de minor.* & ibi *Bart. & DD.* tamen, si debi-
tor condemnatus, rebus sic stantibus, rem aliquam in
tertium, etiam fraudulenter alienet, & transferat,
ferè omnes tenent, quòd dum non probatur; tertium,
de tempore alienationis, habuisse etiam consilium
fraudandi executionem, non posse contra illum exe-
cutiuè procedi, † sed priùs agendum esse reuocatoria, 22
seu aliàs via ordinaria, seu Saluiano, si res erat pro de-
bito hypothecata, & hoc ex eo; † quia ius execo- 23
tiuum actionis personalis, prout, & actio ipsa perso-
nalis non transit actiuè, nec passiuè in singularem suc-
cessorem, seu fundi possessorem non nominatum in
obligatione, aut in sententia, *l. Chirographum, §. fin. ff. de except. rei iudic. Bart. in repet. l. Creditores, C. de pign. Alex. consil. 83. num. 14. Ias. in d. l. 1. § si heres, num. 4. & 5. ff. ad Trebel. Dec. consil. 198. num. 5.* latè *Roder. Suar. in repet. ad l. post rem iudicatam ff. de re iudic. in 1. limit. Iacob. Canc. var. lib. 2. cap. 3. num. 58. Zach. ad Gallos. de oblig. camer. quæst. 5. num. 36. Rot. in d. decis. 764. num. 4. par. 2. recent.* & in aliis allegatis per *Zacch. ibidem:* † tertium autem, in quem facta est alienatio, 24
habuisse animum fraudãdi executionem paratam, de
tempore alienationis, non probatur in hoc casu ex eo
solùm, quòd ille tunc haberet scientiam litis, seu mã-
dati executiui, sed (quidquid in contrarium velint
Paul. de Castr. in d. § si super rebus n. 7. & 8. & Hercul. ibid. num. 46.) requiritur vlteriùs vt probetur inopia
debitoris de eo tempore. *Couar. pract. de cap. 15. num. 7. & in vers. ex hac opinione in fin. Canc. var. lib. 3. c. 17. num. 46.* † Et ratio est, quia ex sola scientia litis, non 25
potest argui fraus in acquirente, si aliàs executio ad-
huc non cæpta, potest æquè benè, & commodè fieri,
& inchoari in alia re debitoris; quinimò esset absur-
dum (vt ad sensum patet) quòd alienatio rei in pignus
non captæ, facta per debitorem opulentæ facultatis,
in personali condemnatum, posset per creditorem re-
uocari, etiam quòd ipse æquè benè, & sine aliquo suo
damno posset in alia re debitoris inchoare executio-
nem; ex eo solùm quòd ille in quem facta fuit alienа-
tio habebat scientiam litis, seu executionis paratæ:
vice versa autem contra *Couar. ibidem,* vt in hoc casu
non sit opus reuocatoria, † satis est probare debitorẽ 26
pendente lite non habuisse alia bona præter alienata,
in quibus posset fieri executio, etiam quòd aliàs non
probetur in acquirente scientia litis, de eo tempore;
quia ex hoc solùm sine alia probatione præsumitur
in eo fraus, & alienatio censetur facta in fraudem iu-
dicialis auctoritatis; cum eo ipso Iudicium frustretur,
Paul. de Castr. & Hercul. vbi supra Zuccard. d. cons. 2. n. 3. Caut. Surd. & Gsurb. etiam *vbi suprà & Rot. in d. dec. Viterbien. fideicommissi coram Reuerendissimo Domino meo Decano:* Et omnia supradicta in hoc tertio casu
procedunt, etiam ex rationis identitate, imò, & à for-
tiori, † quando alienatio fit lite pendente in personali, 27
ante rem iudicatam, seu mandatum executiuum rela-
xatum, vt latè *Menoch. in d. cons. 1187. per tot.*

Neque aduersatur *decis. Mantic. 7.* † quia procedit 28
in actione reali, in qua agitur de dominio rei, quæ cũ
sit litigiosa, transit in tertium cum suo vitio, siue ille
litem sciat, siue ignoret, aliàque bona habeat, qui alie-
nauit, siue non habeat: *Couar. vbi proximè,* prout etiam
de eadem actione reali intelligendus est *Bart. d. l. Creditores, in quarta oppositione in vers. videamus C. de pig. & in leg. 1. in fine C. de litig.* vt optimè declarat
Roderic. Suarez. in d. limit. 1. Et licèt eadem *decis. Mant. num. 2.* videatur supponere, idem esse in personali,
debet

debet taroeo intelligi, prout de iure, & sic stante io ac puitente scientia litis, & inopia debitoris, aut constito quòd tunc debitor qui alienauit, non habebat alia bona, in quibus posset fieri execution. Nec pariter aduersatur *d. alia decisio eiusd. Mant.* 218. *num.* 12. dum dicit quòd alienatio in personali non potest dici facta in fraudem paratæ executionis, dum pignora adhuc capta non sunt, etiam quòd mandatum executiuum sit iam relaxatum: Quia debet similiter intelligi prout de iure, idest si non constet quòd debitor, de tempore alienationis, non habebat alia bona:
29 † inopia autem probata, alienatio facta post mandatum executiuum, dicitur eo ipso facta in fraudem paratæ executionis, etiam quòd pignora adhuc capta non sint, *ex Castrens. Hercul. Surd. Canc.* & aliis supra relatis: Et nec iste est casus in quo versamur; cùm in eo non solùm fuerit relaxatum mandatum executiuum, sed etiam erat iam cæpta executio in Vinea, per immissionem ex primo decreto.

Quartus casus est, quando in personali, in vim mandati executiui, vigore obligationis Cameralis, seu rei iudicatæ, pignus iam captum est, & illud deinde alienatur per debitorem condemnatum, sed non fuit processum per viam pignoris prætorij, scilicèt per viam immissionis ex primo decreto, iuxta dispositionem *Statuti Vrbis cap.* 191. *lib.* 1. *& tot. tit. C. de pignor. Prætor.* sed processum fuit iuxta formam traditam per *Saluſt. in prax. A. C. lib.* 1. *c.* 41. nempe per executores, seu Officiales Curiæ, pro pecunia seu re debita de mandato &c. & ad instantiam creditoris faciunt executionem in stabilibus non debitis, apprehendendo illa iuxta formam de qua quidem *Saluſt. ibidem,* de qua executione loquitur *tit. C. si in cauſ. iud. pignus captum fuerit;* Quod propriè loquendo, dicitur pignus iudiciale, & non prætorium, *Alex in l. à diuo Pio §. in venatione num.* 37. Et eleganter, ac clariùs *Cuiac. in rub. super d. tit. C. in fin. in cauſ. Iudic. & Menoch. de recuper. remed.* 12. *num.* 17. *&* 18. Et in hoc casu, cùm debitor non desinat possidere ciuiliter, nec naturaliter, *gloſſ. in d. §. ſi ſuper rebus,* vbi *Imol. & Cuman. & ibidem,* latè *Alex. num.* 20. *cum ſeq.* vbi quòd contra *Bart.* hæc est verior opinio, *Bald. in l. Ordo num.* 10. *de exec. rei iud. & in l. conſentaneum col.* 5. *num.* 29 *C. quomodo, & quando Iudex,* & de communi attestatur *Menoch. d. remed.* 12. *num.* 21. Et videmus practicari quòd debitor nihilominùs fructus colligit, & vt priùs suos facit, quousque res illa in pignus capta, creditori adiudicatur, seu maiori oblatori deliberatur, eique per Curiam traditur; consequenter, iuxta suprad. in primo, & se-
30 cundo casu, dicendum est quòd, † si post captum hoc pignus iudiciale, interim quòd non ponitur sub hasta, debitor illud alienat, in aliúmque transfert, non potest contra tertium acquirentem Ius executiuum exercere, dum vnum de duobus non probatur; videlicèt quòd ille tertius, de tempore alienationis, habuerit scientiam litis, seu paratæ executionis, aut quòd pendente lite, debitor non habuit alia bona, in quibus posset fieri executio, prout sunt in terminis *dd. Rot. decis. in Causa Veneta donationis* 1616. *coram bo. me. Buratio,* & clariùs *in d. Viterbien. fideic.* 14. *Apr.* 1615. *coram Reuerendiſ. D. meo Dec.* vbi quòd scientia in hoc casu non præsumitur. Et quidem meritò; quia cùm debitor nihilominùs possideret fructúsque colligeret de tempore alienationis, eo ipso est potius præsumendum, quòd tertius, in quem facta est alienatio, credidit, prout vidit, & sic totum contrarium eius quod suprà in primo, & secundo casu, videlicèt quando ante alienationem præcesserat iam immissio ex 1. decreto, per quod Creditor possidet, & debitor desinit possidere, ita vt in hoc quarto casu quoad acquirentem excludatur ideo omninò fraus contra paratam executionem, & iudicialem auctoritatem, quod sufficit, vt contra tertium non possit agi via executiua.

31 Neque obstat † *d. decis. Mant.* 218. *d. num.* 17. dum à contrario sensu firmare videtur, quòd alienatio post capta pignora præsumitur eo ipso in fraudem paratæ executionis, & sic quòd non requiratur, vt probetur scientia litis in acquirente, aut debitorem non habuisse alia bona; Quia sensus *d. decis.* non est iste, sed imò quòd in eo casu alienatio non potuit dici facta in fraudem paratæ executionis; quia pignora capta adhuc non fuerant, quasi velit, quòd licèt aliàs executio etiam parata dicatur, quamuis pignora adhuc non sint capta, vt supra in tertio casu, tamen dubium, an alienatio ad effectum de quo agitur, sit facta in fraudem paratæ executionis nec nè, magis propriè cadere, quando pignora iam sunt capta; quid autem tunc iuris sit, *d. decis.* non determinat, imò si attentè illa examinetur, mens *Rotæ* ibi fuit, quòd alienatio, facta post pignora capta, non præsumitur eo ipso in fraudem paratæ executionis; Et ideo quòd ius executiuum non possit recta via exerceri contra tertium, nisi cum præsupposito animi fraudandi executionem, in acquirente, vt supra, videlicet probata in eo scientia litis, aut constito, quòd tunc debitor non habebat alia bona.

32 Ratio autem diuersitatis quare suprà in tertio casu, videlicèt quando relaxatum est iam mandatum executiuum, sed pignora adhuc capta non sunt, non sufficit in acquirente scientia litis, vt alienatio eo ipso censeatur in fraudem paratæ executionis facta, atque ideo vt agi possit recta via executiuè contra tertium possessorem, in quem alienatio facta fuit, sed probandum est, quòd debitor de tempore alienationis non habebat alia bona, præter alienata, in quibus posset fieri executio: In hoc autem quarto casu, nimirum, quando alienatio fit post pignora iam capta, sufficit eorum vnum probari, scilicèt, aut scientiam litis in acquirente, aut debitorem non habuisse alia bona; est clara. Siquidem quando pignora adhuc capta non sunt, sed solùm relaxatum est mandatum executiuum per alienationem alicuius rei debitoris, nihil fit in fraudem paratæ executionis, aut iudicialis auctoritatis, si aliàs debitor habet alia bona, in quibus æquè commodè possit fieri executio, nec ille, in quem fit alienatio, potuit de tempore alienationis esse certus quòd in ea re fieret executio, etiam quòd haberet scientiam litis; vndè non potest illi imputari quòd quidquam fecerit in fraudem paratæ executionis, imò vt fuit dictum, absurdum esset quòd debitori opulentæ facultatis esset ideo in eo casu interdicta suarum rerum libera dispositio: In hoc autem quarto casu videlicèt quando fit alienatio rei iam in pignus captæ, & acquirens hoc sciebat, quia litis scientiam habebat, eo ipso quoad rem illam fraudauit, & illusit paratam executionem, & violauit, ac contempsit iudicialem auctoritatem, etiam quòd debitor haberet alia bona in quibus posset fieri executio; quia erat iam certus quòd in re alienata fuit executio cæpta; Et pariter non versamur in hoc quarto casu, sed in pignore prætorio creditori dato per immissionem ex primo decreto, quod in multis differt à pignore iudiciali, vt infra in quinto, & vltimo casu.

33 Quintus & vltimus casus est, † quando ante alienationem in tertium factam iam præcessit in personali mandatum executiuum, relaxatum vigore obligationis Cameralis, seu rei iudicatæ, nec non, in executionem illius, creditor fuit iam immissus in possessionem rei posteà alienatæ, non tamen fuit aliquid vltrà factum, & iste est casus noster: quia Henricus creditor non fecit per officiales capere pignus iudiciale, vt supra in quarto casu, & de quo vt dictum est

loquitur

loqoitur *tit. C. si in causam iudicati pignus captum sit*,
Sed elegit viam pignoris prætorij, dum fecit se im-
34 mitti in possessioném d Vineæ, † quod non dicitur
capi, vt iudiciale, sed creditori dari, de qoo pigno-
re loquitur *Vrbis Statutum in d. cap. 191. lib. 1.* & tra-
ctant *itemli ff. de bon. auctor. Iudic. possid. & C. de prætor*
35 *pign.* † Et non est dubium quin pignus prætorium di-
catur, non solùm quando creditor facit se immitti
ante sententiam in contumaciam debitoris non com-
parentis, sed etiam quando immittitur vigore man-
dati executiui, seu rei iudicatæ, *Cuiac. in d. rubr. C.*
36 *si in caus. Iudic.* † Est tamen inter vnum, & alium ca-
sum hæc differentia, quòd quando Creditor immit-
titur ob contumaciam debitoris, pignus Prætorium
cesset, si reus expensas soluat, & caueat de lite susci-
pienda, seu de soluendo, *d. l. sancimus, C. de iudic. l.*
si quis emptionis, §. penult. ff. de præscript. 30. vel 40.
annorum, Bartol. in d. §. Iulianus, & Galles. de obligat.
37 *Camer. quæst. 37. num. 12.* † Quando autem pignus
Prætorium datur in executionem mandati executiui,
seu rei iudicatæ, debitor, inuito creditore, non au-
ditur, volens recuperare tenutam, nisi prius soluat,
Bartol. in l. properandum, §. Sin autem, C. de Iudic.
& ibi *Bald. Salicet. & Alexand. Galles. in dicta q. 37.*
num. 23.

Ad propositum igitur redeundo hìc noster ca-
38 sus † videbatur habere maiorem difficultatem ob va-
rias DD. sententias, quandoquidem *Surd. in d. con-*
sil. 533. n. 1. Menoch. consil. 1187. n. 4. Negus. in d. 2. memb. 3.
part. vers. & ex ista, Osasc. in dict. decis. 65. n. 4. in fin. &
Giurb. in d. decis. 62. n. 3. in ea sunt opinione, vt execu-
tio etiam in personali dicatur esse in promptu, & pa-
rata, ad effectum, vt illa recta via contra tertium
prosequi possit, statim atque res alienata, in qua exe-
cutio fiebat, effecta fuit pignus prætorium per im-
missionem ex primo decreto, vigore mandati execu-
tiui, seu rei iudicatæ, ita vt eo ipso alienatio tunc
dicatur indistinctè facta in fraudem paratæ execu-
tionis, & iudicialis auctoritatis, etiam ex parte ac-
quirentis, & hìc non esse opus agere prius contra
tertium Rescissoria; aut aliàs via ordinaria, nec in-
uestigandum, an ille sciuerit, vel ignorauerit litem,
& paratam fuisse executionem, nec an debitor pen-
dente lite habuerit alia bona: Quorum sententia
tanto magis procedere videtur in casu nostro, ex
39 quo, † immissio ex primo decreto data fuit Henrico
in vim mandati executiui, relaxati vigore obligatio-
nis Cameralis, quo casu, stante quòd res immissa erat
hypothecata, dicit *Galles. in d. cap. 37. n. 25.* quòd cre-
ditor efficitur verus possessor, licet non faciat fru-
ctus suos, atque ita procedere quæ supra in secun-
do, & quarto casu dicta fuere: Quibus, & illud etiam
accedere videtur, quòd, vt dicebant informantes
pro Henrico, sequeretur inconueniens, vt post tot
iudiciales difficultates quando speraretur executio
in re iam immissa, sicque deueniri ad secundum de-
cretum, & deinde ad subhastationem, ac tandem ad
debiti satisfactionem spe creditor ipse frustraretur, &
cogeretur litem nouam suscipere contra nouum ac-
quisitorem, qui si deinde alteri alienaret, res progre-
deretur in infinitum.

40 Contrarium tamen, † videlicet quòd si fiat alie-
natio rei immissæ ex primo decreto in personali, sit
nihilominus contra tertium agendum Rescissoria, seu
aliàs via ordinaria, dum in eo non probatur scientia
litis, aut quòd debitor, lite pendente, non habuit
alia bona, vt in casu proximo præcedenti (cuius,
istius quinti casus, eadem prorsus est ratio) post *An-*
gel. Alexand. Soccin. & alios, firmat *Rip. in d. l. 1. §. si*
hæres, num. 21. ff. ad Trebell. Cuius sententia vltra
quòd videtur esse de mente *Bartol. in d. §. si super*
rebus, num. 3. vers. sed quando agitur de personali, & fe-
rè omnium antiquorum; nec non *Couarr.* & maio-
ris partis Modern. quos allegant *Osasch. in dicta de-*
cis. 65. & Giurb. in dict. decis. 62. licet ipsi contrarium
teneant: est etiam de mente *Rota in d. decis. Mau-*
rie. 218. num. 10. & idem tenere visa fuit *in dict. de-*
cis. 764. num. 4. part. 2. recent. & in d. decis. Viterbien.
fideicommissi coram Reuerendiss. D. meo Decano; quæ
est in fortioribus terminis, & deinde d. scientia est
etiam de Iure verior, † tum quia pignus Prætorium 41
minus rem afficit, quàm pignus Iudiciale, † cùm 42
creditor in pignore Prætorio non sit prior aliis cre-
ditoribus, sed imò ex primo decreto immissus non
tantùm sibi immissus est, sed etiam omnibus aliis cre-
ditoribus, ita vt in eo non habeat locum regula, Qui
prior est tempore, *l. cum vnus, ff. de bon. author. Iud.*
possid. l. vlt. C. eod. & l. is cui, §. si plures, ff. vt in pos-
sess. legatur, & ibi *DD.* † Creditor autem, qui pignus 43
Iudiciale, per officiales capi obtinuit, est in eo prior
aliis creditoribus, & habet locum regula, Qui prior est
tempore, *l. si, & Iure, ff. qui potior.* vbi *Bart.* & alij
plures Doctores latissimè notant. † Igitur si contra 44
tertium, in quem fuit facta alienatio post pignus Iu-
diciale quod magis rem afficit, non potest procedi via
executiua, nisi constito de eius animo fraudandi, vt
quia de tempore alienationis habuit scientiam litis,
aut quia debitor tunc habebat alia bona in quibus
posset fieri executio, vt dictum fuit supra in 4. casu,
& firmauit *Rota in præd. decisionibus, Veneta donatio-*
nis, & Viterbien fideicommissi. † Multò minùs via exe- 45
cutiua procedi potest contra tertium, in quem post
pignus Prætorium, quod regulariter minus rem affi-
cit, facta fuit alienatio, tum & etiam, † quia verius 46
est contra *Galles.* vt creditor immissus ex primo de-
creto in personali, numquam efficiatur possessor, nec
vltra quidquam habeat quàm pignus Prætorium pro
custodia, & securitate sui crediti, ei datum; nec alia
fuit intentio Iudicis, qui illud dedit, *Menoch. de*
recup. remed. 12. num. 6. Ex eo nimirum, quia † im- 47
missio ex primo decreto conceditur interloquendo,
& cum sola semiplena causæ cognitione, *Bald. in l.*
prima, C. si in caus. Iudic. Petr. de Graff. & Iacob. de
Belu. in d. tract. de primo, & secundo decreto; quo fit, vt
debitor vti prius, possideat ciuiliter, & naturaliter,
tam in simplicibus terminis iuris communis, quo
attento nulla est difficultas, *dicta l. cum vnus, in vers.*
nec videbitur, ff. de bon. auth. Iudic. possid. l. missio, ff. pro
emptor. cum aliis suprà allegatis, *Alexand. in d. §. si*
super rebus, num. 11. de re iudic. & ibi omnes, Quam
etiam vbi creditor immittitur, vigore mandati exe-
cutiui, in vim obligationis Cameralis relaxati, vt in
præsenti, & sic stante hypotheca conuentionali, *Ne-*
gus. de pignor. in 2. memb. 3. part. num. 11. vers. quinto
quæritur, Menoch. de retin. remed. 3. quæst. 17. num. 215.
Gratian. decis. Marchiæ 12. num. 11, & Salust. in prax. 1.
C. cap. 44. num. 6. vbi quòd hæc opinio est verior: † 48
Et quòd creditor, qui in vim mandati executiui fa-
cit se immitti, paruo vtiliter sibi prouidet, quia
non facit fructus suos, † nec efficitur possessor, sed 49
nudus detentor; † ergo si creditor immissus ex pri- 50
mo decreto, vigore obligationis Camer. seu rei iu-
dicatæ non efficitur possessor, cessant quæ suprà
dicta sunt in 2. casu, & procedunt omnia firmata in 4.
casu: sed præterea vltra quòd nullus est qui tale di-
xerit, præter *Galles.* eius ratio, dum fundatur in hy-
potheca, non subsistit; † Quia cùm illa adsit in obli- 51
gatione Camerali pro obseruatione contractus, mul-
tò minùs vigore illius agi potest contra tertium bo-
norum possessorem via executiua, quàm vigore ipsius
obligationis Cameralis principalis, cum Ius execu-
tiuum non sit in hypotheca, sed in ipsa Camerali

obligatione principali, *Bursat.cons.361.n.primo,vol.4.*
Roderic.Suar.in d.limit.prima. Ant.de Amat dec.Mar-
chia 48.n.7.Cesar.Ramez.decis.Bonon. 108.*n.*33.Et fuit
sæpius in Rota decisum, vt in *decis.* allegatis *per*
*Zacch.de obl.Cam.q.*5.*n.*38.

52 Nec releuat inconueniens supradictum, videlicet
quòd creditor frustaretur, & executio protrahi pos-
set in infinitum, Quia illud cessat, stante scientia
litis in acquirente, aut si debitor, pendente lite
non habuit alia bona; cùm tunc possit executio re-
cta via prosequi contra eum, si autem neutrum isto-
rum probatur, præponderat aliquali præiudicio ex
dilatione Creditoris causato; vt tertius bona fide
acquirens, pendente lite, etiam post pignus præto-
rium; quinimò legis etiam auctoritate [cum vt su-
pra dictum fuit, alienatio valeat] audiatur, Iuris or-
dine seruato super exceptionibus, quas pro defen-
sione sui Iuris contingenter habere potest, alioquin,
vt optimè considerat *Ripa*, vbi supra, frustra vale-
ret alienatio in tertium facta, post pignus præto-
rium, inanitérque per eam transferrentur domi-
nium, & possessio, si in continenti, via executiua
posset absolutè prosequi contra eum, dominiúm-
que, & possessio ab eo, ex abrupto reuocari; & cùm
hæc præponderatio à iure insit, verius dicendum
est, inde creditori nullum fieri præiudicium in præ-
torio pignore, cùm illud à principio censeatur con-
stitutum per immissionem ex primo decreto sub
prædicta circumstantia euentus dicti præiudicij; quod
53 ideo non est considerabile; † maximè cùm creditor
immissus possit sibi facile prouidere, constituendo
acquirere volentes in mala fide, faciendo iudici ali-
ter proclamare, omnibúsque innotescere litis reique
immissæ statum, quo casu intrabit dispositio *text.in l.*
ait Prætor, §. si quis participes, ff. de his quæ in fraud.
54 Quibus accedit quòd in omnem casum, † semper
immissio, ex primo decreto creditori vtilis est, ratio-
ne pignoris prætorij, cum quo res in tertium transit,
quòd antea non habebat; non solùm in casu quando
creditor in re immissa prius non habebat hypothe-
55 cam conuentionalem; sed etiam ea extante, † ex quo
in pignore prætorio non est opus discussione, de qua
56 *in l. penult. C. de reuoc. his quæ in fraud.* † qua tamen
opus est in pignore conuentionali, quando non ad-
est quarantigia, seu obligatio Cameralis, *Angel.*
Aret.in d.§.si quis in fraud. n.7. in fin. & ibidem latè
Ias.& DD in d.l.penult.

57 Non obstat præterea si dicatur † satis probari ex
eadem donatione, dum in ea fit mentio huius crediti,
& quòd Ioannes Baptista debitor fuerat pro eo car-
ceratus, nec non ex interpositione primi decreti, &
aliis circumstantiis, & actis causæ simul iunctis,
quòd Moniales, de tempore donationis, habebant
scientiam litis, nempe quòd tractabatur in Iudicio
de executione facienda in bonis Ioannis Baptistæ,
& sic super d.Vineam pro exigendo d.credito, etiam
quòd non fuerit deuentum ad secundum decretum,
& ad subhastationem, vt in simili contra *Guidop.*
*decis.*81.*& Imol.cons.*112. voluit *Giurb. in d. decis.*62.
58 *num.* 12. *cum seq.* † qua scientia stante, cùm eo ipso;
ex quo præcesserat iam primum decretum, intelliga-
tur in casu nostro, iuxta supradicta in 4.& 5.casu, pro-
bata contra tertium participatio fraudis, non est opus
agere contra eum Rescissoria, *d.l.Chirographus, §.vlt.*
Bald.in d.l.ob maritorum, & alij allegati per *Couarr. in*
cap. 15 *num.*7.*& Rot.in causa Rom. legitima seu melio-*
ramentorum 13. *May* 1616.*coram bon.me.Vbaldo,* quæ
habetur impressa apud *Merlinum in tractatu de legi-*
*tima,d. cis.*30.*num* 6.

Quia fuit responsum non esse verum ex dicta do-
natione, & aliis supradictis probari, de tempore do-
nationis Moniales habuisse scientiam litis, sed solùm
quòd Ioannes Baptista erat hoc debito grauatus, &
quòd pro eo soluendo fuerat carceratus, quæ scien-
tia, stante quòd tunc ille erat iam excarceratus Iudi-
cis auctoritate, & cum decreto, & fideiussione de sol-
uendo Henrico d. suum creditum per minutas solu-
tiones, nempe scuta 50. anno quolibet, non infert ad
scientiam litis, seu executionis captæ super dicta vi-
nea, aut aliis illius bonis per *text.* ad lit. *in l. ait Prætor*
x.ff.quod ait Prætor,& in §. si quis particeps, ff. quæ in
fraud. Creditor. † Cum tamen scientia in hoc casu 59
quidquid in contrarium contendat *Giurb. in ead. de-*
*cis.*62.*num.*13. debeat esse certa, & indubitata, vt dixit
Rot.in causa Romana Palatij 13. *Ianuarij* 1610. *coram*
bon.mem.Burato, Et non probetur esse quòd ab hoc
contigit abesse, *l.non hoc, C.vnde legitim.* cum vulg.&
quotidie experiuntur debitores, qui sunt soluendo plu-
raque habentes stabilia carcerari pro debitis cũ obli-
gatione Camerali absque eo quòd fiat † executio su- 60
per eorum bonis; cùm talis sit natura d. obligatio-
nis, vt nulla facta discussione, possit executio fieri,
contra personam, vt in d.Statuto *Vrbis cap.*193. *lib.*1.
Quibus etiam accedit regula, † quòd in dubio præ- 61
sumitur in tertio bona fides, & ignorantia litis, ad
text.in l.penult.C.de evict.l.quoties,§.qui dolo,ff.de pro-
bat. Et in his ferè terminis *Solon.de pac.cons.*35.*per tot.*
*Franc.de Amil.in cap.Pretorum,cap.*3. *in gloss. Priores,*
*n.*2.*Canc.var.lib.*2.*n.*65.*& Rot.in suprad. decis. Roma-*
*na legitima apud Merlin, num.*1.*cum seqq.* & facit d.
*decis.*16.*Viterbien.fideicommissi coram D.meo Decano,* † 62
quæ præsumptio tantò magis ad fauorem Monia-
lium intrare debet cum illæ sint personæ simplices,
Deóque dicatæ, & existentes in perpetua clausura: Et
tandem cessat difficultas, omnemque scrupulum re-
mouere videtur, † quòd Moniales in eadem dona- 63
tione susceperunt in se onus soluendi hoc debitum,
seu fideiubendi, iuxta prædictum Iudicis decretum,
quod in Monialibus, dubio procul excludit penitùs
omnem fraudis suspicionem, tam respectu Henrici
creditoris, quàm paratæ excutionis, cum tantùm absit
eas habuisse intentionem fraudandi Henricum cre-
ditorem, aut paratam executionem, quòd potius sus-
ceperunt in se d.onus; Et tantò magis quia ad d. effe-
ctum totum d.debitum realiter deposuerunt, vt in his
terminis *gloss.in l.omnes,§.Lucius Titius in verb.tenen-*
tur in fine.ff.de his quæ in fraudem,Rot.in decis. Bonon.
bonorum 27. *Iunij* 1597. *coram Orano impress. post se-*
*cundum volumen cons.Farinac.decis.*118.*num.*1. *ad fin.*
& seq. Et signanter *in vers.* 2. *quia*, quæ decisio fuit
postea confirmata *coram bon.mem.Card.Sacrato* 14.*Iu-*
nij 1600 *quæ habetur etiam* impress. post d.secundum
volumen. *Farin.decis.*157.

Non obstat præterea quòd in præsenti non versa-
mur in alienatione facta titulo oneroso, † in qua vt 64
intret edictum, de quo in titulo *ff. quæ in fraudem cre-*
ditorum, † tria simul requiruntur scilicet consilium 65
fraudandi ex parte alienantis, scientia fraudis ex parte
recipientis, & euentus fraudis in damnum creditoris,
l.prima in princ.& l.ait Prætor, §. quod ait Prætor, ff.
quæ in fraudem, l. penult.C.ead.tit. & gloss.in §. item si
*quis in fraudem Inst. de act. Couar. in d cap.*15.*num.*7.
& Rot.in d.decis.Viterbien.fideicommissi, sed versamur
in alienatione facta titulo donationis, & sic titulo lu-
cratiuo in qua etiam quòd illa fiat ante motam litem
in fraudem Creditorum cum solo consilio fraudandi
ex parte alienantis intrat prædictum edictũ, indistin-
ctéque, locum habet, siue donatarius sciat creditores
fraudati, siue non, *l.qui autem,§.simili modo dicimus,&*
l.omnes,§. Lucius Titius,ff.quæ in fraudem,& d.l.pen.C.
eod.tit. & ibi *Bald.& Salic.* † Scientia autem fraudis in 66
debitore donãte cẽsetur satis probata, eo ipso quòd ille
scicus

sciens debitores habere, & bona sua non esse soluendo, aliàque sibi bona non esse, vt in casu nostro alienat omnia sua bona, aut maiorem eorum partem, *l. si quis cum haberet*, & ibi *Bart. ff. quæ in fraud.* & *Ias. in d. §. Item si quis in fraudem. Greg. Lopez. in glos. penult. part. 5. tit. 5. l. 7.* & conducunt supradicta in casibus 3. 4. & 5.

67 Quia quidquid sit, † an donatio de qua agitur fuerit facta titulo oneroso, ex eo nimirum quòd Moniales susceperunt in ea onus soluendi hoc debitum, & subire alia diuersa onera, saltem vsque ad prædictam onerum æstimationem, iuxta *text. in l. non am-*
68 *plius*, & ibi *Doct. ff. de legat. 1.* † An verò fuerit, nihilominus in totum tit. lucratiuo *iuxt. text. in l. ad veterani, § si cui, & l. si fundus legatus in princ. ff. ad l. Falcid. Bald. in l. Meuius, §. duobus, num. 12. in vers. quæro, ff. de legat. secund.* Et denique an Ioannes habuerit alia
69 bona nec ne, cessat penitus difficultas, † dum ipse in d. donatione sibi, & creditoribus prouidit de hoc debito soluendo, & vinea transiuit in Moniales cum onere, non solùm eo ipso vigore hypothecæ conuentionalis ex Camerali obligatione, sed etiam ex pacto expresso, *l. hereditatem*, iuncta *gloss. in verb. cogendum, ff. de don.* & notant *Doct. in l. cum res. C. eod. tit.* Et in puncto est *gloss. in d. §. Lucius, in d. verbo tenentur in fin.* nec non *d. decis. Bonon. bonorum* impressa *post sec. vol. cons. Farin.* Vndè pariter ex prædictis † non
70 obstat *statutum Vrbis cap. 114. lib. 1.* dum in eo disponitur, vt alienationes factæ à decocto vel ab eo, qui communiter habebatur pro tali, simulatæ præsumantur, & ad instantiam cuiuscunque interesse habentis reuocentur; Quia quicquid sit an Ioannes Baptista de tempore donationis haberetur, aut non pro decocto, & haberet, aut non alia bona, nihil refert, cùm ille in d. donatione, memor creditorum, illis prouiderit, & Moniales susceperint in se onus soluendi integrum Henrici creditum; ita vt Henrico nihil intersit, haberetur Ioannes, aut non pro decocto: haberet aut non alia bona, cùm nullum aliud interesse præter d. creditum prætendere posset, nihil'que propterea in d. donatione factum fuerit in eius fraudem, nec pariter in fraudem paratæ executionis, cùm eo ipso quòd Moniales susceperunt in se onus soluendi, extarent bona de eo tempore, in quibus poterat fieri executio.

Tandem dicebant Domini cessare omnia obiecta
71 supradicta; tum ex eo quòd, † cùm Moniales possiderent vigore clausulæ Constituti, non autem Henricus, vt suprà deductum fuit, quando contra Moniales non fuisset priùs agendum Reuocatoria, ex eo quòd de tempore donationis, stante primo decreto, executio fuisset iam parata, illæ debuissent saltem citati, & summariè audiri, antequam possessio vineæ posset ab eis auferri, vt in his terminis notant *DD. in d. l. à Diuo Pio, §. si super rebus* per illum text. *Nati. cons. 350. num 4 Canc. in d. cap. 17. n. 473. Gratian.* qui plures refert *discept. 302 num. 33. & seqq. Capic. decis. 118 in fin. Rot. in d. decis. 7. apud Mantic. num 4 & in causa Ari-*
72 *minen. fideicommissi 12. Febr. & 31. Maij 1624. coram D. meo Merlino;* † Tum & etiā quia cum Moniales possideant, & habeant Ius cum hypotheca in d. Vinea, ex d. cessione Flaminiæ, competit eis Ius offerendi etiam anteriori creditori, *l. potior, § fin. ff. qui pot. in pig. Bart. in l. 1. C. si antiq. Creditor pign. vendiderit, Crauett. consil. 298.* & latè *Merot. de iur. offerent. tit. de secund. credit. offerent. num 12. Thesaur. decis. 157. num. 1.* & fuit dictum *in d. decis. in hac causa facta coram D. meo Verospio.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Romana Vineæ.

Ven. 17. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Beneplacitum Apostolicum cum clausula, si in euidentem, an resolutum dicatur si dicta clausula, in vita impetrantis, iustificata non fuerit. Facultas nominandi si fuerit concessa alicui sub conditione si decesserit sine liberis, & cum pacto quòd nominatio intimari debeat intra duos menses proximos, à die quo illa facta fuerit, tempus intimationis faciendæ non currit, nisi à die mortis nominantis.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ duæ conformes habent vim trium, & faciunt rem iudicatam inter incolas, & Ciues Romanos, iuxta* Statutum Vrbis c. 278. lib. 1.
2 *Statutum Vrbis comprehendit etiam Clericos, Capitula, & Collegia quæcunque, cum sit auctoritate Apostolica confirmatum.*
3 *Sententiæ conformes quando dicantur.*
4 *Incolatus ex quibus probetur.*
5 *Sententia valida dicitur, si in ea interuenerint omnia requisita, de quibus* Caput. decis. 260. part. 2.
6 *Restitutio in integrum non competit absque læsione.*
7 *Beneplacitum Apostolicum cum clausula*, si in euidentem, *non importat beneplacitum à principio perfectum, sed qualificatum, videlicet mandatum de confirmando, iustificata priùs dicta clausula, quæ ideò si non iustificetur, beneplacitum nihil operatur: contrarium quòd etiam si dicta clausula iustificata non fuerit, quod nihilominùs beneplacitum perfectum dicatur, & suffragetur, quatenus de eo tempore adfuerit Ecclesiæ vtilitas, verius est num. 9. & 11.*
8 *Clausula* si in euidentem *quando iustificata dicatur.*
10 *Gratia, & mandata Apostolica nihil ponunt in esse, antequam executioni demandentur.*
11 *Instantia transit in singularem successorem, & ideo sicut defunctus Iudicium prosequi, & sententiam obtinere poterat, ita pariter possit eius singularis successor.*
13 *Clausula,* vocatis vocandis, *in Breui apposita, non intelligitur de iis qui illud impetrarūt, sed de aliis.*
14 *Confitens citari non debet.*
15 *Intimatio facta extra tempus conuentum non suffragatur.*
16 *Nominandi facultas, si fuerit concessa alicui sub conditione, si decesserit sine filiis, & cum pacto quòd nominatio intimari debeat intra duos menses, à die quo facta fuerit, tempus intimationis faciendæ non currit, nisi a die mortis nominantis, & quare.*
17 *Conditio adimpleri, & præcedere priùs debet antequam actus perficiatur.*
18 *Conditio dum pendet, impedit actum fieri, & nihil in esse ponit.*
19 *Tempus concessum, respectu certæ causæ non currit, nisi causa illa priùs existat.*
20 *Tempus præfinitum à contrahentibus non incipit currere nisi à die purificatæ conditionis, siue causæ.*
21 *Nominatio facta in testamento, regulari debet iuxta naturam testamenti, itaut prout illud, nominatio quoque, a die mortis facta censeatur.*

22 *Terminus assignatus à lege, testatore, vel à partibus in contractu ad soluendum, vel præstandum aliquid, non incipit currere nisi post actum qui natura sua debet precedere. Declara, vt num. 30. vsque ad finem.*

23 *Testamentum sumit initium de sui natura à tempore obitus ipsius testatoris, & ideo omnia in eo contenta sunt ad hoc tempus referenda, & num. 24.*

25 *Tempus non currit ignoranti, sed solum à die habita scientia.*

Testatorum voluntates propalari non solent nisi post eorum obitum.

26 *Tempus nunquam currit impedito.*

27 *Amplia procedere etiam, si d. tempus inceptum fuerit in persona alterius, quia non ideo currit impedito, sed integrum tempus ei conceditur à die quo actum facere potuit.*

28 *Tempus labi debet per dolum seu per latam culpam, quando agitur ad effectum incurrẽdi caducitatem.*

29 *Dolus, & lata culpa imputari non possunt ignoranti, seu aliàs legitimè impedito.*

30 *Tempus præfixum à contrahentibus ad aliquid agendum, si non habet designationem certi initij à quo illud currere incipiat, non incipit currere, nisi à die quo contractus est perfectus; secus tamen est si fuit præfixum certum initium, quia tunc ab illo currere incipit, etiam si contractus non sit perfectus.*

Declara quòd aut initium temporis fuit ita expressè designatum, vt nullo modo variari possit, & tunc tempus currit ab initio præfixo, etiamsi contractus non sit perfectus; aut verò initium nõ fuit ita expressè designatum, sed potest variari, & tacitè illud subintelligi post perfectum contractũ, & tunc tempus nõ incipit currere, nisi postquam contractus sit perfectus, n. 32. & 33. Quod extende, vt n. 34.

31 *Proximior, dictio temperi opposita quid operetur.*

DECISIO CCCLXV.



CAPITVLVM, & Canonici Basilicæ Sancti Petri, de anno 1623. dederunt in Emphyteusim Terras de quibus agitur, Ascanio de Laurentiis, ad tertiam generationem masculinam, & in illius defectum, ad tertiam nominationem, cum pacto quòd in casu, quo Ascanius decederet sine filiis masculis, & nominaret, talis nominatio, tam per ipsum Ascanium, quàm per aliam quamcumque personam nominandam, deberet intra duos menses proximos futuros, à die factæ nominationis decurrendos, d. Capitulo legitimè intimari, etiam quòd nominatio fieret in testamento, aut quauis alia vltima voluntate, alias esset nulla, & inualida, reseruato Beneplacito Apostolico desuper impetrando: Quod deinde de eodem anno, pro parte dd. Capituli, & Ascanij fuit obtentum, & in solita forma Breuis expeditum cum clausula, *si in euidentem*, Vrbis Vicario directum. Postcà verò idem Ascanius de anno 1629. in testamento quo decessit, vigore dictæ facultatis sibi concessæ, nominauit ad successionem prædictæ Emphyteusis Franciscum Ranaldum, & obiit de mense Augusti 1631. absque filiis: Ranaldus habita notitia de dicta nominatione de eo facta, illam intimauit Capitulo intra duos menses proximos à die obitus Ascanij; cùm autem Capitulum prætenderet dictas Terras fuisse deuolutas ob non implementum eorum, quæ de Iure, & iuxta pacta conuenta erant adimplenda, obtinuit causam desuper committi R. P. D. Varesio, à quo sententiam contra se reportauit, quæ fuit in gradu appellationis confirmata per R. P. D. Bilium. Ac tandem mihi causa commissa per Eminentiss. Cardinalem Archipresbyterum Sancti Petri, proposui hodie dubium in Rota, An constet de re iudicata, siue potiùs de causis restitutionis in integrum; & Domini quoad primam dubij partem responderunt affirmatiuè, nempe constare de re iudicata eo ipso quòd constat de duabus sententiis conformibus, † quæ ex *statuto Vrbis, cap. 178. lib. 1.* habent vim iuris, & faciunt rem iudicatam inter Incolas, & Ciues Romanos: 1
† Quod statutum cùm sit Apostolica auctoritate confirmatum, comprehendit etiam Clericos, Capitula, & Collegia quæcumque, *Rot. decis. 380. part. prima recent. Add. ad Gregor. decis. 576. num. 18.* & fuit dictum *in Romana Domus, & fideicommissi 26. Iunij 1632. coram me*, & alibi sæpiùs. 2
† Quòd autem dictæ duæ sententiæ sint conformes, ex eò clarè patet, quia secunda confirmat primam, & vtraque in effectu, substantia, & qualitate concordat, iuxta *glos. in Clem. prima, in verbo alicuius de sent. & re iud. Thes. decis. 128. num. 1. Rot. in Romana sent. 10000. 28. Ianuary 1628. coram Eminentissimo Cardinal Virili*: 3
† Incolatus verò d. Ranaldi non potest controuerti, dum non solùm diu stetit in Vrbe, sed in eo bona stabilia emit, & vxorem duxit, quæ benè probant Incolatum *l. Ciues, C. de incol. lib. 10. Roland cons. 79. n. 53. lib. 3. Menoc. præsumpt. 30. n. 23. lib. 6. Serap. decis. 1170. num. 2. Rot. in Romana hereditatis seu Census 8. Iunij 1588. coram bon. mem. Card. Platto.* 4

Quo verò ad secundam dubij partem, responderunt negatiuè, videlicet, Non constare de causis restitutionis in integrum, ex quo dictæ sententiæ sunt validæ, & iustæ: Validitas non fuit controuersa, & de illa etiam apparet ex reuolutione actorum; † cùm interuenerint omnia requisita, de quibus *Caputaq. decis. 260. part. 1.* Iustitia verò visa fuit clara, quia prædictæ sententiæ absoluunt Ranaldum à dicta prætensa caducitate, cui locus esse non potest, dum constat de valida concessione Emphyteusis cum Beneplacito Apostolico, & de valida nominatione in defectum generationis facta ab Ascanio de persona Ranaldi, nec non de legitima intimatione dictæ nominationis, ac tandem de legitimo adimplemento omnium in Instrumento concessionis contentorum. 5
Quibus stantibus, nulla adest læsio, † & ideò non competit restitutio, *l. minor*, & ibi *gloss. ff. de min. Innoc. in c. auditis, & in c. ex litteris de restit. in integrum, Rot. decis. prima eodem tit. in nou. Seraph. decis. 1238. num. 5.* & fuit millies decisum. 6

Neque obstare dixerunt duo præcipua fundamenta, quibus Capitulum innitebatur ad probandum fuisse factum locum deuolutioni. Non primum; videlicet, † quòd cùm Breue super dicto Beneplacito fuerit in forma Commissaria, cum clausula, *si in euidentem*, directum Iudici executori, non importabat Beneplacitum à principio perfectum, & absolutum, sed qualificatum; videlicet mandatum de confirmando concessionem emphyteusis, iustificata priùs d. clausula, *si in euidentem*, quæ cum non fuerit adhuc iustificata, remansit Beneplacitum imperfectum, vti pendens à conditione nondum purificata, & ideò Beneplacitum nihil operari, iuxta tradita per *Couarr. ad 4. lib. decret. part. 2. cap. 6. §. 9. num. 11. vers. præter hæc, Paris. cons. 57. num. 51. & seqq. lib. 4. Mandos. super reg. de ann. quæst. 55. num. 5. & seqq. Sanc. de matrim. lib. 8. disp. 30. num. 13. Add. ad Rot. decis. 2. num. 10. de filiis presb. in nou.* 7
Quia in primis fuit responsum, † quòd quatenus Beneplacitum cum clausula, *si in euidentem*, absolutè importaret conditionem, illa fuit purificata, cùm in vita Ascanij, & eo instante fuerint examinati duo testes super euidenti Ecclesiæ vtilitate, quæ propterea vtilitas, maximè cum canonis augmento, remansit benè probata, & iustificata, vt dixit *Rota in causa Emphyteusis de Guastalla 16.* 8

Nouem

Nouembris 1607.coram Cardinali Lancelloto,impreß. pe-
*nès Marchesi.de Commiß part.prima,c.1 fol.*100.Dein-
de fuit responsum quòd licèt versemur in mandato
de confirmando, cum dicta clausula, *si in euidentem*,
Et quamuis dicti testes super euidenti vtilitate non
fuissent examinati, nihilominùs Beneplacitum non
esset resolutum, Quia non fuit conditionale quoad
9 eius substantiam † quatenus de eo tempore quo fuit
concessum, in rei veritate adfuerit Ecclesiæ vtilitas,
sed solùm illius executio dilata, & suspensa in tem-
pus, post quàm de euidenti vtilitate, seruata forma
Breuis constiterit, *Rot. in Romana rescissionis contra-*
ctus 4. Iulij 1570. *num. 9. coram Cardinali Blanchetto*,
impress. apud *Marches.de commiß.d.part.1.c.2.fol.*98.
& in d. nullius Emphyteusis de Guastalla præallegata,
iuxta quam distinctionem sunt intelligendæ,& conci-
liandæ *decis.in causa Leodien.præensi census 29.Ianua-*
rij 1596.quæ est 36. *in impreß.per Cenc.post tractat. de*
censibus.n.3.& 4.& aliæ huiusmodi,dum firmant Bre-
ue, *si in euidentem*,esse conditionale.

Vndè nihil refert, quòd Ascanius obierit adbuc
10 non lata sententia super executione dicti Breuis, & †
quòd regulariter gratiæ, & mandata Apostolica in
forma commissaria nihil ponant in esse, antequàm
executioni demandentur, *Clem. Vnic.*& ibi *Card.n.7.*
*& 8. Vital.num.15. de concess.prabend. Rot. decis.*160.
*num. 1. & decis.*665*.num.4. part.2.recent.* atque ideò
cùm Ascanio, dum viuit nullum Ius fuerit quæsi-
tum, nominationem per eundem factam non susti-
neri: nec Ranaldo posse suffragari, Quia imò (vt
11 fuit dictum) † contractus quoad sui substantiam,fuit
perfectus statim obtento d.Beneplacito,quatenus de
eo tempore,secondùm se, adfuerit Ecclesiæ vtilitas,
vt *in dd. decisionibus Romana rescissionis contractus*, &
Nullius Emphyteusis de Guastalla; ita vt stante de eo
tempore vtilitate, etiam quòd adhuc non fuerit pro-
bata, illicò fuerit Ascanio irreuocabiliter Ius quæsi-
tum ad nominandum, & eius nominatio de persona
Ranaldi censeatur legitimè facta: Et tandem senten-
tia, vigore eiusdem Breuis, & Beneplaciti potest ad-
huc hodie ferri; sicut enim Ascanius si non fuisset
morte præuentus potuisset instare,& prosequi iustifi-
cationem Breuis, & sententiam declaratoriam iusti-
ficationis obtinere, ita pariter hoc idem possit Ra-
12 naldus, † in quem vti singularem successorem,trans-
iuit beneficium d.concessionis,& Breuis, cum omni-
bus Iuribus,& qualitatibus inde prouenientibus,iux-
ta reg.*text.in l.si enim hominem*, vbi Bart. *ff. de fideiuss.*
idem Bart.in l.Lucius.§.rogatus, ff.ad Trebell.Valas.in l.
vnum ex familia,§.sed si lege falcidia,ff.de legat.2..Put.
decis.177.n.1.lib.2..

Minùs releuat quòd Canonici non fuerint citati
in examine dictorum duorum Testium, etiam quòd
13 in d.Breui extet clausula *vocatis vocãdis*; † Quia quid-
quid sit, an Canonici debuerint citari, quòd in his
terminis negatiuè sentit *Rot.decis.636.num.4. part.1.*
*diuers.*ex eo videlicet quòd d.clausula sit intelligenda
de aliis,qui forsan potuissent Ius prætendere, vel ra-
tione possessionis,vel proprietatis,non autem de ipsis
Canonicis, quinsimul cum Ascanio, Papæ suppli-
carunt, & ab eo Beneplacitum obtinuerunt; vnde
14 oritur eorum confessio vtilitatis, † & confitens non
debet citari, *Paris. cons.* 111. *num. 9. &* 10. *vol.4.*
Nec præterea inter Canonicos, & Ascanium ade-
rat aliqua contentio, imò vnanimiter huic emphy-
teusi respectiuè consenserunt. In omnem casum cùm
[vt dictum est]omnia possint per Ranaldũ ex integro
fieri,vti successorẽ Iuris Ascanij, possunt dicti testes
ab eo hodie repeti, vel fieri noua probatio, prout etiã
facere posset Ascanius si viueret ex supradictis, &
pariter idem potest hodie facere,& instare Capitulũ.

Non obstat etiam secundum fundamentum, cui
præcipuè Capitulum insistebat,videlicet quòd Asca-
nius,iuxta pactum conuentum,[vt supra] tenebatur
intimare Capitulo nominationem, infra duos men-
ses proximos,à die nominationis per eum in dicto
testamento factæ; & tamen ab eo nulla intimatio fa-
cta extitit, sed tantùm illa facta fuit à Ranaldo infra
duos menses à die obitus Ascanij, multò autem post
duos menses, à die nominationis in dicto testamen-
to de eo factæ; † atque ideò d.intimationem, vti fa- 15
ctam extra tempus conuentum, non suffragari ad
text. *in l. si ea quæ, C. qui actus non pos. Roland. con-*
sil.19. num.12. & 13.lib.1. Paris.cons.19.num.223.lib.2.
Anton. Gomes. var. resolut.lib.3. cap.9. num.9. Ossasc.
decis. 49. per tot. Et ferè in his terminis *Grat. dis-*
cept.713.num.3.

Quia fuit multipliciter responsum,& quidem Pri-
mò † quòd cùm facultas nominandi fuerit concessa 16
Ascanio,sub conditione, si sine filiis decederet, quæ
non poterat existere, seu verificari, nisi post obitum
eiusdem Ascanij,vt ad sensum patet, propterea tem-
pus intimationis faciendæ, per necessariam conse-
quentiam,non incipit currere, nisi à die mortis eius-
dem Ascanij, & sic à tempore existentis conditio-
nis; ex illa trita regula, † quòd conditio debet 17
prius adimpleri, & præcedere, antequam actus per-
ficiatur, *l. filiusfamilias, ff de condit. & demonstr. l.*
hec conditio, in princip. ff. de contrahend. empt. l.cede-
re diem, ff. de verb. signific. & l. bonem, §. si sub
conditione, ff. de adilit. edict. † ita vt dum pendet 18
impediat actum fieri,& nihil in esse ponat, *l. si quis*
sub conditione, ff. si omiss.caus.testam. l. si pupilli, §. vi-
deamus, ff. de negot.gest. Bartol. in l. quibus diebus, §.
Termilius, ff. de condit. & demonstrat. num.1.Menoch.
cons. 731. per tot. & Sarm. lib.2. Select. cap.3. Et ex
illa alia generali regula, † quòd tempus concessum 19
respectu certæ causæ non currit, nisi causa illa priùs
existat, vt post *Signor.in cons.81 num.6.Bald.Florian.*
& Ias.in l. si cui legetur,in princip.ff. de leg.1. dicerunt
Tiraq.in tract de retr.conuent.§.2.gloss. vnic.n.57. vers.
*& cur aliàs, Menoch.cons.*1088.*num.34.* Et in specie † 20
quòd tempus præfinitum à contrahentibus non in-
cipiat currere, nisi à die purificatæ conditionis,siue
causæ, post *Gul.de Cun. & Alber.in l.1. §. annua, ff.*
quando act. de pecul. ann. sit per illum text. *& Bald.*
in tract.Protomixeos,num.142. Tiraq.lib.1 de retract.§.
primo glos.70.num.45.Anton. Gom. var.resol. de contr.
c.11.num.29.vers.Quartus effectus,& Conar.lib.3.resol,
*c.11.num.1.*verius,& receptius esse,ex multis compro-
bat *Ioan.Mattien.ad lib.5.recol.tit.11.l.7.gloss.6.n.31.*
cum seqq.

Secundò fuit responsum, quòd eo ipso,quòd fuit
data facultas nominandi in testamento, & fuit in eo
nominatio facta, † illa regulari debet,iuxta naturam 21
testamenti:ita vt prout illud,nominatio quoque à die
mortis facta censeatur,*ad text.in l.2.ff.de adim. legat.*
& ex regula, quòd † vbicunque est assignatus termi- 22
nus à lege, testatore, vel à partibus in contractu
ad soluendum, vel præstandum aliquid, non in-
cipit currere terminus ille, nisi post actum,qui na-
tura sua debet præcedere, iuxta textum optimum *in*
l.tali in princ.ff.de Iur.dot.& l.3.§. si quis hæredi, ff. de
stat.lib. Bald. in l.1. num.49. C.de his qui pœna nomi-
ne, & in l. si in diem, ff.de condit.& demonstrat. Ruin.
cons.63. num.1.vol.5. Abb. in c.nos quidem, num.10.
Anchar.num.6.Imol,num.7.extra de testam. Et in præ-
cisis terminis casus nostri,dixit *Rot.decis.675. p.1. di-*
uers.& coram Card.Serap.dec 844.quæ decidunt præ-
sentem controuersiam.Vnde, † cùm testamentum de 23
sui natura initium sumat à tempore obitus ipsius te-
statoris,*l.prima ff.de testament. & d.l.2.de adim. legat.*

g.cum Marthe decelebr.miss. † omnia, quæ in eo continentur, regulariter sunt ad hoc tempus necessariò referenda, *Surd.conf.216.n.9.Rot.diu.decis.452.n.2 par.4. Seraph.decis.943.n.8.*

Tertiò & tandem fuit responsum, quòd dato etiam, vt Ascanio primo acquirenti tempus datum ad intimandam nominationem in testamento faciendam incepisset currere à die facti testamenti, quia tamen in Instrumento Inuestitutæ conuentum fuit, quòd intimatio nominationis fieri posset, tàm per ipsum Ascanium, quàm per aliam quamcunque personam nomi-
25 nandam, consequenter clarum est, † Ranaldo nominato præter ignorantiam suæ nominationis non incepisse currere tempus, nisi post diem obitus; nempe à die publicationis Testamenti, à quo nominatio ad eius notitiam peruenit, cum regulare sit, voluntates testatorum non propalari, nisi post eorum obitum; ignoranti autem tempus non currit *l. cum sex, ff. de adil.edict.l.annus.ff.de calumniat. l. quinquaginta, ff. de excus.tut. Abb.& aly in c.nos quidem, de testam Bald. in l.1.oppos.24.num.27. ante med. C. qui admitt.Roman. cons.228.*latè *Menoch.cons.533.num.3.* Quinimò cùm Ranaldus ante mortem testatoris nullum haberet Ius
26 intimandi, eo ipso erat impeditus; † impedito autem nunquam tempus currit, *Tiraq.in tract.de retr.cons.§. in glos.4.n.5.*& copiosius *in §.12.gloss.2.& Menoch.vbi*
27 *supra,num.39.* Quod adeò verum est, † vt tempus in persona Ascanij inceptum, non debeat currere, neque nocere Ranaldo; sed integrum tempus ei conceditur à die quo ipse intimare potuit, argum. *text.in l.1.ff.de success.edict.& §.quibus Instit. de bon poss. Add. ad de-*
28 *cis.165.Guidop.* † Et tantò magis, cùm agatur de lapsu temporis, ad effectum incurrendi caducitatem, quod ideo debet labi per dolum, seu per latam culpam *c fin. de pro.feud.alien.per Lotar,Guidop.d.decis.165.* & benè conducunt, quæ tradit *Gurb.decis.85. per tot.* & præ-
29 sertim *num.25.* † Dolus autem, & lata culpa ignoranti, seu aliàs legitimè impedito non possunt imputari, ex vulg.

Vnde non subsistit replicatio, quæ ex aduerso fiebat, quòd l text. *in d.l.tali,ff.de iur.dot.& decis.675. p.1. diuers. & Seraph. decis.844.* nec non alia supradicta
30 procedunt, † quãdo certum tempus præfixum à contrahentibus, non habet designationem certi initij, à quo illud currere incipiat, quo casu ex Iuris interpretatione, & tacita contrahentium mente, tempus non incipit currere, nisi à die, quo actus est perfectus, secus tamen est quando à contrahentibus fuit præfixum, & designatum certum initium, à quo tempus incipiat currere, quia tunc illud est metiendum ab initio præfixo, ita vt non admittatur extensio ad aliud tempus, cùm eo ipso quòd contrahentes initium determinant, & exprimunt, cesset tacita illorum mens, ac omnis Iuris interpretatio, etiam quòd actus non sit perfectus, iuxta distinctionem *Bart. in l.si in diem,* per illum text *ff.de cond.& demon. Alex. cons.61.n.4. vol.5.Soc.sen.cons.34.n.44. lib 4. Gratian. discept.725. num.13. Magon.decis.Florent.8.per tot.Surd.decis.203. n.10.* Et præsertim in casu nostro stante illa dictio-
31 ne, † *proximos,* quæ fortiùs operatur, vt statim ab illo momento præscripto tempus currere incipiat, *Bald. cons.246.n.1.vol.5.Becc.cons.99.n.17.vers.2.quia, Surd. vbi supra.*

Quia cessat ex supradictis, quandoquidem esto quòd distinctio Bart. & aliorum supra allegatorum nempe quòd vbi est præfixum certum initium à quo tempus currere incipiat, illud sit præcisè attendendum, etiam quòd actus non sit perfectus, esset absolutè, & simpliciter intelligenda, tamen non est verũ in casu nostro quòd illud initium præfixum ad intimandum videlicet à die nominationis sit tempus conditi testamenti, sed necessariò est tempus obitus testatoris ex contrahentium expressa voluntate, dum concessa fuit Ascanio facultas nominandi in casu quo filios non haberet, & personæ nominatæ facultas intimandi, quæ, vt dictum fuit, non possunt verificari, nisi post mortem: & tandem dum fuit concessum, quòd nominatio fieri posset in testamento, quod initium sumit à morte, ex prædictis; Sed præterea veritas est quòd distinctio *Bart.* & aliorum non est simpliciter intelligenda; quinimò est subdistinguen-
dum, † quod: Aut initium præfixum fuit taliter à 32
contrahentibus expressè designatum, vt nullo modo, nullâque ratione possit variari, nec in rate possit Iuris interpretatio ex tacita contrahentium mente, nec aliter subintelligi: v.g. si emptor promiserit soluere prætium venditori infra duos menses proximos ab hodie computandos, tunc etiam quòd res vendita intra illud tempus non fuerit tradita, & sic contractus nondum habeat vltimam perfectionem, nihilominùs tempus solutionis pretij incipit currere à die illa, per contrahentes præfixa ita, vt solutio non possit egredi tempus constitutum. *Bald.in l.Seius,§.emptor, vers. quem promisisti,ff.de peri. & com.rei vend. Salicet.in l. emptionem n.4.circa finem.C.de contrah empt.* Et ita declarando *Bart. in d. l.si in diem.* egregiè docet ibidem *Secc.num.6.& 7.* Et in his terminis loquuntur DD. in contrarium allegati: Et iste non est casus noster, vt ad
oculum patet: † Aut verò initium temporis non 33
fuit in specie constitutum, & expressè designatum, vt absque violentia, & salua ratione recti sermonis, non possit, ex Iuris interpretatione, & tacita contrahentium mente variari, aut aliter subintelligi, & tunc non incipit currere tempus à die præfixa, iuxta sonum verborum crasso modo intellecta, sed debet fieri subauditio, vt tempus currere incipiat à die, quam dictat ratio, & sic à die perfectionis actus, aut aliàs secundum subiectam materiam; v.g. si emptor promiserit soluere pretium venditori, intra duos menses à die contractus, debet intelligi à die contractus perfecti per traditionem, *Soccin.in d.l.si in diem. Ruin.cons.65. num.1.vol.5.Castrens.cons.a 1.circa med.vol.1.Gurb.* qui de communi testatur *dicta decis.80.n.15.*& alij supra allegati, *Vincent.de Franc.* qui sic distinguit *dec.626. per totam,*& præsertim *n.7.& 8.* Et in fortioribus ter-
minis *Corn.cons.245.n.7.& cons.250.n.2.vol.4.*† Quòd 34
procedit etiamsi fuerit dictum intra annum proximum, vel intra tot menses proximos à die contractus, *Soc.Castr.& Ruin.* vbi proximè, & iste est casus noster, quia neque in concessione, neque in beneplacito fuit dictum, quòd intimatio nominationis deberet fieri à tali die, ibi præfixa specialiter, & inuariabiliter designata, sed in genere à die nominationis. Vnde debet initium temporis regulari secundùm ipsam nominationem, & sic à die perfectæ nominationis, quæ fuit dies impletæ conditionis, si sine liberis, & obitus testatoris, iuxta subiectam materiam, ex supradictis.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Burgen. Beneficij.

Lun. 20. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis est manutenibilis, si capta fuerit alio non possidente.*

2 *Possessio*

1 *Possessio beneficij non habentis certam Cappellam materialem, nec inuocationem certi Sancti, capi potest per actus genericos, & de se indifferentes ad alia beneficia, dum habeatur certitudo, quòd capta fuerit possessio illius, & non alterius beneficij, & ratio redditur num.3. & ex quibus dicatur adesse dicta certitudo, num.4.*

DECISIO CCCLXVI.



VIT resolutum, Petro de Salazar esse dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione beneficij, de quo agitur. Quia de eius quasi possessione constat ex instrumento adeptæ possessionis, † quæ instrumentalis possessio, capta alio non possidente, est manutenibilis, ad *l. prædia, ff. de acquir. possess. Gregor. XV. decis. 40. n. 1. & Rota sæpius decidit.*

Non obstat quòd possessio fuerit capta ad altare maius, in quo non est hoc beneficium fundatum, & per actus genericos; & non inferentes magis ad vnum beneficium, quàm ad aliud eiusdem Ecclesiæ; 2 quia, † cùm agatur de beneficio non habente certam Cappellam materialem, nec voo loco Ecclesiæ magis, quàm alio designato, nec deinde habeat inuocationem certi Sancti, per cuius nomen ab aliis beneficiis distinguatur, sufficit aliàs adesse certitudinem, quòd possessio tradita fuerit huius, & non alterius beneficij, etiam quòd actus traditionis possessionis sint de se indifferentes ad alia beneficia, vt fuit in puncto resolutum *in causa Neapolitana beneficij 5. Iunij 1628. coram Eminentissimo Cardinali Virili.* Et fa-
3 cit ratio, † quia alioquin similium beneficiorum non posset capi possessio, quæ esset manutenibilis, vt ad
4 oculum patet: † hic autem adest huiusmodi certitudo, quia Petrus prædictus accepit possessionem d. beneficij, vigore litterarum Apostolicarum, & mandati de immittendo, eatum vigore ab executore emanati, & in Ecclesia Patrochiali Oppidi de Villanona, vacantis per obitum q. Ludouici Diaz del Campo vltimi illius possessoris, quæ particularis demonstratio vltimi possessoris, vna cùm illa alia generali Ecclesiæ Parochialis loci de Villanoua, in qua extat fundatum, satis ostendunt possessionem fuisse captam huius beneficij, & non alterius, dum non apparet, Ludouicum in d. Ecclesia alia beneficia habuisse, argumento optimi text. *in l. 2. ff. de liber. & post.*

Et ita decisum, &c.

Leodien. Bonorum.

Lun. 20. Decembris, 1632.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

Declaratoria quando sit concedenda.

DECISIO CCCLXVII.



VIT resolutum esse dandam Declaratoriam contra Ioannem de Gleri; cùm enim fuerit aliàs decisum coram me possessionem per eum captam bonorum de quibus agitur fuisse attentatam; & contra ipsum relaxatum mandatum reuocationis attentatorum, cum præcepto quòd Ioannem Michaëlem anteriorem possessorem reponeret in pristinum statum, cum comminatione Censurarum, quo mandato personaliter, & aliàs legitimè intimato, & deinde seruatis quatuor terminis iuxta stilum ad docendum se paruisse, de paritione non docuerit; propterea contra illum vti contumacem danda est Declaratoria, *cap. 1. in fin. vt lit. non contest, Cassad. decis. 12. n. 2. de rescript. Mohed. decis. 1. de sent. excomm.* & fuit sæpius decisum.

Et ita resolutum vna parte parte informante, &c.

Romana Gruppi.

Merc. 19. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Epistola scripta manu alicuius non autem ab eo subscripta, an, & quando probet contra ipsum scribentem: Et multa notanda circa officium Capserij, & Iuuenum mercatorum, nec non circa eorum stilum, in receptione pecuniarũ, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Filius scribens Chirographum in quo Pater donum ipsius filij pigneranit, præiudicat sibi in pignore, etiam quòd filius non subscripserit, nec aliter suum consensum præstiterit: intellige, vt num. 45. & seqq.*

2 *Filius si scribat se exheredem in testamento Patris, exheredatio ei nocet, etiam sine causa; & ratio redditur, n. 49. 50. & 51.*

3 *Filius exheredari potest cum legitima causa à quocumque testamentum patris scribatur.*

4 *Epistola probat contra scribentem.*

5 *Ampliæ procedere etiam si se non subscripserit; cùm sufficiat illam scripsisse.*

Declara procedere, quando scribens in ea proprium nomen scripsit, aut si non scripsit proprium nomen, tamen alius non se subscripsit, aliàs secus, & n. 14. 28. & 52.

6 *Scribens ratione officij nullum sibi ex scriptura præiudicium infert: Declara, vt num. 7. & seqq.*

7 *Tuteris officium est necessarium.*

8 *Respublica officia omnes Ciues tenentur regulariter subire.*

9 *Contrahentes ex causa officiorum, quæ necessariò subire tenentur, non præiudicant sibi in iure competenti super re in contractum deducta, secus tamen est si dicta officia voluntariè subeant, quia tunc sibi præiudicant, nisi de iure suo conseruatione fuerint protestati, & num. 11.*

10 *Procuratoris, & Aduocati officia voluntariè suscipiuntur.*

12 *Mercatorum fidibus valdè deferendum est circa eorum stilum.*

13 *Partita contenta sub vnica verborum structura, & sub vnica confessione, debent pariformiter determinari, non autem diuerso Iure censeri debent, & num. 14.*

15 *Ad Capserium spectat receptio, & solutio pecuniarum, ex natura, & qualitate sui officij, & priuatiuè quoad alios, n. 20. Declara, vt n. 57.*

16 *Actus censetur factus ab eo qui illum facere tenebatur, & non ab alio.*

17 *Capserius, qui omisit scribere aliàs partitas in libro Capsæ, præsumitur etiam scribere omisisse partitam controuersam. Declara, vt num. 58.*

18 *In Ratione Bancaria duo adsunt officia distincta, quorum alterum dicitur officium Complementarij, alterum Capserij; Et per quos dicta officia exerceri soleant.*

19 *Ad Complementarium spectat onus scribendi epistolas Banchi, cui credendum est, & potest alios obligare, dum tamen sint Consocij, & n.59. Secus si non sint Consocij, num.60.*

21 *Capserius obligatus ad reddendam rationem pecuniarum, quæ ad manus eius peruenerunt, condemnari non potest ad illas restituendum, nisi prius probatum fuerit pecunias ad eius manus peruenisse.*

22 *Decretum iniustum est reuocandum.*

23 *Negatiua non receptionis pecuniarum præsumitur de Iure, ita vt ex sola probationis loco regulariter habeatur.*

Probatur ex libro in quo similes receptiones adnotari solent, & in quo receptio controuersa non apparet, n.37. & 38.

25 *Persona in contractu non expressa, nunquam subintelligitur.*

26 *Actio nulla competit ex Instrumento, vel quauis alia scriptura, contra personam ibi non nominatam, nisi sit rei, vel Iuris successor.*

27 *Scriptura, quòd non cantat, nec nos cantare debemus.*

29 *Epistola tribuitur tota subscribenti, nisi doceat se deceptum ad ita subscribendum, & num.53.*

30 *Subscribens non præsumitur in dubio deceptus, sed habuisse notitiam contentorum in scriptura.*

31 *Potestas non censetur data priuatiuè, sed cumulatiuè.*

32 *Actus indifferens à quo factus censeatur, & n.54.*

33 *Capserio imputari non potest receptio pecuniarum per alium facta, si per eum non steterit quominus dictas pecunias receperit.*

34 *Dominus rationis Bancariæ obligatur ex facto Institoris: Et quare, n.35.*

36 *Officia vbi sunt diuersa, vnus officialis non potest alterum obligare.*

37 *Mercatorum stylus inter ipsos est attendendus.*

39 *Debitor solitus habere librum in quo solutiones scribere facit, non præsumitur quòd si soluisset, non curasset solutionem per eum prætensam in d. libro scribi, sicut curauit scribi solutiones.*

40 *Negatiua probatur ex libris Datariæ, & Cancellariæ.*

41 *Iuueni Mercatori, an, & quando credendum sit, & num seqq.*

42 *Probatio admittitur in materiis difficilis probationis quæ aliàs admittenda non esset.*

43 *Institoris, seu Procuratoris confessio præiudicat Domino super negotiis eis commissis.*

44 *Amplia procedere etiam si Institor desierit esse talis, & statum, seu conditionem mutauerit.*

45 L.fideiussor.§.pater, ff. de pignor. *declaratur, & num.seqq.*

46 *Pignus imponi non potest per Patrem super re filij emancipati, vti aliena, & ideo requiritur illius consensus, ne creditor deceptus remaneat, & num.47.*

48 *Scribens corpus Epistolæ quando non teneatur.*

49 *Pater non potest filium, eo inuito, sine causa exheredare.*

55 *Scribens non censetur consentire, quando scribit pro alio, quòd ipso inuito ille facere poterat.*

56 *Capserios obligari posse, ad libitum Dominorum rationis Bancariæ, & Iuuenum, absurdum esset, & iniquum.*

DECISIO CCCLXVIII.

MAXIMILIANVS Monaldus transinisit sacculum, vulgò *Gruppum* scut. 500. D.Flaminio Razzanti, in Vrbe mercatori, quem Mulio, qui illum exportauit, consignauit Dominico Curlo, ministro, vulgo *Iuueni*, eiusdem Flaminij exactionibus præposito: qui Dominicus d.Flaminij nomine Mulioni fecit quietantiam, siue receputam: & præterea idem Flaminius per suas litteras missiuas, *de auuiso* ab ipsómet subscriptas, in corpore autem scriptas manu D.Sebastiani Capponi, Capserij rationis Bancariæ d. Flaminij, certiorauit Monaldum de receptione Gruppi, & qualiter cùm eum numerauerit, & reperierit stare iustum, scilicet in eo adesse dicta scuta 500. dederat ei de illis creditum, prout eidem dederat etiam creditum de aliis partitis, per eundē Monaldum sibi transmissis, quas in eisdémmet litteris descripsit: Verba dictarum litterarum, *de auuiso* Flaminij ad Monaldum sic se habent. *Questa sera, come hauera visto per l'altra di mercordi, si riceuetto il Gruppo delli scuti 500. & hauendolo in contrato, e trouato star giusto, n'é andato Creditore, si come è seguito dalle à piè partite fatteeni capitare per lei:* Et deinde sequuntur dictæ aliæ partitæ.

Cùm autem Flaminius non repeteret dictam partitam Gruppi scutorum 500. descriptam in libris suæ rationis Bancariæ, egit coram A.C. contra D. Dominicum Curlum Iuuenem, vt doceret Gruppum, siue scuta 500. per ipsum recepta, & habita à Mulione, consignasse d.Sebastiano Capserio, & poni fecisse ad creditum Monaldi, iuxta formam suæ obligationis, aliàs contra ipsum decerni mandatum executiuum pro restitutione: quod deinde seruatis seruandis fuit relaxatum, nisi infra tres, nec non hinc inde fuerunt desuper facti alij actus iudiciales, de quibus lustra: Quibus, sic præcedentibus, Flaminius nihilominùs pro eodem Gruppo aliud Iudicium instituit, agerèque cœpit contra dictum Sebastianum, prætendens quòd cùm ille esset Capserius suæ rationis Bancariæ, & prædictas litteras, *de auuiso* certiorantes Monaldum de receptione, manu propria scripserit, teneatur, etiā, quòd litteris non se subscripserit, de dictis scutis 500. quæ erant in Gruppo, reddere rationem, & contra illum mandatum executiuum ab A.C. obtinuit: de quo cùm hodie in gradu appellationis me proponente dubitaretur in Rota, pro mandati confirmatione adducebantur sequentia.

Et quidem primò dicebatur esse textum expres-
sum *in l fideiussor, §. Pater ff. de pignor.* vbi † cùm filius 1
emancipatus, dictante Patre, scripsisset Chirographū,
in quo Pater pignorauit Domum ipsius filij, & dubi-
taretur an Domus in præiudicium filij pignorata re-
maneret, respondit Iurisconsultus affirmatiuè, etiam
quòd filius non se subscripserit, nec aliter suum con-
sensum præstiterit, ibi, *cùm neque consensum suum ac-
commodauit Patri, aut signo suo, aut alia scriptura cùm,
sua manu, pignori Domum suam futuram scripserit, con-
sensum ei obligationi dedisse, manifestum est:* Quem text.
ad hoc ibi singularem esse notant *Doctores, & Pului.
in tract. de alien. rer. distract. cap.* 10.

Secundò ad idem expendebatur text. *in l. non puta-
uit, §. si quis sua manu, ff. de bon. poss. contra tabul. vbi*, † 2
si in Patris testamento filius sua manu exhæredem se
scripserit, exhæredatio ei nocet, etiam sine causa, ita vt
eo ipso filius visus fuerit consentire patrísque testa-
mentum absolutè approbare, prout ibi *Gloss. Bartol,
& DD.* communiter annotarunt: Et meritò, quia
aliàs textus ille, si de exhæredatione cum causa esset
intelligendus, careret penitus dubitandi ratione, † 3
quia

quia cum legitima causa semper filius exhæredari
potest, à quocunque Patris testamentum scribatur,
tam de iure ff. & C. quàm Authent. *auth. Vt cum de ap-
pellatione cognoscitur, §. aliud quoque Capitulum.*
4 Tertiò adducebatur trita illa regula, quòd † Epi-
stola probat contra scribentem, de qua *in l. vel Pa-
blia Meaua, §. fin.* & ibi *DD. ff. Depositi, l. scripturas, C.
qui pot. in pign. hab. gloss.* communiter recepta *in c. 2. de
fid. Instr. Boer. decis. 333. num. 9. vers. & in hac causa,
Rot. Iannen. decis. 29. num. 2. & decis. 8. num. 1.* Nec rele-
5 uare videtur, † quòd Sebastianus litteris non se sub-
scripserit; Quia hoc non requiritur, sed sufficit eum
litteras scripsisse, *d. §. Pater, & l. cum antiquitas, §. fin.
C. de testament. Bartol. in l. cum Tabernam, §. idem
quæsitum, num. 1. ff. de pignoribus, Alexand. in l. admo-
nendi, num 31. vers. Idem adducit, & ibidem Parpurat.
num. 126. ff. de iur. iur. Ioan Andreas in cap. 1. de pro-
bat. Felin. in cap. 2. num. 19. de fide Instrum. Corset. sin-
gul. 108. Roman. cons. 303. num. 1. Gabr. de præs. conclus. 3.
num. 11. vers. Quantò amplia, Menoch. præs. 66. num. 1. &
seqq. lib. 3.* Nec deinde pariter ad rem facere videtur
quòd Sebastianus, iuxta formam scripturæ suæ obli-
gationis, vltra officium Capserij tenebatur etiam
huiusmodi Epistolas scribere, aliaque huiusmodi ad
seruitium Banchi pertinentia facere ad libitum, &
voluntatem Flaminij; ita vt propterea visus fuerit
corpus Epistolæ scripsisse vigore sui officij & ex cau-
sa d. obligationis: † scribens autem ratione officij
nullum sibi ex scriptura præiudicium infert, *l. cum
quædam, C. de administr. tutor. & §. si tutor, instit. de
inoff. testament. Imol. cons. 57. Menoch. d. præs. 66. n. 17.
Mascard. de probat. conclus. 1341. num. 27.* Quia esset
verum, si dicta obligatio scribendi processisset ab
7 initio ex causa necessaria; † prout sunt officium tu-
8 toris, *§. 1. Instit. de excusat. tutor.* † & officia Reipu-
blicæ, quæ omnes ciues necessariò tenentur regulari-
ter subire, *l. prima, & tot. tit. ff. de vocat. & excusat. mu-
9 ner.* quo casu † contrahentes ex causa dictorum offi-
ciorum non præiudicant sibi in iure eis competenti,
super re in contractum deducta; Et in his terminis
procedunt Iura *in d. l. cum quædam, & in d. § si tutor*, vt
ibi declarant *Angel. Aret. Viglius, Mising.* & alij, mul-
tos citant, *Tiraquell. de retract. consang. §. 1. Gloss. 9.
num. 266. Menoch. & Mascard.* vbi supra. Cùm autem
d. obligatio processerit ex causa voluntaria, quia vo-
10 luntariè fuit suscepta, † prout etiam officia Procu-
ratoris, & Aduocati voluntariè suscipiuntur, *§. man-
datum Instit. mandat.* propterea retorqueri videtur;
itaut Sebastianus scribendo visus fuerit sibi præiudi-
11 casse, & tacitè confiteri, † dum de Iuris sui conserua-
tione non fuit protestatus, iuxta reat. optimum *in l.
fin. ff. de inoff. testam.* & est ad hoc bonus *text.* vbi *Ca-
nonist. in cap. ex litteris, de transact. Mising. Tiraquell.*
& alij, vbi supra, *Cravett. in quæst. de indemnitate mu-
lieris post tract. de anteq. tempor. Menoch. consil. 322.
num 33.*
Quartò fuerunt multum ponderata verba dd. litte-
rarum *d'auuiso* ibi, *Et hauendolo rincontrato, e trouato
star giusto, n' è andato creditore*: rincontrare autem spe-
12 ctare de stylo ad Capserij officium, † ex fidibus mer-
catorum constitit, quibus plurimum in hac materia
deferendum esse, dixit *Bald. cons. 40. num. 10. lib. 5. Soc-
cin. Iun. cons. 27. num. 22. lib. 2. Rot. apud Gregor XV. de-
cis. 126. num. 5.* & iterum, ibi, *si come é seguito dalle à pié
partite fattemi capitare per lei.* Quæ aliæ partitæ, cùm
ibidem in eisdem litteris singulariter describantur, &
prætereà in libro Capsæ, per Sebastianum tento repe-
riantur adnotatæ ad creditum Monaldi (quòd non
controuertebantur) consequenter partita Gruppi de-
buit in eodem libro adnotari ad creditum eiusdem
Capserio habita, & recepta, prout adnotatæ fuerunt
dictam proprium scribit, aut alius non se subscripsit,
quo enim quandiu in casu nostro alius se subscribit,
sub vnica scribentis in Epistola non adest.
ne, in dictis in releuant verba dictarum litterarum
fortiter deter *rincontrato, e trouato star giusto*, Quia
non debent diuers manu Sebastiani, tamen cùm non
& de altera dicenda, sed à Flaminio, propterea non
de vsucap. cum vulgatio sunt tribuenda, ex supradi-
Quintò vrgebat, quòd potest quòd cùm ex aue-
Capserium ex natura, & quolæ *d'auuiso*, fieri etiam
receptio, & solutio pecuniarum rationis Bancariæ,
cialiter deputatum, vt ex supradicti præpositi, etiam
mercatorum, & alias in simili dixit ylo consignatæ,
in fin. part. 1. recent. quo fit, vt ex hac pr. & subscribere
tatione regulari debeat actus subsequens sequenter
Gruppi; † ita vt factus censeatur à Sebastiano, eas
pserio qui illum facere tenebatur, & non à Flaminio solus,
l. si vir. lann, in princ. ff de donat. inter. gloss. in l. quæ- 14
mulier, in verbo, sufficiebat, ff. de rei vendient. Alexand. 15
*consil. 25. num. 9. cum seqq. lib. 2. Menoch. præsumpt. 74.
num. 43. lib. 2.* Et in his terminis *Rot. in d. decis. 522.
in fin.*
Sextò, & vltimò prædicta omnia tantò magis strin-
gere videbantur, † ex quo, vt dicebatur, Sebastianus 17
in d. libro capsæ per eum tento, omisit scribere, &
dare creditum de aliis multis partitis; vnde à solito
idem de ista partita Gruppi fecisse verisimiliter cre-
dendum est, *ad text. in l. si cui, § iisdem, ff. de accusat.* Et
notant DD. *in c. semel*, vbi *Dynus*, & alij *de regul. Iur.
in 6.* Nec hanc præsumptionem elidi ex eo, quòd in
dd. litteris missiuis certificantibus Monaldum de re-
ceptione Gruppi Flaminius Dominus rationis Ban-
cariæ se subscripserit. Quia, vt dicebant Informan-
tes, † in qualibet ratione Bancaria duo omnino ad- 18
sunt officia distincta quorum alterum dicitur offi-
cium complementarij vt plurimum per ipsúmmet
Dominum Banchi exerceri solitum, prout illud in
d. Bancho exercebat Flaminius: Alterum verò of-
ficium est Capserij quòd solet per vnum Iuuenem
vulgo *Capserium*, à Domino Banchi ad hoc præpo-
situm administrari; qua distinctione officiorum stan-
te, † onus scribendi Epistolas, aliaque similia facien- 19
di, solùm ad Complementarium spectat, cui creden-
dum est, quíque potest alios obligare, iuxta notata
*per Bart in l. eamdem in 7. quæst. ff. de duobus reis, Rot.
Iannen. decis. 135. num. 1. & decis. 185. num. 1. Mart.
cons. 78. num. 9.* † onus verò recipiendi, & soluendi 20
pecunias ad Capserium tantùm, priuatiuè quoad
alios spectare, iuxta fides, & attestationes mercato-
rum, & visa fuit sentire *Rot. in d. d. 522. n. 6. circa med.
vers. nihilominus.*
Quibus tamen non obstantibus Domini ad fauo-
rem Sebastiani decretum A.C. reuocandum esse cen-
suerunt. Ratio resolutionis fuit, quia cùm obligatio
Sebastiani vti Capserij cuius vigore actum fuit, † so- 21
lùm caueret de reddenda ratione pecuniarum, quæ ad
eius manum peruenerunt, non potuit ille condemna-
ri, mandatúmque executiuum contra eum decerni,
nisi prius probatum fuerit concludenter pecunias ad
eum peruenisse, *Bart. in l. 1. num. 9. vers. & aduerte*, vbi
etiam *Alexand. n. 22. ff. de edea. Soc. cons. 24. n. 35. lib. 1.
Crauet. cons. 331. n. 14.* Vnde cùm hoc probatum non
fuerit, † decretum vti iniustum, est reuocandum, 22
*Cæsar de Grass. decis. 2. n. 6. de solut. Rot. decis. 311. n. 2.
part. 2. d. vers.* Et fuit sæpissimè decisum. Quòd autem
non constet Sebastianum recepisse Gruppum aut pe-
cunias in eo contentas fuisse ei numeratas, vltra Iu-
ris præsumptionem, quæ stat pro negatiua, † ita vt 23
ea sola probationis loco regulariter habeatur, *ad l.
actor. C. de probat. Cravett. cons. 1. n. 11* probatur etiam ex
sequentibus.

Primò

18 *In Ratione Bancaria duo adsunt officia distincta, quorum alterum dicitur officium Complementarij, alterum Capserij; Et per quos dicta officia exerceri soleant.*

19 *Ad Complementarium spectat onus scribendi epistolas Banchi, cui credendum est, & potest alios obligare, dum tamen sint Consocij, & n.59. Secus si non sint Consocij, num.60.*

21 *Capserius obligatus ad reddendam rationem pecuniarum, quæ ad manus eius peruenerunt, condemnari non potest ad illas restituendum, nisi prius probatum fuerit pecunias ad eius manus peruenisse.*

22 *Decretum iniustum est reuocandum.*

23 *Negatiua non receptionis pecuniarum præsumitur de Iure, ita vt ea sola probationis loco regulariter habeatur.*

Probatur ex libro in quo similes receptiones adnotari solent, & in quo receptio controuersa non apparet, n.37. & 38.

25 *Persona in contractu non expressa, nunquam subintelligitur.*

26 *Actio nulla competit ex Instrumento, vel quauis alia scriptura, contra personam ibi non nominatam, nisi sit rei, vel Iuris successor.*

27 *Scriptura, quòd non cantat, nec nos cantare debemus.*

29 *Epistola tribuitur tota subscribenti, nisi doceat se deceptum ad ita subscribendum, & num.53.*

30 *Subscribens non præsumitur in dubio deceptus, sed habuisse notitiam contentorum in scriptura.*

31 *Potestas non censetur data priuatiuè, sed cumulatiuè.*

32 *Actus indifferens à quo factus censeatur, & n.54.*

33 *Capserio imputari non potest receptio pecuniarum per alium facta, si per eum non steterit quominus dictas pecunias receperit.*

34 *Dominus rationis Bancariæ obligatur ex facto Institoris: Et quare, n.35.*

36 *Officia vbi sunt diuersa, vnus officialis non potest alterum obligare.*

37 *Mercatorum stylus inter ipsos est attendendus.*

39 *Debitor solitus habere librum in quo solutiones scribere facit, non præsumitur quòd si soluisset, non curasset solutionem per eum prætensam in d. libro scribi, sicut curauit scribi solutiones.*

40 *Negatiua probatur ex libris Dataria, & Cancellaria.*

41 *Iuueni Mercatori, an, & quando credendum sit, & num seqq.*

42 *Probatio admittitur in materiis difficilis probationis quæ aliàs admittenda non esset.*

43 *Institoris, seu Procuratoris confessio præiudicat Domino super negotiis eis commissis.*

44 *Amplia procedere etiam si Institor desierit esse talis, & statum, seu conditionem mutauerit.*

45 L. fideiussor, §. pater, ff. de pignor. *declaratur, & num. seqq.*

46 *Pignus imponi non potest per Patrem super re filij emancipati, vti aliena, & ideo requiritur illius consensus, ne crediter deceptus remaneat, & num.47.*

48 *Scribens corpus Epistolæ quando non teneatur.*

49 *Pater non potest filium, eo inuito, sine causa exheredare.*

55 *Scribens non censetur consentire, quando scribit pro alio, quòd ipso inuito ille facere poterat.*

56 *Capserios obligari posse, ad libitum Dominorum rationis Bancariæ, & Iuuenum, absurdum esset, & iniquum.*

DECISIO CCCLXVIII.

MAXIMILIANVS Monaldos transmisit facculum, vulgò *Gruppum* scut. 500. D. Flaminio Razzanti, in Vrbe mercatori, quem Multo, qui illum exportauit, consignauit Dominico Curlo, ministro, vulgo *Iuueni*, eiusdem Flaminij exactionibus præposito: qui Dominicus d. Flaminij nomine Mulioni fecit quietantiam, siue receputam: & præterea idem Flaminius per suas litteras missiuas, *de auiso* ab ipsómet subscriptas, in corpore autem scriptas manu D. Sebastiani Capponi, Capserij rationis Bancariæ d. Flaminij, certiorauit Monaldum de receptione Gruppi, & qualiter cùm eum numerauerit, & repererit stare iustum, scilicet in eo adesse dicta scuta 500. dederat ei de illis creditum, prout eidem dederat etiam creditum de aliis partitis, per eundē Monaldum sibi transmissis, quas in eisdémmet litteris descripsit: Verba dictarum litterarum, *de auiso* Flaminij ad Monaldum sic se habent. *Questa sera, come hauera visto per l'altra di mercordi, si riceuetto il Gruppo delli scuti 500. & hauendolo in contrato, e trouato star giusto, mé andato Creditore, si come è seguito dalle à piè partite fattemi capitare per lei:* Et deinde sequuntur dictæ aliæ partitæ.

Cùm autem Flaminius non reperiret dictam partitam Gruppi scutorum 500. descriptam in libris suæ rationis Bancariæ, egit coram A.C. contra D. Dominicum Curlum Iuuenem, vt doceret Gruppum, siue scuta 500. per ipsum recepta, & habita à Mulione, consignasse d. Sebastiano Capserio, & poni fecisse ad creditum Monaldi, iuxta formam suæ obligationis, aliàs contra ipsum decerni mandatum executiuum pro restitutione: quod deinde seruatis seruandis fuit relaxatum, nisi infra tres, nec non hinc inde fuerunt desuper facti alij actus iudiciales, de quibus Infra: Quibus, sic præcedentibus, Flaminius nihilominùs pro eodem Gruppo aliud Iudicium instituit, agereque cœpit contra dictum Sebastianum, prætendens quòd cùm ille esset Capserius suæ rationis Bancariæ, & prædictas litteras, *de auiso* certiorantes Monaldum de receptione, manu propria scripserit, teneatur, etiā, quòd litteris non se subscripserit, de dictis scutis 500. quæ erant in Gruppo, reddere rationem, & contra illum mandatum executiuum ab A.C. obtinuit: de quo cùm hodie in gradu appellationis me proponente dubitaretur in Rota, pro mandati confirmatione adducebantur sequentia.

Et quidem primò dicebatur esse textum expres-
sum *in l. fideiussor, §. Pater, ff. de pignor.* vbi † cùm filius 1
emancipatus, dictante Patre, scripsisset Chirographū,
in quo Pater pignorauit Domum ipsius filij, & dubitaretur an Domus in præiudicium filij pignorata remaneret, respondit Iurisconsultus affirmatiuè, etiam quòd filius non se subscripserit, nec aliter suum consensum præstiterit, ibi, *eùm neque consensum suum accommodauit Patri, aut signo suo, aut alia scriptura cùm, sua manu, pignori Domum suam futuram scripserit, consensum ei obligationi dedisse, manifestum est:* Quem text. ad hoc ibi singularem esse notant *Doctores, & Puluis in tract. de alien. rer. distract. cap. 10.*

Secundò ad idem expendebatur text. *in l. non puta-
nit, §. si quis sua manu, ff. de bon. poss. contra tabul.* vbi, † 2
si in Patris testamento filius sua manu exhæredem se scripserit, exhæredatio ei nocet, etiam sine causa, ita vt eo ipso filius visus fuerit consentire patrisque testamentum absolutè approbare, prout ibi *Gloss. Bartol, & DD.* communiter annotarunt: Et meritò, quia aliàs textus ille, si de exhæredatione cum causa esset
intelligendus, careret penitus dubitandi ratione, † 3
quia

quia eum legitima causa semper filius exhæredari
potest, a quocunque Patris testamentum scribatur,
tam de iure ff. & C. quàm Authent. *auth. Vt cum de ap-
pellatione cognoscitur, § aliud quoque Capitulum.*
4 Tertiò adducebatur trita illa regula, quòd † Epi-
stola probat contra scribentem, de qua *in l. vel Pu-
blia Menia, §. fin.* & ibi *DD. ff. Depositi, l. scripturas, C.
qui pot. in pign. hab. gloss.* communiter recepta *in c. 2. de
fid. Instr. Bocr. decis. 333. num. 9. vers. & in hac causa,
Rot. Iannen. decis. 29. num. 2. & decis. 8. num. 1.* Nec rele-
5 uare videtur, † quòd Sebastianus litteris non se sub-
scripserit; Quia hoc non requiritur, sed sufficit eum
litteras scripsisse, *d. §. Pater, & l. enim antiquitas, §. fin.
C. de testament. Bartol. in l. enim Tabernam, §. idem
quæsiuis, num. 1. ff. de pignoribus, Alexand. in l. admo-
nendi, num 31. vers. Idem adducit, & ibidem Parpurat.
num. 126. ff. de iur. iur. Ioan Andreas in cap. 1. de pro-
bat. Felin. in cap. 2. num. 19. de fide Instrum. Corset. sin-
gul. 108. Roman. cons. 303. num. 1. Gabr. de præs. conclus. 3.
num. 11. vers. Quintò amplia, Menoch. præs. 66. num. 1. &
seqq. lib. 3.* Nec deinde pariter ad rem facere videtur
quòd Sebastianus, iuxta formam scripturæ suæ obli-
gationis, vltra officium Capserij tenebatur etiam
huiusmodi Epistolas scribere, aliaque huiusmodi ad
seruitium Banchi pertinentia facere ad libitum, &
voluntatem Flaminij; ita vt propterea visus fuerit
corpus Epistolæ scripsisse vigore sui officij & ex cau-
sa d. obligationis: † scribens autem ratione officij
nullum sibi ex scriptura præiudicium inferre, *l. cum
quedam, C. de administr. tutor. & §. si tutor, instit. de
inoff. testament. Imol. cons. 57. Menoch. d. præs. 66. n. 17.
Mascard. de probat. conclus. 1341. num. 27.* Quia esset
verum, si dicta obligatio scribendi processisset ab
7 initio ex causa necessaria; † prout sunt officium tu-
8 toris, *§. 1. Instit. de excusat. tutor.* † & officia Repu-
blicæ, quæ omnes ciues necessariò tenentur regulari-
ter subire, *l. prima, & tot tit. ff. de vocat. & excusat. mu-
9 ner.* quo casu † contrahentes ex causa dictorum offi-
ciorum non præiudicant sibi in iure eis competenti,
super re in contractum deducta; Et in his terminis
procedunt iura *in d. l. cum quedam, & in d. § si tutor,* vt
ibi declarant *Angel. Aret. Viglius, Mising.* & alij, mul-
tos citant, *Tiraquell. de retract. consang. §. 1. Gloss. 9.
num. 266. Menoch. & Mascard.* vbi supra. Cùm autem
d. obligatio processerit ex causa voluntaria, quia vo-
10 luntariè fuit suscepta, † prout etiam officia Procu-
ratoris, & Aduocati voluntariè suscipiuntur, *§. man-
datum Instit. mandat.* propterea retorqueri videtur;
itaut Sebastianus scribendo visus fuerit sibi præiudi-
11 casse, & tacitè confiteri, † dum de iuris sui conserua-
tione non fuit protestatus, iuxta text. optimum *in l.
fin. ff. de inoff. testam.* & est ad hoc bonus *text.* vbi *Ca-
nonist. in cap. ex litteris, de transact. Mising. Tiraquell.*
& alij, vbi supra, *Cranett. in quæst. de indemnitate mu-
lieris post tract. de antiq. tempor. Menoch. consil. 322.
num. 33.*
Quartò fuerunt multum ponderata verba dd. litte-
rarum *d'auuiso* ibi, *Et hauendolo rincontrato, e trouato
star giusto, n' è andato creditore:* rincontrare autem spe-
12 ctare de stylo ad Capserij officium. † ex fidibus mer-
catorum constitit, quibus plurimum in hac materia
deferendum esse, dixit *Bald. cons. 40. num. 10. lib. 5. Soc-
cin. Iun. cons. 27. num. 22. lib. 2. Rot. apud Gregor XV. de-
cis. 126. num. 3.* & iterum, ibi, *si come è seguito dalle à piè
partite fattemi capitare per lei.* Quæ aliæ partitæ, cùm
ibidem in eisdem litteris singolariter describantur, &
præterea in libro Capsæ, per Sebastianum tento repe-
riantur adnotatæ ad creditum Monaldi (quòd non
controuertebantur) consequenter partita Gruppi de-
buit in eodem libro adnotari ad creditum eiusdem
Capserio habita, & recepta, prout adnotatæ fuerunt
dictæ aliæ partitæ ab eodem Sebastiano habitæ. Ex
quo enim † partita Gruppi, & supradictæ aliæ partitæ 13
sub vnica verborum structura, & sub vnica confessio-
ne, in dictis litteris missiuis continentur, debent pari-
formiter determinari, *l. iam hoc iure, ff. de vulgar.* † Et 14
non debent diuerso Iure censeri, sed sicut de vna, ita
& de altera dicendum est, ad text. *in l. cum qui ædes, ff.
de vsucap.* cum vulgaris.
Quintò vrgebat, quòd ad solum Sebastianum † vti 15
Capserium ex natura, & qualitate officij spectabat
receptio, & solutio pecuniarum, tanquam ad id spe-
cialiter deputatum, vt ex supradictis attestationibus
mercatorum, & alias in simili dixit *Rot. decis. 522. n. 6.
in fin. part. 1. recent.* quo fit, vt ex hac præambula depu-
tatione regulari debeat actus subsequens receptionis
Gruppi; † ita vt factus censeatur a Sebastiano Ca- 16
pserio qui illum facere tenebatur, & non à Flaminio,
*l. si vir. lana, in princ. ff de donat. inter. gloss. in l. quedam
mulier, in verbo, sufficiebat, ff. de rei vendicat. Alexand.
consil. 25. num. 9. cum seqq. lib. 2. Menoch. præsumpt. 74.
num. 43. lib. 2.* Et in his terminis *Rot. in d. decis. 522.
in fin.*
Sextò, & vltimò prædicta omnia tantò magis strin-
gere videbantur, † ex quo, vt dicebatur, Sebastianus 17
in d. libro capsæ per eum tento, omisit scribere, &
dare creditum de alijs multis partitis; vnde à solito
idem de ista partita Gruppi fecisse verisimiliter cre-
dendum est, *ad text. in l. si cm, § iisdem, ff. de accusat.* Et
notant DD. *in c. semel*, vbi *Dynus*, & alij *de regul. Iur.
in 6.* Nec hanc præsumptionem elidi ex eo, quòd in
dd. litteris missiuis certificantibus Monaldum de re-
ceptione Gruppi Flaminius Dominus rationis Ban-
cariæ se subscripserit. Quia, vt dicebant Informan-
tes, † in qualibet ratione Bancaria duo omnino ad- 18
sunt officia distincta quorum alterum dicitur offi-
cium complementarij vt plurimum per ipsúmmet
Dominum Banchi exerceri solitum, prout illud in
d. Bancho exercebat Flaminius: Alterum verò of-
ficium est Capserij quòd solet per vnum Iuuenem
vulgo *Capserium*, a Domino Banchi ad hoc præpo-
situm administrari; qua distinctione officiorum stan-
te, † unus scribendi Epistolas, aliaque similia facien- 19
di, solùm ad Complementarium spectat, cui creden-
dum est, quique potest alios obligare, iuxta notata
*per Bart. in l. eamdem in 7. quæst. ff. de duobus reis, Rot.
Iannen. decis. 135. num. 1. & decis. 185. num. 1. Mart.
cons. 78. num. 9.* † onus verò recipiendi, & soluendi 20
pecunias ad Capserium tantùm, priuatiuè quoad
alios spectare, iuxta fides, & attestationes mercato-
rum, & visa fuit sentire *Rot. in d. d. 522. n. 6. circa med.
vers. nihilominus.*
Quibus tamen non obstantibus Domini ad fauo-
rem Sebastiani decretum A.C. reuocandum esse cen-
suerunt. Ratio resolutionis fuit, quia cùm obligatio
Sebastiani vti Capserij cuius vigore actum fuit, † so- 21
lùm cantet de reddenda ratione pecuniarum, quæ ad
eius manum peruenerunt, non potuit ille condemna-
ri, mandatúmque executiuum contra eum decerni,
nisi priùs probatum fuerit concludenter pecunias ad
eum peruenisse, *Bart. in l. 1. num. 9. vers. & aduerte,* vbi
etiam *Alexand. n. 22. ff. de eden. Soc. cons. 24. n. 35. lib. 1.
Crauet. cons. 331. n. 14.* Vnde cùm hoc probatum non
fuerit, † decretum vti iniustum, est reuocandum, 22
*Cæsar de Graff. decis. 2. n. 6. de solut. Rot. decis. 311. n. 2.
part. 2. d. vers.* Et fuit sæpissimè decisum. Quòd autem
non constet Sebastianum recepisse Gruppum aut pe-
cunias in eo contentas fuisse enumeratas, vltra iu-
ris præsumptionem, quæ stat pro negatiua, † ita vt 23
ea sola probationis loco regulariter habeatur, *ad l.
actor. C. de probat. Crauett. cons. 1. n. 11* probatur etiam ex
sequentibus.

Primò

18 *In Ratione Bancaria duo adsunt officia distincta, quorum alterum dicitur officium Complementarij, alterum Capserij; Et per quos dicta officia exerceri soleant.*

19 *Ad Complementarium spectat onus scribendi epistolas Banchi, cui credendum est, & potest alios obligare, dum tamen sint Consocij, & n.59. Secus si non sint Consocij, num.60.*

21 *Capserius obligatus ad reddendam rationem pecuniarum, quæ ad manus eius peruenerunt, condemnari non potest ad illas restituendum, nisi prius probatum fuerit pecunias ad eius manus peruenisse.*

22 *Decretum iniustum est reuocandum.*

23 *Negatiua non receptionis pecuniarum præsumitur de Iure, ita vt ea sola probationis loco regulariter habeatur.*

Probatur ex libro in quo similes receptiones adnotari solent, & in quo receptio controuersa non apparet, n.37. & 38.

25 *Persona in contractu non expressa, nunquam subintelligitur.*

26 *Actio nulla competit ex Instrumento, vel quauis alia scriptura, contra personam ibi non nominatam, nisi sit rei, vel Iuris successor.*

27 *Scriptura, quòd non cantat, nec nos cantare debemus.*

29 *Epistola tribuitur tota subscribenti, nisi doceat se deceptum ad ita subscribendum, & num.53.*

30 *Subscribens non præsumitur in dubio deceptus, sed habuisse notitiam contentorum in scriptura.*

31 *Potestas non censetur data priuatiuè, sed cumulatiuè.*

32 *Actus indifferens à quo factus censeatur, & n.54.*

33 *Capserio imputari non potest receptio pecuniarum per alium facta, si per eum non steterit quominus dictas pecunias receperit.*

34 *Dominus rationis Bancariæ obligatur ex facto Institoris: Et quare, n.35.*

36 *Officia vbi sunt diuersa, vnus officialis non potest alterum obligare.*

37 *Mercatorum stylus inter ipsos est attendendus.*

39 *Debitor solitus habere librum in quo solutiones scribere facit, non præsumitur quòd si soluisset, non curasset solutionem per eum prætensam in d. libro scribi, sicut curauit scribi solutiones.*

40 *Negatiua probatur ex libris Dataria, & Cancellaria.*

41 *Iuueni Mercatori, an, & quando credendum sit, & num seqq.*

42 *Probatio admittitur in materiis difficilis probationis quæ aliàs admittenda non esset.*

43 *Institoris, seu Procuratoris confessio præiudicat Domino super negotiis ei commissis.*

44 *Amplia procedere etiam si Institor desierit esse talis, & statum, seu conditionem mutauerit.*

45 L. fideiussor, §. pater, ff. de pignor. *declaratur, & num. seqq.*

46 *Pignus imponi non potest per Patrem super re filij emancipati, vti aliena, & ideo requiritur illius consensus, ne creditor deceptus remaneat, & num.47.*

48 *Scribens corpus Epistolæ quando non teneatur.*

49 *Pater non potest filium, eo inuito, sine causa exheredare.*

55 *Scribens non censetur consentire, quando scribit pro alio, quòd ipse inuito ille facere poterat.*

56 *Capserios obligari posse, ad libitum Dominorum rationis Bancariæ, & Iuuenum, absurdum esset, & iniquum.*

DECISIO CCCLXVIII.



MAXIMILIANVS Monaldos transmisit sacculum, vulgò *Gruppum* scut. 500. D. Flaminio Razzanti, in Vrbe mercatori, quem Mulio, qui illum exportauit, consignauit Dominico Curlo, ministro, vulgo *Iuueni*, eiusdem Flaminij exactionibus preposito: qui Dominicus d. Flaminij nomine Mulioni fecit quietantiam, siue receputam: & præterea idem Flaminius per suas litteras missiuas, *de auuiso* ab ipsómet subscriptas, in corpore autem scriptas manu D. Sebastiani Capponi, Capserij rationis Bancariæ d. Flaminij, certiorauit Monaldum de receptione Gruppi, & qualiter cùm eum numerauerit, & reperierit stare iustum, scilicet in eo adesse dicta scuta 500. dederat ei de illis creditum, prout eidem dederat etiam creditum de aliis partitis, per eundē Monaldum sibi transmissis, quas in eisdémmet litteris descripsit: Verba dictarum litterarum, *de auuiso* Flaminij ad Monaldum sic se habent. *Questa sera, come hauera visto per l'altra di mercordi, si riceuetto il Gruppo delli scuti 500. & hauendolo in contrato, e trouato star giusto, mé andato Creditore, si come è seguito dalle à piè partite fattemi capitare per lei:* Et deinde sequuntur dictæ aliæ partitæ.

Cùm autem Flaminius non reperiret dictam partitam Gruppi scutorum 500. descriptam in libris suæ rationis Bancariæ, egit coram A.C. contra D. Dominicum Curlum Iuuenem, vt doceret Gruppum, siue scuta 500. per ipsum recepta, & habita à Mulione, consignasse d. Sebastiano Capserio, & poni fecisse ad creditum Monaldi, iuxta formam suæ obligationis, aliàs contra ipsum decerni mandatum executiuum pro restitutione: quod deinde seruatis seruandis fuit relaxatum, nisi infra tres, nec non hinc inde fuerunt desuper facti alij actus iudiciales, de quibus Infra: Quibus, sic præcedentibus, Flaminius nihilominùs pro eodem Gruppo aliud Iudicium instituit, agerèque cœpit contra dictum Sebastianum, prætendens quòd cùm ille esset Capserius suæ rationis Bancariæ, & prædictas litteras, *de auuiso* certiorantes Monaldum de receptione, manu propria scripserit, teneatur, etiā, quòd litteris non se subscripserit, de dictis scutis 500. quæ erant in Gruppo, reddere rationem, & contra illum mandatum executiuum ab A.C. obtinuit: de quo cùm hodie in gradu appellationis me proponente dubitaretur in Rota, pro mandati confirmatione adducebantur sequentia.

Et quidem primò dicebatur esse textum expressum *in l. fideiussor, §. Pater, ff. de pignor.* vbi † cùm filius 1
emancipatus, dictante Patre, scripsisset Chirographū, in quo Pater pignorauit Domum ipsius filij, & dubitaretur an Domus in præiudicium filij pignorata remaneret, respondit Iurisconsultus affirmatiuè, etiam quòd filius non se subscripserit, nec aliter suum consensum præstiterit, ibi, *cùm neque consensum suum accommodauit Patri, aut signo suo, aut alia scriptura cùm, sua manu, pignori Domum suam futuram scripserit, consensum ei obligationi dedisse, manifestum est*: Quem text. ad hoc ibi singularem esse notant *Doctores, & Pulai. in tract. de alien. rer. distract. cap. 10.*

Secundò ad idem expendebatur text. *in l. non putauit, §. si quis sua manu, ff. de bon. poss. contra tabul. vbi,* † 2
si in Patris testamento filius sua manu exhæredem se scripserit, exhæredatio ei nocet, etiam sine causa, ita vt eo ipso filius visus fuerit consentire patrísque testamentum absolutè approbare, prout ibi *Gloss. Bartol, & DD.* communiter annotarunt: Et meritò, quia aliàs textus ille, si de exhæredatione cum causa esset intelligendus, careret penitus dubitandi ratione, † 3
quia

quia eum legitima causa semper filius exhæredari potest, à quocunque Patris testamentum scribatur, tam de iure ff. & C. quàm Authent. *auth. Vt cum de appellatione cognoscitur, §. aliud quoque Capitulum.*

4 Tertiò adducebatur trita illa regula, quòd † Epistola probat contra scribentem, de qua *in l. vel l'ubha Meuia, §. fin.* & ibi *DD. ff. Depositi, l. scripturas, C. qui pot. in pign. hab. gloss.* communiter recepta *in c. 2. de fid. Instr. Boer. decis. 333. num. 9. vers. & in hac causa, Rot. Ianuen. decis. 29. num. 2. & decis. 8. num. 1.* Nec rele-
5 uare videtur, † quòd Sebastianus litteris non se subscripserit; Quia hoc non requiritur, sed sufficit eum litteras scripsisse, *d. §. Pater, & l. eum antiquitas, §. fin. C. de testament. Bartol. in l. cum Tabernam, §. idem quæsitum, num. 1. ff. de pignoribus, Alexand. in l. admonendi, num 31. vers. Idem adducit, & ibidem Parpurat. num. 126. ff. de iur. iur. Ioan Andreas in cap. 1. de probat. Felin. in cap. 2. num. 19. de fide Instrum. Corset. singul. 108. Roman. cons. 303. num. 1. Gabr. de præs. conclus. 3. num. 11. vers. Quintò amplia, Menoch. præs. 66. num. 1. & seqq. lib. 3.* Nec deinde pariter ad rem facere videtur quòd Sebastianus, iuxta formam scripturæ suæ obligationis, vltra officium Capserij tenebatur etiam huiusmodi Epistolas scribere, aliaque huiusmodi ad seruitium Banchi pertinentia facere ad libitum, & voluntatem Flaminij; ita vt propterea visus fuerit corpus Epistolæ scripsisse vigore sui officij & ex causa d. obligationis: † scribens autem ratione officij nullum sibi ex scriptura præiudicium infert, *l. cum quedam, C. de administr. tutor. & §. si tutor, instit. de inoff. testament. Imol. cons. 57. Menoch. d. præs. 66. n. 17. Mascard. de probat. conclus. 1341. num. 27.* Quia esset verum, si dicta obligatio scribendi processisset ab
7 initio ex causa necessaria; † prout sunt officium tu-
8 toris, *§. 5. Instit. de excusat. tutor.* † & officia Reipublicæ, quæ omnes ciues necessariò tenentur regulariter subire, *l. prima, & tot. tit. ff. de vocat. & excusat. mu-*
9 *ner.* quo casu † contrahentes ex causa dictorum officiorum non præiudicant sibi in iure eis competenti, super re in contractum deducta; Et in his terminis procedunt Iura *in d. l. cum quedam, & in d. § si tutor,* vt ibi declarant *Angel. Aret. Viglius, Mising.* & alij, multos citant, *Tiraquell. de retract. consang. §. 1. Gloss. 9. num. 266. Menoch. & Mascard.* vbi supra. Cùm autem d. obligatio processerit ex causa voluntaria, quia vo-
10 luntariè fuit suscepta, † prout etiam officia Procuratoris, & Aduocati voluntariè suscipiuntur, *§. mandatum Instit. mandat.* propterea retorqueri videtur; itaur Sebastianus scribendo visus fuerit sibi præiudi-
11 casse, & tacitè confiteri, † dum de Iuris sui conseruatione non fuit protestatus, iuxta text. optimum *in l. fin. ff. de inoff. testam.* & est ad hoc bonus *text.* vbi *Canonist. in cap. ex litteris, de transact. Mising. Tiraquell.* & alij, vbi supra, *Crauett. in quæst. de indemnitate mulieris post tract. de antiq. tempor. Menoch. consil. 312. num. 33.*

Quartò fuerunt multum ponderata verba dd. litterarum d'auuiso ibi, *Et hauendolo rincontrato, e trouato star giusto, n' è andato creditore:* rincontrare autem spe-
12 ctare de stylo ad Capserij officium, † ex fidibus mercatorum constitit, quibus plurimum in hac materia deferendum esse, dixit *Bald. cons. 40. num. 10. lib. 5. Soccin. Iun. cons. 27. num. 22. lib. 2. Rot. apud Gregor XV. decis. 126. num. 3.* & iterum, ibi, *si come é seguito dalle à piè parette fattemi capitare per lei.* Quæ aliæ partitæ, cùm ibidem in eisdem litteris singulariter describantur, & præterea in libro Capsæ, per Sebastianum tento reperiantur adnotatæ ad creditum Monaldi (quòd non controuertebantur) consequenter partita Gruppi debuit in eodem libro adnotari ad creditum eiusdem Capserio habita, & recepta, prout adnotatæ fuerunt dictæ aliæ partitæ ab eodem Sebastiano habitæ. Ex
quo enim † partita Gruppi, & supradictæ aliæ partitæ 13
sub vnica verborum structura, & sub vnica confessione, in dictis litteris missiuis continentur, debent pari-
formiter determinari *l. iam hoc iure, ff. de vulgar.* † Et 14
non debent diuerso Iure censeri, sed sicut de vna, ita & de altera dicendum est, ad text. *in l. eum qui ades, ff. de vsucap.* cum vulgatis.

Quintò vrgebat, quòd ad solum Sebastianum † vti 15
Capserium ex natura, & qualitate officij spectabat receptio, & solutio pecuniarum, tanquam ad id specialiter deputatum, vt ex supradictis attestationibus mercatorum, & alias in simili dixit *Rot. decis. 522. n. 6. in fin. part. 1. recent.* quo fit, vt ex hac præambula deputatione regulari debeat actus subsequens receptionis
Gruppi; † ita vt factus censeatur à Sebastiano Ca- 16
pserio qui illum facere tenebatur, & non à Flaminio, *l. si vir. lana, in princ. ff de donat. inter. gloss. in l. quedam mulier, in verbo, sufficiebat, ff. de rei vendicat. Alexand. consil. 25. num. 9. cum seqq. lib. 2. Menoch. præsumpt. 74. num. 43. lib. 2.* Et in his terminis *Rot. in d. decis. 522. in fin.*

Sextò, & vltimò prædicta omnia tantò magis strin-
gere videbantur, † ex quo, vt dicebatur, Sebastianus 17
in d. libro capsæ per eum tento, omisit scribere, & date creditum de aliis multis partitis; vnde à solito idem de ista partita Gruppi fecisse verisimiliter credendum est, *ad text. in l. si cui, §. isdem, ff. de accusat.* Et notant DD. *in c. semel,* vbi *Dynus,* & alij *de regul. Iur. in 6.* Nec hanc præsumptionem elidi ex eo, quòd in dd. litteris missiuis certificantibus Monaldum de receptione Gruppi Flaminius Dominus rationis Bancariæ se subscripserit. Quia, vt dicebant Informan-
tes, † in qualibet ratione Bancaria duo omnino ad- 18
sunt officia distincta quorum alterum dicitur officium complementarij vt plurimum per ipsummet Dominum Banchi exerceri solitum, prout illud in d. Bancho exercebat Flaminius: Alterum verò officium est Capserij quòd solet per vnum Iuuenem vulgo *Capserium,* à Domino Banchi ad hoc præpositum administrari; qua distinctione officiorum stan-
te, † onus scribendi Epistolas, aliaque similia facien- 19
di, solùm ad Complementarium spectat, cui credendum est, quique potest alios obligare, iuxta notata *per Bart in l. eamdem in 7. quæst. ff. de duobus reis, Rot. Ianuen. decis. 135. num. 1. & decis. 185. num. 1. Mart.*
cons. 78. num. 9. † onus verò recipiendi, & soluendi 20
pecunias ad Capserium tantùm, priuatiuè quoad alios spectare, iuxta fides, & attestationes mercatorum, & visa fuit sentire *Rot. in d. d. 522. n. 6. circa med. vers. nihilominus.*

Quibus tamen non obstantibus Domini ad fauorem Sebastiani decretum A. C. reuocandum esse censuerunt. Ratio resolutionis fuit, quia cùm obligatio
Sebastiani vti Capserij cuius vigore actum fuit, † so- 21
lùm caueret de reddenda ratione pecuniarum, quæ ad eius manum peruenerunt, non potuit ille condemnari, mandatùmque executiuum contra eum decerni, nisi priùs probatum fuerit concludenter pecunias ad eum peruenisse, *Bart. in l. 1. num. 9. vers. & aduerte,* vbi etiam *Alexand. n. 22. ff. de eden. Soc. cons. 24. n. 35. lib. 1. Crauet. cons. 331. n. 14.* Vnde cùm hoc probatum non
fuerit, † decretum vti iniustum, est reuocandum, 22
Cæsar de Graff. decis. 2. n. 6. de solut. Rot. decis. 311. n. 2. part. 2. diuers. Et fuit sæpissimè decisum. Quòd autem non constet Sebastianum recepisse Gruppum aut pecunias in eo contentas fuisse ei numeratas, vltra Iu-
ris præsumptionem, quæ stat pro negatiua, † ita vt 23
ea sola probationis loco regulariter habeatur, *ad l. actor. C. de probat. Crauett. cons. 1. n. 11.* probatur etiam ex sequentibus.

Primò

18 *In Ratione Bancaria duo adsunt officia distincta, quorum alterum dicitur officium Complementarij, alterum Capserij; Et per quos dicta officia exerceri soleant.*

19 *Ad Complementarium spectat onus scribendi epistolas Banchi, cui credendum est, & potest alios obligare, dum tamen sint Consocij, & n.59. Secus si non sint Consocij, num.60.*

21 *Capserius obligatus ad reddendam rationem pecuniarum, quæ ad manus eius peruenerunt, condemnari non potest ad illas restituendum, nisi prius probatam fuerit pecunias ad eius manus peruenisse.*

22 *Decretum iniustum est reuocandum.*

23 *Negatiua non receptionis pecuniarum præsumitur de Iure, ita vt ea solu probationis loco regulariter habeatur.*

Probatur ex libro in quo similes receptiones adnotari solent, & in quo receptio controuersa non apparet, n.37. & 38.

25 *Persona in contractu non expressa, nunquam subintelligitur.*

26 *Actio nulla competit ex Instrumento, vel quauis alia scriptura, contra personam ibi non nominatam, nisi sit rei, vel Iuris successor.*

27 *Scriptura, quòd non cautat, nec nos cantare debemus,*

29 *Epistola tribuitur tota subscribenti, nisi doceat se deceptum ad illa subscribendum, & num.53.*

30 *Subscribens non præsumitur in dubio deceptus, sed habuisse notitiam contentorum in scriptura.*

31 *Potestas non censetur data priuatiuè, sed cumulatiuè.*

32 *Actus indifferens à quo fuctat censeatur, & n.54.*

33 *Capserio imputari non potest receptio pecuniarum per alium facta, si per eum non steterit quominus dictas pecunias receperit.*

34 *Dominus rationis Bancariæ obligatur ex facto Institoris: Et quare, n.35.*

36 *Officia vbi sunt diuersa, vnus officialis non potest alterum obligare.*

37 *Mercatorum stylus inter ipsos est attendendus.*

39 *Debitor solitus habere librum in quo solutiones scribere facit, non præsumitur quòd si soluisset, non curasset solutionem per eum prætensum in d. libro scribi, sicut curauit scribi solutiones.*

40 *Negatiua probatur ex libris Dataria, & Cancellaria.*

41 *Iuueni Mercatori, an, & quando credendum sit, & num seqq.*

42 *Probatio admittitur in materiis difficilis probationis quæ aliàs admittenda non esset.*

43 *Institoris, seu Procuratoris confessio præiudicat Domino super negotiis eis commissis.*

44 *Amplia procedere etiam si Institor desierit esse talis, & statum, seu conditionem mutauerit.*

45 L.fideiussor, §.pater, ff. de pignor. *declaratur, & num.seqq.*

46 *Pignus imponi non potest per Patrem super re filij emancipati, vti aliena, & ideo requiritur illius consensus, ne creditor deceptus remaneat, & num 47.*

48 *Scribens corpus Epistolæ quando non teneatur.*

49 *Pater non potest filium, eo inuito, sine causa exheredare.*

55 *Scribens non censetur consentire, quando scribit pro alio, quòd ipso inuito ille facere poterat.*

56 *Capserios obligari posse, ad libitum Dominorum rationis Bancariæ, & Iuuenum, absurdum esset, & iniquum.*

DECISIO CCCLXVIII.

MAXIMILIANVS Monaldus transmisit sacculum, vulgò *Gruppum* scut. 500. D. Flaminio Razzanti, in Vrbe mercatori, quem Mulio, qui illum exportauit, consignauit Dominico Curlo, ministro, vulgo *Iuueni*, eiusdem Flaminij exactionibus præposito: qui Dominicus d. Flaminij nomine Mulioni fecit quietantiam, siue receptam: & præterea idem Flaminius per suas litteras missiuas, *de auuiso* ab ipsómet subscriptas, in corpore autem scriptas manu D. Sebastiani Capponi, Capserij rationis Bancariæ d. Flaminij, certiorauit Monaldum de receptione Gruppi, & qualiter cùm eum numerauerit, & repererit stare iustum, scilicet in eo adesse dicta scuta 500. dederat ei de illis creditum, prout eidem dederat etiam creditum de aliis partitis, per eundẽ Monaldum sibi transmissis, quas in eisdémmet litteris descripsit: Verba dictarum litterarum, *de auuiso* Flaminij ad Monaldum sic se habent. *Questa sera, come hauera visto per l'vltra di mercordi, si riceuette il Gruppo delli scuti 500. & hauendolo in contrato, e trouato star giusto, né ho dato Creditore, si come è seguito dalle à piè partite fattemi capitare per lei:* Et deinde sequuntur dictæ aliæ partitæ.

Cùm autem Flaminius non reperiret dictam partitam Gruppi scutorum 500. descriptam in libris suæ rationis Bancariæ, egit coram A.C. contra D. Dominicum Curlum Iuuenem, vt doceret Gruppum, siue scuta 500. per ipsum recepta, & habita à Mulione, consignasse d. Sebastiano Capserio, & poni fecisse ad creditum Monaldi, iuxta formam suæ obligationis, aliàs contra ipsum decerni mandatum executiuum pro restitutione: quod deinde seruatis seruandis fuit relaxatum, nisi infra tres, nec non hinc inde fuerunt desuper facti alij actus iudiciales, de quibus Infra: Quibus, sic præcedentibus, Flaminius nihilominùs pro eodem Gruppo aliud Iudicium instituit, agere que cœpit contra dictum Sebastianum, prætendens quòd cùm ille esset Capserius suæ rationis Bancariæ, & prædictas litteras, *de auuiso* certiorantes Monaldum de receptione, manu propria scripserit, teneatur, etiã, quòd litteris non se subscripserit, de dictis scutis 500. quæ erant in Gruppo, reddere rationem, & contra illum mandatum executiuum ab A.C. obtinuit: de quo cùm hodie in gradu appellationis me proponente dubitaretur in Rota, pro mandati confirmatione adducebantur sequentia.

Et quidem primò dicebatur esse textum expres-
sum *in l. fideiussor, §. Pater, ff. de pignor.* vbi † cùm filius 1
emancipatus, dictante Patre, scripsisset Chirographũ,
in quo Pater pignorauit Domum ipsius filij, & dubi-
taretur an Domus in præiudicium filij pignorata re-
maneret, respondit Iurisconsultus affirmatiuè, etiam
quòd filius non se subscripserit, nec aliter suum con-
sensum præstiterit, ibi, *cùm neque consensum suum accommodauit Patri, aut signo suo, aut alia scriptura cùm, sua manu, pignori Domum suam futuram scripserit, consensum ei obligationi dedisse, manifestum est:* Quem text. ad hoc ibi singularem esse notant *Doctores, & Tulai. in tract. de alien. rer. distract. cap. 10.*

Secundò ad idem expendebatur text. *in l. non putauit, §. si quis sua manu, ff. de bon. poss. contra tabul.* vbi, † 2
si in Patris testamento filius sua manu exhæredem se
scripserit, exhæredatio ei nocet, etiam sine causa, ita vt
eo ipso filius visus fuerit consentire patrisque testa-
mentum absolutè approbare, prout ibi *Gloss. Bartol, & DD.* communiter annotarunt: Et meritò, quia
aliàs textus ille, si de exhæredatione cum causa esset
intelligendus, careret penitus dubitandi ratione, † 3
quia

quia cum legitima causa semper filius exhæredari
potest, a quocunque Patris testamentum scribatur,
tam de iure ff. & C. quàm Authent. *auth. Vi cum de ap-*
pellatione cognoscitur, § aliud quoque Capitulum.

4 Tertiò adducebatur trita illa regula, quòd † Epi-
stola probat contra scribentem, de qua *in l. vel l'u-*
blia Meuia, §. fin. & ibi *DD. ff. Deposit. l. scripturas, C.*
qui pot. in pign. hab. gloss. communiter recepta *in c. 2. de*
fid. Instr. Boer. decis. 333. num. 9. vers. & in hac causa,
Rot. Iannen. decis. 29. num. 2. & decis. 8. num. 1. Nec rele-
5 uare videtur, † quòd Sebastianus litteris non se sub-
scripserit; Quia hoc non requiritur, sed sufficit eum
litteras scripsisse, *d. 9. Pater, & l. cum antiquitas, §. fin.*
C. de testament. Bartol. in l. cum Tabernam, §. idem
quæsiuit, num. 1. ff. de pignoribus, Alexand. in l. admo-
nendi, num 31. vers. Idem adducit, & ibidem Parpurat.
num. 126. ff. de iur. iur. Ioan Andreas in cap. 1. de pro-
bat. Felin. in cap. 2. num. 19. de fide Instrum. Corset. sin-
gul. 108. Roman. cons. 303. num. 1. Gabr. de præs. conclus 3.
num. 11. vers. Quintò amplia, Menoch. præs. 66. num. 1. &
seqq. lib. 3. Nec deinde pariter ad rem facere videtur
quòd Sebastianus, iuxta formam scripturæ suæ obli-
gationis, vltra officium Capserij tenebatur etiam
huiusmodi Epistolas scribere, aliaque huiusmodi ad
seruitium Banchi pertinentia facere ad libitum, &
voluntatem Flaminij; ita vt propterea visus fuerit
corpus Epistolæ scripsisse vigore sui officij & ex cau-
sa d. obligationis: † scribens autem ratione officij
nullum sibi ex scriptura præiudicium inferre, *l. cum*
quædam, C. de administr. tutor. & §. si tutor, instit. de
inoff. testament. Imol. cons. 57. Menoch. d. præs. 66. n. 17.
Mascard. de probat. conclus. 1341. num. 27. Quia esset
verum, si dicta obligatio scribendi processisset ab
7 initio ex causa necessaria; † prout sunt officium tu-
8 toris, *§. 1 Instit. de excusat. tutor.* † & officia Reipu-
blicæ, quæ omnes ciues necessariò tenentur regulari-
ter subire, *l. prima, & tot tit ff. de vocat. & excusat. mu-*
9 *ner.* quo casu † contrahentes ex causa dictorum offi-
ciorum non præiudicant sibi in iure eis competenti,
super re in contractum deducta; Et in his terminis
procedunt Iura *in d. l. cum quadam, & in d. § si tutor,* vt
ibi declarant *Angel. Aret. Vigliu, Mising.* & alij, mul-
tos citant, *Tiraquell. de retract. consang. §. 1. Gloss. 9.*
num. 266. Menoch. & Mascard. vbi supra. Cùm autem
d. obligatio processerit ex causa voluntaria, quia vo-
10 luntariè fuit suscepta, † prout etiam officia Procu-
ratoris, & Aduocati voluntariè suscipiuntur, *§. man-*
datum Instit. mandat. propterea retorqueri videtur;
itaut Sebastianus scribendo visus fuerit sibi præiudi-
11 casse, & tacitè confiteri, † dum de Iuris sui conserua-
tione non fuit protestatus, iuxta text. optimum *in l.*
fin. ff. de inoff. testam. & est ad hoc bonus *text.* vbi *Ca-*
nonist. in cap. ex litteris, de transact. Mising. Tiraquell.
& alij, vbi supra, *Crauett. in quæst. de indemnit. ate mu-*
lieris post tract. de antiq. tempor. Menoch. consil. 322.
num. 33.

Quartò fuerunt multum ponderata verba dd litte-
rarum *d'auuiso* ibi, *Et hauendola rincontrato, e trouato*
star giustoni' e andato creditore: rincontrare autem spe-
12 ctare de stylo ad Capserij officium, † ex fidibus mer-
catorum constitit, quibus plurimum in hac materia
deferendum esse, dixit *Bald. cons. 40. num. 10. lib. 5. Sac-*
cin. Iun. cons. 27. num. 22. lib. 2. Rot. apud Gregor XV. de-
cis. 126. num. 3. & iterum, ibi, *si come é seguito dalle à pié*
partite fattemi capitare per lei. Quæ aliæ partitæ, cùm
ibidem in eisdem litteris singulariter describantur, &
prætereà in libro Capsæ, per Sebastianum tento repe-
riantur adnotatæ ad creditum Monaldi (quòd non
controuertebantur) consequenter partita Gruppi de-
buit in eodem libro adnotari ad creditum eiusdem
Capserio habita, & recepta, prout adnotatæ fuerunt
dictæ aliæ partitæ ab eodem Sebastiano habitæ. Ex
quo enim † partita Gruppi, & supradictæ aliæ partitæ 13
sub vnica verborum structura, & sub vnica confessio-
ne, in dictis litteris missiuis continentur, debent pari-
formiter determinari. *l. iam hoc iure. ff. de vulgar.* † Et 14
non debent diuerso Iure censeri, sed sicut de vna, ita
& de altera dicendum est, ad text. *in l. eum qui ædes, ff.*
de vsucap. cum vulgatis.

Quintò vrgebat, quòd ad solum Sebastianum † vti 15
Capserium ex natura, & qualitate officij spectabat
receptio, & solutio pecuniarum, tanquam ad id spe-
cialiter deputatum, vt ex supradictis attestationibus
mercatorum, & alias in simili dixit *Rot. decis. 522. n. 6.*
in fin. part. 1. recent. quo fit, vt ex hac præambula depu-
tatione regulari debeat actus subsequens receptionis
Gruppi; † ita vt factus censeatur à Sebastiano Ca- 16
pserio qui illum facere tenebatur, & non à Flaminio,
l. si vir. lana, in princ. ff de donat. inter. gloss. in l. quædam
mulier, in verbo, sufficiubat, ff. de rei vendicat. Alexand.
consil. 25. num. 9. cum seqq. lib. 2. Menoch. præsumpt. 74.
num. 43. lib. 2. Et in his terminis *Rot. in d. decis. 522.*
in fin.

Sextò, & vltimò prædicta omnia tantò magis strin-
gere videbantur, † ex quo, vt dicebatur, Sebastianus 17
in d. libro capsæ per eum tento, omisit scribere, &
dare creditum de aliis multis parititis; vnde à solito
idem de ista partita Gruppi fecisse verisimiliter cre-
dendum est, *ad text. in l. si cui. § iisdem, ff. de accusat* Et
notant DD. *in c. semel,* vbi *Dynus,* & alij *de regul. Iur.*
in 6. Nec hanc præsumptionem elidi ex eo, quòd in
dd. litteris missiuis certificantibus Monaldum de re-
ceptione Gruppi Flaminius Dominus rationis Ban-
cariæ se subscripserit. Quia, vt dicebant Informan-
tes, † in qualibet ratione Bancaria duo omnino ad- 18
sunt officia distincta quorum alterum dicitur offi-
cium complementarij vt plurimum per ipsummet
Dominum Banchi exerceri solitum, prout illud in
d. Bancho exercebat Flaminius: Alterum verò of-
ficium est Capserij quòd solet per vnum Iuuenem
vulgo *Capserium*, a Domino Banchi ad hoc præpo-
situm administrari; qua distinctione officiorum stan-
te, † onus scribendi Epistolas, aliaque similia facien- 19
di, solùm ad Complementarium spectat, cui creden-
dum est, quique potest alios obligare, iuxta notata
per Bart in l. eamdem in 7. quæst. ff. de duobus reis, Rot.
Iannen. decis. 135. num. 1. & decis. 185. num. 1. Mart.
cons. 78. num. 9. † onus verò recipiendi, & soluendi 20
pecunias ad Capserium tantùm, priuatiuè quoad
alios spectare, iuxta fides, & attestationes mercato-
rum, & visa fuit sentire *Rot. in d. d. 522. n. 6. circa med.*
vers. nihilominus.

Quibus tamen non obstantibus Domini ad fauo-
rem Sebastiani decretum A.C. reuocandum esse cen-
suerunt. Ratio resolutionis fuit, quia cùm obligatio
Sebastiani vti Capserij cuius vigore actum fuit, † so- 21
lùm caueret de reddenda ratione pecuniarum, quæ ad
eius manum peruenerunt, non potuit ille condemna-
ri, mandatúmque executiuum contra eum decerni,
nisi priùs probatum fuerit concludenter pecunias ad
eum peruenisse, *Bart. in l. 1. num. 9. vers. & aduerte,* vbi
etiam *Alexand. n. 22. ff. de eden. Soc. cons. 24. n. 35. lib. 1.*
Crauet. cons. 331. n. 14. Vnde cùm hoc probatum non
fuerit, † decretum vti iniustum, est reuocandum, 22
Cæsar. de Grass. decis. 2. n. 6. de solut. Rot. decis. 311. n. 2.
part. 1. d. uers. Et fuit sæpissimè decisum. Quòd autem
non constet Sebastianum recepisse Gruppum aut pe-
cunias in eo contentas fuisse ei numeratas, vltra Iu-
ris præsumptionem, quæ stat pro negatiua, † ita vt 23
ea sola probationis loco regulariter habeatur, *ad l.*
actor. C. de probat. Crauett. cons. 1. n. 11. probatur etiam ex
sequentibus.

Primò

18 *In Ratione Bancaria duo adsunt officia distincta, quorum alterum dicitur officium Complementarij, alterum Capserij; Et per quos dicta officia exerceri soleant.*

19 *Ad Complementarium spectat onus scribendi epistolas Banchi, cui credendum est, & potest alios obligare, dum tamen sint Consocij, & n. 59. Secus si non sint Consocij, num. 60.*

21 *Capserius obligatus ad reddendam rationem pecuniarum, quæ ad manus eius peruenerunt, condemnari non potest ad illas restituendum, nisi prius probatum fuerit pecunias ad eius manus peruenisse.*

22 *Decretum iniustum est reuocandum.*

23 *Negatiua non receptionis pecuniarum præsumitur de Iure, ita vt ea sola probationis loco regulariter habeatur.*

Probatur ex libro in quo similès receptiones adnotari solent, & in quo receptio controuersa non apparet, n. 37. & 38.

25 *Persona in contractu non expressa, nunquam subintelligitur.*

26 *Actio nulla competit ex Instrumento, vel quauis alia scriptura, contra personam ibi non nominatam, nisi sit rei, vel Iuris successor.*

27 *Scriptura, quòd non cantat, nec nos cantare debemus,*

29 *Epistola tribuitur tota subscribenti, nisi doceat se deceptum ad ita subscribendum, & num. 53.*

30 *Subscribens non præsumitur in dubio deceptus, sed habuisse notitiam contentorum in scriptura.*

31 *Potestas non censetur data priuatiuè, sed cumulatiuè.*

32 *Actus indifferens à quo factus censeatur, & n. 54.*

33 *Capserio imputari non potest receptio pecuniarum per alium facta, si per eum non steterit quominus dictas pecunias receperit.*

34 *Dominus rationis Bancariæ obligatur ex facto Institoris: Et quare, n. 35.*

36 *Officia vbi sunt diuersa, vnus officialis non potest alterum obligare.*

37 *Mercatorum stylus inter ipsos est attendendus.*

39 *Debitor solitus habere librum in quo solutiones scribere facit, non præsumitur quòd si soluisset, non curasset solutionem per eum prætensam in d. libro scribi, sicut curauit scribi solutiones.*

40 *Negatiua probatur ex libris Datariæ, & Cancellariæ.*

41 *Iuueni Mercatori, an, & quando credendum sit, & num seqq.*

42 *Probatio admittitur in materiis difficilis probationis quæ aliàs admittenda non esset.*

43 *Institoris, seu Procuratoris confessio præiudicat Domino super negotiis eis commissis.*

44 *Amplia procedere etiam si Institor desierit esse talis, & statum, seu conditionem mutauerit.*

45 L. fideiussor, §. pater, ff. de pignor. *declaratur, & num. seqq.*

46 *Pignus imponi non potest per Patrem super re filij emancipati, vti aliena, & ideo requiritur illius consensus, ne creditor deceptus remaneat, & num. 47.*

48 *Scribens corpus Epistolæ quando non teneatur.*

49 *Pater non potest filium, eo inuito, sine causa exheredare.*

55 *Scribens non censetur consentire, quando scribit pro alio, quòd ipso inuito ille facere poterat.*

56 *Capserios obligari posse, ad libitum Dominorum rationis Bancariæ, & Iuuenum, absurdum esset, & iniquum.*

DECISIO CCCLXVIII.

MAXIMILIANVS Monaldus transmisit sacculum, vulgò *Gruppum* scut. 500. D. Flaminio Razzanti, in Vrbe mercatori, quem Mulio, qui illum exportauit, consignauit Dominico Curlo, ministro, vulgo *Iuueni*, eiusdem Flaminij exactionibus præposito: qui Dominicus d. Flaminij nomine Mulioni fecit quietantiam, siue receputam: & præterea idem Flaminius per suas litteras missiuas, *de auuiso* ab ipsómet subscriptas, in corpore autem scriptas manu D. Sebastiani Capponi, Capserij rationis Bancariæ d. Flaminij, certiorauit Monaldum de receptione Gruppi, & qualiter cùm eum numerauerit, & repererit stare iustum, scilicet in eo adesse dicta scuta 500. dederat ei de illis creditum, prout eidem dederat etiam creditum de aliis partitis, per eundē Monaldum sibi transmissis, quas in eisdémmet litteris descripsit: Verba dictarum litterarum, *de auuiso* Flaminij ad Monaldum sic se habent. *Questa sera, come hauerà visto per l'altra di mercordi, si riceutto il Gruppo delli scuti 500. & hauendolo in contrato, e trouato star giusto, mè andato Creditore, si come è seguito dalle à piè partite fattemi capitare per lei:* Et deinde sequuntur dictæ aliæ partitæ.

Cùm autem Flaminius non reperiret dictam partitam Gruppi scutorum 500. descriptam in libris suæ rationis Bancariæ, egit coram A.C. contra D. Dominicum Curlum Iuuenem, vt doceret Gruppum, siue scuta 500. per ipsum recepta, & habita à Mulione, consignasse d. Sebastiano Capserio, & poni fecisse ad creditum Monaldi, iuxta formam suæ obligationis, aliàs contra ipsum decerni mandatum executiuum pro restitutione: quod deinde seruatis seruandis fuit relaxatum, nisi infra tres, nec non hinc inde fuerunt desuper facti alij actus iudiciales, de quibus Instar: Quibus, sic præcedentibus, Flaminius nihilominùs pro eodem Gruppo aliud Iudicium instituit, agere que cœpit contra dictum Sebastianum, prætendens quòd cùm ille esset Capserius suæ rationis Bancariæ, & prædictas litteras, *de auuiso* certiorantes Monaldum de receptione, manu propria scripserit, teneatur, etiā, quòd litteris non se subscripserit, de dictis scutis 500. quæ erant in Gruppo, reddere rationem, & contra illum mandatum executiuum ab A.C. obtinuit: de quo cùm hodie in gradu appellationis me proponente dubitaretur in Rota, pro mandati confirmatione adducebantur sequentia.

Et quidem primò dicebatur esse textum expres-
sum *in l. fideiussor, §. Pater, ff. de pignor.* vbi † cùm filius 1
emancipatus, dictante Patre, scripsisset Chirographū,
in quo Pater pignorauit Domum ipsius filij, & dubi-
taretur an Domus in præiudicium filij pignorata re-
maneret, respondit Iurisconsultus affirmatiuè, etiam
quòd filius non se subscripserit, nec aliter suum con-
sensum præstiterit, ibi, *cùm neque consensum suum ac-
commodauit Patri, aut signo suo, aut alia scriptura cùm,
sua manu, pignori Domum suam futuram scripserit, con-
sensum ei obligationi dedisse, manifestum est:* Quem text.
ad hoc ibi singularem esse notant *Doctores, & Puteus.
in tract. de alien. rer. distract. cap. 10.*

Secundò ad idem expendebatur text. *in l. non puta-
nit, §. si quis sua manu, ff. de bon. poss. contra tabul. vbi*, † 2
si in Patris testamento filius sua manu exhæredem se
scripserit, exhæredatio ei nocet, etiam sine causa, ita vt
eo ipso filius visus fuerit consentire patrisque testa-
mentum absolutè approbare, prout ibi *Gloss. Bartol,
& DD.* communiter annotarunt: Et meritò, quia
aliàs textus ille, si de exhæredatione cum causa esset
intelligendus, careret penitus dubitandi ratione, † 3
quia

quia cum legitima causa semper filius exhæredari
potest, à quacunque Patris testamentum scribatur,
tam de iure ff. & C. quàm Authent. *auth. Vt eum de ap-
pellatione cognoscitur, § aliud quoque Capitulum.*
4 Tertiò adducebatur trita illa regula, quòd † Epi-
stola probat contra scribentem, de qua *in l. vel Pu-
blia Meuia, §. fin.* & ibi *DD. ff. Depositi, l. scripturas, C.
qui pot. in pign. hab. gloss.* communiter recepta *in c. 2. de
fid. Instr. Boer. decis. 333. num. 9. vers. & in hac causa,
Rot. Ianuen. decis. 19. num. 1. & decis. 8. num. 1.* Nec rele-
5 uare videtur, † quòd Sebastianus litteris non se sub-
scripserit; Quia hoc non requiritur, sed sufficit eum
litteras scripsisse, *d. §. Pater, & l. cum antiquitas, §. fin.
C. de testament. Bartol. in l. cum Tabernam, §. idem
quæsitum, num. 1. ff. de pignoribus, Alexand. in l. admo-
nendi, num 31. vers. Idem adducit, & ibidem Purpurat.
num. 126. ff. de iur. iur. Ioan Andreas in cap. 1. de pro-
bat. Felin. in cap. 2. num. 19. de fide Instrum. Corset. sin-
gul. 108. Roman. cons. 303. num. 1. Gabr. de præs. conclus 3.
num. 11. vers. Quintò amplia, Menoch. præs. 66. num. 1. &
seqq. lib. 3.* Nec deinde pariter ad rem facere videtur
quòd Sebastianus, iuxta formam scripturæ suæ obli-
gationis, vltra officium Capserij tenebatur etiam
huiusmodi Epistolas scribere, aliaque huiusmodi ad
seruitium Banchi pertinentia facere ad libitum, &
voluntatem Flaminij; ita vt propterea visus fuerit
corpus Epistolæ scripsisse vigore illi officij & ex cau-
sa d. obligationis: † scribens autem ratione officij
nullum sibi ex scriptura præiudicium inferre, *l. cum
quædam, C. de administr. tutor. & §. si tutor, instit. de
inoff. testament. Imol. cons. 57. Menoch. d. præs. 66. n. 17.
Mascard. de probat. conclus. 1341. num. 27.* Quia esset
verum, si dicta obligatio scribendi processisset ab
7 initio ex causa necessaria; † prout sunt officium tu-
8 toris, *§. 1. Instit. de excusat. tutor.* † & officia Reipu-
blicæ, quæ omnes ciues necessariò tenentur regulari-
ter subire, *l. prima, & tot tit ff. de vocat. & excusat. mu-
9 ner.* quo casu † contrahentes ex causa dictorum offi-
ciorum non præiudicant sibi in iure eis competenti,
super re in contractum deducta; Et in his terminis
procedunt Iura *in d. l. cum quadam, & in d. § si tutor,* vt
ibi declarant *Angel. Aret. Viglius, Mising.* & alij, mul-
tos citant, *Tiraquell. de retract. consang. §. 1. Gloss. 9.
num. 266. Menoch. & Mascard.* vbi supra. Cùm autem
d. obligatio processerit ex causa voluntaria, quia vo-
10 luntariè fuit suscepta, † prout etiam officia Procu-
ratoris, & Aduocati voluntariè suscipiuntur, *§. man-
datum Instit. mandat.* propterea retorqueri videtur;
itaut Sebastianus scribendo visus fuerit sibi præiudi-
11 casse, & tacitè confiteri, † dum de iuris sui conserua-
tione non fuit protestatus, iuxta text. optimum *in l.
fin. ff. de inoff. testam.* & est ad hoc bonus *text.* vbi *Ca-
nonist. in cap. ex litteris, de transact. Mising. Tiraquell.*
& alij, vbi supra, *Crauett. in quæst. de indemnitate mu-
lieris post tract. de antiq. tempor. Menoch. consil. 322.
num 33.*
Quartò fuerunt multum ponderata verba dd. litte-
rarum *d'auuiso* ibi, *Et hauendolo rincontrato, e trouato
star giusto, n' è andato creditore*: rincontrare autem spe-
12 ctare de stylo ad Capserij officium. † ex fidibus mer-
catorum constitit, quibus plurimum in hac materia
deferendum esse, dixit *Bald. cons. 40. num. 10. lib. 5. Soc-
cin. Iun. cons. 27. num. 22. lib. 2. Rot. apud Gregor XV. de-
cis. 126. num. 3.* & iterum, ibi, *si come é seguito dalle ù pié
partite fattemi capitare per lei.* Quæ aliæ partitæ, cùm
ibidem in eisdem litteris singulariter describantur, &
prætereà in libro Capsæ, per Sebastianum tento repe-
riantur adnotatæ ad creditum Monaldi (quòd non
controuertebantur) consequenter partita Gruppi de-
buit in eodem libro adnotari ad creditum eiusdem
Capserij habita, & recepta, prout adnotatæ fuerunt
dictæ aliæ partitæ ab eodem Sebastiano habitæ. Ex
quo enim † partita Gruppi, & supradictæ aliæ partitæ 13
sub vnica verborum structura, & sub vnica confessio-
ne, in dictis litteris missiuis continentur, debent pari-
formiter determinari, *l. iam hoc iure. ff. de vulgar.* † Et 14
non debent diuerso Iure censeri, sed sicut de vna, ita
& de altera dicendum est, ad text. *in l. eum qui ædes, ff.
de vsucap.* cum vulgatis.
Quintò vrgebat, quòd ad solum Sebastianum † vti 15
Capserium ex natura, & qualitate officij spectabat
receptio, & solutio pecuniarum, tanquam ad id spe-
cialiter deputatum, vt ex supradictis attestationibus
mercatorum, & alias in simili dixit *Rot. decis. 522. n. 6.
in fin. part. 1. recent.* quo fit, vt ex hac præambula depu-
tatione regulari debeat actus subsequens receptionis
Gruppi; † ita vt factus censeatur à Sebastiano Ca- 16
psetio qui illum facere tenebatur, & non à Flaminio,
*l. si vir. lana, in princ. ff de donat. inter. gloss. in l. quædam
mulier, in verbo, sufficiebat, ff. de rei vendicat. Alexand.
consil. 25. num. 9. cum seqq. lib. 2. Menoch. presumpt. 74.
num. 43. lib. 2.* Et in his terminis *Rot. in d. decis. 522.
in fin.*
Sextò, & vltimò prædicta omnia tantò magis strin-
gere videbantur, † ex quo, vt dicebatur, Sebastianus 17
in d. libro capsæ per eum tento, omisit scribere, &
dare creditum de aliis multis partitis; vnde à solito
idem de ista partita Gruppi fecisse verisimiliter cre-
dendum est, *ad text. in l. si cui, § iisdem, ff. de accusat.* Et
notant DD. *in c. semel,* vbi *Dynus,* & alij *de regul. Iur.
in 6.* Nec hanc præsumptionem eludi ex eo, quòd in
dd. litteris missiuis certificantibus Monaldum de re-
ceptione Gruppi Flaminius Dominus rationis Ban-
cariæ se subscripserit. Quia, vt dicebant Informan-
tes, † in qualibet ratione Bancaria duo omnino ad- 18
sunt officia distincta quorum alterum dicitur offi-
cium complementarij vt plurimum per ipsummet
Dominum Banchi exerceri solitum, prout illud in
d. Bancho exercebat Flaminius: Alterum verò of-
ficium est Capserij quòd solet per vnum Iuuenem
vulgo *Capserium*, a Domino Banchi ad hoc præpo-
situm administrari; qua distinctione officiorum stan-
te, † onus scribendi Epistolas, aliaque similia facien- 19
di, solùm ad Complementarium spectat, cui creden-
dum est, quique potest alios obligare, iuxta notata
*per Bart in l. eamdem in 7. quæst. ff. de duobus reis, Rot.
Ianuen. decis. 135. num. 1. & decis. 185. num. 1. Mart.
cons. 78. num. 9.* † onus verò recipiendi, & soluendi 20
pecunias ad Capserium tantùm, priuatiuè quoad
alios spectare, iuxta fides, & attestationes mercato-
rum, & visa fuit sentire *Rot. in d. d. 522. n. 6. circa med.
vers. nihilominus.*
Quibus tamen non obstantibus Domini ad fauo-
rem Sebastiani decretum A.C. reuocandum esse cen-
suerunt. Ratio resolutionis fuit, quia cùm obligatio
Sebastiani vti Capserij cuius vigore actum fuit, † so- 21
lùm caneret de reddenda ratione pecuniarum, quæ ad
eius manum peruenerunt, non potuit ille condemna-
ri, mandatúmque executiuum contra eum decerni,
nisi priùs probatum fuerit concludenter pecunias ad
eum peruenisse, *Bart. in l. 1. num. 9. vers. & aduerte,* vbi
etiam *Alexand. n. 22. ff. de eden. Soc. cons. 24. n. 35. lib. 1.
Crauet. cons. 331. n. 14.* Vnde cùm hoc probatum non
fuerit, † decretum vti iniustum, est reuocandum, 22
*Cæsar de Grassi decis. 2. n. 6. de solut. Rot. decis. 311. n. 2.
part. 2. diuers.* Et fuit sæpissimè decisum. Quòd autem
non constet Sebastianum recepisse Gruppum aut pe-
cunias in eo contentas fuisse ei numeratas, vltra Iu-
ris præsumptionem, quæ stat pro negatiua, † ita vt 23
ea sola probationis loco regulariter habeatur, *ad l.
actor. C. de probat. Crauett. cons. 1. n. 11* probatur etiam ex
sequentibus.

Primò

Primò quia omnia per Flaminium adducta ad pro-
bandum Sebastianum recepisse Gruppum, sub vnico
duntaxat fundamento includuntur, & illud est epi-
stola illa suprascripta *de auuiso* recepcionis pecunia-
24 rum in corpore per Sebastianum scripta; † Epistola
autem vt probet contra scribentem non sufficit pro-
pria manus; sed vlteriùs requiritur, vt in ea continea-
tur scribentis nomen; quia aliàs deficeret subiectum
personæ cui obligatio cohæret, & sic esset informis
vacua, & incerta, *Corset singul.107. alias sing.1. verbo*
epistola, Et pulchrè aduertit, & per exempla declarat
Rebuff de Chirograph. & Cedular. recognit. n.84. Boer.
decis.82.num.19. Cancer.var.resol.lib.1.cap.12.num.26.
in fin. Rot.Iannen.decis.116. per tot. Nec dicatur quòd
persona Sebastiani debeat subintelligi, Quia regula
25 est in contrarium, nempe † quòd persona in contra-
ctu non expressa, nunquam subintelligitur, *l.si ita sti-*
26 *pulatus in jesta, §. Grysogonus, ff. de verb.oblig.* † ita vt
ex instrumento, vel quauis alia scriptura, nullo modo
agi possit contra personam ibi non nominatam, nisi
sit rei vel iuris successor, *Bald.in l.ad probationem do-*
27 *mini,n.1.C.de probat.* Et hinc illud vulgare, † Quod
scriptura non cantat, nec nos cantare debemus, de
quo *Bald.in c.venerabilem num.11.extra de elect.* Igitur
cum in casu nostro nullum verbum in litteris de Se-
bastiano, consequenter dictæ litteræ missiuæ contra
eum nullo modo sunt attendendæ.

28 Secundò, quia † quòd communiter dicitur, litte-
ras siue Epistolas probare contra scribentem, etiam
quòd ille non se subscribat, aut nomen suum appo-
nat, est intelligendum dummodò alius non se sub-
29 scribat, † quia tunc tota epistola adscribenda, tri-
buendáque est soli subscribenti; ita vt eo ipso visus
fuerit approbare omnia contenta in ea, quasi ipse to-
tam epistolam scripserit, nisi doceat, sed deceptum ad
ita subscribendum, *l.sient.§. non videtur, ff. de quibus*
modis pignus vel hypotheca soluitur, Ias. in l. si quis in
aliquo documento, C. de eden. l. Cranet.cons.73.num.4.
Paul.de Castr. cons.216. lib.1. Menoch.d.præsumpt.66.
per tot. & latè de his, *Cas.Barz.z.Bonon.21.num.5.cum*
30 *seqq.* † In dubio autem subscribens non præsumitur
deceptus, sed habuisse notitiam contentorum in scri-
ptura, alioquin nunquam subscriptio sufficeret, iuxta
doctrinam *Bart.* communiter receptam *in l. 1. §. si*
quis neget.ff.quemadmodum testam aper. Alex.& alij in
d.§.Grisogonus, ff.de verb. oblig. Vnde cùm solus Fla-
minius in dictis litteris se subscripserit, & de Seba-
stiano in illis nulla mentio fiat, consequenter litte-
ræ non sunt attendendæ contra Sebastianum.

Tertiò, quia nulli dubium esse potest quin Flami-
nius, vti Dominus rationis Bancatiæ, fuerit legitima
persona ad recipiendas dictas pecunias à Dominico
Iuuene, easque Dominicum eidem potuisse legitimè
consignare, prout poterat etiam Capserio, iuxta re-
gulam quod dantes alij potestatem ad aliquid fa-
ciendum suo nomine, eandem & multò maiorem re-
31 gulariter apud se retinuisse videntur; † ita vt pote-
stas non censeatur data priuatiuè, sed cumulatiuè, *l.*
fin.C de iurisd.omnium Iudic.c.dudum.de præbend.& c.
per hoc de heres.in 6.Grammat dec.30.num.3. Menoch.
32 *præs.18. num. 1. lib. 2.* † Quo fit vt etiam quòd actus
certificationis receptionis pecuniarum, de quo in dd.
litteris esset indifferens, ita vt conueniret, tam Seba-
stiano, vti Capserio quàm Flaminio, esset potius Fla-
minio quàm Sebastiano tribuendus, eo ipso quòd
Flaminius litteras subscripsit, etiam quòd verba illa-
rum impersonaliter fuerint concepta, ex regula
quòd actus indifferens, qui potest cadere in facien-
tem sicut in alium, magis nomine proprio facientis
præsumitur factus, *l.& magis, ff.de solut. d.l. si ita sti-*
pulatus, § Grisogonus, in fin.ff.de verb.obligat. Bartol.in
l.prima §.nunciatio, ff.de oper. non. nunc. & ferè in his
terminis *Natt.consil.567.num.4.cum seq. Rot. Iannen.*
decis.14.n.96.in vers.tertio, Angelus, & Rot. decis.566.
part.2.recent. Quæ ratio eò magis procedit, ex quo
per testes pro parte Sebastiani formiter examinatos,
benè probatur quòd dictæ litteræ *d'Auuiso* sæpè fieri
solent, statim atque Iuuenis habuit pecunias, ante-
quam ille Capserio, aut Domino eas consignet.

Quartò quia constat quòd Dominicus Curlus
Gruppum à Mulione recepit, vt ex quietantia, quam
desuper Mulioni fecit; † vnde dum non apparet 33
quòd Dominicus Gruppum Sebastiano tradiderit,
aut quòd per ipsum steterit, quominus Gruppus ei
consignatus fuerit, non potest Sebastiano, receptio
facta per Dominicum, imputari, *l.qui proprio, §.procu-*
rator.ff.de procur.l.2.ff.de negot.gest.l.1.de iuss.ff.manda-
ti, † licèt enim ex facto Dominici, vti Iuuenis siue 34
Institoris, Flaminius remanserit obligatus quoad
Monaldum, *l.1.ff.de instit.act.* & in his terminis, *Rota*
Iannen.decis.121.num.4. † & hoc ideo, quia Flaminius 35
dominus rationis Bancatiæ eum præposuit, *vt in d.*
l.1. Menoch.cons.119. & cons.196.n.14. † tamen idem 36
Dominicus, ea receptione Gruppi, non potuit obli-
gare Sebastianum cùm eorum officia essent diuersa,
nec vnum eorum alteri esset subordinatum, ad text.in
l.Iure Societatis, ff pro soc.l procuratoris, §.sed si duos, ff.
de tributoria act. Anchar. cons.332. Incipit pro clariori
per totum, Bald.in l.si patruus, C.commun.vtriusque Iu-
dicij, Dec.& DD.in l.si socius, ff.si cert.petat.

Quintò quia constitit de stylo mercatorum, quòd
Iuuenes, qui solent exigere pecunias, quando eas
consignant Capserio; reportant in liberculo, quem ad
hoc habere solent, annotationem manu Capserij, † 37
qui stylus inter mercatores attendi debet, *l.vltima, C.*
de inutil.stipulat.l.vltima, C.de fideiuss. Bald.in l.si pro
ea, C. mandati. † Vnde cùm in liberculo Dominici 38
non reperiatur annotatio Sebastiani continens, quòd
ipse ab eo dictum Gruppum habuerit, eo ipso, ex in-
spectione liberculi, dum aliud non apparet, censetur
probata negatiua, quòd Sebastianus Gruppum nun-
quam habuit ad text.in *l.fin.C.de reb.credit. & in l.1.*
C.de exact. tribut.lib.10. Bald.in l. iustum, C.de eden.
Cranett.cons.38.in princ.& cons.219.num.3.& cons.313.
num.5. Menoch.præsumpt.139.num.20.lib.3. vbi post
alios † quòd si debitor est solitus habere librum, in 39
quo solutiones scribere facit, non præsumitur quòd
si soluisset, non curasset solutionem in dicto libro
scribi, sicut curauit scribi alias solutiones, *Hercul. in*
tract.quomodo probetur negatiua, num.168. cum sequen-
ti. Et in simili. *Rot.in causa Taraconen.pensionis 10 Octo-*
bris 1594.coram Seraphino, quæ habetur apud *Garz.*
de benef.part 1 cap.5.num.171. vbi quòd ex libris Da- 40
tariæ, & Cancellariæ, probatur negatiua, & apud *Gre-*
gor.XV.decis.188.n.3.cum seqq.

Sextò, & vltimò non parum apud Dominos habi-
ta fuit confessio Domini Iuuenis, qui in d.lite ei mo-
ta per Flaminium, in positionibus ab eo datis medio
iuramento, asseruit, & affirmauit ipsum dedisse di-
ctum Gruppum Flaminio; † Quæ confessio licèt pro 41
Dominico nihil, aut parum faceret, tamen prodesse
debet Sebastiano, ad probandum quòd ipse à Domi-
nico pecunias non recepit; † cùm enim probatio 42
quod Sebastianus pecunias habuit à Dominico cum
magna difficultate à communiter accidentibus habe-
ri possit aliunde, quàm vel ex eiusdem Sebastiani
confessione, vel ex inspectione dicti liberculi, aut
tandem ex attestatione Dominici, ob difficultatem
aliorum testium qui non solent adhiberi in huius-
modi negociis, sed geri solent per Iuuenes mercato-
rum, vt docet experientia, & dixit, *Rot.Iannen.decis.31.*
num.10. propterea succedit regula, quòd admitti de-
beat

bear probatio per dictum Iuuenem, quæ aliàs admit-
tenda non esset, ad text. *in l.consensu*, atque ibi notaut,
Bald. C.de repud. & fere in puncto, *Rot. Iannen.* vbi
proximè: Et cum confessio Dominici quoad Seba-
stianum non sit ad sui exonerationem, nihil est cur
attendi non debeat ad illius fauorem contra Flami-
nium, prout contra eundem attenditur ad fauorem
43 Monaldi; cùm habeamus regulam, quòd confessio in-
stitoris seu procuratoris, super negotiis ei commissis,
regulariter præiudicat Domino, *d.l.1.de instit. action.*
44 *Rot. Iannen.in d.decis.*121. *n.*4. † Quæ regula proce-
dit etiam quòd institor desierit esse talis, & statum
seu conditionem mutauerit, ad text. *in l.sed & si quis,*
cum tribus seqq.& l.in eum,§. si Dominus, ff.de inst.act.
Ex quibus non obstant supra in contrarium pro
Flaminio adducta, ad probandum Sebastianum rece-
pisse Gruppum, de illóque teneri reddere rationem,
vigore dictarum litterarum *de auuiso*, quas ipse sua
45 propria manu scripsit: † Non primum ex textu *in d.*
l.fideiussor, §.Pater, ff. de pignor. dum in eo habetur
quòd filius emancipatus sibi præiudicauit, scribens
corpus Epistolæ, in qua Pater rem illius obligauit;
Quia vltra quòd sufficit dicere, quòd ibi filius no-
men suum scripserit, non autem Sebastianus illud
scripsit in dictis litteris, iuxta supradicta in primo
fundamento pro Sebastiano; termini sunt diuersi,
Quia in d.§.*Pater*, filius emancipatus scripsit Chiro-
graphum pro parte, super re quæ sua erat, & suam es-
se expressit, vt declarat *Bald.in l.qua dotis,n.*159. *cum*
pluribus sequentibus: Sebastianus autem scripsit cor-
pus Epistolæ, certificatus de receptione Gruppi, quem
ipse non receperat, nec illum vnquam habuisse pro-
batur, nec aliter scripsit ad ipsum spectare de eo ra-
tionem reddere.
46 Præterea ad eundem textum respondetur; † quòd
ex quo non poterat, filio inuito, pignus per Patrem,
in re illius imponi, vti aliena, *l. alienam res,§.p. ff.de*
pign.actione,l.si fundus,§.1.ff.de pign.& in toto tit.C. si
aliena res pignori, æquum fuit vt filius emancipatus
scribens Chirographum tacitè pignori consentire vi-
47 sus fuerit, † ne creditor deceptus remaneret, ad *text.*
in l.sicut,§.non videtur, ff. quibus modis pignus, &c. &
notant *Doct. in l.* 2. per illum textum *C. de reb.alien.*
*non alienan. Adr.Pulueus de rer. alien. distract. cap.*10.
*tract... tom.*6 *part.*2.*fol.*336.*Neguz.de pign.*4 *mem.*1.*p.*
*n.*152.*ad fin.Curt.Iun.in l cum proponas filios,C.de pac.*
In casu autem nostro, Sebastiano etiam inuito, pote-
rat Flaminius, vti Dominus rationis Bancariæ, ad li-
brum non solùm pecunias recipere, sed etiam dd. lit-
teris *d. auuiso* receptionis se subscribere, easque totas
48 manu propria facere. † Et propterea Sebastianus,
etiam quòd Corpus litterarum scripserit, non tenetur
l.Cassius,ff.de pignor.act. vbi *gloss. in verb. non obesse, in*
vers.tu autem dicas, sic, vt proximè dictum est, distin-
guit, quam *glos.* communiter post *Bart.in d.l.qua dotis,*
*n.*16.*cum seqq.* sequuntur *DD.* præsertim *Imol.in cap.si*
*quis presbyterorum,num.*14. *in vers.si autem subscribit,*
& Barbos.vbi supra.
Minùs obstat secundum, ex dicta *l.non putauit, §.si*
49 *quis sua manu*; Quia pariter respondetur, † quòd cùm
Pater non possit filium suum, eo inuito, sine causa ex-
51 hæredare, *d.l.si quis,§.legis*, cum vulgatis, *C.de inoffic.* †
eò ipso quòd filius propria manu se exhæredem scri-
bit, & nomen suum apposuit, consentire videtur, iux-
ta text. *in dicto §. pater*, & distinctionem Glossæ su-
52 pradictam, & ideo exhæredatio ei nocet, vt notant
DD. omnes per illum textum, in *l. filio præterito*, vbi
*Bart.num.*28.*ff.de iniusto rupto.*
53 Non obstat etiam tertium, ex regula, † quòd Epi-
stola probat contra scribentem, etiam quod ille se
non subscribat, Quia est verum quando scribens in ea
nomen proprium scribit, aut alius non se subscripsit,
non autem quando in casu nostro alius se subscribit,
& nomen scribentis in Epistola non adest.
Quartò non releuant verba dictarum litterarum
ibi, *& hauendolo rincontrato, e trouato star giusto*, Quia
licèt fuerint scripta manu Sebastiani, tamen cùm non
fuerint ab eo subscripta, sed a Flaminio, propterea non
Sebastiano, sed à Flaminio sunt tribuenda, ex supradi-
ctis. Quibus etiam annecti potest quòd cùm ex atte-
stationibus mercatorum, epistolæ *d'auuiso*, fieri etiam
soleant, vt dictum est, à Domino rationis Bancariæ,
ex sola relatione Iuuenis, exactioni præpositi, etiam
quòd adhuc pecuniæ non sint Capserio consignatæ,
ita, & taliter quòd Dominus scribere, & subscribere
eas tunc potest etiam Capserio inuito, consequenter
cùm ipsemet Flaminius Dominus, in casu nostro, eas
fecerit, & quidam solus, dum se subscripsit, ipse solus,
intrant etiam supradicta, nempe † quòd actus indiffe- 54
rens debet facienti attribui †, & quòd scribens non 55
censetur consentire, quando scribit pro alio, quòd
ipso inuito ille facere poterat.
Vnde patet etiam clara responsio ad omnia alia, in
d.4. fundamento adducta, præsertim ad illa verba lit-
terarum, ibi *si come è seguito dalle ù piè pariter*, Quia
pariter Dominus hoc attestari potest, prout Capse-
rius, tam antequàm pecuniæ Capserio tradantur,
quam post, & propterea inde soli Domino potest pa-
rari præiudicium, non autem Capserio, qui solùm te-
netur de pecuniis, & traditis, prout in liberculis Iuue-
num, aut aliàs ex eiusdem quietantiis, & non aliter; 56
alioquin esset in potestate Iuuenum, & Dominorum,
ad libitum, Capserios obligare, quòd esset ne dum ab-
surdum, sed etiam iniquum, maximè ad eorum fauo-
rem, vt ferè in his terminis dixit *Rota Iannen.dec.*135.
*n.*5.*& per totam.*
Parùm etiam releuat quintum, videlicet quòd ad
solum Sebastianum vti Capserium, ex natura, & qua-
litate officij, spectabat receptio & solutio pecunia-
rum, † Quia est verum, quatenus ei tradantur, non 57
autem est verum quòd ille teneatur reddere rationem
de pecuniis, quæ ei traditæ non sunt, aut non constat
esse traditas, nec per ipsum stetit quominùs fuerint ei
consignatæ *d.l.qui proprio, §.procurator, & dicta l. do-*
lus.ff mandati, cum aliis; Maximè cùm potuerint Do-
mino etiam tradi, aut eas Iuuenis exactioni præposi-
tus apud se retinere, itaut intret regula *l.non hoc.* & ibi
Bald.& DD.C.vnde legitimi, quod autem Sebastiano
in casu nostro traditæ non fuerint, aut saltim traditio
non præsumatur, satis supérque ex supradictis proba-
tum extat.
Demum non obstat sextum, quòd Sebastianus omi-
serit scribere alias partitas; † quia quidquid de hoc es- 58
set, non releuaret, cum in omnem casum inde fraus
contra Sebastianum præsumi, aut huiusmodi omissio
illi obesse nō possit, dum alias ex liberculis Iuuenum,
& eius quietantiis vel notis ab eo propria manu fa-
ctis probatur dictas alias partitas omissas recepisse:
Nec quòd Flaminius per se ipsum exerceret officium
complementarij quidquam facit; † Quia licèt com- 59
plementum dans possit obligare consocios negocia-
tionis, ex eiúsque facto illi teneantur, *Bart.in d.l.ean-*
dem in 7.*q.ff.de duobus reis;& Rota Iannen.decis.*185. † 60
non tamē potest obligare eos, qui non sunt socij, nec
ex eius facto illi tenentur, nisi solùm quatenus probe-
tur ad eos peruenisse, vt in specie *Rot.Ian dec.*104.*n.*5.
*vers.quoad primum,& d.decis.*135.*per tot.* Et propterea
retorquetur, quia si in d.officio alia distincta persona
fuisset præposita, facilè per eam rei, de qua agitur, ve-
ritas haberi posset, quæ cùm præposita non fuerit, & d.
totum fecerit Flaminius, sibi imputandum est.
Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Cuſ

Cusentina Pensionis.

Merc. 19. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Titularis an, & quando teneatur ad pensiones decursas, pro tempore quo intrusus, fructus percepit.

SVMMARIVM.

1 *Pensio est onus reale, fructusque sequitur.*
2 *Pensio non debetur a Titulari, pro tempore quo intrusus fructus percepit sine culpa Titularis, qui liberatur cedendo actiones Pensionario contra intrusum, & n. 3 limita, vt n. 4. & 6. & seq.*
4 *Obligatus in forma Cameræ ad soluendum, non adimplet cedendo, sed debet præcisè soluere.*
5 *Cedere actiones non est soluere.*
6 *Fructus beneficij non solùm sunt obligati pro pensionibus decurrendis singulis annis, sed etiam fructus vnius anni sunt obligati pro pensionibus aliorum annorum.*
7 *Fructus percepti per Titularem in aliquibus annis præsumuntur vberes, & sufficientes, etiam pro pensionibus decursis, tempore quo adfuit intrusus.*
8 *Pensionarius, vigore obligationis Cameralis, habet electionem agendi pro pensionibus decursis, de tempore quo in beneficio adfuit intrusus, aut contra Titularem siue contra ipsum intrusum.*
9 Seraph. decis. 66. *declaratur.*
Put. decis. 10. lib. s. & 185. lib. 2. & 15. de pens. *explicantur.*

DECISIO CCCLXIX.

DVBITAVI hodie ad quam summam ascendat creditum D. Ioannis Pensionarij, contra Matthæum Rocchum Titularem, & cum præsupposito quòd Matthæus teneatur etiam ad pensiones pro tempore quo Mutius intrusus percepit fructus, resolutio facilis visa fuit; nempe dictum creditum ascendere ad ducatos Regni 2100. Cùm enim pensio reseruata fuerit ducatorum 400. monetæ, & reseruatio facta fuerit de mense Iulij 1626. Ioannes autem Pensionarius obierit de mense Decemb. 1631. consequenter pensiones decursæ, ad quas Matthæus tenetur, stante dicto præsupposito constituunt dictam summam ducatorum 2200.

Vnde fterit solùm difficultas circa veritatem dicti præsuppositi, videlicet, An Matthæus Titularis, vsque de dicto mense Iulij anni 1626. qui tamen non percepit fructus duorum annorum sequentium, sed eos percepit dictus Mutius intrusus, teneatur soluere pensionem prædictorum duorum annorum: Et pro parte
1 negatiua dicebatur, † quòd cùm pensio sit onus reale, fructusque sequatur, vt latè *Gig. de pens. q. 39. per*
2 *tot.* † illa non debetur à Titulari pro eo tempore in quo non ipse, sed intrusus, etiam nullum titulum habens fructus percepit sine culpa Titularis, vt in puncto *Gig. respons. 29. per totum*, quem sequitur *Bursat. cons. 361. n. 19. vers. 2. quod intrusus, & n. 25 & per totum, lib. 4 Seraph. decis. 66.* Et in simili *Bellenc. in suo tract. de charitat. subs. quest. 34. n. 1. Garz. de benef. part. 1. c. 5. num. 206. cum seqq. & Mohed. decis. 10. de renunc.* Et in omnem casum contendebatur, quòd esto Matthæus teneretur ad pensiones decursas tempore intrusionis
Mutij, † eum tamen liberari cedendo actiones Ioan- 3
ni, seu eius hæredibus pro rata illius temporis, contra Mutium, qui intrusus fructus percepit, iuxta *decis. Put. x lib. 1. & 185. lib. 2. & dec. 15. tit. de pens.* & benè facit *decis. 1 c. de testam. in antiquis per tot.*

Sed quidquid sit de prædictis in simplicibus terminis, Domini in casu nostro, ex duabus facti circumstantiis insimul consideratis, resoluerunt Matthæum Titularem, & possessorem teneri etiam ad pensiones decursas tempore intrusionis Mutij quamuis fructus
non perceperit, † Prima est, quia se obligauit præci- 4
sè, & in forma Cameræ ad soluendum, quo casu regulariter debitor non adimplet cedendo, sed debet præcisè soluere, ita limitat *Put. in d. decis. x.* in contrarium allegata *i. p. in fin. vers. secus autem est*, ea ratio-
ne, † quia cedere actiones non est soluere, iuxta *glos.* 5
in l. legaui, §. in fin. in glos. mag. circa fin. ff. de liber legat. Bald. in l. in ea, in fin. C de compens. Secunda est, quia licet pensio sit onus reale, & Matthæus non percepit fructus tempore intrusionis Mutij; quia tamen
percepit fructus per plures alios annos: † qui fructus 6
de iure, & iuxta formam litterarum reseruationis, non solùm sunt obligati pro pensionibus decurrendis singulis annis respectiue: sed imò fructus vnius anni sunt etiam obligati pro pensionibus aliorum annorum, *Gig. de pension. quæst. 43. num. 2. vers. quia au-*
tem: † cùm dicti fructus in aliis annis, percepti per 7
Matthæum, præsumantur vberes, & sufficientes, etiam pro pensionibus decursis tempore intrusionis, consequenter dum non constat de insufficientia fructuum, Matthæus vigore obligationis Cameralis debet cogi
ad soluendum, † ita vt sit in electione Ioannis pro 8
pensionibus decursis de tempore intrusionis agere contra Matthæū, aut contra Mutium intrusum, *Feder. de Sen. cons. 81. n. 4. Gig. de pens. quæst. 39. n. 11. vers. aut quærimus, & quæst. 43. per totam. Card in Clement. prima sub n. 5. in 11. quæst. de censib. Rot. decis. 176. n. 3. p. 2 recent. Modern. de re benef. lib. 1. quæst. 39.* vbi benè distinguunt, & optimè conducit, *Add. Marg. ad d. decis. Put. 185.*

Vndè non obstat dicta decisio *Seraph. 66.* vbi Titularis etiam quòd se obligauerit in forma Cameræ ad soluendum, non tenetur soluere pensionem, si fructus non percepit; prout nec etiam obstant aliæ de-
cisiones *Put.* supra in contrarium allegatæ; † Siqui- 9
dem in casu decisionis *Seraph.* Titularis nunquam habuit possessionem beneficij, nec aliquos fructus percepit: in decisionibus autem *Put.* agebatur contra Titularem, successorem in beneficio, qui non erat obligatus ad soluendum obligatione Camerali, nos autem vt dictū est, versamur in casu in quo duo supradicta insimul concurrunt, videlicet contra Titularem possessorē, qui se obligauit ad soluēdum in forma Cameræ, & fructus plurimorū aliorum annorū habuit.

Et ita decisum vtraque, &c.

Calaguritana Beneficij de Briones.

Lun. 21. Ianuarij, 1633.

ARGVMENTVM.

Ex oppositione quando Ius quæratur vel ne. Et nonnulla alia notanda, quæ patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Ex oppositione ius non quæritur in re, nec ad rem: fallit vt in n. 2. & 3.*

In

4 *In beneficialibus non sat est docere de non Iure Aduersarij, nisi quis doceat de bono Iure suo: maximè si non possideat. Intellige vt n. 5.*

6 *Vacatio primi beneficij non inducitur per adeptionem secundi incompatibilis, nisi huius possessio per duos menses probetur, quidquid aliud sit, ad effectum impetrationis, n. 7.*

DECISIO CCCLXX.



VACAVIT dimidium beneficium in Ecclesia Parochiali Oppidi de Briones, debitum filiis patrimonialibus per assecutionem alterius incompatibilis, quam fecit Franciscus Vergado illius vltimus possessor, & Ordinarius iuxtà formam Motus proprij Clementis VIII. appoluit edicta, & cùm plures se opposuissent: Ordinarius aliis reiectis, admisit, & declarauit pro legitimis oppositoribus Franciscum de Roderaso, Martinum Vergado, & Petrum de Albecia; ex quibus examinatores Synodales, habiles, & sufficientes ad curam animarum tantummodò esse declararunt prædictum Martinum, & Petrum; quibus posteà præsentatis coram Beneficiatis, deuentum fuit ad electionem vnius ex dictis duobus Francisco, & Petro; cùm autem vota beneficiatorum fuissent paria, Ordinarius gratificauit Petro, eique collationem fecit; appellauerat iam d. Martinus Vergado à d. Decreto approbationis ad curam animarum, & habuit recursum ad Nuntium Hispaniarum, qui cùm decreuerit nouum examen ad fauorem Martini, & fuerit examinatus ab examinatoribus, ab eodem Nuntio deputatis, fuit ad Curam animarum approbatus: à quo decreto noui examinis, & approbatione Martini appellauit Petrus Albecia, & obtinuit mihi causam committi, & disputari hodie dubium, An dictum dimidium beneficium sit ei adiudicandum. Et Domini, circumscripto Iure Martini, non dubitarunt de Iure
1 Petri; † Quia licèt ex oppositione Ius non quæratur
2 in re, nec ad rem, *Cassad. decis. 18. de præbend.* † tamen cùm oppositio in hoc casu competat filiis patrimonialibus, & non aliis d. oppidi ex consuetudine antiqua, & constitutione Clementis VIII. propterea ex sola oppositione fuit Ius quæsitum Petro, idem *Cassad. in d. decis. 13. n. 5. Sarnen. in Reg. de non tollen. iur. quæsit. 1. u. 10. in vers. & quod dictum est Put. decis. 152. in nouiter impress. n. 2. & 3. lib. 3.* & fuit dictum *in Placentina Canteria, 31. Ianuarij, 1594. coram bon. me. Card.*
3 *Arigonio*, † Et cessat difficultas, quia etiam si non adesset constitutio Clementis, nec consuetudo, nec pariter d. beneficium deberetur filiis patrimonialibus, fuisset nihilominus Petro Ius quæsitum ex ipsa oppositione, ex quo Episcopus eam per decretum admisit, illum approbauit, & ei gratificauit, aliósque plures actus fecit; hoc enim casu, & in omnibus aliis, in quibus oppositio nedum habet actus opponentis, sed etiam actus Superioris opponentis, dicitur Ius quæsitum, *cap. si eo tempore de elect. Sarnen. in d. quæst. 1. num. 11. in vers. Primum non haberet locum, Seraph. decis. 191.*

Et prædicta dicebant quidam ex Dominis suffice-
4 re, ad hoc vt Petro sit beneficium adiudicandum; † cùm satis sit me docere de bono Iure meo, dum Aduersarius de Iure suo non docet: licet enim in beneficialibus non sat sit docere de non Iure Aduersarij, nisi ego doceam de bono Iure meo, maximè si non possideo, *cap. beneficium de reg. Iur. in sexto*: & ibi *DD. Verall. decis. 66. n. 4. p. 2. Et fuit dictum in Aquilana Cap-*
5 *pellania, 12. Decembris, 1625. coram me*; † Tamen sufficit si de Iure meo benè doceam, dum Aduersarius de Iure suo nihil docet, iuxtà text. optimum *in l. si inter me & te, 15. ff. de except. rei Iudic.* cum vulg. ita vt non sit necesse aliter constare de meo potiori Iure, quia eo ipso quòd ego doceo de Iure meo, & Aduersarius legitimè citatus, vt in præsenti, de Iure suo non docuit, neque in processu deduxit, pernecesse constare dicitur de potiori Iure meo, vt ad sensum patet.

Sed nihilominus maior pars Dominorum fuit in ea Sententia, vt Petro pro nunc non sit beneficium adiudicandum: fundamentum fuit, quia idem Petrus deduxit, & in summario dedit, qualiter Martinus fuit per examinatores deputatos à Nuntio, approbatus ad curam animarum, & quòd ille in tempore appellauit ab omnibus, & quibuscumque decretis, & gestis tam per Episcopum, & examinatores Synodales, quàm per Beneficiatos: sed quia deinde Martinus assecutus fuit aliud Beneficium in eadem Ecclesia incompatibili cum dicto dimidio beneficio, propterea dicit illum amisisse ius omne, quod habebat, aut prætendere poterat ad hoc dimidium beneficium, de quo agitur, & consequenter illud esse ei adiudicandù. Vnde patet quòd Petrus non venit ex Iure quod habebat ex illa prima vacatione, in qua ipse fecit diligentias requisitas per constitutionem Clementis, & ex qua suam intentionem fundat, nempe in approbatione Synodalium, & d. collatione ei facta, & aliis supradictis; Sed imò venit ex dicta secunda vacatione per assecutionem à Martino factam alterius incompatibilis, aut saltem prætendit solum Ius suum fundare in eo, quòd Martinus per assecutionem alterius incompatibilis amisit Ius, si quod habebat, ad dictum dimidium beneficium, vnde cùm non probet huiusmodi assecutionem alterius incompatibilis nisi per fidem simplicem Notarij sine testibus, quæ in effectu est simplex fides, quæ ideò non debet attendi, † & in omnem casum 6
non sufficiat, ad effectum adiudicationis, probare adeptionem alterius incompatibilis, vt inducatur vacatio primi, nisi etiam probetur possessio pacifica per duos menses *Lap. in c. commissa de elect. one in 6. Add. ad decis. 3. de præbend. in nou. Castr. in cons. 205. in princ. lib. 2.* † quidquid aliud sit ad effectum impetra- 7
tionis, *Castr. ibid. n. 2. vers. sed agitur*, igitur meritò Domini adiudicationem pro nunc non dederunt, sed voluerunt de facti veritate melius informari.

Et ita decisum Petro tantùm informante, &c.

Ariminen. Legatorum.

Lunæ 31. Ianuarij, 1633.

ARGVMENTVM.

Sumptum quando probet, & præferatur alteri scripturæ originali.

SVMMARIVM.

1 *Confessio iudicialis præponderat extraiudiciali.*

2 *Inuentarium est nullum si non fuit subscriptum per heredem.*

3 *Sumptum quando sit præferendum originali.*

4 *Sumptum solemniter extractum ab Archiuio publico probat, etiam quod originale non reperiatur.*

5 *Iura impugnare quis non potest, quibus ipse in Iudicio vsus fuit.*

6 *Iura non esse in forma probanti, opponi non potest post rem iudicatam.*

DECISIO CCCLXXI.


Lacuit Dominis Decisio in hac causa facta, *die* 14. *May*, 1631. per quam fuit declaratum: totum prædium Spadatoli adiudicandum esse D.Eleonoræ, in executionem rei iudicatæ, vigorem sententiarum Prętorialium: nec quidquam obstare dixerunt Inuentarium vt prætenditur originale, factum per Procuratorem Hieronymi, illúdque vt originale, esse præferendum in concursu alterius Inuentarij eiusdem Hieronymi, quod non est originale, sed exemplum: quia non obstantibus Iuribus nouiter compulsatis, quæ nihil visa fuerunt releuare, placuerunt Dominis tres responsiones assignatæ in *d. decis. in vers.* 4. *non est etiam attendendum*, Et in primis illa prima ratio, quòd inuentarium subscriptum manu Hieronymi fuit iudicialiter factum, illud verò Procuratoris extraiudicialiter:

1 † Confessionem autem iudicialem extraiudiciali præponderare iuxtà doctrinam *Bart. in l. C. de om. agr. deser. l.* 11. cum aliis ibi allegatis; non minùs placuit secunda ratio, quinimò, & multò magis;

2 videlicet † quòd Inuentarium Procuratoris fuit nullum: quia non fuit subscriptum per hæredem per text. *in l. fin. §. cum igitur, C. de Iure deliber.* iuxtà magis communem, & veriorem sententiam, quàm tenent ferè omnes contra *Bald. & Odofred.* & præsertim *Paul. de Castro, Ias. Greg. Lopez, Aluar. Valasc. Nat. Rolan à Val. Fanut.* & alij *in eadem decisione in d. vers.* allegati, Nec tandem displicuit Dominis illa tertia, & vltima ratio, quòd Inuentarium Procuratoris est multùm suspectum, ob causas & rationes in eodem vers. allegatas.

3 Neque obstare dictum fuit † quòd Inuentarium Hieronymi sit transumptum, quod ideò videtur non præferendum in concursu Inuentarij originalis; Quia esset verum si Inuentarium originale esset bonum, & transumptum esset desumptum ex dicto originali, sed quia illud originale est diuersum, suspectum, imò & nullum, sumptum prædictum est alterius originalis, &

4 facit fidem, † cum fuerit solemniter extractum ab Archiuio publico, & solemniter compulsatum, etiam quòd deinde originale non reperiatur, *Bald. in c.* 1. *in fin. de fid. Instrum. Felin in e. ad audientiam col.* 3. *in conclus.* 6. *de præscript. Menoch. cons.* 745. *n.* 4. *cum seqq.* & conducunt quæ tradit *Couar. pract. quest. c.* 21. *per tot.* Et cessat

5 difficultas; † ex quo Hieronymus fuit diu vsus in iudicio d. exemplari, & multò magis, quia adest iam res iudicata, post quam opponi non potest quòd Iura non sint in forma probanti, vt dixit *Rota in causa Bracarens. Iurispatronatus de Patronello*, 18. *Nouembris*, 1621. *coram b.m. Cardinali Sacrato.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Anconitana Censuum.

Veneris 18. *Februarÿ*, 1633.

ARGVMENTVM.

Hæc decisio non meretur argumentum nec Summarium.

DECISIO CCCLXXII.

Domini *die decima Decembris*, 1635. resoluerunt, non esse locum recognitioni cuiusdam Apochæ priuatæ vt asserebatur factæ per D. Hieronymum Archiepiscopum Theatinum, ad effectum probandi communionem omnium bonorum d. Archiepiscopi Petri, & Francisci fratrum de Leonils, & in fine decisionis reseruarunt vt videretur: An esset locus recognitioni prædictorum Petri, & Francisci, nec nō testium in eadem Apocha subscriptorum; & cum hodie desuper fuerit causa proposita, Domini absque difficultate firmarunt, non esse locum d. recognitioni manuum Petri, & aliorum; Et ratio fuit euidens, videlicet, quòd etiam si fieret recognitio in hac causa non veniunt ex persona prædictorum, sed solùm ex persona d. Archiepiscopi, vti eius hæredes; non data autem releuantia, non est cur fiat recognitio, vt in similibus fuit millies decisum.

Et ita resolutum, &c.

Romana nullitatis obligationis.

Ven. 18. *Februarÿ*, 1633.

ARGVMENTVM.

Mater quæ fideiussit pro filio, iniustè carcerato, ad fauorem illius qui filium iniustè carcerari fecit, an teneatur si ipsa se obligauit cum Iuramento, & vti principalis, principaliter, & in solidum.

SVMMARIVM.

1 *Minoris obligatio, facta sine solemnitatibus statutariis est nulla, & ille non tenetur ex ea nec ciuiliter, nec naturaliter, num.* 2.

3 *Ampliа procedere etiamsi minor maior factus iterum se cum Iuramento obligauerit ad id quod dum minor erat, promisit.*

4 *Obligatio ex falsa causa est nulla, cùm deficiat voluntas illius qui se obligauit, & n.* 11. *&* 12.

5 *Obligatio facta etiam à matre, & cum Iuramento, ad fauorem illius, qui eum iniustè carcerari fecit, est nulla.*

6 *Fideiussoria obligatio non tenet, si principalis obligatio est nulla: Et quid si fideiussor se obligauit cum iuramento, & vti principalis principaliter & in solidum n.* 8. *& seqq.*

7 *Fideiussoria obligatio facta pro carcerato ad fauorem illius qui iniustè fecit carcerare, est nulla.*

9 *Parentes frequenter pro affectu, magis in liberis quam si ipsis.*

10 *Patris vel matris obligatio etiam cum Iuramento facta, pro liberando filio iniustè carcerato, non tenet ad fauorem illius qui iniustè filium carcerari fecit.*

13 *Contractus ab iniustè carcerato factus cum tertio, qui eum in Carcerem non detrusit, nec fuit detrudentis particeps, valet: limita vt n.* 14.

15 *Decretum interpositum ex falsa causa est ipso Iure nullum.*

16 *Terminus susceptio inducit ratificationem debiti: fallit duobus modis, vt n.* 17. *&* 18.

DECISIO CCCLXXIII.


Ocietati Scutorum 1000. ad fauorem Alphonsi Vidaschi, contractæ de anno 1623. super officio Cursoratus Andreæ Scalmati accesserunt etiam principaliter, & in solidum in forma Cameræ, Ioseph de Cappis; & Bartholomæus Bonadies; ambo minores, sub tutela, & cura existentes, sine solemnitatibus statuti Vrbis capit. 151. libr. 1. Cum autem Ioseph maior factus, ob dictam

causam

causam fuisset carceratus, vt ex carceribus extraheretur iterum se obligauit cum iuramento ad soluendum in certis terminis scuta 500. ex dictis mille, pro quo fideiussit, ac etiam vti principalis cum solemnitatibus dicti statuti se obligauit cum iuramento Flaminia eius mater: Maturatis terminis, Alphonsus conuenit tam Iosephum, quàm Flaminiam coram A.C. à quo mandatum contra illos relaxari obtinuit, qui appellauerunt, & mihi causa appellationis commissa, proposui hodie dubium in Rota; An mandatum A.C. sit confirmandum, vel infirmandum: Et causa his proposita hodie Domini resoluerunt esse infirmandum.

1 Et imprimis, absque difficultate fuit tentum, † primam obligationem Iosephi, quam fecit, dum erat minor sine statuti solemnitatibus, fuisse nullam, vt latiùs quoad obligationem dicti Bartholomæi correi super hac eadem societate fuit comprobatum *in decisione coram me facta*, 16. *Ianuary*, 1626. quæ in impressis
2 *apud Cencium in addit. ad tract. de censib. est decisio* 141. † vbi quod nec ciuilis, nec naturalis obligatio orta fuit.

3 Et pariter etiam de plano tentum fuit † secundam obligationem Iosephi fuisse nullam, non obstante iuramento, & quòd eam fecerit maior iam factus; tum quia fuit facta sub prætextu quòd erat debitor vigore primæ obligationis, & tamen non erat, stante illius
4 nullitate, & sic secunda obligatio † vti ex falsa causa fuit pariter nulla, *l. cum putarem, ff. famil. ercisc. l. si post diuisionem, C. de Iur. & fact. ignorantia*, & iuxtà *cons.*
5 *Dec. 600. per tot.* † Tum etiam quia fuit facta ad fauorem Alphunsi, qui eum iniustè carcerari fecit; quo casu obligatio, etiam à maiori, & cum iuramento facta, est nulla, *l. qui in carcerem, ff. quod met. caus. vbi Bart, & aly, Paul. de Castr. in l. qui à latronibus, ff. de testam. Rum. cons. 113. vol. 5. Neuz. cons. 52. n. 42. Marsil. in prax. §. attingam, n. 22. Farin. de carcer. & carcerat. q. 35. n. 19. Ioan. Gutier. de iuram. confirmat. p. 1. c. 57. per tot. Guidop. decis. 253. Rota decis. 490. n. 1. & 2. p. 1. recent. & post secundum volumen cons. Farin. decis. 205. n. 4. & bis in Melphiten. seu Neuellen. pecuniaria, 3. Decembris, 1618. & 16. Nouembris, 1620. coram bon. mem. Vbaldo, & in Romana Domorum, 14. Maij, 1627 coram me, & in Romana Mutui, seu Pecuniaria, 14. Marty, 1631. coram D. meo Merlino*; Quod autem carceratio fuerit iniusta, ex eo solùm patet, quòd Ioseph nullo vinculo obligationis Alphonso tenebatur, ex latè deductis *in dicta decis. Romana nullitatis obligationis, coram me.*

Tandem etiam sine hæsitatione dicebant Domini, obligationem Flaminiæ præcisè, & dumtaxat consideratam vti obligationem fideiussoriam fuisse pariter nullam: etiam quod illa se obligauerit cum solemni-
6 tatibus statuti; † Cùm enim obligatio Iosephi fuerit penitus nulla, ita vt nec ciuiliter, nec naturaliter remanserit obligatus, vt dictum fuit, nec fideiussoria obligatio Flaminiæ tenuit, *l. Marcellus, & l. fideiussor obligari, in princ. cum similibus ff. de fideiussoribus, Bart. in l. cum lex, per illum textum, ff. eodem*, plenè *Laurent. de Pinu cons. 71. & Maranta de ordin. Iudic. p. 6. tit de*
7 *de Satisdat n. 26.* † Et in his terminis quòd fideiussoria obligatio, facta pro Carcerato ad fauorem illius, qui iniustè fecit carcerare sit nulla, *Rebuff. in l. qui neque 48. §. solutum, vers. item infertur, ff. de verb. obligat. Afflict. d. decis. 140.* vbi etiam *Vrsill. in addit. ibidem Gutierez vbi suprà, num. 11. & 12.* & latè *Farin. in d. quæst. 35. num. 25.*

8 Quapropter stetit solùm difficultas: † An stante quòd Ioseph, nec ex prima nec ex secunda obligatione fuit ciuiliter, nec naturaliter obligatus, ex suprà deductis, sustineatur obligatio Flaminiæ, vigore Iura-

menti, aut ex eo quòd etiam explicitè, vti principalis principaliter, & in solidum se obligauit. Et pro affirmatiua sententia allegabantur *Bart. in l. si à Reo, §. si à furioso, ff. de fideiuss. Alex. cons. 32. in fi. lib. 4. Natt. cons. 261. num 14. lib. 2. & Rota apud Mohed. decis. 2. titul. de fideiuss.* aliàs *decis.* 233. Pro parte autem negatiua *Anchar. cons. 330. col. 5. versic. descendo ad obligationem, Laurent. de Pinu. cons. 71. per tot. & Ioseph. Ludouic. decision. Perus. 27. etiam per totam.*

Sed quidquid sit de vtraque sententia, quas passim Doctores, inter se parum constantes, fœdere distinctionis conantur conciliare, præsertim illius quam assignat *Bart. in l. si quis pro eo, col. penult. vers. 8. prohibetur, ff. de fideiuss.* censuerunt hoc die Domini, in omnem casum, & iuxtà vtramque sententiam obligationem Flaminiæ fuisse nullam, duplici fundamento.

Primum fundamentum fuit, quia eadem causa timoris, & Carceris iniusti, ex qua obligatio Iosephi, qui eum fecit iniustè carcerari, fuit nulla, procedit etiam quoad Flaminiam, cum nihil intersit an quis in
se torqueatur, an in liberis; † cùm pro affectu magis 9
patentes in liberis terreantur, quàm in seipsis, *l. isti*
quidem in fin. ff. quod metus causa. † Et in puncto, obli- 10
gatio Patris vel matris, etiam cum Iuramento pro liberando filio iniustè carcerato, non teneat ad fauorem illius qui filium iniustè carcerari fecit, dixerunt *Card. cons. 137. Rol. à Vall. cons. 2. n. 61. & n. 67. vol. 1. & Gutier. d. part. 1. cap. 57. num. 8.*

Secundum fundamentum fuit; † Quia Flaminia se 11
obligauit cum præsupposito, quòd Ioseph eius filius esset obligatus, & tamen non erat nec ciuiliter nec naturaliter, quæ propterea non habuit voluntatem se obligandi, nisi cum veritate dicti præsuppositi; per ea quæ latè tradunt *Anchar. & Ioseph. Ludou.* vbi suprà, *& Dec. d. cons. 600.* Tum etiam quia, vt claris verbis cantat Instrumentum fideiussionis, intercessit cum illo alio præsupposito quòd ei nullum damnum sequi poterat ex dicta fideiussione, ex quo Ioseph eius
filius promisit eam releuare; † Vnde cum promissio 12
releuationis à Iosepho facta, fuerit nulla, & dicta nullitate stante, damnum Flaminiæ, si nihilominus eius
obligatio sustineretur, esset patens. † consequenter 13
vti ex falsa causa fuit nulla, *Dec. & Anchar.* vbi suprà. Quòd autem promissio releuationis à Iosepho facta nullius momenti fuerit, est clarum, quandoquidem, licèt regulariter valeat contractus ab iniustè carcerato factus cum tertio qui eum in carcerem non detrusit, nec fuit detrudentis particeps, *Dec. in d. l. qui in carcerem, & Gutier. in d. cap. 57. num. 3. Caccer. var.*
resol. tom. 3. cap. 1. num. 46. † tamen si ille tertius non 14
contrahit cum Carcerato ad proprium commodum principaliter, & ex proprio motu, sed ex instantia, aut ad commodum illius qui carceratum iniustè detinet, contractus non tenet *Paul. de Castr. in l. cum interest, C. de his quæ vi metusué caus. fiunt, Rim. d. cons. 113. vol. 3. Marsil. sing. 306. Vrsill. ad Afflictum in d. decis. 149. Gutier. & Caccer.* vbi suprà. Vnde cùm Flaminia principaliter contraxerit cum Iosepho filio suo, ad vtilitatem, & commodum Alphonsi detinentis, saltem virtualiter & in consequentiam Ioseph nullo modo remanserit obligatus.

Tertium fundamentum fuit; Quia suppositis su-
pradictis, † decretum Iudicis interpositum, iuxtà sta- 15
tutum Vrbis super obligatione Flaminiæ, fuit interpositum ex falsa causa, videlicet, quòd Ioseph erat debitor, & iustè carceratus, & quòd Flaminia nullum erat passura damnum, stante dicta promissione releuationis, quo casu tale decretum est ipso iure nullum, *leg. & si præsens, C. de prædiis & aliis rebus minorum.*

Roman.conf.454.n.12.Rota decis.529.n.1.part.1.diuers. Et in his terminis *Pic. add. statutum Vrbis, gloss. 21. numero 35.*

Vnde ex præmissis non obstat quòd Flaminia sus-
16 ceperit terminum ad soluendum, † & quòd ex susceptione termini inducatur ratificatio, & approbatio debiti, *l.ad solutionem, C. de rei ind. Roman.conf.9. in fin. Franc. Becc.conf.100.n.41.* Quia sunt duæ limitatio-
17 nes communiter receptæ, quæ hîc intrant. † Prima est si terminus fuit susceptus per errorem, & ex falsa causa, ita vt non sufficiat habere qualem qualē scientiam causæ in genere, *Crauet.conf.192.n.123. Alex.conf.135. n.2. lib.5.* Qui omnes concludunt eum qui allegat approbationem, seu ratificationem debiti debere probare scientiam veritatis Causæ; in præsenti autem non probatur, sed error; cùm crederet Flaminia, Iosephum filium suum fuisse obligatum, qui tamen obligatus non erat, ac ipsam non fore passuram damnum, quòd tamen necessariò sentiret si eius obligatio
18 sustineretur. † Secunda est vbicumque præsumitur alia causa, quàm approbationis; & exemplum per omnes traditur, quando aliquis est obligatus in Instrumento quarantigio, vt in præsenti Ioseph, & Flaminia obligatione Camerali, quo casu etiam quòd sequatur solutio, non inducitur approbatio debiti; quantò minùs per solam susceptionem termini, sed solùm facta censetur per metum, ne videlicet debitor capiatur, & executionis molestiam subeat, ita vt etiam solutum reperi possit, ita *Bart. Paul. & alij in l.2.C. quod met. idem Paulus in l penult.C.de condit. ob caus. Roman. conf.399. incipit circa primum num.10.* latè & pulchrè *Padilla in l. interpositas, num.25. in fin. C.de transact. Gratian.d.scept forens.cap 501 num.1. & seqq. & cap. 814. sub num. 19. & decidit Rota in Romana de Perottis, 3. Decembris, 1602. coram bon.mem.Card. Millino.*

Et ita decisum, &c.

Gerunden. Cappellæ.

Lunæ 21. Februarij, 1633.

ARGVMENTVM.

Per Contradictas quando procedi non possit: & quando lis ex parte actoris introducta dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur prout de Iure.*
2 *Sententia notoriè nulla non est exequenda, sed ab ea datur appellatio, quoad vtrumque effectum.*
3 *Per Contradictas procedi non potest, existente in curia Procuratore, qui protestatus fuit nihil fieri, nisi ipso citato.*
Amplia procedere, etiam si protestatio procuratoris facta fuerit ante executum monitorium, n. 5.
4 *Lis nōn dicitur mota ante executum monitorium.*
6 *Lis introducta dicitur ex parte actoris per solam relaxationem monitorij ab eo obtenti.*
7 *Amplia hoc adeò verum esse, vt Actor exinde nihil agere possit in præiudicium d.monitorij sine vitio attentatorum, licèt secus sit respectu Rei, nisi post executum monitorium.*

DECISIO CCCLXXIV.



FRANCISCVS Auinyo obtinuit sibi à Sanctissimo prouideri de Cappella, de qua agitur, tanquam de reseruata, & desuper litteras in forma Breuis, de capienda possessione nomine Cameræ, expediuit, & intimari fecit Gabriëli prætenso Cappellano dictæ Cappellæ, quas A.C. declarauit non esse iustificatas. Obiit deinde Gabriel, & idem Franciscus subrogari obtinuit in iuribus d. Gabrielis, & litterarum subrogationis vigore, monitorium expedire fecit contra Raphaëlem Bernò prætensum modernum Cappellanum, quo reproducto sententiam declaratoriam contra illum, per contradictas reportauit, non citato Petro Procuratore dicti Raphaëlis, qui multò priùs in actis comparuit, & mandatum procuræ exhibuit, cum protestatione nihil fieri, nisi ipso in quolibet actu citato: Causa autem mihi commissa in gradu appellationis à d. sententia declaratoria, cum clausula vt procederem *ac si fuisset rescriptum, Parita Breui,* Dubitaui hodie: An interet arbitrium; Et Domini illud intrare, pro non executione responderunt. Ratio resolutionis fuit. Quia † arbitrium regu- 1
latur prout de Iure, *Rota decis.547.n.1.p.1.recent. & coram Greg.XV. decis.189. n.3.* † De Iure autem, sen- 2
tentia notoriè nulla, qualis fuit illa, de qua agitur per contradictas lata, non est exequenda, sed ab ea datur appellatio, quoad vtrumque effectum, *cap. inter cæteras, & ibi Ant.de Butr.& Abb.de sent. & re iud. Alex. conf.106. n.27.l.3. Natt. conf.51.n.21. Put.decis.107. lib.3 in correct.* Quòd autem dicta sententia fuerit notoriè nulla, visum fuit Dominis clarum, & indubitatum, Quia † cùm adesset in Curia Procurator Ra- 3
phaëlis, qui fuit in actis per multos dies ante protestatus, vt suprà, non poterat procedi per Contradictas, sed debebat ille in quolibet actu citari, *gloss. in c.inter quatuor in verbo, citati,* vbi *DD.de maior. & obed. Rota decis.179.n.1.p.2.& decis.486.n.2.in fin.p.2.recent.Gregor.XV.decis 430.n.7.*

Neque obstat vnicum fundamentum Francisci, videlicet quòd comparitio, & protestatio d.Procuratoris fuerint factæ ante executum monitorium, † & 4
sic ante litem motam, *Clem.II.vt lit.pend.* † Quia vl- 5
trà quòd monitorium fuit pluries executum, & dictæ comparitio, & protestatio Procuratoris fuerunt factæ, post primam intimationem monitorij, in omnem casum sufficit quòd post relaxatum monitorium ad instantiam actoris, etiam quòd illud non sit adhuc executum Reus compareat, ad effectum, vt audiri debeat, ex quo lis ex parte actoris, qui impetrauit mo-
nitorium, † & quoad ipsum, statim dicitur introducta 6
per solam relaxationem monitorij, *Menoch.de arbitr. cas.201.n.5.Lancell.de attent.p.2.c.4.impress.n.36. Cassad.decis.6.super reg.Cancell.* † Adeò vt actor exinde 7
nihil agere possit in præiudicium d. monitorij, sine vitio attentatorum, licèt secus sit respectu Rei, nisi post executum monitorium, *Roman. conf.330.num.2. ante fin.vers.illud autem.Lancellott.vbi suprà, Rota decis.6.vt lit.pend.in non.& decis.42.num.19.& seqq.p.2. diuers.*

Et ita decisum, &c.

Romana Spolij Casalis.

Ven. 25. Februarij, 1632.

ARGVMENTVM.

Litis contestatio quando inducta dicatur, ad effectum vt omnia acta post illam facta, sint transportanda in causa appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Protestationes non fiunt animo litem contestandi.*
2 *Protestans, neque agit, neque excipit.*
3 *Prescriptio interrumpitur protestationibus, ex eisque quis constituitur in mala fide.*
4 *Protestatio non dicitur nuda, & simplex, sed continet iudicialem petitionem, quando in ea vna pars instat aliam condemnari, & n.7.*
5 *Prascriptio interrumpitur per solam notificationem petitionis, nulla expectata sententia.*
7 *Transportatio actorum prasumitur integra, donec doceatur de contrario.*
8 *Et prasertim procedit, si notarius attestetur omnia acta se fideliter extraxisse.*
9 *Libelli requisita qua sint, vide DD. ibi relatos.*
10 *Litis pendentia inducitur de Iure Canonico, respectu actoris, per solam petitionem, legitimè Reo intimatam.*
11 *Acta producta, & repetita post litem cœptam sunt transportanda.*
12 *Libellus corrigi, mutari, & de nouo formari potest ab Actore, si lis non fuit adhuc contestata.*
13 *Actor potest re integra desistere in totum a sua conuentione.*
14 L. semel, C. quom. & quate Iud. *declaratur.*
15 *Acta producta, & repetita post litem contestatam, solùm sunt transportanda in causa appellationis.*
16 *Litis contestatio, vt inducatur, ex parte Rei, quomodo esse debeat.*
17 *Exceptio non legitimationis personarum ostendit animum non contestandi litem ante personas legitimatas.*
18 *Acta producta, & repetita in diuersa causa non sunt transportanda.*
19 *Reconuentio ambulat pari passu cum conuentione, eadémque sententia terminari debent: fallit vt n.21.*
20 *Reconuentio dici non potest, quòd facta fuerit ex parte Rei, quando nulla pracessit responsio illius ad petitionem actoris: iunctis numeris antecedentibus.*
22 *Productio Instrumentorum respicientium merita causa, solùm fieri debet in termino probatorio, aliàs est nulla.*
23 *Iura verbaliter solùm producta, non sunt transportanda, etiam quod Notarius dicat ea vidisse, quia in hoc illi non creditur, & ratio redditur ibidem.*

DECISIO CCCLXXV.



Omini de Fabiis prætendentes se de anno 1605. fuisse spoliatos, per Dominos de Quintiliis, possessione Casalis Dragonelli, de quo agitur, eis die 15. *Septembris*, 1628. facto ad longum narrato, protestatur de iuribus suis, ad effectum interrumpendi præscriptionem, eosdem interpellando, ad relaxandum, restituendum, & dimittendum possessionem dicti Casalis, ad hæcque, & alia in eadem protestatione contenta, condemnari instituerunt, quam formiter, dimissa copia, intimari fecerunt: deinde verò Domini de Quintiliis, die 9. *Nouembris* anni 1629 & sic post vnum annum, & menses duos, nulla facta seu data per ipsos responsione, aut aliter lite contestata, super contentis in dicta protestatione eis facta, fecerunt dictis de Fabiis aliam similem protestationem, super quibusdam eorum prætensionibus, diuersis, & penitus distinctis à prætensionibus dictorum de Fabiis; super quibus etiam pariter condemnari instituerunt: Quam protestationem, cum verbali productione, & repetitione omnium, & singulorum actorum processus discussionis bonorum quondam Petri Pauli de Fabiis, formiter etiam dimissa copia intimari fecerunt: Quibus protestationibus vt suprà hinc inde factis & intimatis, nullo alio actu Iudiciali secuto, dicti de Fabiis die 16. *Iunij*, 1631. per nouum libellum seu monitorium introduxerunt Iudicium Spolij coram A.C. contra prædictos de Quintiliis, super restitutione dicti Casalis, & obtinuerunt sententiam fauorabilem: Introducta autem in Rota, causa appellationis coram me, & transportatis omnibus, & singulis actis in causa factis, à die dicti libelli seu monitorij, dicta die 16. Iunij, 1631. dati, & intimati, opposuerunt nihilominus Quintilij, de non integra transportatione actorum, ex eo quòd non fuerit transportata d. protestatio per eos facta, nec acta in illa
producta, & repetita. † Nec obstare dicebant, quod pro- 1
testationes non fiant animo litem contestandi: † cum 2
is qui protestatur neque agat, neque excipiat, *Hostien. in c. cum dilectus, in fin.* & ibid. *Ægid. Bellam. n. 24 de ordin. cognit. Mantic. decis. 204. n. 10.* & maximè in ca-
su nostro, † cùm in dictis protestationibus expressè 3
caueatur, eas fieri ad effectum interrumpendi præscriptionem constituendíque vnum alteri in mala fide iuxtà *text. in l. fin. C. de prascript. 30. vel 40. anno-
rum*, quando quidem respondebant Quintilij † non 4
fuisse nudas, & simplices protestationes, sed illas continere etiam petitionem iudicialem, dum vtraque pars claris verbis instituit aliam partem ad sui fauorem condemnari, & Quintilij, ad hunc effectum in sua protestatione dicta acta produxerunt, & repetierunt; cùm tamen condemnatio vt ad sensum patet, non possit cadere super interruptione præscriptionis,
† quæ fit per solam petitionis notificationem nulla 5
expectata sententia, vt in *d. l. fin.* † [illegible] ideò prote- 6
stationem factam non continere simplicem denunciationem ad effectum interruptionis, sed fungi etiam vice formalis petitionis, vt in his terminis Rota visa fuit sentire apud *Mantic. in dicta decis. 204. n. 7. in vers. Nam quamuis, & n. 11. in vers. praeterea nihil.*

Sed his non obstantibus Domini hodie resoluerunt constare de integra transportatione eo ipso quòd fuerunt transportata omnia acta hinc inde facta post monitorium dicta die 16 *Iunij*, 1631. transmissum, &
executum, † de qua integra transportatione actorum 7
post dictam diem factorum non fuit dubitatum, & præterea præsumitur quousque contrarium doceatur, *Cran. cons. 35. n. 54. Rota post 2. vol. cons. Farin. dec. 116. n. 1. & decis. 123. n. 1. & 144. n. 1. Greg. XV. decis. 59. n. 1 & 118.
n. 3.* & alibi sæpiùs: † Et eo magis cùm Notarius atte- 8
stetur se fideliter extraxisse omnia acta facta à die executionis d. monitorij vsque ad sententiam, *Caputaq. dec. 245. p. 2.* & latè *Add. ad Greg. XV. in d. dec. 59. n. 7.*

Neque obstat quòd hæc lis videatur fuisse cœpta à dicta die protestationis per Fabios factæ, continentis factum clatum, & quòd Quintilij condemnentur ad
restitutionem, † nec non alia requisita solemnis libel- 9
li siue monitorij, quæ recensent *Mising. obs. 26. per tot.*

cent.4. Marant. de ordin.Iud.6.p.in tit. de libelli oblat.
n.4. cum seqq. Rota decis.2. & ibi *Addit. de lit.contest.*
10 *in non.* † cùm non sit dubium quin per solam petitio-
nem legitimè Reo intimatam, inducatur de iure ca-
nonico litis pendentia quoad plures effectus respectu
actoris, *Clem.II.vt lit.pend. Afflict. decis.220.n.13. Me-
noch.de arbitr.cas.202.n.5. Lancell. de attent.p.2.c.4. in
præfat.n.36. Cassad.decis.6. super Reg. Cancell.* & fuit
dictum *in causa Gerunden. Cappellaniæ, 21. Februarii,
11 præsentis mensis coram me*, atque ideò † acta produ-
cta, & repetita per DD. de Quintiliis vti producta, &
repetita post litem cœptam fuisse transportanda; quia
huic obiecto fuit multipliciter responsum.

Et quidem primò quòd esto dicta protestatio fun-
geretur vice petitionis, & libelli, & sic induxisset litis
12 pendentiam quoad Actorem, † Nihilominus re inte-
gra, idest, antequam per Quintilios fuerit lis contesta-
ta, potuit dicta petitio non solùm emendari, aut cor-
rigi, sed etiam in totum mutari, aliáque petitio siue
libellus de nouo formari, *l. si seruus 8. ff. de noxalibus
actionibus, l. edita, C. de eden. Angel. in l. destitisse in princ.
vers. & qu. 4,* & ibi *Paul. de Castr. n.3 ff. de eden. Barbos.
in l. non potest videri 23. n.32. in vers. sed longè verius
13 est, ff. de iudic.* † prout etiam re integra potest actor à
sua conuentione in totum desistere *Socc. in c.1.n.21.
de mutuis petitionibus*, quem refert, & sequitur *Ma-
rant. de ordin. Iudic. par.4 distinct.6.n.17. & 55. Vinc. de
14 Franc. decis.349. p.2.* † Et non obstat *text. in l. semel,
C. quom. quan. Iud.* quia intelligi debet lite iam conte-
stata seu facta reconuentione, & sic re non integra,
Bart in d.l. edita, n.11. & ibi *Ias. n.13. Barbos. vbi pro-
ximè, n.30. Afflict. decis.173.n.5. Marant. & Franc. vbi
suprà.* Vnde cùm super dicta protestatione Domino-
rum de Fabiis nunquam fuerit lis contestata, nec
quidquam responsum per Dominos de Quintiliis, sed
solùm per eus fuerit lis contestata super dicto nouo
monitorio 16. *Iunij*, 1631. dato & executo, consequen-
ter tunc cæpit lis super qua emanauit sententia, à qua
15 fuit appellatum, † atque ideò acta solùm ab inde pro-
ducta, & repetita transportari debuerunt, in causa ap-
pellationis, quæ hodie pendet.

Secundò fuit responsum Dominos de Quintiliis
nullo modo prætendere posse, quòd per suam prote-
stationem visi fuerint litem contestari, cùm in ea nul-
lum sit verbum quod attingat seu inducat responsio-
nem per eos factam contentis in d. protestatione Do-
16 minorum de Fabiis †; cùm tamen ad hoc vt induca-
tur contestatio ex parte Rei, eius responsio debeat
esse clara, verbis congruis facta, & animo litem con-
testandi, *l. prima, C. de lit. contestat. c.1. & 2. eodem tit.
Asin. in tractatu de execut §.9.c.110. & Mising. obser-
uat.74.cent.3. Ægid. Bellam. decis.41. & Mantic. d. de-
cis.204.n.11.* in protestatione autem illorum de Quin-
tiliis non solùm responsio non fuit clara, & congrua,
sed nulla penitus fuit facta responsio Quinimò tan-
tùm abest quòd Quintilij protestauerint, & petierint
Fabios condemnari animo contestandi litem motam
per illos de Fabiis in prædicta eorum protestatione;
17 quòd imo constat de contrario, † dum Quintilij op-
posuerunt, & protestati fuerunt de non legitimatio-
ne personarum, eásque ante omnia legitimari petie-
runt, quæ exceptio vti dilatoria, per necesse demon-
strat animum non contestandi litem ante personas
legitimatas, *Gloss. in c. grauem in verbo, cœptum*, & ibi
*Abb. n.8. & 9. de offic. de legat. Bart. consil. 185 lib.1. per
totum, Ias. in l. properandum in princ. n.6. C. de iudic.
18 Mantic. d. decis.204.n.15.* † ergo cùm acta producta, &
reperta per Quintilios in dicta sua protestatione non
fuerint producta, & repetita in hac causa, sed in alia
omnino diuersa per eos mota contra dictos de Fa-
biis, propterea dicta protestatio, & acta in ea
producta, non sunt transportanda per DD. de
Fabiis

Nec releuat si dicatur quòd protestatio Domino-
rum de Quintiliis fuit quædam reconuentio in ordi-
ne ad conuentionem Dominorum de Fabiis de qua
in eorum protestatione, † & quòd reconuentio pari 19
passu, & simultaneo processu currit cum conuentio-
ne, eadémque sententia terminari debent, vt latè *Bal-
dus & DD. in l. qui prior, ff. de Iudic. Bart. in l. Papinia-
nus*, & in authentica *consequenter, C. de sent.* † Quia vl- 20
trà quod cùm nulla præcesserit responsio non potest
dici reconuentio, sed petitio de per se consistens prin-
cipaliter, & independenter facta. *Bart. & Bald.* vbi
proximè. *Maranta de ordin. Iudic. p.4. distinct.6.n.7.
vers. verum prius respondebitur*, † In omnem casum 21
etiam quòd dici posset reconuentio, cùm non fuerit
facta ante litem contestatam seu in ipsa contestatio-
ne aut paulo post incontinenti, sed post annum, &
duos menses, non ambularet pari passu, & simultaneo
processu cum ipsa conuentione, nec simul deberet
tractari, & terminari. *Felin. Franch. in cap. dispendia, §.
Reus, n.5. de rescript. in 6. Imol. in cap.1. de mutu. petit.
Specul. de reconuent. §.3.* & ibi *Ioan. Andr. in Addit.
Bart. & Bald. in d. auth. & consequenter Bocc. sing.34.*
& latè *Marant. in d. distinct.6.*

Tertiò fuit responsum, quòd etiam quòd prote-
statio Dominorum de Quintiliis contineret respon-
sionem, & sic litis contestationem, itaut non esset di-
uersa petitio independens, & per se consistens, † ni- 22
hilominus repetitionem Instrumentorum in ea factam
fuisse nullam, nullóque modo esse attendendam, dum
deinde in termino probatorio Instrumenta non fue-
runt iterum producta, aut repetita, ex regula quòd
Instrumenta respicientia merita causæ principalis
non possunt produci in libello seu in responsione ad
libellum, & sic ante litis contestationem, seu in ipsa
contestatione, sed solùm in termino probatorio, aliàs
productio, dicitur nulliter facta, *Butr. in cap. primo de
probat. Federic. de Sen. cons.156. incipit minus de Tholo-
meis, Alex. cons.3. col.1. vers. & dato etiam,* & pleniùs
*n.4. vers. aliud etiam aduertendum, & cons.37.n.5. vers.
nec inuasset, lib.2. Marant. de ordin. Iud. p.6. tit. de instr.
edition. n.44.*

Quartò, & vltimò responsum fuit † quòd produ- 23
ctio seu repetitio præcedentium Iurium, & Instru-
mentorum de quibus in protestatione DD. de Quin-
tiliis fuit merè verbalis, cùm ipsi deinde, ea nunquam
realiter apponi seu registrari fecerint in processu cau-
sæ de quo agitur: Iura autem verbaliter dumtaxat
producta non sunt transportanda, quia solùm produ-
ctio est de actis, non autem instrumenta, ex quo eo-
rum tenor non reperitur in actis etiam quod Nota-
rius dicat ea vidisse; quia in hoc illi non creditur, alio-
quin si tenor esset de actis, faceret publicam fidem,
sicut alia acta absque eo quod Originale producatur;
& esset in facultate cuiusque producendo verbo om-
nia Instrumenta quæ sunt in eo officio, onerare aliam
partem, ad ea producenda, si ex eo solum essent de
actis, quod esset penitus absurdum, *Innoc. in c. cum in
Iure de offic. delegat. Alex. in auth. si quis in aliquo sub
n.9. in vers. & sic post registrum, C. de eden. Marant. de
ordin. Iud. p.6. tit. de actor. edit. n.3. Addit. ad Greg. XV.
d. decis.59. n.10. & seq. Rota in Romana spolij, 19. De-
cembr. 1615. & in Auenionen. Bonorum, 22. Maij, 1616.
coram me*, in casu autem nostro nec productio est de
actis, quia d. protestatio in qua fuit facta, nec fuit fa-
cta neque exhibita in hac causa, sed in alia per se
consistente, & penitus diuersa.

Et ita decisum vtráque parte informante, &c.

Anconi

Anconitana Censuum.

Lunæ 11. Martij, 1633.

ARGVMENTVM.

Compulsoria specialis quando sit concedenda, vel deneganda.

SVMMARIVM.

1 *Compulsoria specialis non conceditur, nisi pro exhibenda certa speciali scriptura; & ideo necesse est, vt producatur Iudici exemplum scripturæ compulsandæ. Et ratio redditur n. 2. & seq.*

2 *Compulsoria specialis non conceditur, nisi causa cognita, super releuantia.*

4 *Vicarij solent promulgare sententias, & edicta.*

5 *Litteræ Episcoporum solent registrari cum eorum subscriptione: Et quomodo illæ partibus tradantur.*

6 *Recognitio manus per comparationem facienda, ad hoc vt valeat scriptura, ex qua fit comparatio, debet esse certa, & indubitata.*

7 *Compulsoria specialis quando videatur calumniosè petita.*

Compulsoria generalis non retardat prosecutionem, & expeditionem causæ: secus tamen est in compulsoria speciali.

DECISIO CCCLXXVI.

POSTQVAM *die 10. Decembris, 1632.* fuit resolutum non esse locum recognitioni cuiusdam apocæ priuatæ productæ à DD. de Triumphis, per comparationem, ex aliis scripturis priuatis, ad effectum probandi subscriptionem Hieronymi Archiepiscopi Theatini, de qua in d. apoca; esse propriam illius manum, iidem Triumphi petierunt sibi decerni Compulsorias speciales ad Ciuitates Sagonen. in Corsica, & Theatinam, in Regno, quarum primæ d. Hieronymus fuit Episcopus, alterius verò Archiepiscopus, pro compulsandis scripturis ex Archiuiis Curiæ Episcopalis, seu Archiepiscopalis, aut aliunde; dictarum Ciuitatum, manu eiusdem Archiepiscopi scriptis, aut subscriptis, ex quibus comparatio ad dictam apocam priuatam fieri possit, & desuper hodie causa proposita: Domini censuerunt Compulsorias non esse Triumphis dandas.

1 Fundamentum resolutionis fuit; † Quòd compulsoria specialis non conceditur, nisi pro exhibenda certa speciali scriptura: & ideò necesse est, vt producatur Iudici, coram quo petitur compulsoria, exemplum scripturæ, quæ compulsari petitur, extraiudicialiter transumptatum, *Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. n. 12. vers. vltera specialis*, *Rota decis. 550. in princ. p. 3. diuers.* & plenius in his terminis *in causa Verdunen. Iurisdictionis,*
2 *10. Martij, 1599. coram bon. mem. Pegna*, † Cuius rei duplex ratio assignari potest. Prima est, Quia alioquin nulla esset differentia inter specialem, & generalem
3 compulsoriam, vt ad oculum patet. † Secunda est quòd specialis compulsoria non conceditur nisi causa cognita super releuantia, *Vestr. & Rota, vbi suprà, Verall. decis. 169. part. 1. & Cassad. decis. 3. de dilat. Mantic. decis. 216. n. 1. & tertio*, dum autem nulla producitur scriptura, non potest haberi causæ cognitio super releuantia.

Quòd fundamentum licèt ex se præcisum sit, & tollat penitus omnem difficultatem, adminiculatur etiam, tum quia excluditur prorsus præsumptio existentiæ prætensarum scripturarum, ex eo quod, aut illæ sunt sententiæ, aut edicta, aut mandata, aut literæ commendatitiæ, siue dimissoriæ, & aliæ, quæ solent prouisis, & ordinatis tradi in testimonium Ordinum, seu beneficiorum collatorum, & aliorū huiusmodi. † 4
Quoad sententias, & edicta, illa solent promulgari per Vicarios; & deinde ex fidibus datis, constat, quòd in Episcopatu Sagonen. non adest Archiuium: quo verò ad Ciuitatem Theatinam Hieronymus à eò modico tempore fuit Archiepiscopus, vt deponant testes, nec fructus aliquos collegisse; † Quo verò 5
ad literas prædictas, illæ non solent registrari cum firma seu subscriptione Episcoporum, sed solùm firmatæ, & sigillo munitæ, dari partibus; ita vt firma, & sigillum deseruiant pro authenticatione, loco solemnitatis, aliàs requisitæ; tum & etiam, quia releuantia visa fuit difficilis, cùm vigore Compulsoriæ solùm verisimiliter possent exportari copiæ, non autem ipsa originalia transmitti; quæ copiæ non suffragarentur ad recognitionem per comparationem; † cùm scrip- 6
tura, ex qua fit comparatio, debeat esse certa, & indubitata, vt latiùs in *dicta Decisione in hac causa facta, coram me.* Et tandem Dominis visum fuit, petitionem dictæ compulsoriæ, non carere magna, imò vehementi suspicione calumniæ; † Cùm enim Triumphi 7
in hoc casu, vigore compulsoriæ generalis, potuerint, & hodie possint, iuxtà supradicta, consequi id omne quod per specialem consequi possunt, hoc vnico excepto, quòd per generalem compulsoriam, prosecutionem & expeditionem causæ non possent retardare, proptereà videtur esse clarum quòd ad effectum retardandi dumtaxat per eos petitur compulsoria specialis, quæ de sui natura, *ex Vestr. vbi suprà*, retardat.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Vicen. Cappellaniæ.

Merc. 15. Aprilis, 1633.

ARGVMENTVM.

Abbas quando non censeatur habere simultaneam collationem cum suo Conuentu: Et quando vltimus status Beneficij sit attendendus; Et nonnulla notanda, circa probationem identitatis beneficij, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium intelligitur prout de iure.*

2 *Literæ Apostolicæ in forma Breuis habent executionem paratam, iustificata clausula,* Constito.

3 *Obitus probatur ex fide Parochi.*

4 *Possessio præsumitur continuata, vsque ad mortem*

5 *Abbas non censetur habere simultaneam collationem beneficiorum cum suo Conuentu, si prouisiones de illis factæ contineant narratiuam, quod omnimodo illorum dispositio pleno iure spectat ad ipsum Abbatem.*

6 *Beneficij vltimus status quando sufficiat.*

7 *Enunciatiuæ suprà centum annos habent vim famæ, quæ probat in antiquis.*

8 *Sententia declaratoria non potest iustificari ex nouis probationibus. Declaratur n. 9.*

10 *Beneficij identitas ex quibus probetur.*
Error nominis Beneficij non præiudicat, quando aliunde constat de illius identitate.

DECISIO CCCLXXVII.

GASPAR Senispleda prouisus Apostolicus de Beneficio simplici, seu Cappella, sub inuocatione Sancti Petri, fundata in Ecclesia Parochiali eiusdem Sancti Petri, Oppidi Riuipulli, vti vacante de mense *Decembris*, 1631. per obitum Clementis Mas, & reseruata per Regulam tertiam Cancellariæ; ex eo quia tunc vacabat Sedes Abbatialis, Monasterij Sanctæ Mariæ d. Oppidi, ad quam, sede plena omnimodam collationem dicti Beneficij spectare narrauit, obtinuit literas in forma Breuis de capienda possessione nomine Cameræ, cum clausula, *Constito*, quas notificare fecit Ioanni Mas Aduersario, intruso in possessionem dicti Beneficij, vigore quarum litterarum idem Gaspar ab A. Cam. tet. sententiam declaratoriam, contra d. Mas; mandatúmque de immittendo, in forma obtinuit. Causa autem appellationis mihi commissa; Dubitaui hodie: An intret arbitrium: Et Domini illud non intrare, pro retardatione executionis Breuis responderunt. Ratio
1 resolutionis fuit, † Quia arbitrium intelligitur prout de iure. *Cas. de Graff. dec. 7. n. 7. de re iud. Rota dec. 547.*
2 *n. 1. p. 1. recent. & alibi sæpius.* † De iure autem, huiusmodi litteræ Apostolicæ in forma Breuis habent executionem paratam iustificata dicta clausula, *Constito*, *Anchar. cons. 297. n. 8. vers. & proximè, Rota decis. 45. num. 1. part. 2. diuers. & decis. 580. num. 5. circa finem part. 2. recent.*

In præsenti autem dicta clausula, *Constito*, fuit iu-
3 stificata; † nam obitus Clementis de mense *Decembris*, probatur ex fide Parochi, *Rota decis. 321. n. 3. p. 1. recent. Greg. decis. 78. num. 1. & ibi addent.* & ex testibus, tam coram A.C. quàm in Rota desuper examinatis.

Quòd autem Clemens obierit in possessione d. Beneficij constat, tam ex instrumento adeptæ posses-
4 sionis, † quæ præsumitur continuata vsque ad mortem, quàm ex testibus supradictis, ex quibus etiam probatur vacatio Sedis Abbatialis, de tempore obitus Clementis, quæ tamen inter partes non controuertebatur.

Quòd deinde, Sede plena, omnimoda collatio dicti Beneficij spectet ad Abbatem, visum fuit sufficienter probari, ad effectum de quo agitur, ex vltima collatione effectuata per possessionem subsecutam, quæ facta fuit de anno 1608. per solum Abbatem, in per-
5 sona d. Clementis, † cum expressa narratiua, quòd omnimoda dispositio dicti Beneficij, ad ipsum Abbatem, pleno iure spectat, quæ verba excludunt simultaneam collationem cum Conuentu, *Gloss. in cap. cum in illis, §. si verò, in verbo cum alio, in fine, de præbend. in 6. & in Clem. pr. verbo omnimodam, de foro compet.* Et fuit in puncto resolutum *in Assisien. Canonicatus, 14. Iunij, 1600 coram bon. mem. Card. Sacrato, & in Callien. iuris conferendi, 6. Martij, 1617. coram Eminentiss. Card. Ve-*
6 *rospio*; † Qui vltimus status sufficit in hoc casu, cùm non agatur principaliter de pertinentia collationis, sed illa deducatur incidenter, ad effectum validitatis collationis, *cap. cum olim, & c. cum Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & propr. Calder. cons. 23. de præbend. Bald. cons. 437. lib. 2. Gonz. super reg. 8. gloss. 45. §. 2. n. 4. & pluribus sequent. Rota decis. 14. de Iurepatr. & decis. 49. de rescript. in antiq. Mohed. decis. 9. in fine de restit. spoliat. Rota decis. 154. n. 3. p. 1. recent.* & fuit dictum in *Assisien. Canonicatus* præallegata. Quòd tantò magis procedit, cùm iste vltimus status coadiuuetur ex duabus aliis antiquissimis collationibus per d. Abbatem factis de hoc beneficio, vti de libero, absque mentione conuentus: nempe vna de anno 1455. & altera de anno
148-. † quæ licèt non probentur effectuatæ, deser- 7
uiunt nihilominus pro enunciatiuis excedentibus metam centum annorum, quæ ideò habent vim famæ; quæ probat in antiquis, *Aret. in c. cum causam n. 9. & n. 20.* & ibi *Felin. n. 4. de probat. Put. decis. 204. in fin. lib. 2. Rota decis. 163. n. 1. & decis. 472. n. 1. p. 1. & decis. 673. n. 6. p. 2. recent.*

Ex quibus non obstant collationes exaduersò in contrarium exhibitæ; Quia vltrà quòd nihil releuare videntur; ex quo non cantant de hoc Beneficio, sed de aliis beneficiis omnino diuersis; cùm habeamus vltimum statum clarum ad fauorem Abbatis, non est opus, ad effectum prædictum, desuper vlteriùs insistere.

Non obstat etiam, quòd testes examinati coram A. C. deponant, Clementem obiisse in possessione Beneficij, sub inuocatione Sancti Petri, siti in Ecclesia Sanctæ Mariæ Monasterij dicti Oppidi Riuipulli, non autem Beneficij siti in Ecclesia Parochiali Sancti Petri eiusdem Oppidi; & propterea d. clausulam, *Constito*, non remanere iustificatam, quoad Beneficium, de quo cantat Breue, nec suffragari testes, postea examinatos in Rota, deponentes Clementem obiisse in possessione Beneficij S. Petri siti in Ecclesia Sancti
Petri; † cùm sententia declaratoria lata per A. C. 8
contra D. Ioannem intrusum, non possit iustificari ex nouis probationibus, *Innoc. in cap. prudentia, num. 6. de offic. delegat. Seraph. decis. 701. num. 3. Rota in Cæsaraugustana portionis, 16. Nouembris, 1605. coram Iusto*, impressa penes *Marches. de commiss. part. 1. fol. 340.*

Quia fuit per Dominos responsum, † quòd vltrà 9
quòd dicti testes, in Rota examinati, videntur tantùm examinati ad tollendum æquiuocum prædictorum testium, circa locum vbi situm est hoc Beneficium, non autem ad faciendas omnino nouas probationes, in omnem casum, illis etiam circumscriptis remaneret adhuc probatum, Clementem obiisse in possessione dicti Beneficij, de quo cantant literæ in forma Breuis, tum ex Instrumento possessionis, captæ per eundem Clementem; cùm demonstrationes in eo appositæ omnino concordent cum demonstrationibus, de quibus in Breui: tum & etiam ex pluribus aliis demonstrationibus, de quibus per testes coram
A. C. examinatos; † videlicet nomen Cappellæ in ge- 10
nere, titulus seu inuocatio Sancti Petri, locus Abbatiæ Riuipulli, vacatio per obitum dicti Clementis, quæ præsumitur de hoc beneficio; cùm pluralitas non præsumatur, & alia huiusmodi. Vnde cùm aliunde habeatur veritas identitatis, error nominis beneficij non præiudicat, *l. si me in vacuam 34. ff. de acquir. poss.* & in his terminis resoluit *Rota decis. 687. n. 3. p. 1. recent. & in Oxomen. beneficij, 24. Ianuarij, 1624. coram bon. mem. Seleucien.* Cætera quæ dicuntur de non recognitione collationum productarum pro parte Gasparis cessant ex facto, & ideò non egeot responsione.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Romana de Marescottis.

Ven. 15. Aprilis, 1633.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus tenetur restituere bona vxoris quæ occupauit, vna cum bonis mariti delinquentis.*
2 *Fiscus tenetur satisfacere omnibus hæredibus delinquentis.*
3 *Fiscus non tenetur de euictione, si cessit bona, & iura talia qualia.*

DECISIO CCCLXXVIII.

POST plures resolutiones Rotales, quibus resolutum fuit Dominis de Balleonibus dandam esse immissionem in bonis cantantibus sub nomine Iuliæ, & prętensa eredita Dominorum de Marescottis, ex quibus prætendebant retentionem, immissionémque impedire, esse illiquida, præterquam vltimum ereditum, quod deinde fuit liquidatum, & cum dote D. Iuliæ debita compensatum. Taodem tidem Domini de Marescottis opposuerunt de cessione omnium bonorum Alphonsi, mariti d. Iuliæ eis facta per fiscum; Vnde dubitaui hodie; An dicta cessio fisci suffragetur Marescottis ad effectum impediendi dictam immissionem: Et Balleonibus tantùm informantibus, fuit absque difficultate negatiuè resolutum: Ratio resolutionis fuit duplex. Prima quòd cessio cantat solùm de bonis Alphonsi delinquentis, atque ideò non comprehendit bona Iuliæ, quæ non fuerunt confiscata: Seconda
1 quia, † esto quòd bona Iuliæ fuissent per Fiscum occupata, nihilominus Fiscus teneretor ea restituere D. Iuliæ siue eius hæredibus, ita vt non possot illis impe-
2 dire immissionem: † prout etiam teneretur omnibus aliis hæredibus Alphonsi satisfacere, *l. cum fisco, ff. ad Syllanian. & l. reo criminis, ff. de solut. l. si marito, in princ. ff. solut. matrim. Peregr. de Iure fisci, lib. 5. tit... n. 48.* latè *Honded. cons. 38. n. 44. vol. 2.* Et tantò magis, dum fiscus cessit Marescottis bona, & iura Alphonsi talia qualia, & sic actiuè, & passiuè, & cum oneribus, & hono-
3 ribus, † ita vt de euictione non teneatur, *ad text. in l. si in venditione* cum tribus legibus sequentibus, *ff. de hæredit. vel action. vendit. Alex. cons. 93. vers. præterea à libertatur n. 2. lib. 2.* & in his terminis *Peregr. de Iur. fisc. lib. 7. tit. 3. n. 34. vers. aut verò loquimur.*

Et ita resolutum Balleonibus tantùm informantibus.

Romana Apothecæ.

Ven. 22. Aprilis, 1633.

ARGVMENTVM.

Pacta resolutiua, in Instrumento apposita, quomodo interpretanda. Et quando non obstent, quominùs contractus seruari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Contractus rescindi quando non possit.*
2 *Fundans se in pacto resolutiuo tenetur liquido probare euenisse casum resolutionis.*
3 *Pactum resolutiuum, indefinitè conceptum, restringitur ad casum verisimiliter à contrahentibus cogitatum.*
4 *Contrarietas, & repugnantia vitari debent in quacumque dispositione.*
5 *Tractatus nihil operatur, sine conclusione.*
6 *Voluntas in mente retenta non est attendenda.*
7 *Scriptura attendi debet, solùm in casu in quo expressè loquitur.*
8 *Pacta resolutiua intelligi debent ad corticem verborum, & in dubio contra illa est sumenda interpretatio.*
9 *Compensans creditum cum debito, perinde habetur ac si creditum exegisset.*
Promissio seruari debet ei, qui adimpleuit.

DECISIO CCCLXXIX.

DOMINICVS Mannus cessit Francisco Zeccadoro vnom ereditum scotorum 1200. quod habebat eum Dominis de Taurinis, Et vice versa Zeccadorus, eodem tempore d. Dominico dedit in solutum vnam apothecam, cum pacto redimendi semper, & quandocumque, nec non cum duobus pactis resolutiuis, quorum primum fuit conceptum sub his verbis, *che in cuento, che il Zeccadoro quella somma che ha inm ano, del prezzo di Torre d'Andria fusse costretto à pagare alli Signori Montacuti, ouero ad altre persone, & non alli Sign. Taurini, d. Domenico sia obligato restituire la Bottega con le piggioni che hauerà riscosse,* Secundum autem sub his aliis verbis, *Che l'istessa conditione habbia luogo in caso che l'istesso Zeccadoro douesse pagare li frutti de luoghi de monti compri per li Signori Montacuti à detti Signori Montacuti;* Et præterea quia idem Dominicus reuelauit, & consignauit Zeccadoro quoddam Instrumentum calculi siue concordiæ de anno 1611. celebratum inter Montacutos, & Taurinos, in quo recensentur, & apprubari videntur omnes solutiones, factæ per Zeccadorum, de pretio dicti Castri Turris Andreæ, nec non in eodem declarari quomodo, & quibus facienda esset solutio residui dicti pretij; ideò inter eosdem Zeccadorum, & Dominicum fuit conuentum sic, *Che in cuento, che nella causa, che pende in Rota* inter Zeccadorum, & Taurinos, *sia dichiarato, che il Zeccadoro non sia tenuto a pagare se non conforme à detto Instrumento,* sibi per Dominicum reuelato, & consignato, *in tal caso detto Zeccadoro sia obligato dare à detto Domenico per recognitione scut. 350. quali sogli deuono far boni in caso di ricompra di detta Bottega.*

Mortuo Zeccadoro, prætendentes eius hæredes contractum supradictum esse resolutum, etiam quoad dicta scuta 350. in causam dictæ recognitionis, Dominico promissa, introduxerunt desuper Iudicium coram A.C. qui pronunciauit contractum nullo modo fuisse resolutum, sed in omnibus, & per omnia persistere in suo robore, & sic etiam quoad dictam recognitionem scutorum 350. Causa autem appellationis mihi commissa; Domini negotio pluries, & maturè discusso: tandem hodie vnanimiter prædictam sententiam A. C. confirmandam esse dixerunt: Siquidem validitas non controuertebatur, nec controuerti poterat, eùm de ea constet ex reuolutione processus: Iustitia verò visa fuit clara; † Cùm enim 1

contractus

10 *Beneficij identitas.ex quibus probetur.*
Error nominis Beneficij non præiudicat, quando aliunde constat de illius identitate.

DECISIO CCCLXXVII.

GASPAR Senispleda prouisus Apostolicus
de Beneficio simplici, seu Cappella, sub in-
uocatione Sancti Petri, fundata in Ecclesia
Parochiali eiusdem Sancti Petri, Oppidi
Riuipulli, vti vacante de mense *Decembris*, 1631. per
obitum Clementis Mas, & reseruata per Regulam
tertiam Cancellariæ; ex eo quia tunc vacabat Sedes
Abbatialis, Monasterij Sanctæ Mariæ d. Oppidi, ad
quam, sede plena omnimodam collationem dicti
Beneficij spectare narrauit, obtinuit literas in forma
Breuis de capienda possessione nomine Cameræ, cum
clausula, *Constito*, quas notificare fecit Ioanni Mas Ad-
uersario, intruso in possessionem dicti Beneficij, vi-
gore quarum literarum idem Gaspar ab A. Cam ser.
sententiam declaratoriam, contra d. Mas; manda-
túmque de immittendo, in forma obtinuit. Causa au-
tem appellationis mihi commissa; Dubitaui hodie: An
intret arbitrium: Et Domini illud non intrare, pro re-
tardatione executionis Breuis responderunt. Ratio
1 resolutionis fuit; † Quia arbitrium intelligitur prout
de iure. *Cas. de Grass. dec. 7. n. 7. de re iud. Rota dec.* 547.
2 *n. 1. p. 1. recent. & alibi sæpius.* † De iure autem, huius-
modi literæ Apostolicæ in forma Breuis habent exe-
cutionem paratam iustificata dicta clausula, *Constito,*
Anchar. cons. 297. n. 8. vers. & proximè, Rota decis 45.
num. 1, part. 2. diuers. & decis. 580. num. 5. circa finem
part. 2, recent.

In præsenti autem dicta clausula, *Constito*, fuit iu-
3 stificata; † nam obitus Clementis de mense *Decem-
bris*, probatur ex fide Parochi. *Rota decis. 321. n. 3. p. 1.
recent. Greg decis. 78. num. 1. & ibi addent.* & ex testi-
bus, tam coram A.C. quàm in Rota desuper exami-
natis.

Quòd autem Clemens obierit in possessione d.
Beneficij constat, tam ex instrumento adeptæ posses-
4 sionis, † quæ præsumitur continuata vsque ad mor-
tem, quàm ex testibus supradictis, ex quibus etiam
probatur vacatio Sedis Abbatialis, de tempore obitus
Clementis, quæ tamen inter partes non controuer-
tebatur.

Quòd deinde, Sede plena, omnimoda collatio di-
cti Beneficij spectet ad Abbatem, visum fuit sufficien-
ter probari, ad effectum de quo agitur, ex vltima col-
latione effectuata per possessionem subsecutam, quæ
facta fuit de anno 1608. per solum Abbatem, in per-
5 sona d. Clementis. † cum expressa narratiua, quòd om-
nimoda dispositio dicti Beneficij, ad ipsum Abbatem,
pleno iure spectat, quæ verba excludunt simultaneam
collationem cum Conuentu, *Gloss. in cap. cum in illis,
§. si verò, in verbo cum alio, in fine, de prabend. in 6. & in
Clem. pr. verbo omnimodam, de foro compet.* Et fuit in
puncto resolutum *in Assisien. Canonicatus*, 14. *Iunij*,
1600 *coram bon. mem. Card. Sacrato, & in Callien. iuris
conferendi*, 6. *Martij*, 1617. *coram Eminentiss. Card. Ve-
6 rospio*; † Qui vltimus status sufficit in hoc casu, cùm
non agatur principaliter de pertinentia collationis,
sed illa deducatur incidenter, ad effectum validitatis
collationis, *cap cum olim, & c. cum Ecclesia Sutryna, de
caus. poss. & propr. Calder. cons. 23. de prabend. Bald.
cons. 437. lib. 2 Gonz. super reg 8. gloss. 45. §. 2. n. 4. & plu-
ribus sequent. Rota decis. 14. de Iurepatr. & decis. 49. de
rescript. in antiq. Mohed. decis. 9. in fine de restit. spoliat.
Rota decis. 154. n. 3 p. 1. recent.* & fuit dictum *in Assisien.
Canonicatus* præallegata. Quòd tantò magis procedit,
cùm iste vltimus status coadiuuetur ex duabus aliis
antiquissimis collationibus per d. Abbatem factis de
hoc beneficio, vti de libero, absque mentione con-
uentus: nempe vna de anno 1455. & altera de anno
148-, † quæ licèt non probentur effectuatæ, deser- 7
uiunt nihilominus pro enunciatiuis excedentibus me-
tam centum annorum, quæ ideò habent vim famæ;
quæ probat in antiquis, *Aret. in c. cum causam n. 9. &
n. 10.* & ibi *Felin. n. 4. de probat. Put. decis. 204. in fin.
lib. 2 Rota decis. 163. n. 2. & decis. 472. n. 1. p. 1. & de-
cis. 673. n. 6. p. 2. recent.*

Ex quibus non obstant collationes exaduersò in
contrarium exhibitæ; Quia vltrà quòd nihil releuare
videntur; ex quo non cantant de hoc Beneficio, sed
de aliis beneficiis omnino diuersis; cùm habeamus
vltimum statum clarum ad fauorem Abbatis, non est
opus, ad effectum prædictum, desuper vlterius in-
sistere.

Non obstat etiam, quòd testes examinati coram A.
C. deponant, Clementem obiisse in possessione Bene-
ficij, sub inuocatione Sancti Petri, siti in Ecclesia
Sanctæ Maria Monasterij dicti Oppidi Riuipulli, non
autem Beneficij siti in Ecclesia Parochiali Sancti Pe-
tri eiusdem Oppidi; & propterea d. clausulam, *Con-
stito*, non remanere iustificatam, quoad Beneficium,
de quo cantat Breue, nec suffragari testes, postcà exa-
minatos in Rota, deponentes Clementem obiisse in
possessione Beneficij S. Petri siti in Ecclesia Sancti
Petri; † cùm sententia declaratoria lata per A. C. 8
contra D. Ioannem intrusum, non possit iustificari ex
nouis probationibus, *Innoc. in cap. prudentia, num. 6. de
offic. delegat. Seraph. decis. 701. num. 3. Rota in Cæ-
saraugustana portionis*, 16. *Nouembris*. 1605. *coram
Iusto*, impressa penes *Marches. de commiss. part. 1.
fol.* 340.

Quia fuit per Dominos responsum, † quòd vltrà 9
quòd dicti testes, in Rota examinati, videntur tantùm
examinati ad tollendum æquiuocum prædictorum
testium, circa locum vbi situm est hoc Beneficium,
non autem ad faciendas omnino nouas probationes,
in omnem casum, illis etiam circumscriptis remane-
ret adhuc probatum; Clementem obiisse in possessio-
ne dicti Beneficij, de quo cantant literæ in forma
Breuis, tum ex Instrumento possessionis, captæ per
eundem Clementem; cùm demonstrationes in eo
appositæ omnino concordent cum demonstrationi-
bus, de quibus in Breui: tum & etiam ex pluribus
aliis demonstrationibus, de quibus per testes coram
A C. examinatos; † videlicet nomen Cappellæ in ge- 10
nere, titulus seu inuocatio Sancti Petri, locus Abba-
tiæ Riuipulli, vacatio per obitum dicti Clementis,
quæ præsumitur de hoc beneficio; cùm pluralitas
non præsumatur, & alia huiusmodi. Vnde cùm aliun-
de habeatur veritas identitatis, error nominis benefi-
cij non præiudicat, *l. si me in vacuam 34. ff. de acquir.
poss.* & in his terminis resoluit *Rota decis. 687. n. 3 p. 1.
recent. & in Oxomen. beneficij, 24. Ianuarij, 1624. coram
bon. mem. Seleucien.* Cætera quæ dicuntur de non reco-
gnitione collationum productarum pro parte Ga-
sparis cessant ex facto, & ideò non egent res-
ponsione.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Romana

Romana de Marescottis.

Ven. 15. Aprilis, 1633.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus tenetur restituere bona vxoris quæ occupauit, vna cum bonis mariti delinquentis.*
2 *Fiscus tenetur satisfacere omnibus hæredibus delinquentis.*
3 *Fiscus non tenetur de euictione si cessit bona, & iura talia qualia.*

DECISIO CCCLXXVIII.

POST plures resolutiones Rotales, quibus resolutum fuit Dominis de Balleonibus dandam esse immissionem in bonis cantantibus sub nomine Iuliæ, & prætensa credita Dominorum de Marescottis, ex quibus prætendebant retentionem, immissionémque impedire, esse illiquida, præterquam vltimum creditum, quod deinde fuit liquidatum, & cum dote D. Iuliæ debita compensatum. Tandem iidem Domini de Marescottis opposuerunt de cessione omnium bonorum Alphonsi, mariti d. Iuliæ eis facta per fiscum; Vnde dubitaui hodie; Ao dicta cessio fisci suffragetur Marescottis ad effectum impediendi dictam immissionem: Et Balleonibus tantùm informantibus, fuit absque difficultate negatiuè resolutum: Ratio resolutionis fuit duplex. Prima quòd cessio cantat solùm de bonis Alphonsi delinquentis, atque ideò non comprehendit bona Iuliæ, quæ non fuerunt confiscata: Secunda
1 quia, † esto quòd bona Iuliæ fuissent per Fiscum occupata, nihilominus Fiscus teneretur ea restituere D. Iuliæ siue eius hæredibus, ita vt non posset illis impe-
2 dire immissionem: † prout etiam teneretur omnibus aliis hæredibus Alphonsi satisfacere, *l. cum fisco, ff. ad Syllanian. & l. reo criminis, ff. de solut. l. si marito, in princ. ff. solut. matrim. Peregr. de Iure fisci, lib. 5. tit... n. 48* latè *Honded. cons. 38. n. 44. vol. 2.* Et tantò magis, dum fiscus cessit Marescottis bona, & iura Alphonsi talia qualia, & sic actiuè, & passiuè, & cum oneribus, & hono-
3 ribus, † ita vt de euictione non teneatur, *ad text. in l. si in venditione* cum tribus legibus sequentibus, *ff. de hæredit. vel action. vendit. Alex. cons. 93. vers. prætereà aduertatur n. 2. lib. 2.* & in his terminis *Peregr. de Iur. fisc. lib. 7. tit. 3. n. 34. vers. aut verò loquimur.*

Et ita resolutum Balleonibus tantùm informantibus.

Romana Apothecæ.

Ven. 22. Aprilis, 1633.

ARGVMENTVM.

Pacta resolutiua, in Instrumento apposita, quomodo interpetranda. Et quando non obstent, quominùs contractus seruari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Contractus rescindi quando non possit.*
2 *Fundans se in pacto resolutiuo tenetur liquido probare euenisse casum resolutionis.*
3 *Pactum resolutiuum, indefinitè conceptum, restringitur ad casum verisimiliter à contrahentibus cogitatum.*
4 *Contrarietas, & repugnantia vitari debent in quacumque dispositione.*
5 *Tractatus nihil operatur, sine conclusione.*
6 *Voluntas in mente retenta non est attendende.*
7 *Scriptura attendi debet, solùm in casu in quo expressè loquitur.*
8 *Pacta resolutiua intelligi debent ad corticem verborum, & in dubio contra illa est sumenda interpetratio.*
9 *Compensans creditum cum debito, perinde habetur ac si creditum exegisset.*
Promissio seruari debet ei, qui adimpleuit.

DECISIO CCCLXXIX.

DOMINICVS Mannus cessit Francisco Zeccadoro vnum creditum scotorum 1200. quod habebat cum Dominis de Taurinis, Et vice versa Zeccadorus, eodem tempore d. Dominico dedit in solutum vnam apothecam, cum pacto redimendi semper, & quandocumque, nec non cum duobus pactis resolutiuis, quorum primum fuit conceptum sub his verbis, *che in euento, che il Zeccadoro quella somma che ha son aro, del prezzo di Torre d'Andria fusse costretto à pagare alli Signori Montacuti, ouero ad altre persone, & non alli Sign. Taurini, d. Domenico sia obligato restituire la Bottega con le piggioni che hauerà riscosse*, Secundum autem sub his aliis verbis, *Che l'istessa conditione habbia luogo in caso che l'istesso Zeccadoro douesse pagare li frutti de luoghi de monti compri per li Signori Montacuti à detti Signori Montacuti*; Et prætereà quia idem Dominicus reuelauit, & consignauit Zeccadoro quoddam Instrumentum calculi siue concordiæ de anno 1611. celebratum inter Montacutos, & Taurinos, in quo recensentur, & approbari videntur omnes solutiones, factæ per Zeccadorum, de pretio dicti Castri Turris Andreæ, nec non in eodem declarari quomodo, & quibus facienda esset solutio residui dicti pretij; ideò inter eosdem Zeccadorum, & Dominicum fuit conuentum sic, *Che in euento, che nella causa, che pende in Rota* inter Zeccadorum, & Taurinos, *sia dichiarato, che il Zeccadoro non sia tenuto à pagare se non conforme à detto Instrumento*, sibi per Dominicum reuelato, & consignato, *in tal caso detto Zeccadoro sia obligato dare à detto Domenico per recognitione scut. 350. quali se gli deuono far boni in caso di ricompra di detta Bottega.*

Mortuo Zeccadoro, prætendentes eius hæredes contractum supradictum esse resolutum, etiam quoad dicta scuta 350. in causam dictæ recognitionis, Dominico promissa, introduxerunt desuper Iudicium coram A. C. qui pronunciauit contractum nullo modo fuisse resolutum, sed in omnibus, & per omnia persistere in suo robore, & sic etiam quoad dictam recognitionem scutorum 350. Causa autem appellationis mihi commissa; Domini negotio pluries, & maturè discusso: tandem hodie vnanimiter prædictam sententiam A. C. confirmandam esse dixerunt: Siquidem validitas non controuertebatur, nec controuerti poterat, cùm de ea constet ex reuolutione processus: Iustitia verò visa fuit clara; † Cùm enim 1

contractus

10 *Beneficij identitas ex quibus probetur.*
Error nominis Beneficij non præiudicat, quando aliunde constat de illius identitate.

DECISIO CCCLXXVII.

GASPAR Senispleda prouisus Apostolicus de Beneficio simplici, seu Cappella, sub inuocatione Sancti Petri, fundata in Ecclesia Parochiali eiusdem Sancti Petri, Oppidi Riuipulli, vti vacante de mense *Decembris*, 1631. per obitum Clementis Mas, & reseruata per Regulam tertiam Cancellariæ; ex eo quia tunc vacabat Sedes Abbatialis, Monasterij Sanctæ Mariæ d. Oppidi, ad quam, sede plena omnimodam collationem dicti Beneficij spectare narrauit, obtinuit litteras in forma Breuis de capienda possessione nomine Cameræ, cum clausula, *Constito*, quas notificare fecit Ioanni Mas Aduersario, intruso in possessionem dicti Beneficij, vigore quarum litterarum idem Gaspar ab A. Cam. sér. sententiam declaratoriam, contra d. Mas; mandatúmque de immittendo, in forma obtinuit. Causa autem appellationis mihi commissa; Dubitatum hodie: An intret arbitrium: Et Domini illud non intrare, pro retardatione executionis Breuis responderunt. Ratio
1 resolutionis fuit, † Quia arbitrium intelligitur prout de iure. *Cæs. de Graff. dec. 7. n. 7. de re iud. Rota dec. 547.*
2 *n. 1. p. 1. recent. & alibi sæpius.* † De iure autem, huiusmodi litteræ Apostolicæ in forma Breuis habent executionem paratam iustificata dicta clausula, *Constito, Anchar. cons. 297. n. 8. vers. & proximè, Rota decis. 45. num. 1. part. 2. diuers. & decis. 580. num. 5. circa finem part. 2. recent.*

In præsenti autem dicta clausula, *Constito*, fuit in-
3 stificata; † nam obitus Clementis de mense *Decembris*, probatur ex fide Parochi. *Rota decis. 511. n. 5. p. 1. recent. Greg. decis. 78. num. 2. & ibi addent.* & ex testibus, tam coram A. C. quàm in Rota desuper examinatis.

Quòd autem Clemens obierit in possessione d. Beneficij constat, tam ex instrumento adeptæ posses-
4 sionis, † quæ præsumitur continuata vsque ad mortem, quàm ex testibus supradictis, ex quibus etiam probatur vacatio Sedis Abbatialis, de tempore obitus Clementis, quæ tamen inter partes non controuertebatur.

Quòd deinde, Sede plena, omnimoda collatio dicti Beneficij spectet ad Abbatem, visum fuit sufficienter probari, ad effectum de quo agitur, ex vltima collatione effectuata per possessionem subsecutam, quæ facta fuit de anno 1608. per solum Abbatem, in per-
5 sona d. Clementis, † cum expressa narratiua, quòd omnimoda dispositio dicti Beneficij, ad ipsum Abbatem, pleno Iure spectat, quæ verba excludunt simultaneam collationem cum Conuentu, *Gloss. in cap. cum in illis, §. si verò, in verbo cum alio, in fine, de prebend. in 6. & in Clem. pr. verbo omnimodam, de foro compet.* Et fuit in puncto resolutum *in Assisien. Canonicatus, 14. Iunij, 1600 coram bon. mem. Card. Sacrato, & in Callien. iuris conferendi, 6. Martij, 1617. coram Eminentiss. Card. Ve-*
6 *rospio*; † Qui vltimus status sufficit in hoc casu, cùm non agatur principaliter de pertinentia collationis, sed illa deducatur incidenter, ad effectum validitatis collationis, *cap. cum olim, & c. cum Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & propr. Calder. cons. 23. de prabend. Bald. cons. 457. lib. 2. Gonz. super reg. 8. gloss. 45. §. 2. n. 4. & pluribus sequent. Rota decis. 14. de Iurepatr. & decis. 49. de rescript. in antiq. Mohed. decis. 9. in fine de restit. spoliat. Rota decis. 154. n. 3. p. 1. recent.* & fuit dictum *in Assisien. Canonicatus* præallegata. Quòd tantò magis procedit, cùm iste vltimus status coadiuuetur ex duabus aliis antiquissimis collationibus per d. Abbatem factis de hoc beneficio, vti de libero, absque mentione conuentus; nempe vna de anno 1455. & altera de anno
1487. † quæ licèt non probentur effectuatæ, deser- 7
uiunt nihilominus pro enunciatiuis excedentibus metam centum annorum, quæ ideò habent vim famæ; quæ probat in antiquis, *Aret. in c. cum causam n. 9. & n. 20.* & ibi *Felin. n. 4. de probat. Put. decis. 204. in fin. lib. 2. Rota decis. 163. n. 2. & decis. 472. n. 1. p. 1. & decis. 673. n. 6. p. 2. recent.*

Ex quibus non obstant collationes exaduersò in contrarium exhibitæ; Quia vltrà quòd nihil releuare videntur; ex quo non cantant de hoc Beneficio, sed de aliis beneficiis omnino diuersis; cùm habeamus vltimum statum clarum ad fauorem Abbatis, non est opus, ad effectum prædictum, desuper vlterius insistere.

Non obstat etiam, quòd testes examinati coram A. C. deponant, Clementem obiisse in possessione Beneficij, sub inuocatione Sancti Petri, siti in Ecclesia Sanctæ Mariæ Monasterij dicti Oppidi Riuipulli, non autem Beneficij siti in Ecclesia Parochiali Sancti Petri eiusdem Oppidi; & propterea d. clausulam, *Constito*, non remanere iustificatam, quoad Beneficium, de quo cantat Breue, nec suffragari testes, postcà examinatos in Rota, deponentes Clementem obiisse in possessione Beneficij S. Petri siti in Ecclesia Sancti
Petri; † cùm sententia declaratoria lata per A. C. 8
contra D. Ioannem intrusum, non possit iustificari ex nouis probationibus, *Innoc. in cap. prudentia, num. 6. de offic. delegat. Seraph. decis. 701. num. 3. Rota in Cæsaraugustana portionis, 16. Nouembris, 1605. coram Iusto*, impressa penes *Marches. de commiss. part. 1. fol. 340.*

Quia fuit per Dominos responsum, † quòd vltrà 9
quòd dicti testes, in Rota examinati, videntur tantùm examinati ad tollendum æquiuocum prædictorum testium, circa locum vbi situm est hoc Beneficium, non autem ad faciendas omnino nouas probationes, in omnem casum, illis etiam circumscriptis remaneret adhuc probatum; Clementem obiisse in possessione dicti Beneficij, de quo cantant literæ in forma Breuis, tum ex Instrumento possessionis, captæ per eundem Clementem; cùm demonstrationes in eo appositæ omnino concordent cum demonstrationibus, de quibus in Breui: tum & etiam ex pluribus aliis demonstrationibus, de quibus per testes coram
A. C. examinatos; † videlicet nomen Cappellæ in ge- 10
nere, titulus seu inuocatio Sancti Petri, locus Abbatiæ Riuipulli, vacatio per obitum dicti Clementis, quæ præsumitur de hoc beneficio; cùm pluralitas non præsumatur, & alia huiusmodi. Vnde cùm aliunde habeatur veritas identitatis, error nominis beneficij non præiudicat, *l. si me in vacuam 34. ff. de acquir. poss.* & in his terminis resoluit *Rota decis. 687. n. 3. p. 1. recent. & in Oxomen. beneficij, 24. Ianuarij, 1624. coram bon. mem. Seleucien.* Cætera quæ dicuntur de non recognitione collationum productarum pro parte Gasparis cessant ex facto, & ideò non egent responsione.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Romana de Marescottis.

Ven. 15. Aprilis, 1633.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus tenetur restituere bona vxoris quæ occupauit, vna cum bonis mariti delinquentis.*

2 *Fiscus tenetur satisfacere omnibus hæredibus delinquentis.*

3 *Fiscus non tenetur de euictione si cessit bona, & iura talia qualia.*

DECISIO CCCLXXVIII.

POST plures resolutiones Rotales, quibus resolutum fuit Dominis de Balleonibus dandam esse immissionem in bonis cantantibus sub nomine Iuliæ, & prætensa credita Dominorum de Marescottis, ex quibus prætendebant retentionem, immissionémque impedire, esse illiquida, præterquam vltimum creditum, quod deinde fuit liquidatum, & cum dote D. Iuliæ debita compensatum. Tandem iidem Domini de Marescottis opposuerunt de cessione omnium bonorum Alphonsi, mariti d. Iuliæ eis facta per fiscum; Vnde dubitaui hodie; An dicta cessio fisci suffragetur Marescottis ad effectum impediendi dictam immissionem: Et Balleonibus tantùm informantibus, fuit absque difficultate negatiuè resolutum: Ratio resolutionis fuit duplex. Prima quòd cessio cantat solùm de bonis Alphonsi delinquentis, atque ideò non comprehendit bona Iuliæ, quæ non fuerunt confiscata: Secunda
1 quia, † esto quòd bona Iuliæ fuissent per Fiscum occupata, nihilominus Fiscus teneretur ea restituere D. Iuliæ siue eius hæredibus, ita vt non possit illis impe-
2 dire immissionem: † prout etiam teneretur omnibus aliis hæredibus Alphonsi satisfacere, *l. cum fisco, ff. ad Syllanian & l. reo criminis, ff. de solut l. si marito, in princ. ff. solut. matrim. Peregr. de Iure fisci, lib. 5. tit... n. 48* latè *Honded. cons. 38. n. 44. vol. 2.* Et tantò magis, dum fiscus cessit Marescottis bona, & iura Alphonsi talia qualia, & sic actiuè, & passiuè, & cum oneribus, & hono-
3 ribus, † ita vt de euictione non teneatur, *ad text. in l. si in venditione* cum tribus legibus sequentibus, *ff. de hæredit. vel action. vendit. Alex. cons. 93. vers. præterea aduertatur n. 2. lib. 2.* & in his terminis *Peregr. de Iur. fisc. lib. 7. tit. 3. n. 34. vers. aut verò loquimur.*

Et ita resolutum Balleonibus tantùm informantibus.

Romana Apothecæ.

Ven. 22. Aprilis, 1633.

ARGVMENTVM.

Pacta resolutiua, in Instrumento apposita, quomodo interpetranda. Et quando non obstent, quominùs contractus seruari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Contractus rescindi quando non possit.*

2 *Fundans se in pacto resolutiuo tenetur liquidò probare euenisse casum resolutionis.*

3 *Pactum resolutiuum, indefinitè conceptum, restringitur ad casum verisimiliter à contrahentibus cogitatum.*

4 *Contrarietas, & repugnantia vitari debent in quacumque dispositione.*

5 *Tractatus nihil operatur, sine conclusione.*

6 *Voluntas in mente retenta non est attendenda.*

7 *Scriptura attendi debet, solùm in casu in quo expressè loquitur.*

8 *Pacta resolutiua intelligi debent ad corticem verborum, & in dubio contra illa est sumenda interpretatio.*

9 *Compensans creditum cum debito, perinde habetur ac si creditum exegisset.*

Promissio seruari debet ei, qui adimpleuit.

DECISIO CCCLXXIX.

DOMINICVS Mannus cessit Francisco Zeccadoro vnum creditum scutorum 1200. quod habebat cum Dominia de Taurinis, Et vice versa Zeccadorus, eodem tempore d. Dominico dedit in solutum vnam apothecam, cum pacto redimendi semper, & quandocumque, nec non cum duobus pactis resolutiuis, quorum primum fuit conceptum sub his verbis, *che in euento, che il Zeccadoro quella somma che ha tum ano, del prezzo di Torre d' Andria fusse costretto à pagare alli Signori Montacuti, ouero ad altre persone, & non alli Sign. Taurini, d. Domenico sia obligato restituire la Bottega con le piggioni che hauerà riscosse*, Secundum autem sub his aliis verbis, *Che l'istessa conditione habbia luogo in caso che l'istesso Zeccadoro douesse pagare li frutti de luoghi de monti compri per li Signori Montacuti à detti Signori Montacuti*; Et prætereà quia idem Dominicus reuelauit, & consignauit Zeccadoro quoddam Instrumentum calculi siue concordiæ de anno 1611. celebratum inter Montacutos, & Taurinos, in quo recensentur, & approbari videntur omnes solutiones, factæ per Zeccadorum, de pretio dicti Castri Turris Andreæ, nec non in eodem declarari quomodo, & quibus facienda esset solutio residui dicti pretij; ideò inter eosdem Zeccadorum, & Dominicum fuit conuentum sic, *Che in euento, che nella causa, che pende in Rota* inter Zeccadorum, & Taurinos, *sia dichiarato, che il Zeccadoro non sia tenuto à pagare se non conforme à detto Instrumento*, sibi per Dominicum reuelato, & consignato, *in tal caso detto Zeccadoro sia obligato dare à detto Domenico per recognitione scut. 350. quali se gli deuono far boni in caso di ricompra di detta Bottega.*

Mortuo Zeccadoro, prætendentes eius hæredes contractum supradictum esse resolutum, etiam quoad dicta scuta 350. in causam dictæ recognitionis, Dominico promissa, introduxerunt desuper Iudicium coram A. C. qui pronunciauit contractum nullo modo fuisse resolutum, sed in omnibus, & per omnia persistere in suo robore, & sic etiam quoad dictam recognitionem scutorum 350. Causa autem appellationis mihi commissa; Domini negotio pluries, & maturè discusso: tandem hodie vnanimiter prædictam sententiam A. C. confirmandam esse dixerunt: Siquidem validitas non controuertebatur, nec controuerti poterat, cùm de ea constet ex reuolutione processus: Iustitia verò visa fuit clara; † Cùm enim 1

10 *Beneficij identitas,ex quibus probetur.*
Error nominis Beneficij non præiudicat,quando aliun-de constat de illius identitate.

DECISIO CCCLXXVII.

GASPAR Senispleda prouisus Apostolicus
de Beneficio simplici,seu Cappella, sub in-
uocatione Sancti Petri,fundata in Ecclesia
Parochiali eiusdem Sancti Petri, Oppidi
Riuipulli,vti vacante de mense *Decembris*, 1631. per
obitum Clementis Mas, & reseruata per Regulam
tertiam Cancellariæ; ex eo quia tunc vacabat Sedes
Abbatialis, Monasterij Sanctæ Mariæ d.Oppidi, ad
quam, sede plena omnimodam collationem dicti
Beneficij spectare narrauit, obtinuit litteras in forma
Breuis de capienda possessione nomine Cameræ,cum
clausula,*Constito*,quas notificare fecit Ioanni Mas Ad-
uersario, intruso in possessionem dicti Beneficij, vi-
gore quarum litterarum idem Gaspar ab A. Cam fer.
sententiam declaratoriam, contra d. Mas; manda-
túmque de immittendo,in forma obtinuit. Causa au-
tem appellationis mihi commissa;Dubitaui hodie: An
intret arbitrium: Et Domini illud non intrare,pro re-
tardatione executionis Breuis responderunt. Ratio
1 resolutionis fuit;† Quia arbitrium intelligitur prout
de iure.*Cæs.de Grass.dec.7.n.7.de re iud.Rota dec.547.*
2 *n.1.p.3.recent. & alibi sæpius.* † De iure autem, huius-
modi litteræ Apostolicæ in forma Breuis habent exe-
cutionem paratam iustificata dicta clausula, *Constito,*
Anchar. cons.197.n.8.vers. & proximè, Rota decis 45.
num.1. part.2.diuers. & decis.580. num.5. circa finem
part.2. recent.

In præsenti autem dicta clausula, *Constito*, fuit iu-
3 stificata; † nam obitus Clementis de mense *Decem-*
bris,probatur ex fide Parochi. *Rota decis.311.n.3.p.1.*
recent. Greg decis.78.num.1. & ibi addent. & ex testi-
bus, tam coram A.C. quàm in Rota desuper exami-
natis.

Quòd autem Clemens obierit in possessione d.
Beneficij constat, tam ex instrumento adeptæ posses-
4 sionis, † quæ præsumitur continuata vsque ad mor-
tem, quàm ex testibus supradictis, ex quibus etiam
probatur vacatio Sedis Abbatialis,de tempore obitus
Clementis, quæ tamen inter partes non controuer-
tebatur.

Quòd deinde,Sede plena, omnimoda collatio di-
cti Beneficij spectet ad Abbatem,visum fuit sufficien-
ter probari,ad effectum de quo agitur,ex vltima col-
latione effectuata per possessionem subsecutam, quæ
facta fuit de anno 1608.per solum Abbatem, in per-
5 sona d.Clementis,† cum expressa narratiua,quòd om-
nimoda dispositio dicti Beneficij,ad ipsum Abbatem,
pleno Iure spectat,quæ verba excludunt simultaneam
collationem cum Conuentu, *Gloss. in cap.cum in illis,*
§.si verò,in verbo cum alio,in fine,de præbend.in 6.& in
Clem pr. verbo omnimodam, de foro compet. Et fuit in
puncto resolutum *in Assisien. Canonicatus*, 14. *Iunij*,
1600 *coram bon.mem. Card.Sacrato, & in Callien.iuris*
conferendi,6. Martij,1617.coram Eminentiss. Card.Ve-
6 *rospio*; † Qui vltimus status sufficit in hoc casu, cùm
non agatur principaliter de pertinentia collationis,
sed illa deducatur incidenter, ad effectum validitatis
collationis, *cap cum olim, &c.cum Ecclesia Sutrina,de*
caus. poss. & propr. Calder. cons.23. de præbend. Bald.
cons.437.lib.1Gonz.super reg 8.gloss.45.§.2.n.4.& plu-
ribus sequent.Rota decis.14. de Iurepatr. & decis.49. de
rescript.in antiq.Mohed.decis.9. in fine de restit.spoliat.
Rota decis.154.n.5.p.1.recent.& fuit dictum *in Assisien.*
*Canonicatus*præallegata.Quòd tantò magis procedit,
cùm iste vltimus status coadiuuetur ex duabus aliis
antiquissimis collationibus per d. Abbatem factis de
hoc beneficio, vti de libero, absque mentione con-
uentus: nempe vna de anno 1455. & altera de anno
1487. † quæ licèt non probentur effectuatæ, deser- 7
uiunt nihilominus pro enunciatiuis excedentibus me-
tam centum annorum, quæ ideò habent vim famæ;
quæ probat in antiquis, *Arct.in c.cum causam n.9. &*
n.10. & ibi *Felin. n.4. de probat. Put. decis.204. in fin.*
lib. 2. Rota decis.163. n.2. & decis.472. n.1. p.1. & de-
cis.673.n.6.p.2.recent.

Ex quibus non obstant collationes exaduersò in
contrarium exhibitæ;Quia vltrà quòd nihil releuare
videntur; ex quo non cantant de hoc Beneficio, sed
de aliis beneficiis omnino diuersis; cùm habeamus
vltimum statum clarum ad fauorem Abbatis,non est
opus, ad effectum prædictum, desuper vlterius in-
sistere.

Non obstat etiam,quòd testes examinati coram A.
C.deponant,Clementem obiisse in possessione Bene-
ficij, sub inuocatione Sancti Petri, siti in Ecclesia
Sanctæ Maria Monasterij dicti Oppidi Riuipulli,non
autem Beneficij siti in Ecclesia Parochiali Sancti Pe-
tri eiusdem Oppidi; & propterea d.clausulam, *Con-*
stito, non remanere iustificatam, quoad Beneficium,
de quo cantat Breue,nec suffragari testes, posteà exa-
minatos in Rota, deponentes Clementem obiisse in
possessione Beneficij S. Petri siti in Ecclesia Sancti
Petri; † cùm sententia declaratoria lata per A. C. 8
contra D.Ioannem intrusum, non possit iustificari ex
nouis probationibus, *Innoc.in cap.prudentia,num.6.de*
offic. delegat. Seraph. decis. 701. num. 3. Rota in Cæ-
saraugustana portionis, 16. Nouembris. 1605. coram
Iusto, impressa penes *Marches. de commiss. part. 1.*
fol. 340.

Quia fuit per Dominos responsum, † quòd vltrà 9
quòd dicti testes,in Rota examinati,videntur tantùm
examinati ad tollendum æquiuocum prædictorum
testium, circa locum vbi situm est hoc Beneficium,
non autem ad faciendas omnino nouas probationes,
in omnem casum, illis etiam circumscriptis remane-
ret adhuc probatum;Clementem obiisse in possessio-
ne dicti Beneficij, de quo cantant literæ in forma
Breuis, tum ex Instrumento possessionis, captæ per
eundem Clementem; cùm demonstrationes in eo
appositæ omnino concordent cum demonstrationi-
bus, de quibus in Breui: tum & etiam ex pluribus
aliis demonstrationibus, de quibus per testes coram
A C.examinatos; † videlicet nomen Cappellæ in ge- 10
nere,titulus seu inuocatio Sancti Petri, locus Abba-
tiæ Riuipulli, vacatio per obitum dicti Clementis,
quæ præsumitur de hoc beneficio; cùm pluralitas
non præsumatur,& alia huiusmodi. Vnde cùm aliun-
de habeatur veritas identitatis,error nominis benefi-
cij non præiudicat, *l. si me in vacuam 34. ff.de acquir.*
poss. & in his terminis resoluit *Rota decis.687. n.3 p.1.*
recent. & in Oxomen. beneficij, 24.Ianuarij,1624.coram
*bon.mem.Seleucien.*Cætera quæ dicuntur de non reco-
gnitione collationum productarum pro parte Ga-
sparis cessant ex facto, & ideò non egent res-
ponsione.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Romana

Romana de Marescottis.

Ven. 15. Aprilis, 1633.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus tenetur restituere bona vxoris quæ occupauit, vna cum bonis mariti delinquentis.*
2 *Fiscus tenetur satisfacere omnibus heredibus delinquentis.*
3 *Fiscus non tenetur de euictione si cessit bona, & iura talia qualia.*

DECISIO CCCLXXVIII.

POST plures resolutiones Rotales, quibus resolutum fuit Dominis de Balleonibus dandam esse immissionem in bonis cantantibus sub nomine Iuliæ, & prætensa credita Dominorum de Marescottis, ex quibus prætendebant retentionem, immissionémque impedire, esse illiquida, præterquam vltimum creditum, quod deinde fuit liquidatum, & cum dote D. Iuliæ debita compensatum. Tandem iidem Domini de Marescottis opposuerunt de cessione omnium bonorum Alphonsi, mariti d. Iuliæ eis facta per fiscum; Vnde dubitaui hodie; An dicta cessio fisci suffragetur Marescottis ad effectum impediendi dictam immissionem: Et Balleonibus tantùm informantibus, fuit absque difficultate negatiuè resolutum: Ratio resolutionis fuit duplex. Prima quòd cessio cantat solùm de bonis Alphonsi delinquentis, atque ideò non comprehendit bona Iuliæ, quæ non fuerunt confiscata: Secunda
1 quia, † esto quòd bona Iuliæ fuissent per Fiscum occupata, nihilominus Fiscus teneretur ea restituere D. Iuliæ siue eius hæredibus, ita vt non posset illis impe-
2 dire immissionem: † prout etiam teneretur omnibus aliis hæredibus Alphonsi satisfacere, *l. eum fisco, ff. ad Syllanian. & l. reo criminis, ff. de solut. l. si marito, in princ. ff. solut. matrim. Peregr. de Iure fisci, lib. 5. tit.* .. *n.* 48. latè *Honded. cons.* 38. *n.* 44. *vol.* 2. Et tantò magis, dum fiscus cessit Marescottis bona, & iura Alphonsi talia qualia, & sic actiuè, & passiuè, & cum oneribus, & hono-
3 ribus, † ita vt de euictione non teneatur, *ad text. in l. si in venditione* cum tribus legibus sequentibus, *ff. de hered. vel action. vendit. Alex. cons.* 93. *vers. praeterea aduertatur n.* 2. *lib.* 2. & in his terminis *Peregr. de Iur. fisc. lib.* 7. *tit.* 3. *n.* 34. *vers. aut verò loquimur.*

Et ita resolutum Balleonibus tantùm informantibus.

Romana Apothecæ.

Ven. 22. Aprilis, 1633.

ARGVMENTVM.

Pacta resolutiua, in Instrumento apposita, quomodo interpretanda. Et quando non obstent, quominùs contractus seruari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Contractus rescindi quando non possit.*
2 *Fundans se in pacto resolutiuo tenetur liquido probare euenisse casum resolutionis.*
3 *Pactum resolutiuum, indefinitè conceptum, restringitur ad casum verisimiliter à contrahentibus cogitatum.*
4 *Contrarietas, & repugnantia vitari debent in quacumque dispositione.*
5 *Tractatus nihil operatur, sine conclusione.*
6 *Voluntas in mente retenta non est attendenda.*
7 *Scriptura attendi debet, solùm in casu in quo expressè loquitur.*
8 *Pacta resolutiua intelligi debent ad corticem verborum, & in dubio contra illa est sumenda interpetratio.*
9 *Compensans creditum cum debito, perinde habetur ac si creditum exegisset.*
Promissio seruari debet ei, qui adimpleuit.

DECISIO CCCLXXIX.

DOMINICVS Mannua cessit Francisco Zeccadoro vnum creditum scutorum 1200. quod habebat cum Dominis de Taurinis, Et vice versa Zeccadorus, eodem tempore d. Dominico dedit in solutum vnam apothecam, cum pacto redimendi semper, & quandocumque, nec non cum duobus pactis resolutiuis, quorum primum fuit conceptum sub his verbis, *che in euento, che il Zeccadoro quella somma che ha sin ano, del prezzo di Torre d'Andria fusse costretto à pagare alli Signori Montacuti, ouero ad altre persone, & non alli Sign. Taurini, d. Domenico sia obligato restituire la Bottega con le piggioni che hauerà riscosse*, Secundum autem sub his aliis verbis, *Che l'istessa conditione habbia luogo in caso che l'istesso Zeccadoro douesse pagare li frutti de luoghi de monti compri per li Signori Montacuti à detti Signori Montacuti*; Et prætereà quia idem Dominicus reuelauit, & consignauit Zeccadoro quoddam Instrumentum calculi siue concordiæ de anno 1611. celebratum inter Montacutos, & Taurinos, in quo recensentur, & approbari videntur omnes solutiones, factæ per Zeccadorum, de pretio dicti Castri Turris Andreæ, nec non in eodem declarari quomodo, & quibus facienda esset solutio residui dicti pretij; ideò inter eosdem Zeccadorum, & Dominicum fuit conuentum sic, *Che in euento, che nella causa, che pende in Rota* inter Zeccadorum, & Taurinos, *sia dichiarato, che il Zeccadoro non sia tenuto à pagare se non conforme à detto Instrumento*, sibi per Dominicum reuelato, & consignato, *in tal caso detto Zeccadoro sia obligato dare à detto Domenico per recognitione scut.* 350. *quali se gli deuono far boni in caso di ricompra di detta Bottega.*

Mortuo Zeccadoro, prætendentes eius hæredes contractum suprad. ctum esse resolutum, etiam quoad dicta scuta 350. in causam dictæ recognitionis, Dominico promissa, introduxerunt desuper Iudicium coram A. C. qui pronunciauit contractum nullo modo fuisse resolutum, sed in omnibus, & per omnia persistere in suo robore, & sic etiam quoad dictam recognitionem scutorum 350. Causa autem appellationis mihi commissa; Domini negotio pluries, & maturè discusso: tandem hodie vnanimiter prædictam sententiam A. C. confirmandam esse dixerunt: Siquidem validitas non controuertebatur, nec controuerti poterat, cùm de ea constet ex reuolutione processus: Iustitia verò visa fuit clara; † Cùm enim 1
contractus

Romana de Marescottis.

Ven. 15. Aprilis, 1633.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus tenetur restituere bona vxoris quæ occupauit, vna cum bonis mariti delinquentis.*

2 *Fiscus tenetur satisfacere omnibus hæredibus delinquentis.*

3 *Fiscus non tenetur de euictione si cessit bona, & iura talia qualia.*

DECISIO CCCLXXVIII.

POst plures resolutiones Rotales, quibus resolutum fuit Dominis de Balleonibus dandam esse immissionem in bonis cantantibus sub nomine Iuliæ, & pretensa credita Dominorum de Marescottis, ex quibus prætendebant retentionem, immissionémque impedire, esse illiquida, præterquam vltimum creditum, quod deinde fuit liquidatum, & cum dote D. Iuliæ debita compensatum. Tandem iidem Domini de Marescottis opposuerunt de cessione omnium bonorum Alphonsi, mariti d. Iuliæ eis facta per fiscum; Vnde dubitaui hodie; An dicta cessio fisci suffragetur Marescottis ad effectum impediendi dictam immissionem: Et Balleonibus tantùm informantibus, fuit absque difficultate negatiuè resolutum: Ratio resolutionis fuit duplex. Prima quòd cessio cantat solùm de bonis Alphonsi delinquentis, atque ideò non comprehendit bona Iuliæ, quæ non fuerunt confiscata: Secunda
1 quia, † esto quòd bona Iuliæ fuissent per Fiscum occupata, nihilominus Fiscus teneretur ea restituere D. Iuliæ siue eius hæredibus, ita vt non possit illis impe-
2 dire immissionem: † prout etiam teneretur omnibus aliis hæredibus Alphonsi satisfacere, *l. eum fisco, ff. ad Syllanian. & l. reo criminis, ff. de solut. l. si marito, in princ. ff. solut. matrim. Peregr. de Iure fisci, lib. 5. tit.* .. *n.* 48 latè *Honded. cons. 38. n. 44. vol. 2.* Et tantò magis, dum fiscus cessit Marescottis bona, & iura Alphonsi talia qualia, & sic actiuè, & passiuè, & cum oneribus, & hono-
3 ribus, † ita vt de euictione non teneatur, *ad text. in l. si in venditione* cum tribus legibus sequentibus, *ff. de hæredit. vel action. vendit. Alex. cons. 93. vers. præterea aduertatur n. 2. lib. 2.* & in his terminis *Peregr. de Iur. fisc. lib. 7. tit. 3. n. 34. vers. aut verò loquimur.*

Et ita resolutum Balleonibus tantùm informantibus.

Romana Apothecæ.

Ven. 22. Aprilis, 1633.

ARGVMENTVM.

Pacta resolutiua, in Instrumento apposita, quomodo interpretanda. Et quando non obstent, quominùs contractus seruari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Contractus rescindi quando non possit.*

2 *Fundans se in pacto resolutiuo tenetur liquidè probare euenisse casum resolutionis.*

3 *Pactum resolutiuum, indefinitè conceptum, restringitur ad casum verisimiliter à contrahentibus cogitatum.*

4 *Contrarietas, & repugnantia vitari debent in quacumque dispositione.*

5 *Tractatus nihil operatur, sine conclusione.*

6 *Voluntas in mente retenta non est attendenda.*

7 *Scriptura attendi debet, solùm in casu in quo expressè loquitur.*

8 *Pacta resolutiua intelligi debent ad corticem verborum, & in dubio contra illa est sumenda interpetratio.*

9 *Compensans creditum cum debito, perinde habetur ac si creditum exegisset.*

Promissio seruari debet ei, qui adimplenit.

DECISIO CCCLXXIX.

DOMINICVS Mannus cessit Francisco Zeccadoro vnum creditum scutorum 1200. quod habebat cum Dominis de Taurinis, Et vice versa Zeccadorus, eodem tempore d. Dominico dedit in solutum vnam apothecam, cum pacto redimendi semper, & quandocumque, nec non cum duobus pactis resolutiuis, quorum primum fuit conceptum sub his verbis, *che in euento, che il Zeccadoro quella somma che ha in mano, del prezzo di Torre d'Andria fusse costretto à pagare alli Signori Montacuti, ouero ad altre persone, & non alli Sign. Taurini, d. Domenico sia obligato restituire la Bottega con le piggioni che hauerà riscosse,* Secundum autem sub his aliis verbis, *Che l'istessa conditione habbia luogo in caso che l'istesso Zeccadoro douesse pagare li frutti de luoghi de monti compri per li Signori Montacuti à detti Signori Montacuti*; Et præterea quia idem Dominicus reuelauit, & consignauit Zeccadoro quoddam Instrumentum calculi siue concordiæ de anno 1611. celebratum inter Montacutos, & Taurinos, in quo recensentur, & approbari videntur omnes solutiones, factæ per Zeccadorum, de pretio dicti Castri Turris Andreæ, nec non in eodem declarari quomodo, & quibus facienda esset solutio residui dicti pretij; ideò inter eosdem Zeccadorum, & Dominicum fuit conuentum sic, *Che in euento, che nella causa, che pende in Rota* inter Zeccadorum, & Taurinos, *sia dichiarato, che il Zeccadoro non sia tenuto à pagare se non conforme à detto Instrumento*, sibi per Dominicum reuelato, & consignato, *in tal caso detto Zeccadoro sia obligato dare a detto Domenico per recognitione scut. 350. quali se gli deuono far boni in caso di ricompra di detta Bottega.*

Mortuo Zeccadoro, prætendentes eius hæredes contractum supradictum esse resolutum, etiam quoad dicta scuta 350. in causam dictæ recognitionis, Dominico promissa, introduxerunt desuper Iudicium coram A. C. qui pronunciauit contractum nullo modo fuisse resolutum, sed in omnibus, & per omnia persistere in suo robore, & sic etiam quoad dictam recognitionem scutorum 350. Causa autem appellationis mihi commissa; Domini negotio pluries, & maturè discusso: tandem hodie vnanimiter prædictam sententiam A. C. confirmandam esse dixerunt: Siquidem validitas non controuertebatur, nec controuerti poterat, cùm de ea constet ex reuolutione processus: Iustitia verò visa fuit clara; † Cùm enim 1
contractus

contractus fuerit hinc inde mutuo consensu perfectus, & stipulatione, scriptura, ac traditione vestitus, & non intercat prædicta pacta resolutiua, altera ex partibus dissentiente, rescindi, aut aliàs ab eo recedi,
1 non potest *l. in ciuili, C. de rei vendic. l. de contractu, C. de rescind. vend.* & aliis per *Surd. consf. 38. n. 6. & seqq. & Rota in Romana Barchi, 29. Ianuarij, 1632. coram bon. mem. Remboldo.*

2 Neque obstant supradicta pacta resolutiua; † Quandoquidem hæredes Zeccadori, qui in eis se fundant, tenentur liquidò docere euenisse casum resolutionis, *l. fin. vers. ex his, & ibi DD. C. de reuoc. donat.* & iuxtà doctrinam *Bart. in l. 1. §. quod autem, ff. ne quid in Flum. public. Signor. consf. 75. n. 23. Dec 484. n. 3. Cephal. consf. 625. n. 1. lib. 5. Surd. consf. 130. n. 1. cum seqq. & idem decis. 52. n. 2. & decis. 320. n. 6.* Tantum autem abest vt præfati hæredes casum resolutionis euenisse docuerint, quòd imò claré constat de contrario, nempe de adimplemento: siquidem aut prætendunt euenisse casum resolutionis primi pacti, hoc est quòd Zeccadorus fuerit coactus soluere residuum pretij Montacutis, & non Taurinis. & non est verum, cùm in sententiis & decisionibus Rotalibus trium Instantiarum, nimirum coram Dominis meis Decano, Pirouano, Mormanno, fuerit expresse firmatum, quod residuum dicti pretij erat soluendum Taurinis, & non Montacutis: Et quod magis est cùm idem Zeccadorus in instantia Reuerendissimi Domini mei Decani fuisset condemnatus ad soluendum Taurinis scuta 1096. ipse appellauit à dicta sententia, ex eo maximè quòd illa erat iniusta, ex quo non fuerunt sibi excomputata dicta scuta 1200. sibi cessa à Dominico contra Taurinos: & in gradu appellationis coram R.P.D. meo Pirouano obtinuit illa sibi excomputari, prout in effectu fuerunt excomputata, & compensata, reformata in hoc sententia D. mei Decani.

Non obstat etiam, quòd in dicta sententia in gradu appellationis coram Domino meo Pirouano, Zeccadorus non solùm fuerit condemnatus ad soluendum Taurinis, sed etiam Montacutis scuta 35. atque ideò intrare dictum primum pactum resolutiuum: Quia cùm illud fuerit appositum ne creditum per Dominicum, Zeccadoro cessum, esset apud Zeccadorum inutile, maximè ad compensandum cum Taurinis, casu quo pretium Castri Turris Andreæ esset soluen. Montacutis, & non Taurinis, vt ad oculum patet, eo ipso quòd illud fuit totum Zeccadoro vtile ad dictum effectum dum totum illud compensauit cum Taurinis, & sic habuit plenum effectum causa ex qua Zeccadorus curauit sibi cedi dictum creditum, pactum nullo modo intrat, etiam quòd fuerit indefinitè conceptum; videlicet in casu, *che il Zeccadoro quella somma che hà in mano del prezzo di Torre Andrea fusse constretto a pagare alli Signori Taurini, &c.* Quia recipit interpretationem, ex tacita contrahen-
3 tium mente, † iuxta quam est restringen. ad casum verisimiliter cogitatum, & sic ad casum, quo creditum, Zeccadoro cessum, in totum, aut in parte non esset sibi vtile, neque quoad Taurinos, neque quoad ad alios, *ad text. in l. in conuentionalibus, ff. de verb. oblig. & l. non omnis, ff. si cert. petat. Anton. Gomez tom. 1. var. cap. 7. num 4.*

Et sustulit omnem difficultatem Instrumentum prædictum calculi, celebratum inter Montacutos, & Taurinos, de anno 1611. vbi declaratur Montacutos remanere creditores pretij dicti Castri, in dicta summa duntaxat scutorum 35. Taurinos verò in toto residuo; cum enim Zeccadorus magni fecerit dictum Instrumentum, ita vt quia Dominicus illud retenuit, & consignauit, illi in recognitionem promisit dicta scuta 350. casu quo Rota iudicaret solutiones esse faciendas iuxta modum in eo præscriptum, inde claré consequitur, quòd dum Zeccadorus apposuit pactum resolutiuum, in euentum quòd pretium esset soluendum Montacutis, non intellexit de solutione dictorum scutorum 35. † quia aliàs induceretur absonus intellectus, & manifesta contrarietas, & repugnantia, quæ in quacumque dispositione est vitanda, 4
l. vbi repugnantia, ff. de reg. Iur. cum aliis per *Surd. decis. 276. num. 3.*

Aut verò præfati hæredes Zeccadori prætendunt euenisse casum resolutionis secundi pacti resolutiui, nimirum fuisse declaratum fructus locorum Montium deberi Montacutis, & minùs hoc subsistit, cùm imò fuerit resolutum eos deberi Taurinis, vt in decis. & sententiis Rotalibus prædictis.

Vnde non obstat, quòd intentio Zeccadori dum apposuit dictum pactum, fuerit se absolutè & in totum liberare à solutione fructuum locorum Montium, tam quoad Montacutos, quàm quoad Taurinos, vt prætendebant hæredes probari, ex quibusdam testibus desuper examinatis; Quia vltrà quòd in eorum depositionibus nullum potest fieri fundamentum, cùm primus solum concludat de tractatu, super quarto ibi, *dopò che cosa concludesse io non losò:* † tra- 5
ctatus autem sine conclusione nihil ponit in esse, *leg. obligationum substantia, ff. de action. & obligation. gloss. in l. eleganter in princ. in verb. idem puto, ff. de condit. indeb. Bald. in c. fin. de iuram. calum. Tiraq. de retract. conuent. in fin. n. 24. Surd. consf. 202. n. 5. & Rota decis. 104. n. 6. p. 2 diuers.* Secundus verò testis retorquetur, Quia imò comprobat intentionem Dominici super quarto ibi, *che finalmente il Zeccadoro si risolse di fare quello che voleua il Manni*; In omnem casum, quando testes concluderent determinatam intentionem Zeccadori, prout hæredes prætendunt, illa non esset attendenda:
† tum quia in mente retenta: tum etiam quia † stan- 6
dum est scripturæ, quæ expressè se restringit ad ca- 7
sum, quo solutio fructuum esset facienda Montacutis, ad text. *in l. si ego, ff. si cert. pet. l. non solum. ff. de Action. & obligat. cap. 1. vbi gloss. in verbo voluntatem habuerit, de eo qui mitt. Iaf. in l. si ita legatum, § illi si volet num. 2. ff. de leg. 1. Decian. consf. 21. n. 1. & seq lib. 2.* cum aliis per *Mant. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 4. n. 21. & lib. 4. tit. 22. n. 25. vers. Primum.* † Quæ tantò magis procedunt; 8
cùm versemur in pactis resolutiuis, quæ sunt ad corticem verborum regulariter intelligenda; ita vt contra illa in dubio, & pro effectuatione contractuum sit sumenda interpretatio, *l. si inter virum, vbi Soccin. n. 5. de reb. dub. Castr. consf. 278. col. vlt. lib. 1. & Cranet. in quæst. de indemnit. mulier n. 35. Menoch. consf. 58. n. 46. vers. Siquidem in dubio, Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 4. n. 30. vers. sexto deducitur.*

Minùs obstat obiectum, quòd creditum per Dominicum cessum Zeccadoro, contra Taurinos, non fuerit reale, hócque probari ex eo, quòd illud consistebat, & probabatur dumtaxat ex quadã assignatione fructuum locorum montium, quam D. Ambrosia Taurinorum mater, & Tutrix, Dominico fecit, quæ loca Montium erant illámet, quæ Zeccadorus emerat ex pretio dicti Castri Turris Andreæ, quæ ideò cùm essent Zeccadori, vt dicti hæredes prætendebant, fructus eorum nulli alij quàm eidem Zeccadoro debebantur; Quia fuit dupliciter responsum, primò non esse verum, quòd creditum contra Taurinos cessum per Dominicum, consisteret in dicta assignatione fructuum, sed de eo constabat ex publico Instrumento: Assignationem autem prædictam fuisse factam Dominico pro satisfactione dicti crediti, quæ si non habuit effectum, quia fructus non debebantur; non ideò Dominicus remansit sine credito, sed inde

magis

magis creditum extare comprobatur, eo ipso quòd non fuit extinctum per dictam assignationem, dum illa non habuit effectum; quòd satis, supérque effectus subsecutus demonstrauit; scilicet compensatio supradicta, apposita per Zeccadorum contra Taurinos, & obtenta præuia sententia Rotali, Taurinis non re-
9 clamantibus, imò acquiescentibus; † Dum enim Zeccadori compensatur dictum creditum, perinde est ac si illud effectualiter exegissent, ad text. *in l. debitor, ff. qui potior in pign. l. dedisse, ff. de verb. obligat. l. amplius, ff. rem rat. haber. l. vel permutaunt ff de liber. caus. Tiraq. de retract. lign. §. 3. gloss. 3. n. 1. & seqq. Rota decis. 536. n. 3. p. 1. recent.* Secundò fuit responsum, quòd imò fructus locorum Montium debebantur Taurinis, cùm Zeccadorus fuerit condemnatus ad eorum solutionem, vt constat ex decisionibus, & sententiis Rotalibus: Et quamuis in gradu restitutionis in integrum, resolutum fuerit coram D. meo Mormanno, fructus non deberi, nisi ab anno 1609. vsque ad annum 1625. in quo ipse cessit dictum creditum Zeccadoro, ex locis Montium in sorte scutorum 2280. essent decursi fructus in multò maiori quantitate, quàm erat creditum scutorum 1200. ab eo cessum Zeccadoro.

Ex quibus visum fuit Dominis sine difficultate pariter non esse resolutam promissionem scutorum 350. factam in causam dictæ recognitionis; cùm enim illa facta fuerit in casum, quo Rota iudicaret, iuxta dictum Instrumentum de anno 1611. quòd Dominicus Zeccadoro reuelauit, & illud in sententiis & decisionibus Rotalibus fuerit approbatum, & iuxta illud iudicatum, propterea constat de adimplemento, &c. & sic debet promissio habere effectum, per ea quæ in simili notat *Alex. cons. 216. incipit ponderatis n. 7. vers. & pro hoc adduco lib. 6.*

Et ita vtraque, &c.

Romana de Marescottis.

Mercurij 17. Aprilis, 1633.

ARGVMENTVM.

Fiscus habetur loco hæredis, & successoris, & quomodo. Remedia possessoria an competant contra fiscum, & contra illum cumulentur possessorium, & petitorium.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissaria à quo impediri non possit.*
2 *Fiscus habetur loco hæredis, & successoris, & quomodo, & n. 3. & 4.*
5 *Fiscus si cedat bona delinquentis talia qualia, talis cessio quid operetur.*
6 *Remedia possessoria non competunt contra fiscum, contraria verè sententia firmatur, & ampliatur n. 8. & DD. ex aduerso allegatis respondetur, quòd procedunt in supremis regalin Principum, ex speciali ratione de qua n. 10.*
Fiscus non litigat, nisi possessione penes se existente.
7 *Fiscus non habet alia priuilegia, quàm ea, quæ sunt in Iure expressa; & ideo præter illa tenetur vti eo Iure quo subditi vti debent.*
9 *Confiscatio bonorum mariti non comprehendit bona eius vxoris, etiam quod fuerint per fiscum descripta, & sequestrata.*
11 *Cumulatio possessorij & petitorij an admittatur contra fiscum, & quandò.*
12 *In causis Fiscalibus seruandus est ordo iudiciarius, nisi quatenus de Iure reperitur relaxatus.*
13 *Ignorantia præsumitur, dum scientia non probatur.*
14 *Fiscus potest semper, & indistinctè res describere, & sequestrare custodiæ causa, & per modum Inuentarij, vt sciatur quantitas, & rerum qualitas, & ideò si quis patiatur res suas describi, & sequestrari, sibi non præiudicat, & n. 15.*
16 *Tacens, & non contradicens sibi non præiudicat, si sciat ius suum saluum esse.*
17 *Sequestrum necessarium non priuat possessione.*
18 *Fiscus non potest ferre sententiam, neque in petitorio, neque in possessorio, contra bona illius, qui non fuit citatus, nec aliter auditus.*

DECISIO CCCLXXX.



IN hac causa emanarunt plures decisiones coram bon. mem. Remboldo, & coram me, in quibus fuit resolutum, Dominis de Balleonibus, vti fideicommissariis Dominæ Iuliæ, ex persona Pirri dandam esse immissionem in omnibus bonis, cantantibus sub nomine D. Iuliæ, & consequenter in Censibus, & Societatibus officiorum, de quibus agitur: sed tandem liquidatis iam omnibus prætensionibus Dominorum de Marescottis, qui adepti fuerunt possessionem dictorum bonorum vti hæredes ab intestato eiusdem Iuliæ, fuit per eosdem nouiter oppositum, ad impediendam dictam immissionem, quòd ipsi habent à fisco cessionem omnium bonorum Alphonsi, mariti d. Iuliæ: Vnde die 3. præsentis mẽsis, cùm præsupposito dictarum decisionum, fuit in Rota disputatum, An prætensa cessio fisci suffragetur Marescottis ad dictum effectum; Et Balleonibus tantùm informantibus, fuit negatiuè resolutum. Ratio resolutionis fuit;
† quia sicuti si bona Alphonsi non fuissent confisca- 1
ta, eius hæredes, tam legitimi, quàm testamentarij non
potuissent immissionem impedire, vt communiter
notatur in *l. fin C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* ita nec
pariter fiscus à quo Marescotti, vigore cessionis, causam habent, eam impedire potest; cùm fiscus loco hæ- 2
redis, & successoris habeatur, ita vt ex fisci persona
non mutetur conditio obligationis, in tertij præiudicium, *l. fiscus, ff de iur. fisc. l. cum quidam, §. fiscus, ff. de*
Vsur. † Sed ille tenetur passiuè, prout delinquens, 3
eiúsque hæredes tenentur, *l. 2. C. ad l. Iuliam de vi publ. l. si marito in princ. ff. solut. matrim. l. cum fisco, ff. ad*
Syllan. † prout vice versa actiones actiuæ quoque 4
ad fiscum pertinent, *l. rei criminis, ff de solut. Roman. cons. 73. in princ.* Et tantò magis in casu nostro, eo-
dem modo DD. Marescottis tenẽtur; † cùm fiscus illis 5
cesserit bona Alphonsi talia qualia; cum expressa declaratione, vt nunquam de euictione teneatur, ad tex. *in l. si in vendit cum tribus seqq. ff. de hered. vel act. vendita, Peregr. de iur. fisci lib. 7. tit. 3. n. 34. vers. aut verò loquuntur,* latè *Honded. cons. 38. n. 44. lib. 2.* & alij in dicta decisione allegati.

Concessa autem desuper Dominis de Marescottis, ex benignitate Dominorum, noua audientia; duo per eorum informantes proposita fuerunt, quæ stantibus prædictis decisionibus; cum quarum præsupposito, vt dictum est, de iuribus d. cessionis nunc agitur, visa Dominis fuerunt nimis peregrina, intelligentiúmque mentes non parum grauare, vt etiam in his ipsis ferè terminis, non audacter dixit *Afflict. in constit. Regn. lib. 1. tit. de violent. circa possess. num. 57.* Primum fuit, quod licèt cessio cantet solùm de bonis Alphonsi, tamen quia sub ea comprehenduntur etiam bona cantantia sub nomine Iuliæ eius vxoris, cùm
pariter fuerint per fiscum descripta, & sequestrata; † 6
propterea

propreteà contra eum, & consequenter contra Do-
minos de Marescotis illius cessionatios, non dari
remedia possessoria, ex quo fiscus nun litigat nisi pos-
sessione penes se existente, *Rebuff in consuet. Regu. tit.
de mater possess. art. 2. gloss. 2. n. 36. & Menoch. de retin.
remed. 3. num. 134.*

Sed hoc primum fundamentum Dominorum de
Marescotis visum fuit prorsus ab omni Iure alienum,
7 quia cum regula sit in hac materia vulgaris, † vt fis-
cus non habeat alia priuilegia, quàm ea, quæ sunt in
8 Iure expressa, † ac ideò teneatur vti eo iure, quo sub-
diti vti debent, *l. est & decretum, & l. quod placuit, ff. de
iur. fisc. l. vnic. C. de conduct. lib. 11. gloss.* communiter
approbata *in l. item veniunt, §. in priuatorum, ff. de pe-
tit. hered.* vbi etiam *Bald. & alij. Dec. cons. 331. num. 3,
Bossius in tit. de fisc. in princ. num. 74.* latè *Peregr. de iur.
fisc. d. lib. 7. tit. 3. per tot. Coutard. de moment. poss. quæst. 21.
num. 3.* Propreteà competunt contra fiscum omnia
remedia possessoria, tam retinendæ, quam recuperan-
de, & adipiscendæ, ita vt contra illum aduersusque
incorporationem bonorum, admittatur contradictor;
tam ratione possessionis, quàm dominij, eum quo pro-
cedendum est causa desuper cognita, in forma iuris,
vsque ad sententiam inclusiuè, *l. res quæ,* iuncta *glossa,*
ibi *verbo controuersiæ, ff. de iur. fisc. l. si vacantia, C. de
bon. vac. lib. 10.* vbi etiam *Ioannes de Platea, leg. eius qui
delatorem d. tit. de iur. fisc. & cap. cum secundum leges
de hered. lib. 6. Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus, ff.
de damn. infect. Alex. in leg. si marito in princ. ff. so-
lut. matrim. Salicet. in l. si quis post hanc, col. 5. C. de do-
nat. inter, Alciat. cons. 14. num. 12. lib. 8. Afflict. de pro-
hib. feud. alienat. per Federic. §. illud quoque num. 14. cum
seqq. & in d. tit. de violent. circa poss. n. 51. Guliel. Be-
ned. in cap. Raynutius, in verbo, duas habens filias, n. 41.
Peregr. de iur. fisc. lib. 5. num. 185. Guidop. decis. 366.
Franc. Marc. quæst. 38. & quæst. 680. lib. 1.*

Quæ tantò magis in casu nostro procedunt, cùm
confiscatio cantet solùm de bonis Alphonsi delin-
9 quentis. † sub quibus in Iudicio possessorio non ve-
niunt bona cantantia sub nomine Iuliæ eius vxoris,
prout fuit decisum in supradictis decisionibus, quod
procedit etiam quòd fuerint descripta, & sequestrata
per fiscum, iuxta doctrin. *Bart. in l. defensionis facultas,
C. de iur. fisc. lib. 10. & Guidop. vbi supra;* ea nimirum
10 ratione; † quia sequestrum necessarium non priuat
possessione, *Bart. in l. interesse* per illum textum, *ff. de
acquir. poss. Albert. in l. vnic. col. 2. vers. quæris Cinus.* vbi
etiam *Salicet. n. 1. C. de prohib. sequestr. Abb. in cap. exa-
minata, n. 14. de iudic. Sarnen. in reg. de ann. quæst. 47.
Boher. decis. 277. n. 9. Cassad. decis. 14. n. 12. super reg. &
Rota decis. 35. n. 2. p. 2. recent.* Nec contrarium dicunt
Rebuff. & Menoch. vbi suprà, quia loquuntur de illis
supremis regaliis Principium, quæ non possunt sine
titulo possideri, pro quibus propreteà non dantur re-
media possessoria contra fiscum, sed est de titulo
agendum, vt de quasi possessione cognoscendi contra
Reos criminis læsæ maiestatis, vel falsæ monetæ, &
aliarum similium regalium, *cap. super his de verb. si-
gnif. & c. contra morem 100. dist. Peregr. d. lib. 7. tit. 3.
num. 20.*

Alterum quòd informantes pro Dominis de Ma-
11 rescotis adducebant, fuit, † quòd contra fiscum, &
habentes causam ab eo cumulantur possessorium, &
petitorium; itaut vtrumque vna sententia termine-
tur, quod pariter Dominis, in his terminis (vbi non
agitur de regaliis fisci) visum fuit iure omnino de-
stitui, & nullibi scriptum, nisi *in cap. cum Ecclesia Su-
trina de caus. possess. & propr.*, & ex speciali Papæ dis-
pensatione, vt inquit *Afflictus in d. tit. de violent. circa
poss. num. 56. in fin.* vbi quòd propreteà non trahen-
dum ad regulam *c. Apostolica 56. dist.* Eo quòd talis
dispensatio non debet fieri, nisi ex magna causa, quæ
hic, nec minima adest, maximè cùm nullum versetur
fisci interesse, stante quòd cessa fuerunt iura talia
qualia, *Peregr. d. tit. 3. num. 34. vers. aut verò loquimur;*
Esset enim contra regulam text. *in cap. conquerente de
rest. spoliat.* † & aliam regulam, quòd in causis fiscali- 12
bus est ordo iudiciarius seruandus, nisi quatenus de
iure reperitur relaxatus, *Bart. in l. 1. de conduct. & proc.
Martinus Landen. de fisc. quæst. 182.* & alij plures alle-
gati per *Peregr. in d. tit. 3. num. 4.*

Nec quicquam tandem releuare visum fuit, quòd
Iulia reclamauerit quando dicta bona sub eius nomi-
ne cantantia, fuerunt per Fiscum descripta, & seque-
strata; † Quia vltrà quòd nihil potest ei imputari, 13
cùm præsumatur ignorantia, dum scientia non pro-
batur; in omnem casum, † cùm ea non posset des- 14
criptionem seu sequestrum impedire, ex quo possunt
semper, & indistinctè per Fiscum fieri custodiæ causa,
& per modum inuentarij, vt sciatur quantitas, & re-
rum qualitas, *l. 1. §. penult. ff. de ventr. in poss. mitt. l. 3. &
l. fin. C. de bon. vac. lib. 10.* vbi etiam *Bart. idem Bart. in
l. defensiones, ff. de requir. reis,* & alij allegati per *Peregr.
d. tit. 3. n. 10.* † propreteà non potest Iuliæ imputari, 15
quòd passa fuerit descriptionem, & non reclamaue-
rit, ad text. *in l. Caius, ff. de pignor. act.* vbi gloss. *in verb.
abesse, in vers. tu autem dicas, Bart. in l. quæ dotis, n. 19.
cum seqq.* vbi etiam *Barbos. n. 159. cum seqq. ff. solut. ma-
trim. Imol. in cap. si quis Presbytererum num. 14. in vers.
si autem subscribit, extrà de filiis Presbyter. Et fuit di-
ctum in causa Romana Gruppi, 16. Ianuarij proximè præ-
teriti coram me:* † Et maximè ex quo Iulia sciebat 16
Ius suum omnino saluum esse; † tum quia tale se- 17
questrum vti necessarium non priuat possessione, vt
dictum est: tum etiam quia non fuit citata, nec aliter
audita; † contra quam propreteà non poterat, quoad 18
dicta bona, deueniri ad sententiam, nec in possesso-
rio, nec in petitorio, & consequenter nec ad incor-
porationem, ex *Bart. in d. l. defensionis facultas de Iur.
fisc. lib. 10.* & in his terminis *Franc. Marc. d. quæst. 680.
num. 2. vers. Nec obstat si dicatur.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Gerunden. Præposituræ.

Merc. 27. Aprilis, 1633.

ARGVMENTVM.

Præposituræ merè temporales non cadunt sub reseruatione, & quare; Et ex quibus talis temporalitas dignoscatur.

SVMMARIVM.

1 *Absolutoria conceditur Reo, si Actor non probet suam intentionem.*

2 *Præpositura habentes simplices administrationes temporales, & nihil spiritualitatis annexum, non sunt beneficia Ecclesiastica.*

3 *Sub reseruatione non comprehenduntur Præpositura, illaque non sunt beneficia, neque officia Ecclesiastica, in titulum perpetuum conferri solita.*

4 *Gerunden. Præpositura sunt mera administrationes temporales, vt sæpius Rota resoluit: & ad quid earum Præpositi teneantur, n. 5.*

6 *Beneficiorum collatio debet esse pura, libera, & absque aliquo onere.*

7 *Beneficia Ecclesiastica conferri debent in perpetuum.*

8 *In Beneficiis, ad hoc vt inducatur nouus status, quæ requirantur.*

9 *Status vltimus non attenditur, dum constat de statu anteriori contrario.*

DECISIO CCCLXXXI.

IN *decisione in hac causa facta die 21. Maij anni præteriti*, fuit resolutum ad fauorem Capituli Gerunden. intrare arbitrium, pro retardanda executione Breuis de capienda possessione nomine Cameræ expediti, pro parte Domini Francisci Sanz prouisi Apostolici de hac Præpositura, tanquam reseruata, ratione mensis; Hodie autem proposui causam super negocio principali: nimirum, An Capitulo sit danda absolutoria; Et fuit affirmatiuè resolutum; Ratio resolutionis fuit; Quia Franciscus Actor non probat reseruationem cui innititur eius prouisio; vnde intrat
1 trita regula, † actore non probante, &c de qua *in l.ei qui dicit, ff.de probat & in l.actor. C. eod. Rot.decis.3.de re iud.in nou.* & alibi sæpius.

Quòd autem dictæ Præpositura, & aliæ in d.Ecclesia existentes, eiúsque qualitatis, non sint reseruatæ,
2 visum fuit esse clarum; † ex quo sunt simplices administrationes temporales, nihil spiritualitatis habentes, quæ ideo longè distant à Beneficiis Ecclesiasticis, *Abb.cons.47. n.1.lib.2. Sarnen.in reg.de ann. q.10.*
3 *Rot.decis.254.n.3.p.2. recent.* † si igitur non sunt beneficia Ecclesiastica, nec etiam officia Ecclesiastica in titulum perpetuum conferri solita, vt fuit latè comprobatum *in d.decis.21. Maij coram me*, non cadunt sub reseruatione, *Gonz.super reg.8. gloss.5. §.11. n.5.* cum aliis *in decis.coram me* allegatis.

4 Quòd deinde dictæ † Præpositurę sint meræ administrationes temporales, nihil spiritualitatis habentes, & per Capitulum, Administratoribus temporalibus concedi solitæ, pluries resoluit *Rot.* & signanter *decis.12.n.38.& seqq & decis.25.n 6 decis.33.num.6.& decis.43.n.2.part.1. recent. & in Gerunden. Vini 18.Iunij 1605.coram bon.mem. Damasceno, & 4. May 1616. & 7.Aprilis 1617.& 15.Ianuarij 1620.coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio.*

In quibus fuit etiam firmatum, † Quòd Præpositi,
5 iuxta antiqua statuta Ecclesiæ Gerunden. tenentur singulis annis assecurare eorum Præposituras cum idoneis fideiussoribus, de subeundis illarum oneribus, & quòd singulis annis sunt obligati ad reddendam rationem administrationis, & facere arrendamenta, cum consensu Capituli, portiunésque Canonicales anticipatè soluere, & quòd de expensis faciendis teneantur Capitulum certiorare; & demum constitit, quòd si quandoque dictæ Præposituræ fuerunt per Capitulum, aut Episcopum collatæ, Collatio facta fuit iuxta dicta statuta, & cum supradictis conditionibus, pactis, & oneribus, quæ non compatiuntur
6 cum natura beneficiorum, † Quorum collatio debet esse pura, libera, & absque aliquo onere, *Bellam.in cap.in nostra, num.10.* & ibi *Felin.n.9 de rescript. Garz.de benef. part.1. q 1.num 2. Rebuff.de pacif. possess. n.344 Rot.dicta decis.245.n.4.vers. Et Abbates part.2. recent.*

Prætetea cessat difficultas; Quia insuper præfata statuta expresè disponunt, vt negligentibus Præpositis, onera supradicta adimplere, Præposituræ vacent eo ipso; ita vt liceat Capitulo, vti Domino de Præposituris, disponere de illisque prouidere aliis; Vnde eum earum collatio non sit in perpetuum, ne-
7 cessariò sequitur non esse Beneficia Ecclesiastica, † de quorum essentia est, vt in perpetuum conferantur, *Bellam.in cap. super, num.17. vers. Hoc enim est proprium, de renunciat. Anchar.in cap.Beneficium, n.4 vers.item quia de regul.iur. lib.6. Abb. d. cons.47. vers. item quia in perpetuum, lib.2.* cum aliis relatis per *Rotam in d decis.24.n.6.p.2.recent.*

Neque obstant duo, quæ pro parte eiusdem Francisci fuerunt deducta in memoriali per eum dato, pro obtinenda noua audientia, contra *decisionem d. die 21. May coram me factam:* Non primum, videlicet quòd in Decisionibus factis in d. Causa Gerunden. Vini, supra allegatis, non fuerit firmatus status dd. Præposituratum, sed omnia fuisse restricta ad validitatem prædictorum statutorum; Quia contrariũ apertè dignoscitur ex earum lectura, & præsertim ex dictis *Decisionibus 4. May 1616.& 7.Aprilis 1617.& 15. Ianuarij 1620.coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio*, in quibus, claris verbis, fuit firmatum statum harum præposituratum esse merè temporalem.

Non etiam obstat secundum obiectum, nempe quòd dictæ Propositurę fuerint effectæ collatiuæ; ex quo pluries collatæ fuerunt, tam à Papa, quàm ab Ordinario; & ideo quòd attento vltimo statu sint beneficia, seu officia Ecclesiastica, in titulum perpetui Beneficij conferri solita, Quia fuit plenè responsum in *d.decisione coram me*, Ex hoc non sequi earum statum temporalem fuisse mutatum, & nouum inductum: † Cùm ad inducendum nouum statum, in 8
præiudicium Tertij, & sic Capituli, requirantur quartagenaria possessio, potestas, & voluntas Superioris, bona fides impetrantium, ac demum scientia, & patientia Capituli, Quæ requisita prorsus deficiunt in casu nostro: & vlterius fuit dictum, † vltimum 9
statum non attendi, dum vt hic clarè constat de contrario statu anteriori, ex allegatis *in dicta decisione coram me in vers.* Non obstat etiam, quæ non est cur repetantur.

Et ita decisum, &c.

Firmana Iurispatronatus.

Ven. 19. Aprilis, 1633.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ iudiciales refici debent Victori per Condemnatum.*

2 *Nec attenditur, iuxta Rotæ stylum, an quis habuerit iustam causam litigandi.*

3 *Expensas actorum simul cum aliis factorum, quis non tenetur soluere nisi pro sua rata.*

DECISIO CCCLXXXII.

FVIT resolutum: Non constare de excessiua taxatione expensarum in scutis 75. factarum à D. Abbate Panico, in lite quam sustinuit in duabus instantiis huius Causæ, contra Abbatem Centoflorenum, nempe in prima coram R.P.D. Ghislerio, & in secunda coram Domino meo Dunozet, in quibus ad fauorem eiusdem Abbatis Panici fuit declaratum, ei esse adiudicandum beneficium, de quo agitur: siquidem constat fuisse tanti taxatas expensas iudiciales, & Notarij mercedes, & taxationem fuisse iustè, &

1 & ritè factam iuxta stylum Rotæ, † Quas ideo notissimi iuris est per D. Abbatem Centoflorenum condemnatum esse, prædicto Abbati Panico Victori reficien das, iuxta textum *in l. properandum, §. sia autem, C. de Iudic.* & dixit *Rota in Causa Lunen. Zarzanen. expensarum* 28. *Maij* 1627. *coram Reuerendissimo Do-*
2 *mino meo Decano.* † Ita vt, iuxta obseruantiam Rotæ, non attendatur, an quis habuerit iustam causam litigandi, vt per *Sarnen. in Reg. de annal. quæst. 41. Cassad. decis. 13. de rescript. Rot. in Romana Spolij 11. Februarij proximè præteriti coram R.P.D. meo Vbaldo.*

3 Neque obstat, † quòd Patronus, qui Centoflorenum præsentauit, fuerit admissus ad Causam pro omni suo iure, & interesse, & quòd etiam contra illum fuerint facta omnia acta, & quòd ideo Centoflorenus non potuerit condemnari pro rata expensarum tangente ipsum Patronum; Quia obiectum ex facto tollitur, quandoquidem licet dictus Petrus fuerit ad Causam admissus, tamen ex actis constat nihil eum in hac causa egisse, sed tantùm fuisse citatum per D. Abbatem Panicum, quatenus veniret citandus, & non aliter.

Minùs obstat prætensio, quòd dictæ sententiæ sint iniustæ, & quòd ideo Centoflorenus non teneatur soluere expensas supradictas; Quia, vltra quòd iustitia earundem sententiarum, clare dignoscitur ex decisionibus in hac Causa factis, ea quæ hodie deducuntur contra dictas sententias non sunt præsentis inspectionis, & propterea non egent responsione.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Romana Pecuniaria.

Lun. 2. Maij, 1633.

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra principalem an, & quando exequi possit contra fideiussorem contractus, eo non citato. Et nonnulla notanda in materia obligationis Cameralis, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor obligatus sub conditione, conueniri potest ea purificata.*
2 *Obligatio Cameralis quid operetur.*
3 *Obligatus in forma Cameræ habetur pro condemnato, ex re iudicata, & potest contra eum executiuè procedi.*
4 *Fideiussor contractus conueniri non potest executiuè, vigore sententiæ latæ contra principalem, sed contra eum requiritur nouus processus; secus tamen in fideiussore iudicij, num. 5.*
6 *Limita quod dicitur de fideiussore contractus, vt non procedat, quando ipse se obligauit ad soluendum, quidquid contra principalem fuerit liquidatum & iudicatum; quia tunc potuerit etiam sine nouo processu contra ipsum agi pro summa liquidata contra principalem.*
7 *Amplia dictam limitationem proculdubio procedere, stante obligatione Camerali.*
8 *Liber sine quo exactio fieri non potuit, præsumitur traditus, si de exactione appareat.*

DECISIO CCCLXXXIII.

DOMINVS Vertinus de anno 1615. suscepit in se opus exigendi omnes, & quascunque pecunias Archiconfraternitatis Orfanorum, bonúmque & fidele computum reddendi, promisítque alia facere, & adimplere per hæc verba, *Che detto Domenico sia tenuto, & obligato rendere bono, & fedele conto di detta essattione e di quanto li peruerrà nelle mani, &c. alli Signori Sindici pro tempore di essa Archiconfraternità ad esse to di essere Sindicato, al qual Sindicato sia tenuto stare, si come promette, nè si possa recbiamare, appellare, &c.* prout in Capitulis in Instrumento desuper confecto, latiùs cõtinetur: Cuius Dominici obligationi, vti principalis, principaliter, & in solidum pro summa scutorum 2000. tantùm, & non vltrà, accesserunt Taurinus de Taurinis, & Horatius Verrinus, filius dicti Dominici, & vlteriùs Arsenius Musca Notarius de dicto Instrumento rogatus promisit, & se obligauit per hæc verba videlicet, *Eosdem Dominicum exactorem, & Taurinum de Taurinis, ac Horatium Verrinum fideiussores sicut supra obligatos ego Arsenius Musca tanquam fide, & facultatibus idoneos pro dicta summa scutorum 2000. tam pro tempore præsenti, quam futuro recepi, & recipio risico meo, illósque, tanquam tales, & pro talibus approbo; ita & taliter, quòd obtenta, & præuia relaxatione mandati, ad instantiam dictæ Confraternitatis, contra dictos DD. Dominicum, & fideiussores, vt supra obligatos, ipsa Confraternitas absque aliqua discussione facienda dictorum DD. Dominici, & fideiussorum, possit agere contra me, & quæcunque mea bona, pro consecutione quarumcunque pecuniarum, per eundem D. Dominicum pro tempore exigendarum, & de quibus D. Dominicus non reddiderit computum, & rationem eidem Confraternitati, vsque ad dictam summam scutorum 2000. monetæ tantum, & ad præmissa teneri, & obligatum esse volo etiam in forma Cameræ Apostolicæ cum solitis, & consuetis clausulis,* qui etiam sic se subscripsit. *Ego Arsenius Musca Curiæ Caus. Cam. Apost. Notarius affirmo, & obligo me, etiam in forma Cameræ Apostolicæ vt supra manu propria.*

Quibus peractis continuauit Dominicus per plures annos in dicta exactione, & eo defuncto fuit deuentum ad reuisionem computorum, & præuia diligenti, & exacta omnium partitarum, tam dati quàm accepti discussione, citatis, tam Dominici hæredibus, quàm supradictis eiusdem fideiussoribus, Sindici d. Confraternitatis declararunt illos, ex causa exactionis Dominici, remanere debitores in summa scutorum 3950. contra quos deinde, seruatis seruandis fuit obtentum, & expeditum mandatum executiuum, pro summa scutorum 1300. sine tamen præiudicio residui, & pro consecutione dictæ summæ in dicto mandato contentæ actum fuit contra Arsenium coram A. C. in vim dictæ eius obligationis: à quo, seu à Iudice ab eo deputato lata fuit sententia absolutoria in Arsenij fauorem: interposita autem appellatione pro parte Confraternitatis, & mihi causa commissâ, fuit hodie resolutum d. sententiam esse infirmandam; Cùm enim Arsenius se obligauerit in forma Cameræ, obtentis, & præuia relaxatione mandati, ad instantiam dictæ Confraternitatis, contra Dominicum principalem, & fideiussores, vt supra obligatos, & conditio obligationis extiterit, cum mandatum fuerit obtentum, & relaxatum, † consequenter Arsenij 1
obligatio fuit purificata, euenítque casus suæ obligationis, contra quem propterea agi potuit, *Bart.*

Bart. in l. fideiussor obligatis, in §. cum fideiussor, num. 3. ff. eodem, Soc. Sen. cons. 55. num. 2. vers. secundo principali-
2 *ter circa fin. part. 1. & Cas. de Grass. decis. 1. de fideiuss.* † Et stante obligatione Camerali, quæ facit ius certum, & indubitatum, & inducit confessionem iu-
3 dicialem; † Et quod sic obligatus habeatur pro condemnato, ex re iudicata, potuit etiam executiuè contra eum agi, *Gabr. cons. 67. num. 8. & 9. lib. 1. Gratian. discept. 968. num. 1. & Rot. decis. 866. num. 1. part. 1. recent.*

Neque obstat, quòd fideiussio Arsenij non sit facta
4 in iudicio, sed extraiudicialiter, † Qui ideo vti fideiussor contractus non potuit conueniri executiuè, vigore sententiæ, seu mandati, relaxati contra Dominicum, & fideiussores, pro quibus intercessit, sed contra eum opus fuisse nouo processu, *Greg. §. nam si cum, ff. de pignor. l. à sententia, ff. de appell. Bart. in l. 1. ff. Iudic. solui, Ancar. cons. 35. per totum, Crauett. cons. 271. Surd.*
5 *cons. 271. num. 38. & 49. & idem decis. 218. num. 11.* † licèt secùs sit in fideiussore Iudicij contra quem sententia lata contra principalem potest executioni mandari, sine nouo processu, *Bart. in d. l. 1. & si quis Reum, ff. de custod. Reorum, Specul. de execut. sententia, §. 2. n. 10. Roder. Suar. in l. 3. tit. del los Amplesnmientos, vers. sed pone n. 6. & 9.*

Quia licèt prædicta distinctio inter fideiussorem Iudicij, & fideiussorem contractus sit in se verissima,
6 & communiter recepta; tamen limitatur, † vt non procedat, quando, vt in casu nostro, fideiussor contractus expresse se obligauit ad soluendum, quidquid contra principalem fuerit liquidatum, & iudicatum; Quia tunc etiam, si in causa liquidationis cum principali non fuerit citatus, poterit pro liquidatis cum suo principali, præuia eiusdem condemnatione, contra ipsum executiuè agi, sine nouo processu, vigore sententiæ contra principalem latæ; Ea nimirum ratione; quia non solùm promisit soluere liquidatum, & iudicatum contra ipsum, sed etiam contra principalem, *Bald. in l. 2. in fin. in vers. si tu vis, C. de fideiuss. tutor. & in l. sancimus, §. & cum iniquitus, num. 1. C. de vsur. rei iudic. Roder. Suar. in l. post rem iudicatam in declaratione legis Regni, in vers. visum est, supra n. 2. Escobar de ratiocinijs, cap. 34. n. 4.* † Quæ limitatio in casu
7 nostro nullam patitur difficultatem; stante obligatione Camerali Arsenij in casu secuto, vt in his terminis, *Maurus Aretin. in tract. de fideiuss. in 1. part. principali, c. 36. vers. Limita secundo, n. 7.* Nec non quòd Arsenius non tam conuenitur executiuè, vigore mandati relaxati contra Dominicum, & fideiussores, quàm vigore dictæ suæ obligationis producto dicto mandato, côque citato, & summariè audito, iuxta formam Cameralis obligationis.

Neque obstat prætensus error partitarum, ex eo quòd in libris stant partitæ, quæ spectant ad Orfanos Sanctorum Quatuor, qui Orfani prætendunt non subiacere Confraternitati sanctæ Mariæ Orfanorum, quia vltra quòd tollitur ex facto; cum imò etiam dicti Orfani sint dictæ Confraternitati subiecti, exceptio hæc requirit altiorem indaginem, maximè cùm præsumptio sit in contrarium, dum in vno, eodémque libro Confraternitatis descriptæ sunt facultates, & rationes, tam istorum, quàm eiusdem libri, eiusdémque obligationis suscepit indistinctè onus exigendi, & cum effectu exegit.

Minùs obstat prætensio, quòd Confraternitas non tradiderit Dominico exactori librum, vbi descriptæ fuit facultates & nomina debitorum Orfanorum, quo non tradito Dominicus non potuit exigere; Quia hoc obiectum visum fuit Dominis fuga manifesta; cùm in effectu Dominicus per plures annos exegerit multas pecuniarum summas in vim prædictæ conuentionis cum Confraternitate, & deinde citatis hæredibus, & successoribus syndici præfati computarunt absque eo quòd fuerit de non traditione libri quidquam oppositum, † quo fit, vt pro libri traditio- 8
ne, sine quo exactio fieri non potest, sit præsumendum: Et tandem quia dicta exceptio non traditionis libri, requirit etiam altiorem indaginem.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Ariminen. Fructuum.

Merc. 4. Maij, 1633.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM

1 *Possidenti bona fructifera præsumitur fructus percepisse.*

2 *Probationes diuersæ, si concurrant in liquidatione fructuum, qui modus seruari debeat iuxta Rotæ stylum.*

DECISIO CCCLXXXIV.

DVBITAVI hodie, Ad quam summam ascendant fructus percepti per Pompeiũ Calaroscinum ex duobus prædiis, videlicet vno *delli Cappuccini*, & altero *del monte Tauro*, per eum possessis à die 4. Iulij anni 1614. vsque ad diem 27. Martij anni 1624. Et Domini resoluerunt: illos ascendere ad libras 1058. & bol. 10. constituentes summam scutorum 264. & bol. 10. ad rationem librarum quatuor pro quolibet scuto, iuxta æstimationem illatum partium; Ratio resolutionis fuit, Quia constat de perceptione fructuum à dicto anno 1614. vsque ad annum 1624. Et de quantitate, & valore illorum, qui conflant dictam summam scutorum 226. & bol. 10. Dicta enim perceptio fructuum non poterat controuerti; ex quo constat dicta duo prædia esse de sui natura fructifera, & fuisse possessa toto dicto tempore per Pompeium; vnde intrat
præsumptio, † possedisti, ergo percepisti, *Nigusl. de pi-* 1
gnor. in 2. memb. 3. part. num. 19. vers. sed in hoc posset dubitari, Gregor. decis. 50. num. 2. Caual. decis. 586. num. 1. Vltrà quòd ex testibus datis benè etiam probatur dicta fructuum perceptio, vt *in summario, num. 3.* Quantitas verò, & valor prædictorum fructuum benè iustificatur ex eisdem testibus in partitis, de quibus in-
fra; † & cum secundùm Rotæ stylum in concur- 2
su probationum attendi soleat minor quantitas, vel media via, si probationes tendant ad diuersas summas, vt fuit dictum in *Ariminen. liquidationis fructuum inter easdem partes coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & in Firmana seu Maceraten. Dotis 24. Ianuarij 1618. & 10. Martij 1629. coram R. P. D. meo Pirouano*, Propterea Domini insequendo prædictum stylum fructus perceptos ex prædio *delli Cappuccini* censuerunt ascendere, & liquidandos esse ad infrascriptam rationem. Et imprimis quoad vinum cum secundus Testis super secundo, & septimus pariter super secundo, *summario*, *num.* 6. deponant computato anno fertili cum sterili consueuisse colligi 25. vel 30. salmas quolibet anno, æqualiter diuidendas inter Dominum, & Colonum, sequitur capiendo minorem summam videlicet salmas 25. fuisse, spatio decem

annorum,in totum recollectas salmas 250.vini, quod cùm de eo tempore venderetur tribus libris pro qualibet salma, ideo dictæ salmæ 250. constituunt in totum libras 750. quarum medietas spectans ad Dominum est lib.375.

Quoad frumentum,iuxta testium depositiones visum fuit Dominis portionem Dominicalem ascendere in dictis decem annis ad staria tria circiter; Et cùm iidem testes dicant illud fuisse venditum modò maiori pretio, modò minori, prout temporum qualitas postulabat,ideo in tot,& diuersis pretiis,de quibus illi deponunt,capto medio pretio, nempe lib. 12. pro stario dicta tria staria faciunt lib.36.

Quoad oleum constat ex testibus fuisse collectam vnam salmam quolibet anno computato vno anno cum alio,& sic portio Dominicalis, pro toto decennio, est salmarum quinque. Et cùm, attento medio pretio in quo testes conueniunt, oleum valuerit lib. 36. pro qualibet salma, sequitur salmas quinque ascendere ad libr.180.

Quoad poma,iuxta testium depositiones, *summario,num* 11. illa quæ fuerunt collecta, fuerunt valoris lib.20. circiter singulis annis,ita vt spatio decem annorum fuerint in totum collecta poma valoris librarum 200. quarum medietas ad Dominum spectans, est libr.100

Quoad fasces ex vlmis insequendo mediam viam, in qua Testes concordant,fuerunt collectæ in decem annis fasces 375.circiter, easque constat consueuisse vendi 4.lib.pro qualibet centenario, ita vt faciant in totum libras 15. quarum medietas Domino obueniens est librarum 7.cum dimidia.

Quoad fasces ex vitibus ex testibus constat *summario,n.15.* fuisse recollectas fasces 1200.pro quolibet anno, ita vt pro toto decennio fuerint recollectæ 12000.quæ cùm de eo tempore, capto medio pretio, venderentur vna libra cum dimidia pro qualibet centenario, constituunt summam libr.180. quarum medietas,debita Domino est librarum 90.

Quoad vineam montis Tauri testes conueniunt fuisse recollectas singulis annis salmas 8. vini pro portione Dominicali, ita vt spatio decem annorum constituant salmas 80. quarum valor taxatus ad rationem libr.3.pro qualibet salma,prout supra, ascendit in decem annis ad lib.240.

Quò verò ad fasces ex viribus testes deponunt consueuisse colligi pro Domino fasces 100.pro quolibet anno; ita vt pro decem annis sint mille fasces, quæ taxatæ ad rationem vnius libræ cum dimidio, prout suprà, faciunt lib 15. quæ omnes partitæ simul iunctæ constituunt dictam summam lib. 1058. quæ sunt scuta 264.& bol.10.monetæ illarum partium.

Et ita, &c.

Anconitana Censuum.

Lun. 11. Maij, 1633.

ARGVMENTVM.

Retentio pro expensis, quando competat, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Retentio predij competit pro expensis factis in eo recuperando; & quid si expensæ liquidæ sint solùm in genere, num.4. Et quando dicantur liquida in genere, num.5.*

2 *Renunciatio est stricti Iuris,ita vt non comprehendat nisi id quod est expressum: nec debet extendi ad alias res,Iura, casus, & personas.*

3 *Et sufficit quòd in aliquo verificari possit, Et vt minus præiudicet renuncianti quàm fieri possit, interpretari semper debet ad fauorem Renunciantis.*

4 *Retentio datur pro melioramentis in genere probatis,dum specialiter liquidantur, & ex aduerso de illis soluendis non datur cautio: secus si cautio præstetur, n.6.*

5 *Expensarum liquidatio an peti possit à consuetis,vide DD. ibi cit.*

7 *An fieri possit præuia taxatione Iudicis,super quantitate, & iureiurando partis super veritate expensarum,remissiuè ad Iura, & DD.ibi allegat.*

8 *Expensæ attendi non debent per Iudicem, si non probentur in genere, nec in specie; maximè si factæ fuerint in alia causa diuersa.*

DECISIO CCCLXXXV.



HÆc Causa fuit tandem restricta ad duas difficultates, nempe ad quatuor salmas Terræ vineatæ, in contrata *Comburani*,quæ fuerunt concessæ, in perpetuam emphyteusim hæreditariam,Petro pro se, & hæredibus, & in melioramentis factis per Petrum in bonis emphyteoticis. Hodie solùm fuit disputatum super retentione quatuor salmarum:articulus autem melioramentorum fuit reiectus ad aliam disputationem. Vnde strictè ad primam difficultatem quatuor salmarum *in decis. 20. Februarij 1630. coram me in vers. præterea*, fuit resolutum in eis competere Leoniis restitutionem, pro expensis factis in illis recuperandis, in lite cum Rectoribus S. Apollinaris, & Cappella Burghesia, nec non pro credito scutorum 400. Leoniis reseruato in sententia bon. mem. Vbaldi. Ratio resolutionis, quoad expensas fuit; † 1
Quia cùm Leonij dictas quatuor salmas propriis expensis recuperauerint, competit illis retentio pro expensis, *l.vbi purè,§.qui in distrahendis, ff. ad Trebell. & ad l.final.§.in computatione*,& ibi *Ias.n.3. C.de iur.deliber.Grat.disccept.117.num.26.* Et fuit latiùs dictum *in decisione in hac causa,coram me facta 22. Iunij 1619. in vers. reliqua quatuor salma.* Et deinde in *decisione 17. Maij*, de qua nunc agitur. Nec obstare dictum fuit quòd Leonij dictis expensis renunciauerint, ad fauorem Cappellæ Burghesiæ; Quia renunciatio solùm comprehendit expensas factas cum dicta Cappella,ad cuius fauorem renunciatio facta fuit, & ad quas ea duntaxat tenebatur, non autem expensas factas cum quatuor Rectoribus antecessoribus, ad quas illi, non autem Cappella condemnati fuerunt; Cùm enim renunciatio sit limitata ad fauorem Cappellæ, & pro expensis cum ea factis,non est extendenda ad expensas factas cum Rectoribus, † cùm sit stricti iuris,ita ut 2
non comprehendat nisi id quod est expressum, nec debeat extendi ad alias res,iura, causas, vel personas, *Dec.cons.379.num.3. Mascard.conclus.1264.Franc.decis.316.& decis.211, num.53.* † Et satis sit quòd in ali- 3
quo verificari possit,vt minùs præiudicet renuncianti,quàm fieri possit, cùm semper sit ad eius fauorem interpretanda,ad text.*in l.si Domus, de ser. vrb. præd. Tiber. Decian.respons.169.vol.2.Grat.cons.17.num.46. & cons.66.num 16 vol.1. Caualcan. multis relatis, decis.22. num.13. part.2.* Nec pariter obstare quòd expensæ non sint liquidatæ, atque ideo cùm requirant altiorem indaginem, non dari pro illis retentionem; Quia dicebatur, satis esse, de dictis expensis constare in genere, ad instar melioramentorum, † pro 4
quibus, si in genere de illis constet, datur retentio,

dum

dem specialiter liquidantur, & de illis soluendis non
datur cautio, *Capic.decis.17.n.7. Flam. Cartar.decis.15.*
n.14. Put.decis.461.lib. 2. in nouiter impress. & Rot. de-
5 *cis.161.n.1.p.2. recent.* † Quòd autem hîc de expensis
in genere constet, satis patet, tum ex natura rei subie-
ctæ, quia lites, & sententiæ non fiunt sine expensis,
tum etiam ex sententia Rotali, Domini mei Pirona-
ni, lata contra prædictos Rectores antecessores, de
anno 1614. in qua contra eos fuit Leoniis ius reser-
uatum, pro dictis expensis: quibus stantibus multò
magis intrant decisiones *Capic. & Put.* supra al-
legat.

Sed nihilominus Domini hodie meritò resolue-
runt pro expensis prædictis non competere Leoniis
retentionem; Quia quidquid sit de supradictis, nem-
pe an Leoniis pro expensis competat retentio, & pos-
6 sint de illis se releuare: † nec non petere earum li-
quidationem, etiam à consuetis, cùm sint verisimiles,
iuxta ea quæ notant *Federic. de Sen. cons. 219. n.4.* & di-
xit *Rota in causa Salamantina Censurarum 5. Nouem-*
bris 1607. *coram Eminentissimo D. Cardinali Pamphi-*
lio, & in Romana expensarum 13. Ianuarij 1616. *& 6.*
Nouembris 1617. *& in Valentina expensarum 4. Iu-*
7 *lij* 1618. *coram eodem*, & in aliis; † & præuia taxatione
Iudicis super quantitate & iureiurando partis, super
veritate dictatum expensarum, *cap. constitutis, de pro-*
curatoribus. Calderin. cons. 7. de re iudic. glos. in cap. 1. de
elect. in 6. Vestr. in prax. lib. 8. cap. vlt. num 15. In præsenti
prædicta non intrant, sed res caret omni difficulta-
8 te. † Quia in actis huius causæ, nec in genere, nec in
specie de dictis expensis constat, quinimò nec fue-
runt in processu petitæ, nec in sententiis, in hac causa
factis, fit aliqua earum mentio; quo casu iudex regu-
lariter nullam potest habere de expensis rationem,
maximè de factis vt hîc in alia causa, *Innoc. in c. grauis,*
de restit. spoliat. Bald. in l. properandum, §. siu autem al-
terutrum, C. de iudic. Afinius, in trac. de execut. §. 7. c. 89.
& 90. Guidop. decis. 405. Et tandem quando expensæ
fuissent petitæ, & de illis in genere constaret, fa-
cilè retentio per cautionem ex aduerso dandam im-
pediri posset, ex supradictis dum specialiter liqui-
darentur.

Quo verò ad retentionem Leoniis concessam pro
credito scutorum 400. *in dicta decisione* 20. *Februa-*
rij 1630. *& d. decis. 17. Maij*, de qua agitur, fundamen-
tum Dominorum tunc fuit, quia fuit præsuppositum
dictum creditum esse liquidum. Sed quia hodie nul-
libi de eo constitit, & in omnem casum Triumphi, vi-
ce versa prætendunt esse creditores anteriores Petri,
propterea Dominis hodie visum fuit Leoniis, interim
non esse dandam retentionem, & in his recedendum
esse à decisis.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Meleuitana Antianitatis.

Ven. 13. Maij, 1633.

ARGVMENTVM.

Peregrina est materia huius Decisionis, & in ea agitur, An, & quando impedimentum maritimæ tempestatis excuset, vel non, comparentes in tempore conuento.

SVMMARIVM.

1 *Antianitas incipit currere à die admissionis.*
2 *Impeditus peruenire ad aliquem locum, in tempore præscripto, est excusandus, si post illud perueniat.*
3 *Impedimentum legitimum dicitur illud quod nullo modo, vel valde difficulter potest separari.*
4 *Impedimentum tempestatis maritimæ legitimum dicitur.*
5 *Excusat non comparentes in tempore debito, & quæ requirantur ad hoc vt d. impedimentum suffragetur, num.6.*
7 *Impeditus excusatur, si omnem diligentiam adhibuit pro remouendo impedimento.*
8 *Tempus labi debet per dolum, aut per latam culpam, quando agitur ad effectum incurrendi caducitatem.*

DECISIO CCCLXXXVI.

DOMINVS Alphonsus Velez natus die 27. Martij anni 1603. fuit receptus in Militem S. Religionis Hierosolymitanæ, de Anno 1612. cum dispensatione minoris ætatis; eum ea tamen lege, vt antequam vigesimumquintum annum compleret, se conferret ad Conuentum Meleuitanum, pro agendo Nouitiatu, & postea in anno sequenti solitam emitteret professionem, alias quòd Antianitatis priuilegio minimè frueretur. Deinde idem Alphonsus, die 9. Decembris 1627. & sic per tres menses, & octo dies ante vigesimumquintum dictæ suæ ætatis annum, se constituit Matriti coram Secretario Capituli Prouincialis Prioratus Castellæ, à quo obtinuit litteras testimoniales, qualiter dicta die discedebat à dicto Oppido, ad effectum perueniendi ad præfatum Conuentum, ibique professionem debitam emittendi, & cum effectu eadem die iter versus insulam Melitæ arripuit, & successiuè peruenit Neapolim die 17. Februarij 1628. in qua Ciuitate cùm ob tumescentis maris procellas & hybernas validásque tempestates, fuerit coactus nonnullis diebus moram trahere, requisiuit Priorem Capuæ, eiusdem Religionis, ibi degentem, tanquam personam legitimam, vt sibi fidem daret, prout dedit, ipsum detineri in dicta Ciuitate, ob causam prædictam, eique exposuisse, ad eam peruenisse iterando ad dictum Conuentum, sed tempestate detentum, iter prosequi non potuisse, & nihilominùs d. Alphonsus, cùm adhuc non cessasset tempestas, impulsus desiderio perueniendi debito tempore ad d. Conuentum, iret prosequi destinauit; & ad d. effectum, non sine vitæ periculo, nauiculæ vulgò *fregata* se confidit, sed non potuit ad Conuentum peruenire, nisi die 6. Aprilis proximè sequentis, & sic diebus decem, & octo post expletum annum vigesimum quintum suæ ætatis, & deinde anno proximo sequenti professionem emisit.

Quibus sic stantibus, orta fuit lis super Antianitate, inter nonnullos Milites dictæ Religionis ex vna, & d. Alphonsum partibus ex altera: Et desuper latis contrariis sententiis fuit tandem causa ad Rotam deuoluta, & mihi commissa. Vnde proposui hodie Dubium: An Domino Alphonso debeatur Antianitas, à tempore suæ receptionis? Et fuit affirmatiuè resolutum. Ratio resolutionis fuit, Quia cùm constet Alphonsum fuisse admissum in militem de anno 1612.
& peruenisse ad Conuentum Meleuitanum, ibíque
debito tempore professionem emisisse, consequenter
ei debetur Antianitas, ratione antiquioris ingressus; † 1
quæ currit à die receptionis, *l. prima, C. de Consul.*
lib. 12. Greg. XV. decis. 341.

Neque obstat quòd Alphonsus peruenerit ad d. Conuentũ postquam per dies 18. iam expleuerat vigesimumquintum annum, contra formã ei præscriptam

in recep jone;& sic quod non possit gaudere Antia-
nitate à die receptionis; Quia venit excusandus eo
ipso quòd fuit legitimè impeditus illuc peruenì-
2 re in tempore præscripto : † ita vt tempus , quo du-
rauit impedimentum, non debeat connumerari , sed
imò debeat haberi,ac si intra præfinitum tempus per-
uenisset,*cap.commissa,de elect.in 6. glos.in cap licet Ca-
non.in verbo annum,eodem tit. Tiraquell.in tract.de re-
trac.l.lign §.22.gloss.2 per tot.* Et in his terminis *Greg.
in d decis.*341 & ibi *Addens.* Et aliàs eandemmet Re-
ligionem,probatis iustis impedimentis, moram simi-
lis temporis admisisse, ad effectum,vt impeditus gau-
deat Antianitate, à die suæ receptionis,constitit Do-
minis ex quadam sententia eiusdem Religionis, quæ
data fuit *sum.n.6.*

Quòd autem Alphonsus fuerit legitimè impe di-
tus,ob maris tempestatem,prout supra in facto,ex eo
3 euidenter patet , † quòd legitimum impedimentum
quoad omnes Iuris effectus , & sic ad effectum le-
gitimæ excusationis , illud dicitur, quod nullo mo-
do , vel valdè difficiliter potest reparari , *l. quesitum,
ff. de re iudic.* cum vulg. *Bald.cons.*453.*n.2.vers.tamen
4 impedimentum lib.* 4. † tale autem esse impedimen-
tum validæ tempestatis maris non potest dubitari,
cùm illius procellæ dicantur inexorabiles; ita vt non
sit in nauigantium potestate,ad quem velint portum
peruenire ; sed imò Nauæ cursum Nauit ad eum lo-
cum, ad quem vis ventorum impellit , dirigere co-
guntur,vt quotidie experimur,& dixerunt Iuriscon-
sulti *in l.Cæsar.in fine, & l.vltima. §. si propter necessi-
tatem,ff.de publ.& vect.l.2. §. quod diximus ,ff. si quis
caut. Mant.decis.*397.*num.*3. *Rot.decis.*493.*num.2.p.1.
5 recent.* † quòd ideo præstare legitimam excusatio-
nem , post præfinitum tempus comparentibus , pas-
sim, tam iidem Iurisconsulti , quàm DD.scripserunt,
vt *in dicta l* 2. *§. si quis in Iudicio , l. fin. §. idem iuris
erit , il secondo* , vbi *glos.in verb. spectare. ff. ad l.Rod.
de iact. & in l. qui commeatus,ff. de re milit. Meno.h.
de arbitr. lib. 2. cas.* 118. *num. 7. Mensin. cent. 3.
obser. 57. num. 4. Farin. in prax. crim. part. 1. tom. 1.
tit.de inquis.num.*51.*vers. & de prædictis.* Et benè con-
ducunt quæ in simili tradit *Rot.in dicta decis.*341.*co-
ram Greg.XV.*

Legitima autem requisita , necessariæque diligen-
6 tiæ , † quæ fieri , & probari debent ad hoc vt impe-
dimentum tempestatis maritimæ suffragetur,de qui-
bus apud Iurisconsultum,*in d.l qui commeatus,*& pul-
chrè *per Bart.in d.l.2 §.quod diximus,ff.si quis caut. &
Iul.Ferret.de re naual.lib.*12. *num.*116. *vers. Et si datus
fuerit terminus, tract.tom.*32.*fol.*350. sunt illæmet quas
Alphonsus sufficienter fecit , & probauit ; nempe il-
lius discessus ab Oppido Martiri , in tali tempore,
quo poterat à communiter accidentibus commodè
ad Conuentum peruenire : deinde eiusdem a Itenius
Neapolim(vbi ei tempestas contingit(vbi ei tempe-
stas contingit) congruo,& sufficienti tempore ad pe-
tendam Insulam Melitæ : & tandem Instantia ab eo-
dem facta coram Priore Capuano,vt sibi fidem face-
res , qualiter illuc applicuit causa transitus versus
Melitam , & quòd tempestate maris detentus , iter
prosequi non valuit, vt supra latiùs in principio.

7 Ex quibus † cùm ex prædictis constet de legitimo
impedimento Alphonsi , cúmque omnem adhibuisse
diligentiam pro eo remouendo , illud non est ei im-
putandum , sed præstare debet legitimam excusatio-
nem, *Bart in d.l.si quis commeatus, Afflict.decis.*29 *n.*2.
*Rotr decis.*40.*num.*4. *Rot.decis.*66.*num.*8.*part.* 1. *recent.
& coram Reuerendissimo D.meo Decano,decis.*215.*n.*19. †
Et eo magis, cùm agatur de lapsu temporis , ad effe-
ctum incurrendi pœnam , qui regulariter labi debet
per dolum,aut per latam culpam,*c.fin.de prohib.feud.
alien.per tot.Guidop.decis.*165. Et fuit dictum *in Roma-
na Vinea 17.Decembris 1632.coram me.*

Et Ita decisum, &c.

Romana hæreditatis de Naris.

Ven. 13. Maij, 1633.

ARGVMENTVM.

Hæres si in Inuentario omnia bona non de-
scripsit , quando illius beneficio priuetur,
vel non plenè discutitur , & respondetur
pluribus nullitatibus , quæ ad excluden-
dam legitimam Inuentarij confectionem
opponebantur.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium,vt legitimè factum dicatur, sufficit adhibere solemnitates loci, vbi conficitur.*

2 *Inuentarium solitum fieri in Vrbe , quas solemnitates requirat.*

Consuetudo solita adhiberi in conficiendis Inuentariis probatur ex inspectione similium instrumentorum.

3 *Clausula ,* saluo iure addendi , &c. *apposita in Inuentario, quid operetur, & num* 7.

4 *Inuentarium,vt dicatur perfectum,& completum,non sufficit , quòd interuenerit citatio ad videndum illud incohari, sed requiritur etiam citatio ad videndum perfici.*

*Fallit si citatio cantet ad videndum incohari, & perfici, quia tunc illa licet vnica sufficit, num.*10.

5 *Confessione propria nulla maior probatio.*

6 *Heres omittens , scienter apponere in Inuentario res hereditarias , dicitur esse in dolo , nec gaudet Beneficio Inuentary.& num.*14.

Declara quod sola omissio non tollit beneficium Inuentary, cessante dolo, num 15.

8 *Inuentarium censetur perfectum stantibus clausula,* Actum,&c.*& subscriptionibus Testium , & Notariorum, & num seq.*

*Clausula,*Actum,&c.*non adiicitur , nisi actui perfecto,& in fine instrumenti,dicto num.*8.

9 *Subscriptiones Testium, & Notariorum apponuntur in fine scriptura.*

11 *Procurator non potest in voluntariis præiudicare Domino, absque eius speciali mandato.*

12 *Heres conueniri non potest pendente termino ad conficiendum Inuentarium.*

13 *Inducta ad vnum effectum,non debeat alium operari.*

16 *Dolus præsumptus in herede ex omissione descriptionis bonorum in Inuentario tolli potest aliis præsumptionibus , inducentibus animam Iudicis , ad credendum omissionem non fuisse dolosam.*

*Declara,quòd vrgens præsumptio oritur ex legalitate personæ heredis, num.*19.

*Item si bona omissa poterat heres verisimiliter credere ad se ex fideicommisso spectare , & ideo non esse describenda,ratione propry præiudicij, num.*20.

*Item si bona omissa sint stabilia , quæ cum occultari non possint, inde dolus non præsumitur,num.*21.

*Rursus si bona fuerunt descripta in Inuentario antequam fuerit oppositum de illorum omissione,n.*22.

17 *Inuentarium ad quid inuentum,& num.*39.

Inuentarium conficere non oportet , quando cessat præsumptio occultandi bona hereditaria , & excusatur heres per simplicē descriptionem bonorum factam

factam non seruata forma, & solemnitatibus Inuentarij, num. 18.

23 *Dolus debet exactissimè probari.*

24 *Omissionem in Inuentario allegans tenetur probare existentiam bonorum, quæ prætenduntur omissa, de tempore confecti Inuentarij.*

25 *Inuentarium confici debet intra duos menses, à die obitus testatoris.*

26 *Diuersitas rerum cognoscitur à nominis diuersitate.*

27 *Res iudicatur talis, qualis apparet ex tenore verborum.*

28 *Interpretatio ea fieri debet, vt vtrumque Instrumentum saluetur, si contingat de ambobus dubitari.*

29 *Actus censetur factus in executionem causæ præcedentis si est illi conformis.*

30 *Inuentarium nuncupatur qualibet nota, omnisque descriptio bonorum.*

31 *Descriptio bonorum sufficit, vt fiat in inuentario ab hærede, vel Notario, adhibitis duobus Testibus.*

32 *Clausula* saluo iure addendi, &c. *apposita in Inuentario, potest iterum repeti in additione bonorum postea in illo facta; & quare.*

33 *Hæres debet esse certus, dum adit, an adeat ex Testamento, vel ab intestato, aliàs aditio est nulla.*

34 *Aditio, si est nulla, ex quo hæres nesciat an ex Testamento, vel ab intestato adeat, Inuentarium quoque ab eo factum nullum reputatur. Contrarium n. 39. & seqq. & præsertim n. 41. vbi respondetur DD. ex aduerso allegatis.*

35 *Aditio præsumitur per hæredem facta ex quouis capite sibi competenti, si ipse simpliciter adiuit.*

36 *Hæres, sciens Testamentum defuncti, potest adire, cum protestatione sine præiudicio suorum iurium, quatenus aliud testamentum illius, factum appareat, & aditio sic modo facta quid operetur.*

37 *In Inuentarij confectione non est citandus cohæres.*

38 *Fratres succedunt æqualiter ab intestato, in bonis fratris prædefuncti.*

40 *Inuentarium non attenditur à qua persona sit factum, dum sit legitimè confectum, & in eo appareat veritas bonorum in hæreditate repertorum.*

41 *Inuentarium factum ab vno, an, & quando probet ad fauorem alterius.*

42 *Inuentarium factum ab hærede adeunte ab intestato, prodest ei si postea adeat ex Testamento.*

43 *Aditio non probatur semper ex Inuentario.*

DECISIO CCCLXXXVII.



HIERONYMVS de Naris in Testamento quo decessit, iniunxit, & ordinauit D. Ioanni Antonio de Naris fratri, hæredique suo, vt medietatem prædij montis melioris restitueret Francisco de Naris altero eorum fratri. Verùm quia d. Io. Antonius hæres recusauit Hieronymi Testatoris voluntatem, quoad dictam medietatem Casalis adimplere, sub prætextu quòd totum Casale erat suppositum Fideicommisso antiquo ad eius fauorem, & ita quod vti hæres cum beneficio legis, & Inuentarij tenebatur dumtaxat ad restitutionem bonorum hæreditariorum, quæ fuerunt libera Hieronymi: Vice versa autem hæredes Francisci opponebant Inuentarium non fuisse legitimè confectum, sicque Ioannem Antonium teneri ad præcisam obseruantiam voluntatis dicti Testatoris, etiam quoad medietatem Casalis; propterea dubitaui: An constet de tali Inuentario, quòd suffragetur Ioanni Antonio. Et constare, ac suffragari Domini hodie causa sæpius proposita, & diligenter ab omnibus Dominis visa, & discussa resoluerunt.

Ratio resolutionis fuit, quia Ioannes Antonius
exhibuit in actis duplex Instrumentum, quorum primum rogatum sub die 14. Martij 1587. habet in sui
facie omnia requisita iuxta consuetudinem Vrbis, &
Curiæ Capitolinæ, vbi factum fuit; † pro valida au- 1
tem Inuentarij confectione sufficit adhibere solemnitates loci, vbi illud est conficiendum, *Iasan l. final. in princ. n. 5. vers. sed licèt, C. de Iure deliber. Bald. cons. 163. lib. 3. Natt. cons. 333. n. 6. lib. 2. Hond. cons. 53. n. 5. lib. 1. Decis. Ianuen. 35. num. 2. & Rot. decis. 629. part. 1. diuers.* Quòd autem in dicto primo Instrumento Inuentarij
adhibitæ fuerint solitæ Vrbis, & Curiæ Capitolinæ
solemnitates, ex eo patet; † Quia illud continet si- 2
gnum Crucis, citationes Creditorum, & Legatariorum, bannimenta, decretum Iudicis, descriptionem bonorum, & subscriptiones Notariorum, quæ esse solita requisita de consuetudine dictæ Curiæ ad confectionem Inuentarij, vltra quòd non controuertebatur, fit etiam notorium ex inspectione similium Instrumentorum, *Bald. in l. 1. n. 13. C. ad Vellean. Angel. in l. vetustissima, C. de Iur. dom. impetr. Cranett. cons. 134. n. 8. & 9. Hond. d. cons. 53. n. 8. & 9.* Alterũ verò Instrumentum, pariter in actis exhibitum, & rogatum sub die 12. Maij eiusdem anni, continet descriptionem aliorum bonorum; quæ in dicto primo Instrumento,
non fuerunt descripta, vt passim fieri solet, † vigore 3
clausulæ, *saluo Iure addendi, &c.* quæ habetur in dicto primo Instrumento per ea, quæ de vi, & efficacia dictæ clausulæ notant *Bald. in l. sed cum testatorum, C. ad l. falcid. Honded. cons. 34. num. fin. lib. 1. & Surd. decis. 222. num. 21.*

Quibus sic stantibus tota difficultas posita fuit circa tria obiecta: quæ aduersus dicta duo Instrumenta ex aduerso fiebant. Vnum nimirùm contra primum Instrumentum, aliud contra secundum, & tertium contra vtrumque. Contra primum opponebatur illud non posse dici Inuentarium perfectum, & comple-
tum, † sed solùm inchoatum, & initium Inuentarij: 4
Tùm ex quo adest in eo vnica dumtaxat citatio, videlicet ad videndum inchoari Inuentarium, & tamen requirebatur etiam citatio ad videndum illud perfici, seu compleri, *Procell. in tract. de Inu. dicta quæst. 9.* Tum & etiam, quia Ioannes Antonius, siue illius Procurator, citatus deinde post factum dictum primum Instrumentum ad respondendum [vt aiunt] Præparatoriis, recusauit respondere; allegando adhuc non fuisse elapsum tempus ad conficiendum Inuentarium. Vnde contendebant elici ex illius confessione In-
uentarium tunc non fuisse perfectum, † qua nulla 5
maior probatio, *ad l. cum precum, C. de liber. caus.*

Præterea, quando illud fuisset Inuentarium completum, quoad solemnitates, nihilominus cùm in eo fuerit solùm descripta medietas vnius Domus, omissis multis aliis bonis hæreditariis, de quibus procul dubio Ioannes Antonius notitiam habebat, cùm ea possederit in communi cum Hieronymo testatore, vsque ad illius obitum, & præsertim vasa argentea, & alia supellectilia, ad decorem, & ornatum, quæ Testator, vti diues, & vir nobilis verisimiliter domi habuit, dicebatur consequenter non posse ei suffraga-
ri; † Cùm inde attenta iuris dispositione, dolus præ- 6
sumatur, *l. si quis intra, C. de bon. præscript. Abb. consil. 37. num. 6. vers. præterea, lib. 2. Gratus cons. 25. n. 9. & seqq. lib. 1.* & in his terminis *Honded. cons. 38. num. 19.*
lib. 1. † Nec clausulam, *saluo iure addendi*, posse An- 7
tonium à dolo excusare, cum illa solùm operetur, vt hæres excusetur ab omissa descriptione bonorum, de quibus tempore facti inuentarij notitiam non habebat, non autem eorum, de quibus eo tempore habebat notitiam, *Bart. in l. 1. §. Item, n. 4. ff. Præf. Vrb. Hond. d. cons. 35. n. 41. lib. 1. Surd. decis. 216. n. 2. & 13. Add. ad Greg. decis. 169. n. 12.*

Sed prædicta visa fuerunt Dominis benè tolli, ac penitùs remoueri; Quia in primis dicebant dictum Instrumentum habere formam Inuentarij completi,
8 & perfecti, ex multis probari, scilicet ex clausula, *Actum, &c.* quæ non nisi actui perfecto, & in fine Instrumenti adiicitur, *Menoch. præs. 5. n. 3. lib. 4 Mart. de Clauf. part. 1. Clauf. 4. idem Mart. vot. num. 12. Surd. consil. 187. n. 22. Seraph. decis. 909. in fin. Roc. decis. 714. n. 1. part. 1 recens.* Deinde ex subscriptionibus testium, &
9 Notariorum, † quæ similiter in fine scripturæ apponuntur. *Castrens. cons. 32. n. 33. lib. 1.* Et demum ex rogatu Notarij, vt in puncto considerauit *Rot in Romana Leg. 17. Decembris 1629. in vers. verum, & iste cutatur coram D. meo Pirouano.*

Neque obstare, quòd citatio cantet ad videndum inchoari, Quia imò sic cantat, nimirum ad videndum inchoari, & confici, quæ ideo virtualiter continet, tam citationem ad inchoandum, quàm ad perficien-
10 dum. † Vnica autem citatio sic facta Creditoribus, & Legatariis, omniáque complectens, sufficit ad Inuentarium inchoandum, mediandum, & perficiendum, *Porcell. in tract. de Inuent. diuers. quæst. 9. n. 4. Monticelt. & Roland. in eod. tract. ille quæst. 230. num. 17. iste autem quæst. 87. n. 1.*

Minus etiam obstare quod Ioannes Antonius allegauerit, non esse adhuc elapsum tempus datum ad conficiendum Inuentarium; Quia præterquam quòd non fuit de hoc oppositum per Ioannem Antonium,
11 sed per eius procuratorem, sine speciali mandato, † qui ideo in merè voluntariis, in quibus versamur, non potuit Domino præiudicare, *Alex. cons. 212. num. 19. lib. 2. Paris. cons. 115. n. 21. lib. 1. Felin. in cap. 1. n. 14 vt lit. non contest. Egid. decis. 695. in princ. Rota decis. 460. n. 4. apud Greg. XV. & in Bononien. Census 23. Nouemb. 1527. coram me*; Non propterea inde infertur confessio, quòd Inuentarium tunc non esset completum, cùm se compatiantur, & possint simul stare, vt adhuc duret tempus concessum à iure ad conficiendum Inuentarium, & illud nihilominùs sit iam completum, & perfectum multò ante elapsum dictum tempus; maximè, quia in præsenti constat fuisse allegatum
12 durare adhuc tempus prædictum ad alium effectū † scilicet, vt eo pendente Ioannes Antonius non posset conueniri, & consequenter nec compelli ad respondendum præparatoriis, iuxta text. *in l. fin. §. si præ-*
13 *fatam, & §. donec tamen, C. de iur. delib.* † inducta autem, & facta ad vnum effectum, non debent alium operari. *l. Legata inutiliter, ff. de admin. legat.*

Tandem nec etiam obstare dicebant, quòd in dicto Instrumento non sint descripta omnia bona hæreditaria, de quibus Ioannes Antonius tunc noti-
14 tiam habuit; † Quia licèt hæres omittens describere in Inuentario bona, quæ scit esse hæreditaria, præsumatur esse in dolo, & sic beneficio Inuentarij non gaudeat, iuxta sæpiùs deducta, tamen cum hic dolus
15 sit præsumptus, † & eo circumscripto, sola omissio non tollat beneficium Inuentarij, potest aliis præ-
16 sumptionibus elidi, & remoueri, † si modò tales sint, quæ inducant animum Iudicis ad moraliter credendum omissionem non fuisse dolosam, *Bald. in l. fin. §. cum igitur, num. 8. C de Iur. delib. Rom. cons. 276. num. 8. Menoch. cons. 471. à n. 1. vsque ad 8. Mirad. cons. 4. n. 14. Ciriac. Contr. for. cap. 216. num. 10. cum seqq. lib. 2. Surd. d. decis. 216. num. 44.* & latiùs *decis. 222. per tot. Rot. decis. 169. n. 8. vers. non obstant apud Greg. XV. & in d. Romana legati 27. Decembris 1629. coram D. meo Pi-*
17 *rouano:* † Cùm enim Inuentarium ad hoc inuentum sit, ne res hæreditariæ occultari valeant; vbi ista præsumptio occultandi, aut fraudandi cessat, nec Inuentarium facere necesse est, *Decian. cons. 85. n. 53. vol. 5.*
18 vbi † quod si sit facta simplex descriptio bonorum, & non possit timeri eorum fraus, & distractio, excusatur hæres per d. descriptionem à pœnis omissi inuentarij, licèt non fuerit seruata forma, & solennitas à lege requisita, in Inuentarij confectione. Itidem post eum adnotarunt *Laderch. Imol. cons. 25. n. 10. & Crauett. in cons. 1. pro genere, n. 476. & Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 2. n. 109. cum seqq.*

Præsumptiones autem, quæ hîc concurrunt pro exclusione doli in Ioanne Apronio visæ fuerunt Dominis taliter vrgentes, & sufficientes, vt ex eis eorum animus penitus inductus fuerit ad perfectè credendum eum non omisisse dolosè describere dicta
bona: † Prima præsumptio desumpta fuit ex legali- 19
tate personæ Ioannis Antonij ingenuitatis, ac nobilitatis omnibus notæ; omniúque exceptione maioris, quæ in subiecta materia, ad doli exclusionem, solet à Doctoribus magni haberi, multúmque considerari, *Fanus. de Inuent. part. 3. n. 4. & Surd. in d. dec. 222. in fin.* Secunda emanauit, ex eo, quia Immobilia, quorum notitia probatur de tempore Inuentarij, prætendebat Io. Antonius esse fideicommisso supposita, illúd-
que ad sui fauorem fuisse iam purificatum, † & id- 20
circo meritò poterat dubitare an essent tanquam hæreditaria describenda, ratione proprij præiudicij, *Valasc. cons. 32. n. 11. Berott. cons. 77. num. 5. lib. 1. Odd. de rest. in integr. part. 1. quæst. 8. art. 7. num. 22.* Quam præsumptionem, ad exclusionem doli, in puncto ponderarunt *Peregr. cons. 19. n. 42. lib. 4. Monticul. in tract. de Inuent. diuers. quæst. 31. n. 29. & Greg. XV. in d. dec. 169.*
n. 8 † Tertia præsumptio quoad bona immobilia, fuit 21
quia eorum omissio nunquam in dubio censetur, nec præsumitur dolosa, cum ea facilè celari non possint, sed se ipsa oculis exhibeant, vt dicit text. *in l. 2. C. quando, & quibus quarta pars. lib. 10. gloss. in l. quamuis, ff. de pignor. act.* Vnde cùm omnibus nota præsumantur, etiam creditoribus & legatariis, non intrat quoad illa præsumptio doli, sed standum est veritati, arg text. *in l. cum falso, C. de Iur. & fact. ignor.* Et in his terminis *Mart. Land. cons. 56. n. 7. & 8. Pereg. d. cons. 19. n. 41. Minaq. d. cons. 4. n. 14. Morquequ. de diuis. bon. lib. 1. c. 1. num. 42. Cancer. var. resol. part. 3. cap... num. 21. in fin. Cyriac. d. contrauers. 326. num. 11. lib. 2. Rota Iaunen. decis. 38. num. 8. apud Bellon. Greg. XV. in d. decis. 169. n. 8. Rota in d. Romana legati vers. quia dictum* circa finem, *& in Romana de Caualerijs 14. Februarij 1630. coram Reuer. D. meo Decano.* Quarta & vltima fuit, quia priusquam de dicta omissione mobilium, fuerit quidquam ab hæredibus Francisci oppositum, Ioannes Antonius ea descripsit in dicto 2. Instrumento, vnde resultat non leue signum, quòd ille non animo celandi, sed se informandi an essent describenda ab initio illa non descripsit, *Roland. in d. tract. de Inu.*
quæst. 130. num. 2. † vbi quod descriptio facta ante- 22
quam opponatur de omissione, idem operatur ac si à principio de tempore confectionis Inuentarij nihil fuisset omissum, & ponderauit *Rota* in his terminis *ex Bald. & Vital. in d. decis. 169. n. 5. apud Greg. XV. & in decis. 747. n. 4. in fin. part. 2. recent. & d. 584. num. 1. apud Card. Cau.*

Quo verò ad bona mobilia, & signanter vasa ar-
gentea, stante, vt supra, legalitate personæ, † & quòd 23
dolus debet exactissimè probari ex *Surd. in d. dec. 222. & Greg. XV. in d. dec. 169. in fin.* hoc vnum pro respon-
sione sufficere visum fuit, † quod non probantur ex- 24
titisse alia bona, quàm descripta in dictis duobus Instrumentis; præsumptio autem illa, quòd Hieronymus, vti diues, & vir nobilis verisimiliter habuit Domi vasa argentea, non fuit habita in consideratione ad effectum doli; Tum quia de eo tempore non ita, vt nunc in vsu erant vasa argentea; Tum etiam quia multi sunt viri nobiles, & diuites, qui ea domi non

habent.

prætet descripta habuisset, illa potuissent facilè amo-
ueri, & celari ab alus, quàm, à Iuanne Antonio hære-
de, quibus stantibus, sufficit non probari eorum exi-
stentiam de illo tempore, quæ tamen ab eo, qui dat
de omissione dolosa est probanda, *Honded. conf. 35.
n. 3. lib. 1. Gratian. discept. 998. n. 3. & Surd. d. decis. 222.
per tot.*

Contra secundum Instrumentum pariter oppone-
batur, nec illud Inuentarium dici posse, quandoqui-
dem aut prætenditur esse Inuentarium de per se sub-
sistens, nimirum sine dependentia à primo, & hoc
non potest stare, quia vltra quod caret omnibus so-
25 lemnitatibus supra relatis, † fuit factum post termi-
num duorum mensium à die obitus Testatoris, &
sic post tempus præfixum *a constitutione Pij V.* 84. §.
& a die obitus in nono Bull. lib. 1. Aut verò prætenditur
illud esse additionem ad primum factum, vigore di-
ctæ Clausulæ, *saluo iure addendi, &c.* & neque subsi-
stit, non solùm quia in eo est descripta eadem medie-
tas domus, quæ fuit iam descripta in d. primo instru-
mento quòd indicat non esse additionem, cùm illa
fiat de his quæ non continentur in ea ce, cui inten-
ditur fieri additio, vt ad sensum patet, sed etiam, quia
in eo fuit etiam apposita dicta Clausula, *saluo iure
addendi, &c.* & in suo principio, Inuentarium, & non
26 additio nuncupatur: † Rerum autem qualitatem, ea-
rúmque diuersitatem, regulariter à nominis diuersi-
27 tate cognoscimus, *l. si idem, C. de Iur. Codicill.* † Itaut
res talis iudicetur, & præsumatur qualis ex verborum
serie demonstratur, *l. 1. ff. de fideiuss. l. qui saxum*, vbi
*Imol ff. de donat. Neuiz. conf. 92 n. 2. Natt. conf. 99 n. 14.
lib. 1. Menoch præsumpt. 115. n. 2. lib. 3. Hond. d. conf. 35.
n. 4. lib. 1. Barbos. in l. cum prætor, n. 234. ff. de Iudic.* Et
cessare difficultatem, Quia etiam quòd esset additio,
opitulari minimè posse videbatur vti defectuosa,
cum non contineat descriptionem omnium bono-
rum, quæ relicta fuerunt in hæredirate, quæ nec
etiam, vt dictum est, descripta sunt in dicto pri-
mo instrumento; vt vasa argentea, & alia huius-
modi.

Sed huic secundo obiecto fuit benè responsum,
Dictum Instrumentum non esse Inuentarium diuer-
sum, sed additionem ad primum: siquidem cùm hoc
iuxta supradicta esset iam perfectum cum omnibus
suis solemnitatibus, necesse non fuit facere formiter
aliud Inuentarium, quia fuisset frustratorium, & cùm
primum careat descriptione omnium bonorum, &
28 secundum, solemnitatibus, † vt neutrum pereat, fieri
debet interpretatio, vt secundum Instrumentum, sit
additio, quia sic intelligendo vtrumque Instrumen-
tum sustinetur, *ad l. quoties, ff. de reb. dubiis*, & in simi-
li *Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 15. num 2. Crauett.
conf. 52. Vant. in tract. de nullit. part. 1. n. 24.* Tantò ma-
gis, stante in primo Instrumento dicta Clausula reser-
29 uatiua, *saluo iure addendi, &c.* † in cuius executio-
nem actus sequens, qui est reseruationi conformis,
factus intelligi debet; nempe d. secundum Instrumen-
tum ex doctr. *Alex. conf. 25. n. 9. cum seqq. lib. 2. Menoc.
præsumpt. 47. n. 4. cum plur. seqq. lib. 3.*

Nec releuare dictum fuit, illud fuisse nuncupa-
30 tum Inuentarium; † Quia etiam qualibet nota, om-
nisque bonorum descriptio, Inuentarium dici potest,
l. si quis intra, iuncta *gloss. in verb. descriptio, C. de bon.
proscript. Rol. in d. tract. de Inuent quæst. 1-4. n. 44.* Nec
etiam quòd in eo non fuerit specificè dictum, Hæc est
additio, &c. Quia necessitas ita specificandi nullibi in
31 iure legitur, † sed satis est, vt adhibitis duobus testi-
bus prout hîc fuerunt adhibiti, Notarius, vel hæres
bona describat, *Rol. in d. tract. Inuen. quæst. 130.* & mul-
tò minus, quòd in illa fuerit adnotata eadem medie-
tas Domus, quia potuit reiterari vel per errorem, vel

consultò ad maiorem cautelam; † Nec tandem quòd 32
fuerit repetita clausula, *saluo iure addendi, &c.* Quia
potuit apponi ad effectum euitandi dubietatem, An
ex vnica additione esset consumpta prima facultas
addendi, reseruata in primo Instrumento, quatenus
deinde fuissent reperta alia bona, iuxta ea quæ notat,
*Tiraquell. in l. Boues, §. hoc sermone, per illum text. ff. de
verb. signific.*

Tertium, & vltimum obiectum contra vtrumque
Instrumentum erat, quòd Ioannes Antonius adiit hæ-
reditatem, vti ei delatam ab Intestato, vt probari con-
tendebatur ex verbis aditionis, ibi, *citra præiudicium
quorumcumque Iurium sibi quomodolibet competentium
ex quauis causa, quatenus aliquod Testamentum factum
appareret per eundem D. Hieronymum*: Ponderando
verba illa, *quatenus aliquod Testamentum factum appa-
reret*, quæ indicant ignorantiam, vel saltem dubieta-
tem, An adesset Testamentum; † qua stante, aditio vi- 33
detur nulliter facta quia hæres, dum adit, debet esse
certius ex quo capite sibi hæreditas deferatur, scilicet
An ex testamento, an ab intestato, *gloss. in l. is potest an-
te med. vers. item scire debet, & in l. si is ad quem, in verb.
qua ex causa, ff. de acquir. hæred. Alex. in d. l. is potest
n. 3. vers. habet etiam. Crau. conf. 907. num. 3. lib. 1. Nun.
conf. 707. n. 8.* & fuit dictum *in Viterbien. Castrorum 1.
5619. coram bon. mem. Cardinali Sacrato*: † stante au- 34
tem nullitate aditionis ob causam prædictam, Inuen-
tarium etiam corruere dicendum videtur, vt sentire
visus fuit *Imol. in l in ratione, §. quod vulgo, sub n. 17.
vers. nam licet, ff. ad l. Falcid. Fanut. in tract. de Inuent.
diu. q. 238. num. 11. & Rot. d. 404. sub num. 5 apud Put.
lib. 3.*

Sed hoc obiectum leuè Dominis visum fuit, du-
plici fundamento. Primum est, quia nullibi appatet,
quòd Iuannes Antonius adiuerit hæreditatem re-
stringendo se ad causam intestati. † Vnde cùm sim- 35
pliciter adierit, aditio facta præsumitur ex quouis ca-
pite sibi competenti, *Anchar. conf. 203. n. 2. cum seqq.
Roman. conf. 403. n. 11. & seqq. Rota in Romana de Ca-
ualeriis 4. Februarij 1630. coram Reuerendissimo Domi-
no meo Decano*, † Nec quicquam in contrarium fa- 36
ciunt d. verba, *sine præiudicio suorum iurium, quatenus
aliquod Testamentum factum appareret, &c.* Quia cùm
Ioannes Antonius potuisset dubitare, An aliud con-
ditum esset Testamentum per eundem Hieronymum,
vltra illud de quo ipse notitiam habebat, in quo for-
san plus, vel minus grauaretur, voluit sibi sua iura in
isto casu præseruare, vt in his terminis *Anchar. dict.
conf. .03. n. 3.* sed cessat penitus difficultas, Quia licèt
non verbis, tamen factis clarè constat, quòd Io. Ant.
voluit ex Testamento adire. Tum, & quia citauit D.
Franciscum communem eius, & testatoris fratrem ad
videndum conficere Inuentarium; † qui vti cohæres 37
ab intestato non fuisset citandus, *l. si pluu. ff. quod cum
eo, Mont. in tract. de Inuent. diu q. 232. n. 590.* Tum, &
etiam, quia in Inuentario non descripsit portionem
sibi tangen. nec vocauit se Hieronymi hæredem pro
parte, sed absolutè, & simpliciter dixit hæreditatem ad
se spectare: quod procul dubio non dixisset si voluis-
set adire ab intestato, † existente Francisco alio fratre, 38
qui cum eo æqualiter ab intestato fuit successurus.

Secundum fundamentum, & ex quo pariter tolli-
tur omnis difficultas, in eo consistit, quòd etiamsi hæ-
reditas fuisset adita ab intestato, non ideo corrueret
Inuentarium, † Quia cùm illud, vt dictum est, adin- 39
uentum sit ad consulendum legatariis, & hæredibus,
non attenditur ad effectum de quo agitur à qua per-
sona factum sit, † sed sufficit esse legitimè factum, & 40
quòd in illo appareat veritas, numerus, & qualitas re-
rum, in hæreditate repertarum, *Aret. in l. cum hæredi-
tas, ad fin. ff. de acquir. hæred.* confert quod in simili
tradunt

tradunt *Parif.conf.26.n.52.vol.2. Phanuc.in d tract. de Inuen.diu.quaest.239.num.32.& 57.& Rota in Bononien. Euictionis 2. Aprilis 1606.coram bon.mem. Litta.* Et in fortioribus terminis *Ayor.à port p.1.n.22. Cancer. in d.c.2.de Inuent.n.130. quaest.4.l.3. var.* Et egregiè *Rot. decis.801. n.18. p.1. diu.* vbi, † quòd Inuentarium fa-
41 ctum ab eo, qui non tenebatur illud conficere, præsumptiuè probat ad fauorem eius, qui illud facere tenebatur, si factum fuit cum omnibus iuris solemnitatibus, quia fides, & probatio Inuentarij non pendet à qualitate personæ, quæ tenebatur illud conficere, sed potiùs ex solemnitate scripturæ ipsius Inuentarij, & ex interuentu Creditorum Legatariorum, Tabellionum, & aliarum personarum.

Nec *Imol.Phanuc.& Put.* in locis superiùs allegatis contrarium dicunt: *Imol.* enim, & *Phanuc.* solùm
42 nihilque amplius firmant, nisi, quòd † si quis adeat ab Intestato sine Inuentario, & deinde habeat notitiam testamenti, potest non obstante ea aditione ex integro adire, & Inuentarium facere: Ex qua conclusione non infertur quòd si adeat ab intestato, & cõficiat inuentarium, non possit, si posteà adeat ex testamento, se eodem Inuentario iuuare, quin imò quòd possit patet ex proximè dictis, & clare firmat *Parif. conf.63.n.21.cum seqq.lib.1.& conf.23.n.85.& 86.lib.3. Put.* verò solùm dicit, quòd contra eum, qui adiuit inualidè potest dari de nullitate aditionis, etiam quòd
43 fecerit Inuentarium, † quia Inuentarium non semper probat aditionem, vt post *Roland. Montic. & alios, Mascard de prob.concl.48. Menoch.præsumpt.101.n.94. & seqq l.4. Morqueq.de diuis.bon.l.1. num.33.* Alia quæ hinc inde deducebantur, aut ex prædictis tolluntur, aut quia leuia, non indigent vlteriori, & particulari responsione.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Romana Dotis de Buccardinis.

Merc.18. May, 1633.

ARGVMENTVM.

Confessio Mariti de dote recepta, An, & quando probet veram receptionem.

SVMMARIVM.

1 *Exactio non præsumitur, cùm sit res facti.*
2 *Solutionem allegans, eam probare debet.*
3 *Consignatio facta cum pacto, vt non faciat emptionem, neque venditionem, non habet vim solutionis, itaut cedens ex illa non remaneat liberatus, nec periculum transeat ad cessionarium.*
4 *Confessio Mariti de dote recepta non importat veram dotis numerationem, sed præsumitur facta in fraudem prohibitæ donationis inter virum, & vxorem.*
Declara non procedere, si d. confessionem præcesserit Instrumentum promissionis dotis num.6.
5 *Enunciatiua verba non probant regulariter.*
Fallit si emissa fuerint inter easdem personas: & maximè si stent principaliter propter se num.9.
6 *Confitens, solutionem sibi factam fuisse à debitore, præsumitur verè exegisse, & repellitur ab exceptione non numeratæ pecuniæ.*
7 *Dotis exactio constante Matrimonio spectat principaliter ad maritum; & ideo in totum ab eo facta præsumitur, etiamsi dicta exactio asseratur facta, tam ab vxore, quàm à marito, & num.8.*
Confessio mariti de Dote recepta valdè arguitur vera, ex eo quod constat partem dotis fuisse realiter solutam, num.10.
11 *Item ex diuturna præstatione alimentorum.*
12 *Dotis receptio, si non probetur ex confessione mariti, coniectura non sufficiunt.*

DECISIO CCCLXXXVII.

DOMINA Virginia de anno 1584. nupsit Iacobo Iacobuno, cum dote Scutorum 1200 contanti, quam idem Iacobus auxit ad alia scuta 1800. cùm pacto, quòd eo præmoriente, & Virginia ad secunda vota transeunte, dictum augmentum ad eius filios rediret: Prædefuncto Iacubo, relicta Patritia filia, dicta Virginia secundò nupsit D.Sfortiæ Lucatello, cui in dotem dedit tam scut. 1200. quæ ipsa primo viro in dotem dedit, & in contanti numerauit, quàm supradicta alia scuta 1800. augumenti Dotis: pro quorum solutione, Virginia consignauit Sfortiæ quædam mobilia, æstimata in scutis 500. & nec non creditum Dotis, quod ipsa habebat super hæreditate Iacobi sui primi viri, verba consignationis dicti Crediti dotalis hæc sunt: *pro residuo verò, & complemento supradictæ Dotis scutorum 3000. eidem cessit, & consignauit pro illius concurrenti quantitate Creditum quod ipsa habet super bonis, & hæreditate d.q. Iacobum sui primi viri, ratione dotis, donationis propter Nuptias, & aliorum Iurium Dotalium. &c.* Pacto tamen adiecto, vt huiusmodi consignationes non inducant emptionem, neque venditionem, sed quòd eisdem modis, quibus consignata fuerint, reuertantur, in casu restitutionis dotis; & insimul, Sfortia promisit d. Virginiæ, in augumentum Dotis, scutis 2000.

Deinde autem, cùm inter prædictos Sfortiam, & Virginiam coniuges ex vna, d. D.Patritiam filiam Virginiæ ex Iacobo primo Viro, & Bartholomæum Boccardinum Patritiæ Maritum, partibus ex altera suscitatæ fuissent nonnullæ controuersiæ: Tandem de anno 1618. deuenerunt ad concordiam, in qua Sfortia, & Virginia coniuges restituerunt Patritiæ, & Bartholomæo eius Viro, hæreditatem prædicti Iacobi Iacoboni, reseruatis sibi duabus partitis dictæ hæreditatis: Reseruatio primæ partitæ ex dictis duabus fuit concepta sub his verbis: *Item che se intenda reseruato alla detta Sign. Virginia per tutto quello che lei potesse pretendere, tanto per causa di dote, e raggioni dotali, quãto per qualsiuoglia altro, tutti li Crediti hereditarij di d.q. Iacomo da essi riscossi, tanto dalla Camera per Censi paga o per il q. Rotilio Mancino quanto da altri.* Reseruatio autem secundæ partitæ cantat sub his aliis verbis. *Item il frutto della Vigna del presente anno, & di più sua vita durante l'vsufrutto della Casa che habitano, & della Casa ch'è appresso sant' Appollinare, & di più la piggione di detta Casetta già data in Dote al Sig. Bartholomeo per scudi 500 per la rata solamente di scudi 24. l'anno.*

Vita functa Virginia de anno 1627. superstite Sfortia eius viro, & instituto sibi hærede Paulo eius Nepote ex dicta Patritia filia, Paulus præfatus, vti hæres tam Iacobi eius Aui, quàm Virginiæ eiusdem Auiæ, egit coram A.C. contra dictum Sfortiam pro consecutione plurium partitarum, & obtinuit, vt in Decreto A.C. desuper emanato: Causa autem in gradu appellationis ad Rotam deuoluta, fuit hodie facta difficultas in illa partita scutorum 668. baioc. 76 pro complemento restitutionis illius partis Dotis scutorum 1200. quæ Virginia in contanti tradidit Iacobo eius primo Viro; quandoquidem de illis aliis scutis 1800. augumenti Dotis, ex pacto caducitatis, ad fauorem Pauli, per transitum Virginiæ ad secunda vota,

nullo

nulla vnquam adfuit controuersia, cum Paulus illa
non petierit, nec hodie prætendat fuisse Sfortiæ solu-
ta; imò constet, quòd detegens, & præuidens Sfortia
dictum pactum, seu caducitatem, ad fauorem Patri-
tiæ curauit, vt in dicta transactione, sibi emitterentur
illa scuta 2000. quæ ipse pro augmento Dotis promi-
serat Virginiæ; attento quòd illa non promisisset,
quòd Virginia non poterat disponere de dictis scu-
tis 1800. augumenti Dotis, quæ ipsi in Dotem assigna-
uit, stante quòd vigore dicti pacti per transitum ad
secunda vota, illa erant restituenda filiis dicti Iacobi,
& sic Patritiæ.

Strictè igitur ad dictam partitam scutorum 668.
pro complemento dictæ partitæ scutorum 1200. dice-
bat Sfortia, ipsum non teneri; ex quo nunquam ip-
se illam exegit ex hæreditate Iacobi, & eo ipso quòd
1 exactio non probatur per ipsum facta, habere inten-
tionem fundatam, quòd non exegit; † Quia cùm
2 exactio sit res facti, non præsumitur, ad text. *in l. in
bello, §. facta, ff. de capit. & postlim. reuers.* † Et ideo,
qui solutionem allegat, eam probare debet. *l. quinqua-
ginta, ff. de probation. Bald. cons. 408. col. 1. lib. 5. Crauet.
cons. 213. n. Menoch. cons. 1611. n. 20* Nec obstare quòd
Sfortiæ fuerit consignatum Creditum dotale, quod
3 Virginia habebat in hæreditate Iacobi; † Quia, cùm
consignatio fuerit facta cum expresso pacto, vt non
faceret emptionem, neque venditionem, consequen-
ter non habuit vim solutionis; ita vt non propterea
Virginia cedens fuerit liberata, nec periculum transi-
uit ad Sfortiam cessionarium, ad text. *in l. quoties*, & ibi
*DD. C. de iure dot. gloss. in l. legans, in glossa magna ad
fin. de liberat. legant. Alex. in l. si cum emptore, n. 4. post
med. vers. vnde teneas, ff. de pactis*, benè declarat *Imol.
in l. facta. §. si heres, ff. ad Trebell.* Et fuit latè dictum *in
causa Mediolanen. pensionis, 17. Iunij, 1630. coram me.*

Nec obstare prædictum Instrumentum transactio-
nis, in illis verbis, *Da essi riscossi*, tum quia dicta verba
sunt turbida, cùm adsit aliud Instrumentum eiusdem
Notarij, in quo non leguntur verba. *Da essi riscossi*, in
numero plurali, sed verba, *Da essa riscossa* in numero
singulari, & sic à sola Domina Virginia, in cuius fa-
uorem reseruatio facta fuit: Tum etiam quia in om-
nem casum, dicta verba, *Da essi riscossi*, starent condi-
4 tionaliter, idest, si, & quatenus exigentur: † iuxta na-
turam confessionis Mariti de dote recepta constante
Matrimonio factæ, quæ non solet importare veram
dotis numerationem, sed imò potiùs præsumitur
facta in fraudem donationis inter virum, & vxorem,
*Ioan. Andr. in Add. ad Specul. in rubr. de donat. inter
virum, & vxorem, Paul. de Castr. cons. 86. n. 1. lib. 2. Ma-
resc. var. lib. 1. cap. 8. in princ. & Rota apud Crescent. de-
cis. 2. de confess.* † Et tantò magis in casu nostro; cùm
5 dicta verba, *Da essi riscossi*, sint verba enunciatiua, quæ
regulariter non probant, *l. ex hac scriptura*, vbi latè
Bart. ff. de donat. & notatur *in cap. in præsentia de pro-
bat. cum simil.*

Ex aduerso autem dicebat Paulus, quòd esto dicta
consignatio contra hæreditatem Iacobi, facta Sfor-
tiæ in capitulis matrimonialibus, non habuerit vim
solutionis, probari tamen Sfortiam verè, & realiter
exegisse dictam partitam ab hæreditate Iacobi ex
propria Sfortiæ confessione, dum in dicta transactio-
ne, Sfortia, & Virginia restituerunt Paulo hæreditatem
Iacobi Patris sui, cum expressa reseruatione, de qua
supra, videlicet, *che s'intenda reseruato alla detta Si-
gnora Virginia, per tutto quello che lei potesse pretende-
re, tanto per causa di Dote, &c. tutti li crediti hereditarij
di d. Giacomo da essi riscossi*; Quæ verba videntur con-
tinere claram confessionem Sfortiæ, quòd ipsa, &
Virginia pro satisfactione dictæ Dotis realiter exege-
runt dicta Credita hæreditaria Iacobi, tam in præiu-
dicium ipsius Sfortiæ, quàm suorum hæredum, ita vt
dicta verba non stent conditionaliter, si exegerint, sed
demonstratiuè, quia exegerunt, stante quòd dictam
confessionem præcessit Instrumentum dotale, cum
promissione dictæ dotis, quod iustificat subsecutam
confessionem, ne facta videatur donandi animo, vel
sub spe futuræ numerationis; † Quandoquidem, qui 6
habet aliquem obligatum, & contra eũ agere potest,
non cogitur solutionem confiteri, antequam facta sit,
& propterea si cõfiteatur, verisimile est quòd verè so-
lutionẽ receperat, & repellitur ab exceptione pecuniæ
non numeratæ, iuxta celeberr. text. *l. in contractibus, §.
sed quoniã, C. de non numerata pec.* vbi *Cin. Fulgos. & alij
Surd. cons. 397. n. 4. Couar. lib. 1. var. c. 7. n. 6. Menoch. de
præsumpt. lib. 3. præsumpt. 12. & 13. Maresc. vbi sup. n. 13.
Greg. XV. dec. 62. n. 2. & Rot. decis. 263. n. 5. p. 2. recent.*

Neque obstare quòd † exactio asseratur facta, tam 7
à Virginia, quàm à Sfortia cõiugibus: † Quia nihilo- 8
minùs, cùm illa constante Matrimonio principaliter
spectaret ad Sfortiam. *l. si pater, la prima, C. de Dot. pro-
miss. Boer. decis. 318. n. 2. & Guidop. decis. 375.* præsumi-
tur ad ipsum totam pecuniam peruenisse, iuxta doctri-
nam *Bald. in auth. si qua mulier, num. 63. C. ad Vellean.
Crauet. cons. 91. n. 3. 4. & 11. Honded. cons 45. n. 26. & 41.
lib. 1. Boer. dec. 22. n. 3.* Et in his ferè terminis *Menoch.
præs. 22. n. 1. lib. 3.* Neque releuare quòd dictæ confes-
sionis verba, sint enunciatiua, Quia nihilominùs ple-
nè probant inter easdem partes; † maximè quando 9
vt hîc sunt emissa principaliter propter se, *l. optimam,
C. de contrah. stipul. Dec. cons. 118. n. 5. & cons 389. n. 9.
Ruin. cons. 141. n. 8 in fin. vers. Quibus tamen, lib. 5. Rota
coram D. meo Decano decis. 242. n. 3.*

Cui Sfortiæ confessioni, vt dicebat Paulus, accedũt
plures coniecturæ, nempe Prima quòd etiam circum-
scriptis verbis; *Da essi riscossi*, † dubitandum non vi- 10
detur, quin in genere, per dicta alia verba transactio-
nis, probentur dicta Credita, verè exacta ab hæredita-
te Iacobi, in dictam causam dotis, ex illis verbis *tanto
dalla Camera per Censi pagati per il q. Rotilio Mancino,
quanto da altri*: Secundo ex dicta alia reseruatione
vsusfructus Vineæ, & Domus, quam ipsi coniuges ha-
bitabant, & alterius Domus circa S. Apollinarẽ, & tan-
dem mercedis alterius Domus Patritiæ in dotem assi-
gnatæ, ex quibus ab anno 1618. in quo fuit facta trãs-
actio, vsque ad annum 1626. quo obiit, videtur multò
pluris fuisse per Sfortiam perceptum, quam importa-
bat dicta partita Dotis scut. 1200. Et dubitari non po-
test quin d. reseruatio habuerit effectum, ad fauorem
Sfortiæ, cùm ipsa habitauerit Domũ, & constet quòd
realiter fructus Vineæ percepit, & mercedes aliarum
Domorum reseruatarum exegit. Tertia ex quo cum
dicta confessione concurrit realis exactio partis Do-
tis, resultans tam ex dicta consignatione mobilium,
quàm ex prædicta alia consignatione fructuum, &
Domorum, *Crauett. cons. 158. n. 6. Natt. cons. 147. n. 26.
& Maresc. vbi sup. n. 14.* † Quarta oritur ex taciturni- 11
tate Sfortiæ per ferè viginti octo annos, dum nihilo-
minùs per totum hoc temporis spatium alimenta
vxori præstitit. Vnde arguitur, Dotem integrè fuisse
ei solutam, *Bald. in l. 1. sub n. 4. C. de priuil. Dotis, Soc.
cons. 82. n. 3. lib. 3. Aret. in §. furtat, instit. de actionibus,
sub n. 45. Dec. cons. 556. post n. 10. Purpur. cons. 461. post
n. 11. Marescot. vbi supra, Grat. discept. 362. n. 16. cum
seqq. & Rota apud Greg. decis. 63. n. 5.*

His hinc inde deductis, quia principale funda-
mentum Pauli stat in dicta prætensa cõfessione Sfor-
tiæ, de qua in dicta tractatione, Sfortia autem, vt di-
ctum est, exhibuit aliud Instrumentum eiusdem No-
tarij in quo nõ legitur, *da essi esatti*, sed, *Da essa esatta*
& sic à sola Virginia, in cuius solius fauorem reserua-
tio cantat, † Propterea stante turbiditate cõfessionis 12
Sfortiæ,

Sfortiæ,& quòd circumscripta dicta confessione, coniecturæ supradictæ non sufficiunt, *Maresc.& Gratian. vbi proximè*, propterea Domini hodie resoluerunt, Decretum A C. esse infirmandum, quoad dictam partitam scutorum 668. tantùm.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Mediolanen. Pecuniaria.

Merc. 18. Maij, 1633.

ARGVMENTVM.

Mandatum excessiuum non tamen executum, reformatur ad summam Iure debitã. Primum Decretum quando dicatur circũductum per secundum Decretum, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Decretum excessiuum est reformandum, & num. 4.*
2 *Actio competit contra debitorem, post maturatum terminum solutionis.*
3 *Mandatum excessiuum est nullum in totum, etiam pro summa verè debita.*
4 *Limita non procedere, si non fuit adhuc executum, quia tunc non est absolutè nullum, sed reformatur ad summam verè debitam.*
5 *Primum Decretum circumducitur per secundum Decretum.*
6 *Declara procedere, si vtrumque Decretum emanasset in eandem causam, aliàs secus.*
7 *Termini solutionum si sint diuersi, etiam causa dicitur diuersa.*
8 *Obligationes tot dicuntur, quot sunt termini solutionum.*
9 *Executio non potest retardari, si Signatura rescripsit, sine præiudicio legitimæ executiunis.*

DECISIO CCCLXXXVIII.

MELCHIOR Pipia conduxit quædam Prata Abbatiæ Clarauallensis, per nouennium, videlicet à die festiuitatis S. Martini anni 1622. vsque ad diem eiusdem festiuitatis anni 1631. pro annuo affictu librarum 5400. soluendarum in tribus terminis, scilicet in festo Natiuitatis, Pentecostes, & Assumptionis Beatissimæ Virginis, excepto dicto vltimo anno 1631. in quo solutio non fuit distributa per terminos supradictos, sed integraliter solutio totius dicti anni erat facienda, in festo sancti Martini, & eum pacto quòd Melchior Affictuarius non posset fœna amouere, nisi de licentia D. Abbatis, qui dedit licentiam dicto Melchiori amouendi fœna Augustana, & Terziola nuncupata; attento quòd Ioannes Petrus Rubeus, in dictam causam, pro Melchiore fideiussit, & se principaliter, & in solidum obligauit pro summa annua librarum 3200. in quibus dicta fœna amouenda, tasata fuerunt cum declaratione, quòd primus annus dictæ obligationis Rubei, inciperet ab anno 1624.

Quibus sic stantibus, & Rubeo non soluente D. Abbas die prima Martij 1631. obtinuit sequestrari quasdam pecunias, ad Rubeum spectantes, in Banco Sancti Ambrosij existentes, & die 5. Martij anni 1632. obtinuit Decretum relaxationis mandati contra eundem, pro libris 2768. & deinde die 18. eiusdem mensis idem D. Abbas obtinuit aliud Decretum, ex quo fuit declaratum ipsum esse creditorem Rubei, vsque ad tempus dicti sequestri, pro residuo affictus annorum præcedentium, in libris 10011. Interposita autem appellatione pro parte Rubei; Dubitaui hodie; An dictum primum Decretum librarum 2760. sit confirmandum, vel infirmandum; Et fuit resolutum illud esse reformandum, quoad summam librarum 240. in reliquis autem esse confirmandum.

Et quoad primam partem, nempe quoad caput reformationis; Ratio resolutionis fuit, quia d. primum Decretum habita relatione ad monitorium, fuit restrictum ad pensionem anni 1631. & sic ad libras 3200. pro pensione dicti anni, iuxta obligationem Rubei; Vnde cùm pro pensione dicti anni, fuerint vna vice solutæ libræ 240. sub die 3. Nouembris 1631. & alia vice libræ 440. sub die 18. Februarij 1632. quæ simul conflatæ ascendunt ad summam librarum 680. propterea illis detractis, ex summa librarum 3200. pro pensione dicti anni 1631. Rubeus solum remansit debitor in libris 2520. † Et Consequenter dictum 1 primum Decretum, siue mandatum relaxatum, pro libris 2760. fuit excessiuum in libris 240. quod ideo est in dicta summa 240. reformandum.

Quo verò ad secundam partem videlicet quo ad caput confirmationis; Ratio resolutionis fuit clara, quandoquidem scribens prout Papia pro quo fideiussit, tenebatur totam dictam annuam pensionem librarum 3200 anni 1631. soluere in festo sancti Martini dicti anni, iuxta Instrumentum affictus; Vnde cum D. Abbas egerit die 14. Nouembris eiusdem anni, † actum fuit post terminum solutionis maturatum, 2 & consequenter dictum Decretum quod emanauit die 5 Martij 1632. fuit iustum, mandatúmque inde secutum, debito tempore relaxatum, ad text. *in l. cedere diem, de verb. oblig.* cum vulgat.

Neque obstat, quòd stante dicta excessiuitate † 3 Decretum, siue mandatum in totum sit nullum, etiam pro summa verè debita *ad text. in l. si non sortem, § si centum, ff. de condict. indebit.* cum aliis *per Grat. discept. 926. n. 26. Greg. XV. decis. 198. n. 1.* & ibi *Addit. n. 3.* † Quia procederet si Decretum fuisset execu- 4 tum: sed quia non fuit executioni demandatum, non est absolutè nullum, seu reuocandum, sed solùm reformandum est ad summam verè debitam, *Roman. cons. 66. in fin. vers. secundò eiusdem, Caputaq. decis. 138. part. 3. Put. decis. 315. lib. 1. in non. impress. Rot. in Perusina executionis 18. Decembris 1595. coram Pigna apud Marches. p. 3. fol. 114. & apud Pacific. decis. 273. n. 17.* & alibi sæpiùs.

Minus obstat, † quòd dictum primum Decretum 5 fuerit circumductum per secundum Decretum supradictum, relaxatum 5. Mart. 1631. ad text. *in l. & post edictum, §. quod si is, ff. de iudic. Rot. in Mediolanen. Decimarum 27. Ianuarij 1595. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, impress. apud Marches. de commiss. part. 3. pag. 100. & in Romana pecuniaria seu Restitutionis in integrum 15. Decembris 1610. coram Ottombergo, impressa apud eundem Marches. eadem p. 3. pag. 104.* † Quia 6 fortè procederet si vtrumque Decretum emanasset in eandem causam, summáque primi Decreti includeretur in summa secundi Decreti, iuxta ea quæ notant *Alex. cons. 72. n. 4. lib. 3. Cappell. Tholos. decis. 14. & Afflict. decis. 115. n. 1.* Quia autem dictum primum decretum, de quo agitur, fuit relaxatum pro affictu tantùm vltimi anni 1631. qui vnica vice, vnicáque solutione erat soluendus, vt supra: secundum verò emanauit pro terminis decursis, & maturatis ante dictum annum 1631. non potest considerari aliqua circunductio etiam quòd sit idem affictus, † Quia cum termini so- 7 lutionum sint diuersi, etiam causa dicitur diuersa, vt ferè

fctè in his terminis *Iaf.conf.* 9 *n.5.* & 6.*lib.* 1. quem sequitur *Greg.XV.decif.*345.*n.* 2. Et ratio est,† Quia tot
8 sunt obligationes quot sunt termini, vt ibidem *Iaf.* &
9 *Gregor.*Et cessat difficultas, † Quia ex quo Signatura Sanctissimi rescripsit sine præiudicio legitimæ executionis, quoad supradictas libras 2520. verè debitas, & maturatas, approbauit decretum pro dicta summa, cuius executio propterea non potest, nec debet retardari, *Cas.de Graff.decif.*3.*n.*4. *de sententiis*, & *re iudic. Greg.XV.decif.*238.*n.*1.& ibi ratè *Add.d.n.*4.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Barchinonen. Beneficij.

Ven. 30. *Maij*, 1633.

ARGVMENTVM.

Elice ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio apprehensa per Procuratorem Commissarij Cameræ, & postea per eumdem Commissarium cessa prouiso Apostolico, manutenibilis est.*
2 *Possessio capta, vigore monitorij habentis clausulam, si quis, est valida, etiam nomine citato, quando nullus aderat possessor, aliàs secus.*
3 *Clausula* Constito quòd defunctus in possessione beneficij obierit, *est iustificanda, etiam quòd non adsit legitimus contradictor.*
4 *Iustificata quando dicatur.*
5 *Respicit petitorium, & ideo non insificatio illius non impedit, quin interim possessor sit manutenendus.*
6 *Possessio posterior, & capta non citato possessore, non est manutenibilis.*

DECISIO CCCLXXXIX.

VIT resolutum Saluatori Pratz prouiso Apostolico, dandum esse mandatum de manutenendo, in quasi possessione simplicis beneficij, in Ecclesia Parochia-
1 li Sancti Petri, Oppidi de Tarrasso; † Cùm enim constet de quasi eius possessione apprehensa per Procuratorem Commissarij Cameræ, postea illi per eumdem Commissarium cessa, consequenter manuteneri debet, vt in his terminis *Gonz. super reg.*8 *gloss.*34.*n.*118. Et fuit resolutum *in causa Neapolitana Beneficij*, 5. *Iunij* 1626. *coram Eminentissimo Cardinali Virdi.*

Neque obstat quòd cùm prædicta possessio fuerit
2 capta cum monitorio A.C. habente clausulam, *si quis, &c.* quæ resoluitur in simplicem citationem, Hiacynthum Aduersarium debuisse citari, quod cùm factum non fuerit, possessionem captam, vigore dicti monitorij, fuisse attentatam; Quia obiectum procederet, si Hiacynthus possedisset eo tempore, quo Procurator Commissarij Cameræ accepit possessionem, qui tunc tanquam legitimus Contradictor debuisset ci-
2 tari, † sed quia nullibi probatur illum eo tempore possedisse, quinimò constat, quòd tunc possessio erat vacans, cessat quod Hacynthus fuerit legitimus Contradictor, & sic quòd monitorium resoluatur in simplicem citationem, ac demum quòd possessio Saluatoris fuerit attentata, vt in puncto dixit *Rota decif.*492.*coram R.D.meo Decano*, & *in Neapolitana Beneficij prætallegata.*

M... obstat quòd non fuerit iustificata clausula,

Constito, de qua in Breui, nempe quòd Franciscus Vices, per cuius obitum vacauit hoc beneficium, obierit
3 in possessione, † quæ regulariter iustificari debet, 3 etiam quòd non adsit legitimus contradictor, *Rota in Toletana Cappellæ*, 30. *Nouembris*, 1602. & *in Albanen. Beneficij*, 26. *Iunij*, 1609. *coram Pena*; † Quia vltra quòd 4 fuit iustificata ex fide Parochi, cum inscriptione partitæ libri mortuorum, & ex testibus coram A.C. examinatis, & tandem quia idem Hiacynthus venit ex eadem vacatione: in omnem casum, † cùm huiusmodi 5 exceptio respiciat petitorium, ac requirat altiorem indaginem, & versemur in possessorio summarissimo manutentionis, interim Saluator est manutenendus in statu in quo reperitur iuxta reg. text. *in cap. in litteris de restit. spoliat.* & resoluit *Rota in dicta Neapolitana Beneficij coram Eminentissimo Cardinali Virdi.*

Tandem multò minùs obstat possessio dicti Hiacynthi, † quia cùm sit posterior & capta non citato 6 Saluatore, qui erat in possessione, vti clandestina, & turbatiua nullius est roboris, & momenti, & ideo nullo modo est attendenda, vt millies resoluit Rota.

Et ita decisum, &c.

Piscien. Beneficij.

Lun. 23. *Maij*, 1633.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Lis probatur ex Commissione cum citatione ad dicendum contra.*
2 *Subrogatus in iuribus, & possessione duorum, sufficit, vt alterius possessionem probet.*

DECISIO CCCLXXXX.

VACANTE primùm hoc Beneficio, per obitum Emilij de Vsaglia, & ad illud præsentato per asseritos Patronos Cæsare de Nonellis, & per alios assertos Patronos, Nicolao de Cecchis, & inter dd. præsentatos, lite pendente, decessit Nicolaus, etiam prouisus Apostolicus, in cuius ius, & possessionem subrogatus fuit per Sedem Apostolicam D. Abbas Capponius, qui litem prosequendo contra d. Cæsarem obtinuit decisionem fauorabilem super immissionem coram R.P.D meo Verospio, & successiuè cessit ius suum Vincentio Cardino etiam præsentato ab assertis Patronis per obitum d. Nicolai: Cùm autem nuper decesserit etiam prædictus Cardinus, possessione minimè adepta, iterum obtinuit prædictus D. Abbas se in iuribus d. Cardini, ac d. Nicolai nec non in eadem possessione Nicolai gratiosè subrogari à Papa. Vnde cùm dubitaretur hodie an dicto Domino Abbati sit danda immissio, fuit affirmatiuè resolutum: Quia de Clericatu D. Abbatis, & obitu Nicolai in possessione patet, ex latè deductis *in d. decisione D. mei Verospij*. De obitu verò Vincentij deponunt benè testes, *summario n.*2. qui licet non deponant, quòd ille obierit in possessione, quam tamen Abbas fuit subrogatus etiam in possessione Nicolai, de qua vt dictum est, benè constat † Et præterea de lite non 1 possit dubitari, stante dicta Commissione, cum citatione ad dicendum contra, *summ.n.*1. † Propterea non 2 potest Abbati immissio denegari; cùm sufficiat vnius vel alterius possessionem, videlicet Nicolai, aut

Q Vin

Vincentij, de tempore obitus probari, ex latè deductis per *Garz. de Benef. part. 6. cap. 4. per tot.* & sæpius resoluit Rota.

Et ita decisum, &c.

Pacen. Cappellaniæ.

Merc. 28. May, 1633.

ARGVMENTVM.

Collige ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus in possessionem defuncti eam probare debet, nec sufficit possessio illius, ad quam defunctus fuit subrogatus.*

2 *Immissio vigore subrogationis gratiosa datur probatis tribus requisitis, nempe Clericatu subrogati, obitu defuncti in possessione, & reseruatione.*

3 *Mensis qui cœpit esse Apostolicus, totus durat talis, non obstante quod Ordinarius in eodem mense acceptauerit Alternatiuam.*

DECISIO CCCLXXXXI.

IN *Decisione in hac causa facta, 27. Iunij, 1629. fuit coram me resolutum:* Melchiori della Torre non esse dandam immissionem, vigore subrogationis gratiosæ in ius, & possessionem Alphonsi Rodriquez, vltimo loco prouisi de hoc beneficio; ex quo non fuit probatum, dictum Rodriquez tempore sui obitus possedisse: Et deind. *die 3. Decembris, 1632 coram me* fuit pariter resolutum Melchiori non esse dandam immissionem, vigore eiusdem subrogationis, in ius, & possessionem Alphonsi Garziæ, per cuius obitum fuerat prouisus
1 prædictus Rodriquez; † Quia licèt probata fuerit possessio Alphonsi Garziæ de tempore eius obitus, & Alphonsus Rodriquez fuerit subrogatus in ius, & possessionem illius, & Melchior vltimo loco prouisus, fuerit subrogatus in ius, & possessionem Alphonsi Rodriquez, non propterea sequi, quòd Melchior fuerit subrogatus in possessionem Alphonsi Garzia, dum Papa hoc specialiter non expressit, atque ideò subrogationem in possessionem Garziæ, concessam Rodriquez, non extendi vltra personam ipsius, ne detur fictio fictionis, iuxta latiùs deducta in *d. Decisione 20. Decembris.*

Quibus sic stantibus idem Melchior obtinuit nouam Gratiam, per quam fuit etiam expresse subrogatus in ius, & possessionem Alphonsi Garziæ. Vnde dubitatum hodie: An vigore dictæ nouæ Gratiæ subrogationis, sit ei danda immissio, Et fuit affirmatiuè re-
2 solutum; † Quia fuerunt iustificata tria ad hoc requisita, nempe Clericatus Melchioris, ex litteris patentibus Ordinarij Toletani, Possessio Alphonsi Garziæ, de tempore eius obitus, ex testibus *summario n. 5.* qui benè etiam concludunt: Et tandem reseruatio, ex quo idem Alphonsus Garzia obijt de mense Aprilis, & probatur ex collatione Ordinarij huius Beneficij, per obitum dicti Alphonsi Garziæ, facta Ioanni Baragio de Quintana parti alteræ: Mensis autem Aprilis Ordinario non gaudente alternatiua, est Apostolicus, iuxta *Regulam octauam Cancellariæ.*

Neque obstat quod Ordinarius acceptauerit Alternatiuam die prima eiusdem mensis Aprilis, in quo
3 Alphonsus Garzia obijt, † Quia cùm mensis ille Aprilis semel, & incontinenti post mediam noctẽ vltimi diei mensis Martij præcedentis cæperit esse Apostolicus, atque ideò fuerit ius acquisitum Papæ in illo mense, ante acceptationem Ordinarij, totus mensis remansit ei reseruatus, etiam quòd Ordinarius posteà in eodem mense, etiam eadem die acceptauerit Alternatiuam, vt fuit sæpius resolutum, & præsertim in causa *Fauentina Canonicatus, 16. Decembris, 1585. coram Blanchetto* quæ habetur *apud Garzian. de Benef. part. 5. c. 3. n. 693. & in Eluen. Beneficij, 12. May, 1599 coram b. m. Cardinali Millino*, & in aliis decisionibus allegatis *per Gonzal gloss. 43. n. 136* Et plenius *in Salamantina Beneficij de Almerena, 20. Iunij, 1605. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, quæ in *recent.* est *decis. 144. per totam part. 4.* In quibus decisionibus plures ad hoc optimè rationes allegantur, quæ non est cur hîc repetantur.

Et ita decisum, &c.

Gerunden. Cappellæ.

Lun. 30. May, 1633.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per Contradictas, non citato Procuratore, qui in actis comparuit, est nulla, & sufficit comparuisse post relaxatum mandatum, licet non adhuc executum, n. 2.*

3 *Lis introducta dicitur, ex parte actoris, per solam relaxationem monitorij, ab eo obtenti.*

DECISIO CCCLXXXXII.

DOMINI hodie, absque difficultate, steterunt *in decisis coram me die 21. Febr. 1633.* Videlicet intrare arbitrium, pro non executione sententiæ declaratoriæ A. C. in hac causa latæ, contra Raphaëlem Betno, ad fauorẽ Frãcisci Angnon; Stat enim firmum fundamentum decisionis quod dicta sententia fuerit nulla, ex quo fuit lata per Contradictas, cùm adesset in Curia legitimus procurator Raphaëlis, qui in actis per multos dies ante, mandatum exhibuit, qui ideò in quolibet actu debuit citari, itaut non potuerit aliter validè procedi, ex allegatis *in d. decisione:* Et nõ obstare dictum fuit, quòd procurator comparuerit ante executum mandatum; Quia ex facto cessat, † cùm 1
ex eo constet monitorium fuisse pluries executum, & comparitionem Procuratoris post primam illius intimationem, & propterea satis esse, quòd Procurator comparuerit post relaxatum monitorium, † etiam 2
quòd illud non esset adhuc executum, † ex quo lis ex 3
parte actoris, qui monitorium impetrauit, dicitur introducta per solam illius relaxationem, *ex Menoch. Lancellot. Cassad.* & aliis *in eadem decisione alleg.*

Neque obstat vnicum fundamentum nouiter excitatum, nimirum quòd Procurator Raphaëlis, qui comparuit, fuit ab eo constitutus in aliam causam limitatam; Quia etiam ex facto cessat, cùm imò expressè dictus Raphaël vti etiam administrator Cappellæ, de qua agitur, dictum mandatum dederit, vt ex lectura mandati, alliùsque claris verbis oculariter constat.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Romana

Romana de Marescottis.

Lun. 30. Maij, 1633.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Heres præsumitur solvisse de propriis pecuniis, non autem de hereditariis.*

2 *Fructus veniunt à die intentati interdicti, iuxta opinionem quam Rota firmat.*

3 *Cessionarius fisci tenetur ad restitutionem Dotis, ad quam bona delinquentis ei cessa, erant obligata.*

4 *Hereditas præsumitur soluendo, eo ipso quod emptorem inuenit.*

5 *Confessio vxoris, asserentis in Censu habere nudum nomen, quando non praeiudicet.*

6 *Dotis Dominum, constante Matrimonio, est penes virum, eo autem mortuo redit ad vxorem.*

7 *Exceptio subsidiaria resultantis ex præsumptione, l. Quintus Mutius, non admittitur in Iudicio possessorio.*

DECISIO CCCLXXXXIII.

Dubitavit hodie, præsuppositis decisionibus in hac causa factis: An exceptiones oblationis redditionis rationis, hæreditatis M. Antonij, & subsidiariæ, oppositæ per DD. de Marescottis, eis suffragentur, ad impediendam immissionem, Dominis de Balleonibus, in bonis cantantibus sub nomine Iuliæ.

Et quoad primam partem dubij, nempe An exceptio oblationis redditionis rationis impediat immissionem: fundamentum Dominorum de Marescottis pro parte affirmatiua erat, quòd ipsis, iuxta resolutiones in hac causa factas, fuit creditores Dominæ Iuliæ eius auiæ in scutis 2355. saluo, &c. pro illa per eos

1 soluta, † Quæ solutio præsumitur facta ex propriis eorumdem bonis, non autem ex pecuniis hæreditatis Marci Antonij, etiam quòd Marescotti sint eius hæredes, *Rom. consil. 276. num. 7.* & latè *Fusar. quæst. 668. num 1.* Et propterea pro dicto credito competere eis retentionem, in bonis d. Iuliæ, ex iuribus vulgatis: Ec non obstare quòd Marcus Antonius, cuius ipsi, vt dictum est, sunt hæredes, esset debitor hæreditatis Dominæ Iuliæ, in scutis 4085. pro sua dote, & parafernalis, ad quarum restitutionem, cum obligatione Cameralis, ille se obligauit, Quia cùm sint hæredes cum benef. leg. & Inuent. possunt nihilominus bona Iuliæ retinere, donec reddita per eos ratione d. Marci Antonij, quam reddere obtulerunt, constet remanere penes eos bona hæreditaria.

Sed Domini, re benè discussa, & considerata, negatiuè resoluerunt, duplici ineuitabili fundamento. Primum fuit quòd Marescotti fuerunt immissi in possessionem hæreditatis D. Iuliæ de anno 1608. vti hæredes illius ab intestato, & signanter in censibus, & societatibus officiorum, de quibus agitur, valoris circiter scutorum 18. millium in proprietate, solutio autem debiti D. Iuliæ facta fuit per eosdem de anno 1619 Vnde intrat necessarium dilemma, quòd Aut interim dictæ societates officiorum fuerunt extinctæ, & Census redempti, & tunc solutio non fuit facta de eorum pecuniis, sed de pecuniis hæreditatis Dominæ Iuliæ ad eos petuenientis ex luitione, & extinctione Censuum, & societatum: Aut prædicti Census, & societates, toto dicto tempore, & vsque adhuc, permanserunt in eodem statu, & in hoc casu, cùm in consequentiam immissionis, quæ iuxta resolutiones

2 Rotales competit Balleonibus, vti hæredibus fideicommissariis Dominæ Iuliæ, veniant etiam fructus prædictorum Censuum, & societatum, saltim à tempore intentati Interdicti, iuxta opinionem quam Rota passim sequitur, Marescotti soluerunt prædictum debitum ex dictis fructibus, & petunt quòd intus habent, vt fuit latiùs deductum in Discursu, de ordine Rotæ *in hac causa per me facto, 14. Ianuarij, 1633.*

Secundum fundamentum fuit, quòd Domini de Marescottis, vigore cessionis fisci possident omnia bona Alphonsi, mariti D. Iuliæ, quæ cùm esset obligata pro dotis, & Parafernis restitutione, & fiscus

3 cesserit omnia iura talia qualia, † consequenter tenentur ex persona Alphonsi, seu fisci ad restitutionem, tam dotis, quàm Parafernorum, *Rota decis. 91. in impress. post 2. vol. consil. Farin. Honded. consil. 38. n. 44. vol. 2.* & fuit firmatum *in duabus vltimis decisionibus in hac causa factis die 15. Aprilis, & die 27. eiusdem mensis proximè præteriti, coram me.*

Quòd verò bona Alphonsi, per fiscum cessa Marescottis, longè superent creditum Dotis, & Parafernorum, vltra quòd fuit etiam firmatum *in decisione in hac causa facta, 15. Aprilis, & 27. eiusdem mensis coram me,* non potest dubitari: tum quia fit ex facto eiusdem, nempe ex Instrumento possessionis Censuum, societatum, & aliorum corporum cessorum: tum, & etiam ex iuris præsumptione, eo ipso quòd illi pro habenda cessione soluerunt fisco scuta quinque millia ad text. *in l. 3. in princ. ff. ad l. Falcid.* ibi, † *vix quidem poterit persuaderi non fuisse eam hereditatem soluendo, quæ emptorem inuenerit,* cùm tamen Creditum dotis, & Parafernorum sit in multò minori quantitate, videlicet scutorum 4085. 4

Neque obstat, † quòd Iulia aliàs declarauerit non habere, nisi nudum nomen in quodam Censu, ex pecuniis dotalibus empto. Quia vltrà quòd confessio fuit facta viuente Alphonso marito, quæ propterea non potest Iuliæ, & eius hæredibus præiudicare in fraudem donationis inter virum, & vxorem, à iure prohibitæ, cessat penitus difficultas, ex quo dicta confessio debet intelligi prout de iure, idest quòd ipsa, viuente Alphonso eius marito, non habebat nisi nodum nomen, † cùm dominium dotis, constante matrimonio, sit penes virum, eo autem mortuo redit ad vxorem, quòd etiam deinde agnouit Marcus Antonius, Alphonsi filius, dum ad dotis, & Parafernorum restitutionem se obligauit, cum obligatione Camerali, ad fauorem Iuliæ. 5 6

Quo autem ad secundam partem dubij de exceptione subsidiariæ, visum fuit Dominis eam esse extra propositum † dum subsidiaria supponit bona, de quibus agitur fuisse Alphonsi, ex præsumptione, *leg. Quintus Mutius, ff. de donat. int. vir. & vxor.* aut alias quod cùm requirat altiorem indaginem, & exceptio, *l. Quintus Mutius* non admittatur in hoc iudicio, vt *in pluribus decisionibus in hac causa factis coram b. m. Remboldo, & coram me,* fuit firmatum, propterea reiicienda est dicta exceptio ad petitorium. 7

Et ita decisum vtraque parte informante, &c

Vicen. Collegij.

Lunæ 6. Iunij, 1633.

ARGVMENTVM.

Beneficiati an possint se collegialiter congregare.

SVMMARIVM.

1 *Canonici faciunt Collegium priuatiuè quoad Collegiatos.*
2 *Ius faciendi Collegium potest præscribi per immemorabilem, aut per quadragenariam cum titulo.*
3 *Licentia se congregandi collegialiter per Episcopum, concessa Beneficiatis ad tempus, seu ad libitum ipsius Episcopi, non præstat titulum præscribendi tale ius se congregandi.*

DECISIO CCCLXXXXIV.

DOMINI penitus absque difficultate dixerunt, Confirmandam esse sententiam Rotalem D. mei Motman in qua fuit declaratum: Beneficiatos Ecclesiæ Vicen. non facere Collegium, illisque non licere se Collegialiter congregare in Cappella Sancti Michaelis eiusdem Ecclesiæ, nec alibi; Quandoquidem ratio decisionis desuper factæ coram Domino meo, sub die 7. Iunij, 1632. solidissima visa fuit, nimirum
1 † solos Canonicos, priuatiuè quoad Beneficiatos, facere Collegium, iuxta doctrinam Abbatis communiter approbatam, in *cap. dilecta, in fin. de excess. Prælat. & in cap. nouit. num. 18. de Iurepatr. Rota apud Cas. de Grass. decis. vlt. num. 14. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli, & in Gerunden. Iurisdictionis, 21. Aprilis*, 1630. *coram Reuerendissimo D. meo Decano*, cum aliis in dicta decisione in hac causa facta allegatis, quæ non est cur repetantur.

2 Et licèt † ius faciendi Collegium possit præscribi per immemorabilem, aut per quadragenariam cum titulo, prout Beneficiati præscripsisse prætendebant: Tamen in casu nostro nec vna, nec alia præscriptione, iuuari possunt: In primis non immemorabili, cum testes, ad eam probandam examinati, non deponant, nec concludant, iuxta requisita immemorabilis, de quibus per *gloss. in cap. fin. de præscript.* deinde nec quadragenaria cum titulo: quia titulus non proba-
3 tur; † Siquidem prætensus titulus, ex licentia Episcopi se congregandi, non concludit facultatem constituendi Collegium, ex benè deductis *in eadem decisione D. M.* & præsertim ex eo quòd dicta licentia fuit quandoque denegata, & si aliquando fuit eis concessa, non fuit perpetua, sed temporalis, aut ad libitum eiusdem Episcopi, quæ proptereà non potest præstare titulum præscribendi, iuxta ea, quæ notant *DD. de probat. Bart. in l. 2. n. 22. ff. solut. matrim. Gregor. decis. 162. n. 2. cum vulg.*

Et ita decisum, &c.

Romana Vineæ.

Ven. 10. Iunij, 1633.

ARGVMENTVM.

Accipe ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Venditio quando censeatur facta ad corpus.*
2 *Venditor tenetur præstare emptori mensuram enunciatam, quam si non præstat, pretium debet pro rata minui. Declara tamen ibidem.*
3 *Venditio plurium rerum, si facta fuerit vno, eodémque pretio, illud æstimari non debet, habita ratione ad singulas, sed ad omnes res simul venditas.*

DECISIO CCCLXXXXV.

FVIT resolutum Mensurationem esse faciendam cum retardatione, vel sine, arbitrio Rotæ, Et non obstante, † quòd 1
venditio fuerit facta ad corpus, ex eo quòd contrahentes inceperunt à corpore, & quòd cum vinea vnico eodem pretio fuerit vendita domus, cum nonnullis mobilibus ibi existentibus; Quia quidquid de hoc sit quod latè discutit *Surd. decisione 94. à principio vsque ad numerum 15.*
Nihilominus, † cùm venditor enunciauerit vineam 2
esse 101 petiarum tenetur ille, in omnem casum casum, præstare mensuram enunciatam, quam si non præstat, pretium debet pro rata minui, nisi mensura quæ in rei veritate reperitur, quamtumuis minor, sit talis bonitatis vt sit toto pretio proportionata, *Pinell. in l. 2. part. 3. cap. 1. num. 8. cum seqq. C. de rescind. vend. Fachin. controu. iuris lib. 2. cap 27. in fine*, Et latè ex multis, iuxta magis veriorem, & æquiorem sententiam, resoluit, *Surd. d. decis. 64. ad num. 15. vsque ad finem*; ad quem proptereà effectum, facienda est mensuratio. Et
non obstat † quòd simul cum Vinea vno eodémque 3
pretio fuerint vendita domus, & nonnulla alia bona, non descripta, nec hodie extantia, quæ ideò cùm non possint æstimari, videtur mensuratio frustratoria, cùm pretij proportio non solùm sit facienda ad valorem, & numerum petiarum, sed etiam ad numerum, & valorem mobilium, vnà cum Vinea, & Domo, vno, eodémque pretio venditorum, *l. si duorum 43. ff. de act. empt.* vbi *Bald. Fulgos. & Castr. Paris. cons. 64. n. 38. vol. 1. Pinell. vbi suprà n. 12. cum sequentibus, & Surd. d. decis. 64. num. 31.* Quia dicebant Domini, quòd hodie nihil deperit quòd fiat mensuratio; quinimò potest suo loco, & tempore esse vtilis, cum possit, à communiter accidentibus, aut per alias legitimas probationes, haberi certitudo valoris prædictorum mobilium, & aliorum contentorum in Instrumento venditionis; quo valore certificato, & facta mensuratione poterit facilè decerni an intret læsio, nec ne, cuius habenda sit ratio.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Narnien. Frumenti.

Ven. 10. Iunij, 1633.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *In ambiguis iuris rigor est moderandus, & vtrique parti consulendum.*

DECISIO CCCLXXXXVI.



N Decisione in hac causa facta, 19. Februarij, 1629 fuit coram me resolutum; Defalcum, ratione quintæ molæ esse faciendum in salmis quindecim, & mandatum A. C. relaxatum pro salmis 65. esse exequendum pro salmis dumtaxat 50. restantibus, Deinde die 21. Iunij, 1631. dubitaui. An Conductores liberentur soluendo dictas salmas 50. in specie: itaut Marchio Montorius locator debeat illud in specie recipere; An verò, casu quo non cogatur, possit agere ad æstimationem damnorum, & interesse, & ad quam rationem: Et fuit resolutum salmas 43. ex dictis 50. non posse solui in specie, sed pro illis Marchioni deberi interesse ad rationem quanti plurimi, intra triennium, & sic ad rationem scutorum pro qualibet salma; quia tanti de eo tempore salma frumenti valuit: alias verò septem salmas restantes vsque ad dictas salmas 50. posse solui Marchioni in specie.

Cùm autem Conductoribus fuerit concessa desuper noua audientia, proposui hodie causam super eisdem; Et Domini erant concordes quoad omnia, in dicta vltima decisione contenta, excepto articulo quanti plurimi scutorum 14. pro salma: Sed tandem, stantibus hinc inde pluribus difficultatibus, non iuxta iuris conclusiones in dicta decisione firmatas, quæ verissimæ visæ fuerunt, sed iuxta varias facti circumstantias, hinc inde per Dominos consideratas, placuit temperamentum, Quòd totæ dictæ 50. salmæ indistinctè, & sic etiam illæ septem, soluantur, ad ratio-
1 nem scutorum 10. pro salma, † ita enim in re tam ambigua iuris rigor moderari, & vtrique parti consultum esse videtur, ad text. *in l. ambiguis 86. in vers. quoties, & in l. quoties nihil* 200. *ff. de reg. iur.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Romana Domus.

Lun. 13. Iunij, 1633.

ARGVMENTVM.

Beneplacitum Apostolicum, in forma Commissaria, supplet defectum solemnitatis, & postquam illud fuit impetratum, Ecclesia non potest amplius à contractu recedere, constito de causa alienandi, de tempore celebrati contractus: Et dictum Beneplacitum potest exequi post mortem imperrantium, imò etiam post mortem Papæ concedentis, si res quoad Commissarium non est ampliùs integra.

SVMMARIVM.

1 *Concessio in Emphyteusim, facta ab Ecclesia, absque solemnitate, seu causa, est nulla.*

2 *Beneplacitum Apostolicum supplet defectum solemnitatis, itaut vt satis sit seruare verba rescripti, & n. 8. & 11.*

3 *Beneplacitum Apostolicum, in forma Commissaria, si non fuit in legitimo tempore præsentatum Commissario, nec congruo tempore executum, non sustinetur, & quando non præsentatum, nec executum in debito tempore dicatur, n. 5.*

4 *Non suffragatur, non seruata forma Commissionis.*

6 *Ecclesia potest à contractu recedere, si Beneplacitum Apostolicum non fuit præsentatum Commissario, nec executum in debito tempore.*

7 *Clausula*, si in euidentem, & vocatis vocandis, *importans vt sit iudicaliter procedendum.*

9 *Beneplacitum Apostolicum sufficit vt interueniat post contractum Ecclesiæ.*

10 *Ecclesia potest recedere a contractu, ante obtentum Beneplacitum, etiam si fuerit ab initio de illius consensu expresse reseruatum, & n. 13. Secus tamen est post obtentum Beneplacitum, dum constet de causa alienandi, de tempore celebrati contractus, n. 11. & 14.*

13 *Beneplacitum Apostolicum, nondum a Papa obtentum, potest ab eo concedi, & denegari, prout etiam Ecclesia potest ante illud perseuerare in contractu, aut pœnitere.*

15 *Conditio de præsenti, aut de preterito, non autem de futuro, statim est necessariò vera, aut falsa.*

16 *Clausula*, si in euidentem, *non reddit Beneplacitum conditionale, quoad eius substantiam, sed solum suspendit illius executionem in tempus, postquam de euidenti vtilitate constiterit.*

17 *Ecclesiæ soli permissum est, ad instar minoris, recedere à contractu, ante obtentum Beneplacitum, non autem contrahenti, Beneplacito expedito vel non, & num. 18.*

19 *Contractus si est perfectus, non est amplius in consideratione habendum, an contrahentes viuant, vel decesserint.*

20 *Obligatio non mutatur ex mutatione personæ.*

21 *Beneplacitum Apostolicum, in forma Commissaria, expirat, si non fuit executum in vita Papæ, & ideo Ecclesia potest à contractu recedere, antequam nouum Beneplacitum obtineatur.*

22 *Declara procedere, si quando euenit mors Papæ, & res adhuc quoad Commissarium est integra, secus si integra non est, n. 23. Et quando res non dicatur amplius integra, n. 24.*

Delegati Iurisdictio expirat per mortem Delegantis, si de tempore mortis Delegantis res est adhuc integra, quoad Delegatum.

25 *In Beneficialibus, & Matrimonialibus est locus pœnitentiæ, ante executionem dispensationis, seu Beneplaciti Apostolici.*

26 *Opus est in illis nouo consensu, post obtentum Beneplacitum; quia primus vt reprobatus non suffragatur.*

27 *Pœnitentia permittitur post impetratum Beneplacitum Apostolicum, & non adhuc executum, quando post illius impetrationem nouus consensus desideratur.*

28 *Alienatio rerum Ecclesiæ tenet, absque Beneplacito Apostolico, si tamen fiat cum legitima causa, & adhibitis solemnitatibus.*

29 *Alienatio rerum Ecclesiæ, facta cum reseruatione Beneplaciti Apostolici, quid operetur.*

DECISIO CCCLXXXXVII.

IN *Deciſione in has cauſa facta, 29. Apri-
lis*, 1630. fuit reſolutum: Conceſſionem
in Emphyteuſim, Domus de qua agitur,
factam de anno 1603, per Capitulum San-
ctæ Mariæ ad Rotundam de Vrbe, Iulio Pocobello,
ad ipſius,& perſonæ ab eo nominandæ ſucceſſiõe vi-
1 tam, non ſuſtineri, † tam ex defectu ſolemnitatis,
quàm ob defectum cauſæ,ſcilicet vtilitatis Eccleſiæ,
de quibus *in cap.tua nuper, de his quæ fiunt à Prel.cap.
ſine exceptione, 12.quæſt.2. & in cap.1. de reb. Eccl.non
alienan. in 6.* Sed deinde deſuper cauſa ſæpiùs pro-
poſita: Domini hodie, vt veritas clariùs eluceſcere
diſcutique valeat, ſolùm examinare voluerunt caput
ſolemnitatis,caput verò vtilitatis reiecerunt ad aliam
diſputationem: Strictè igitur ad ſolemnitatem: Duo
erant præcipua fundamenta Capituli pro confirma-
tione deciſionis: Primum, nempe quòd, & ſi dicta
conceſſio Emphyteuſis fuerit per Canonicos facta
2 cum reſeruatione Beneplaciti Apoſtolici;† quod ſup-
plet defectum ſolemnitatis, illúdque à Sanct. Mem.
Paulo V. debito tempore obtentum; videlicet de an-
3 no 1610.† Quia tamen emanauit in forma commiſſa-
ria,& non fuit Commiſſario legitimo tempore præ-
ſentatum,congruóque tempore executum, propterea
non ſuſtineri, *Mantic. deciſ.41 & Put. & deciſ.343.
4 lib.1. in correct.* Alterum autem,† quòd in procedendo
Commiſſarius non ſeruauit formam Commiſſionis,
qua non ſeruata Beneplacitum pariter non ſuffraga-
tur, *Ferret.conſ.248.n.22.vol.2.& Menoch.de arbit. Iud.
cent.3. caſ.20.n.29. cum alijs in d.deciſione congeſtis, in
verſ. non obſtat etiam quod fuerit.*
5 Quòd Beneplacitum † non fuerit debito tempore
Commiſſario præſentatum,nec executum, prætende-
batur ex eo,quòd licèt, vt dictum eſt, illud fuerit le-
gitimo tempore obtentum, nempe de dicto anno
1610. & ſic viuentibus adhuc tam Antonio, quàm
Stephano, comprehenſis in prima Inueſtitura de an-
no 1554.facta Petro Mancino ad tertiam generatio-
nem, in quorum locum ſucceſſit, & ſubrogatus fuit
Iulius in ſupradicta conceſſione, ei per Canonicos
6 facta, de anno 1603 † Quia tamen non fuit præſen-
tatum in actiſque productum de anno 1612. quo
tempore iam Stephanus obierat, nec deinde per
Commiſſarium executum, vſque ad annum 1616. in
quo lata fuit ſententia ſuper executione, & ſic ne-
dum poſt mortem vtriuſque, tam Antonij,quàm Ste-
phani, ſed etiam Pauli V. per cuius mortem Com-
miſſio ſeu Gratia Beneplaciti expirauit,dum non erat
adhuc abſolutè data ſeu conceſſa, ſed per Executo-
rem, auctoritate Apoſtolica,cauſa cognita facienda,
ſeu concedenda, *l.& quia, ff. de iuriſd. omn.iud.cap ſi
cui,§.ſerius, de prabend in 6. Dominicus in cap. ſi ſuper
gratia,verſ.pone quod Papa, de offic.deleg.in 6. Gabr.de
prebend.lib.6.concl.1.n.6. Ludou. Paguer.* qui loquitur
in hiſmet terminis.*deciſ. 30.per totam,& Rota deciſ.22.
de offic.deleg in nou.& in deciſ.473.num.3.par.2.recent.*
quæ etiam videtur in puncto, conſequenter non po-
tuiſſe Commiſſarium amplius ad executionem pro-
cedere,ſed benè potuiſſe Canonicos,nomine Eccleſiæ
pœnitere,& à dicto contractu recedere,prout receſſe-
runt, introducendo præſentem litem, ſuper illius
reſolutione,vt in ſimili *Mantic. & Put.* vbi ſuprà.
Quòd autem Commiſſarius proceſſerit, non ſer-
uata forma Commiſſionis, dictum fuit in eadem de-
7 ciſione probari eo ipſo,† quòd non proceſſit iudicia-
liter,ſtantibus clauſulis *ſi in euidentem, & vocatis vo-
candis*; vigore quarum, erat iudicialiter proceden-
dum, *Redoan.de reb. Eccleſ.non alien.in rubr.de cauſ.
cognit.in alienan facien.num.64.* adeò vt de huiuſmo-
di obſeruantia formæ conſtare debeat per acta iudi-
cialia, *cap.quoniam contra,de probat.cum alijs in eadem
deciſione cumulatis, in verſiculo quod autem in caſu
noſtro.*
His tamen non obſtantibus, hodie,quoad dictum
caput ſolemnitatis, fuit à deciſis ex nouiter deductis
meritò receſſum,& fundamentum fuit;† Quia Bene- 8
placitum Papæ ſupplet defectum ſolemnitatis, cùm
per illud ſolemnitas cenſeatur remiſſa, ita vt ſatis ſit
ſeruare verba Reſcripti, *Abb. conſ.41. n.3. lib.1. Dec.
conſ.341.* Et eſt communis,& recepta ſententia,*Capic.
deciſ.16.n.1.& 2. Franc. deciſ.163.n.13.* † Cùm autem 9
in alienatione rerum Eccleſiæ non ſit de ſubſtantia
contractus vt illud præcedat contractum, aut inter-
ponatur de tempore,quo contractus celebratur,† ſed 10
ſufficiat vt ex pòſt facto interueniat; † ita vt aliena- 11
tio ante interpoſitum Beneplacitum,iam ab initio,&
de tempore contractus, habeat implicitum ſtatum
validitatis, ad illúdque tempus Beneplacitum quan-
documque poſteà ſecutum, retrotrahatur,*cap.2.extr.
de pact.* vbi *Antonius de Butr.n.6.& 7. & Imol.num.3.
& 4. Philipp. Franc.in dicto cap.dudum de reb. Eccleſ.
non alien.n.12.in fin.& Vincent.de Franc.in d.deciſ.163.
num.2.* † Propterea quamquis ante impetratum Be- 12
neplacitum, etiam de conſenſu Eccleſiæ, ab initio
expreſsè reſeruatum, poſſit Eccleſia, ex ſpeciali iuris
priuilegio, pœnitere, & à contractu recedere, quaſi
quoad eam, re adhuc integra, iuxta magis commu-
nem, & veriorem ſententiam, ad text. *in §1. in verſ.
donec, inſtit.de empt.& vendit.* & per doctrin. *Abbatis
in cap.ſuper eo, de condit. appoſit. Gratian.diſcept.514.
n.9. cum pluribus ſeqq. Mareſcott. lib.1. var cap.14.n.1.
cum ſeqq. Achil.deciſ.5.n.3.de pact. Put.deciſ.2.de tran-
ſact. Caputaq. deciſ.15.n.2.p.3. Rota deciſ.755.n.2 p.2.
recent.* Non tamen (conſtito aliàs de cauſa alienandi,
nempe probata vtilitate Eccleſiæ) quoad eam iam
non integra, ſed in ſe,& ſecundum ſuam naturam,&
eſſentiam omnino iam perfecta, & abſoluta, ad text.
*in l.1.& 2.C.quando liceat ab emptione,& in d.§.1 inſtit.
de vend & empt. Gratian. Mareſcot. Put. Achill.Capu-
taq.& Rota vbi ſuprà,& deciſ.266.p.4.diuerſ. & coram
bon. mem. Cardinali Blanchetto in cauſa Romana reſ-
ciſſionis contractus, 4. Iuly, 1570. & coram Cardinali
Lancellotto, in cauſa nullius Emphyteuſis de Guaſtalla,
16. Nouembris,* 1609. quæ duæ deciſiones habentur
impreſſæ apud *Marcheſan. de commun. parte 1. fo-
lio 98. & 100.*
Vnde cùm in caſu noſtro Beneplacitum Apoſtoli-
cum fuerit per Iulium impetratum,de anno 1610. Et
ſic antequam Eccleſia,ſeu Canonici pœniterent,duo
conſequenter & neceſſariò ſequuntur;Primum nimi-
rum, vt non ſit amplius de ſolemnitatibus quæren-
dum, nec an Eccleſia ex hoc capite poſſit pœnitere;
ſtante quòd Beneplacitum Apoſtolicum ſupplet
defectum ſolemnitatis, & res habetur perinde ac ſi
illæ interueniſſent de tempore celebrati contractus,
cùm ad illud tempus,quoad omnes iuris effectus Be-
neplacitum retrotrahatur: Et ſecundum, vt ob eau-
dem rationem articulus ſuper vtilitate,quem Domi-
ni, vt dictum eſt, ad aliam diſputationem reiecerunt,
reſtringendus etiam ſit ad tempus initi, & celebrati
contractus; ita vt in d.articulo,iuxta mentem Domi-
norum ſolùm ſit diſputandum, An de eo tempore
adfuerit, nec ne Eccleſiæ vtilitas, quidquid poſteà
euenerit;† quandoquidem licèt Papa abſolutè, & 13
maximè ceſſante vtilitate Eccleſiæ ante Beneplaci-
tum,poſſit illud concedere,aut denegare,prout etiam
Eccleſia perſeuerare, aut pœnitere, *Philipp. Franc. in
d.cap.dudum n.15.in fin.de reb.Eccleſ.non alien.*† Dum 14
autem præcedente narratiua tenore contractus,prout
ſtantibus

stantibus rebus de eo tempore, Beneplacitum concessit, & Ecclesia non pœnituit, si deinde alienatio ex post facto deregatur per Commissarium vtilis, ab initio, videlicet de tempore celebrati contractus, ad quod Beneplacitum retrotrahitur; solùm illud tempus debet attendi, & non est amplius pœnitentiæ locus, sed debet alienatio per Commissarium confirmari, sine alio consensu, seu facto partium, *cap. ad aures, cum gloss. fin. de reb. Eccles. non alienan.* tradunt communiter *DD. in d. l. si voluntate, & in l. 2. C. de rescind. vendit.* vbi præsertim *Cagnol. n. 114. Ias. cons. 54. n. 20. & cons. 53. n. 1. vers. prætereà, & cons. 119. n. 2. vers. secundum principale, lib. 1. Bertrand. cons. 42. n. 15. vol. 1. Cranet. cons. 221.* & latè *Becc. cons. 3. n. 59. Calder. cons. 5. de rer. permut. Roderic. Suarez. alleg. 21. n. 1. vers. plus dico, Gratian. & Marescott. vbi suprà, Redoan. de reb. Eccles. quæst. 20. n. 137. Rota in supradictis decisionibus apud Marches. & decis. 18. n. 4. p. 2. & 208. p. 4. diuers. & decis. 366. apud Seraph. & in Romana Census Vitalitij, 26. Maij, 1616. & 29. Ianuarij, 1627. coram D. meo Merlino.* & latiùs *nuper in Romana Vineæ, 17. Decembris, 1632. coram me.*

Ex quibus, non obstat quòd Beneplacitum fuerit Commissario præsentatum, post mortem Stephani, & deinde per eum executum post mortem, tam Stephani, quàm Antonij; Quia sufficit, quòd vtroque eorum, adhuc viuente, obtentum fuerit, etiam quòd emanauerit in forma Commissaria, & cum clausula
15 sine conditione, *si in euidentem*; † Cùm enim dicta conditio non sit de futuro, sed de præsenti, aut de præterito (cùm vt dictum est attendenda sit vtilitas, de tempore contractus) quæ ideò statim est necessariò vera, aut falsa, *l. cum in secundo, ff. de inoff. rupt. &*
16 *l. 2. ff. de hæred. instit.* † non facit Beneplacitum, secundum se, & quoad eius substantiam conditionale, sed solùm suspendit illius executionem in tempus postquam de euidenti vtilitate constiterit, ita vt Beneplacitum, vigore restitutionis, statim ab initio, & à tempore contractus operetur suum effectum, cùm, quòd cedat vel non cedat in Ecclesiæ vtilitatem, sit ab eo tempore in rerum natura certum, non minùs, quàm si ab initio interuenissent omnes Iuris solemnitates, quas Beneplacitum supplet. Quia autem vtilitas Ecclesiæ est nobis incognita, & incerta, quousque illa per Commissarium approbatur, & liquidatur, differtur interim Beneplaciti executio, secus autem est quando ab initio alienatio fit, seruatis iuris solemnitatibus, ex quo iam ex tunc vtilitas Ecclesiæ est nobis cognita & certa: sic declarant dictæ decisiones, *apud Marches.* & aliæ suprà allegatæ, *Gratian. Marescott. & Franc. vbi suprà, Ricc. in decis. 1. n. 5. in prax. alienat. rer. Eccles. & Additio ad Gregor. XV. decis. 410. n. 8. vers. in materia, & d. decisio Romana Vineæ coram me.*

Minùs consequenter obstat si dicatur quòd Iulius, ex industria, & fraudulenter non præsentauit Beneplacitum Apostolicum, nisi postquam Stephanus iam decesserat, & sic tempore quo vtilitas Ecclesiæ iam cessauerat, & eius vtilitas superuenerat, quasi non fuisset illud præsentaturus, nisi d. mors fuisset secuta, Quia fortè posset fraus considerari, & sic obiectum procedere si Iulius diu distulisset, eique fuisset permissum resilire non obtento, vel non præsentato Beneplacito; verùm quia solùm per biennium distu-
17 lit Beneplacitum præsentare, † & pœnitentia ante Beneplacitum soli Ecclesiæ, ad instar minoris, est permissa, non autem contrahenti, cum ea, ad text. *in l. Iulianus, §. si quis à colludente, ff. de act. empt. Bart. cons. 159. n. 7. lib. 1. Menoch. cons. 655. n. 5. Put. decis. 302. lib. 1. in correct. Seraph. decis. 256. n. 2. Rota decis. 302. n. 12. part. 2. diuers. & in dicta Romana Census Vitalitij, coram D. meo Merlino*: Idcircò in dicto Iulio, quandocumque Beneplacitum obtinere, illúdque præsentare distulerit,
non potest fraus considerari; † cùm ipse in omnem 18
casum, nimirum expedito, vel non expedito Beneplacito, Ecclesia volente, tenebatur stare contractui, *Parif. cons. 1. n. 119. lib. 1. & Franc. in d. decis. 163. n. 12.*
Vnde etiam, vltrà responsionem suprà assignatam, † 19
nihil ad rem, quòd Stephanus obierit ante præsentationem Beneplaciti, & deinde Antonius, ante illius executionem; Quia cùm ipsi, si viuerent, non possent pœnitere; imò Iulius, qui in eorum locum successit, & fuit sobrogatus, vult contractui stare, & proptereà de eorum expresso consensu in ipso contractu præstito, fuit Beneplacitum expresse reseruatum, eorum mors, aut vita non debet amplius in consideratione haberi, per textum, in hac materia notabilem, *in l. bonorum, ff. rem rat. haber.* & benè conducunt *cons. Parif. vbi suprà, & cons. Cephal. 91. n. 9. lib. 1.* Et
tandem regula, † quòd ex mutatione personæ obli- 20
gatio non immutatur, de qua in *l. 2. §. ex his, cum vulgat. ff. de verb. obligat.*

Non obstat etiam quòd Paulus V. qui Beneplacitum dedit in forma Commissaria, obierit ante illius
executionem, † atque ideò, post eius mortem, non 21
potuisse Commissarium illud exequi; cùm non esset merus executor, sed mixtus, sicque non versemur in Gratia absolutè iam data, & concessa, ante mortem Papæ, sed in Gratia, auctoritate Apostolica, vigore Beneplaciti, per Commissarium, causa cognita concedenda, nobisque incognita, & incerta, quæ ideò exequi amplius non potuit; cùm expirauerit: sed potuerunt Canonici, antequam noua Gratia impetraretur pœnitere, iuxtà dictam decisionem, *Ludouisi Pagner. 130. & decis. 473. num. 3. par. 2. recentior.* quæ vt
dictum est, sunt in terminis; † Quia procederet, si 22
quando euenit mors Papæ res adhuc, quoad Commissarium, fuisset integra; quo casu, per mortem delegantis cessat iurisdictio delegati, eiúsque potestas exequendi, prout pariter expirat Gratia; in quibus terminis procedunt dictæ decisiones, prout etiam *decisio 11. de offic. delegat. in nou.*
† non autem quando, vt 23
in casu nostro, de tempore mortis Papæ, res iam integra non erat, quoad Commissarium, *d. l. & quod* vbi *Bart. & Doctor. ff. de Iurisd. omn. Iud. cap. relatum, cap. gratum, & cap. licèt vndique, de offic. deleg. Marant. de ordin. Iudicio, par. 4. in §. distinction. num. 61.* Quam distinctionem, etiam in his terminis non probant suprà proximè dictæ decisiones *Paguera, & Rota in non. & in recent.*
† Quòd autem, in casu, in quo versa- 24
mur, tunc res, iam non esset integra, quoad Commissarium, sed imò executio Gratiæ, iam cœpta, quæ ideò non fuit extincta, etiam per mortem Papæ, non potest dubitari, eo ipso quòd ante illius mortem, Beneplacitum, cum partis citatione, fuit iam Commissario præsentatum, & coram eodem productum, *gloss. in d. cap. relatum, in verbo contestata, Lap. in d. cap. si cui, num. 4.* & ibi *Gemins. num. 6. de praben. & Marant. vbi supra, Ricc.* qui plures cumulat *decis. 20. in prax. alien. rer. Eccles. Mantic. d. decis. 41. num. 4. Rot. in d. decis. 473. num. 3. par. 2. recent. & in Elnen. Mineriarum, 10. Iunij 1587. coram Blanchetto, & in Bononien. Bonorum de Binarinis 5. Martij 1618. coram bon. mem. Andrea.*

Non obstat prætereà supradicta *decisio Put. 343.*
lib. 1. in correct. † vbi quòd in beneficialibus, & matri- 25
monialibus est locus pœnitentiæ, ante executionem dispensationis, seu Beneplaciti Apostolici; Quia est verum, sed procedit speciali ratione; videlicet quia in illis materiis absque Beneplacito Apostolico ius resistit contractui vsque ab initio, ita vt ante Beneplacitum, contractus nunquam habeat implicitum

26 statum validitatis, † sed post obtentum Beneplaci-
tum opus est nouo consensu; Quia primus, vti sem-
per, & indistinctè reprobatus non suffragatur, *Abb. in d. cap. super eo, n. 8. de condit. apposit. Mantic. de-
cis. 201. n. 4. & decis. 638. n. 12. Greg. XV. in d. decis. 410.*
27 *n. 5.* & ibi latè *Additio n. 9.* † Quando autem, post
obtentum Beneplacitum, est necessarius nouus consensus, regulariter permittitur pœnitentia, etiam post illius impetrationem, ante executionem, *Gonzal. super reg. 8. gloss. 12. n. 81. & 82. & Additio ad Gregor.* vbi
proximè: Et ratio est, quia alioquin inane, & frustra,
28 nouus consensus desideratur, vt ad sensum patet, †
Alienationi autem rei Ecclesiæ, etiam sine Beneplacito Apostolico, ius non resistit, imò illa mero iure tenet, si tamen cum legitima causa, & adhibitis solemnitatibus fiat, *Abb. in cap. 2. de his quæ fiunt à Prælatis, n. 15. Nauar. in comment. de alien. rer. Eccles. n. 14. & n. 17. vers. An autem illud procedat*, latè *P. Ludou. Molin. de contract. disput. 468. n. 8. cum pluribus seqq.* vbi optimè declarat, quomodo, & in quibus casibus, sit hæc conclusio intelligenda, *Rota apud Crescent.* & ibi
29 *Addent. decis. 3. de iur. iur.* Quo fit, † vt alienatio facta
sine solemnitatibus, cum reseruatione tamen Beneplaciti Apostolici habeat ab initio implicitum, & virtualem statum validitatis, eo ipso quòd si illud posteà impetretur, supplet defectum solemnitatum, & potuit ab initio validè fieri, illis adhibitis, & cum causa, etiam sine Beneplacito Apostolico, nec deinde nouus consensus desideratur, & consequenter non est amplius pœnitentiæ locus, *Mantic. in d. decis. 201.* & in aliis per *Adden. ad Greg. vbi suprà.*

Non obstat tandem quòd Commissarius processerit, non seruata forma Commissionis: Quia hodie, ex nouiter deductis constitit formam illius fuisse ad vnguem seruatam, de eiúsque obseruantia iudicialiter in actis apparere.

Et ita decisum vtraque parte sæpius informante, &c.

Romana Rescissionis Contractus.

Ven. 17. Iunij, 1633.

ARGVMENTVM.

Accipe ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Filia, quæ acquisiuit bona proprio nomine, tam in vita Patris, quàm post eius mortem, in domo paterna existens, iuuari non potest Instrumento remissionis, quod à Patre obtinuit: quod intellige supposita serie facti, prout in alia decisione in hac eadem causa facta, hic relata.*

2 *Præsumptio*, l. Quintus Mutius, *non excluditur in filio ob modicum redditum ei assignatum à Patre quolibet mense.*

DECISIO CCCLXXXVIII.

DOMINI hodie persistiterunt in decisis, 10. Decembris, 1632. Videlicet Instrumentum remissionis, & donationis, de quo agitur, esse nullum, vel rescindendum: ita vt nullo modo possit D. Barbaræ suffragari, quoad acquisita per eam proprio
1 nomine. † Quod hodie Domini declararunt procedere, tam in acquisitis per filiam in vita Patris, quam post eius mortem, dum erat puella in Domo paterna existens; ex identitate rationis, iuxta fundamenta, & motiua decisionis; Et in his terminis *Menoch. post Alciat. præsumpt. 51. n. 26. lib. 3.*

Neque obstare visa fuit prætensio, quòd D. Barbara fuerit hæres matris suæ, & quòd potuerit acquirere ex menstrua assignatione sibi facta à Patre; Quia neutrum procedit: Non primum; quia imò verius est quòd non fuit hæres matris, cùm stantibus masculis fuerit exclusa *per Statutum Vrbis lib. 1. cap. 145.*
in fin. † Non etiam obstare secundum, quia cùm illa 2
menstrua assignatio fuerit adeò modica, vt non excedat scuta duo quolibet mense, non est habenda in consideratione (vt ad sensum patet) ad effectum excludendi præsumptionem, *l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter virum, & vxorem*, de qua in dicta decisione. Cætera, aut non egent responsione, aut tolluntur in prima dicta decisione.

Et ita decisum vtráque parte informante, &c.

Romana Fructuum Lucri Dotalis.

Ven. 17. Iuny, 1633.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis cap. 131. lib. 2. deferens vxori Lucrum Dotale, decedente viro, habet etiam locum in casu separationis Thori, si probetur separationem contigisse culpa mariti, aliàs si dicta culpa non probetur, nec dos, nec Lucrum, & consequenter, nec fructus vxori debentur.

SVMMARIVM.

1 *Dos & eius Lucrum debentur mulieri secuta separatione Thori, culpa mariti, aliàs secus, n. 3.*
Declara quòd dicta culpa probanda est ab vxore, n. 8. Imò super ea sententia requiritur, n. 7. ita vt non sufficiant argumenta, præsumptiones, & coniecturæ, n. 8.

2 *Fructus Dotis, & Lucri debentur vxori secuta separatione.*

4 Statutum Vrbis cap. 131. lib. 2. *deferens vxori Lucrum dotale, decedente viro, non comprehendit casum separationis Thori, viuente marito. Contraria sententia verior est, n. 5.*

9 *Alimenta debentur vxori à marito post Thori separationem, etiam si illa contigerit culpa vxoris.*

10 *Dispositio Papæ motu proprio, & ex certa scientia facta, quid operetur.*

11 *Dotis appellatione venit etiam Lucrum, & sub illius dispositione comprehenditur.*

12 *Reseruatio Lucri dotalis, facta per Vxorem in casu mortis viri, excludit prætensionem dicti Lucri, extra casum mortis.*

13 *Clausula*, sine præiudicio quorumcumque Iurium, *præseruat omnia iura, præter expressè exceptuata, & n. 15.*
Aliis, *dictio non comprehendit ea, de quibus facta fuit specialis mentio, sed solùm includit omissa in præcedenti dispositione.*

DECI

DECISIO CCCLXXXXIX.


ANCTÆ Memoriæ Gregor.XV. ob gra-
uia dissidia quæ vertebantur inter D.
Ducem Alexandrum Sfortiam, & D.
Ducissam Eleonoram Vrsinam eius
vxorem, aliásque causas animum suum
mouentes, dictos coniuges, motu proprio, & ex certa
scientia à simultanea cohabitatione, toróque maritali
absoluit, & separauit, Dominúmque Ducem compel-
lendum esse decreuit ad restituendum dictæ D.Eleo-
noræ dotem sibi persulutam, quæ fuit cum effectu
posteà restituta.

Vita functo Domino Duce, prædicta Domina
Eleonora prætendit fructus quarti Dotalis (sibi debi-
ti vigore *Statuti Vrbis cap.132. lib.1.*) decursos à die
separationis, vsque ad obitum Ducis eius mariti: Et
cùm desuper causa penderet coram A. C. & fuerit
petitum votum Rotæ: Proposui hodie in ea dubium:
An prædicti fructus debeantur. Et pro parte affirma-
1 tiua, & sic pro Domina Ducissa, dicebatur, quòd, †
sicuti secuta separatione, culpa mariti, & auctoritate
Ecclesiæ, debentur mulieri dos, & lucrum dotale, ad
text. *in §.mitiores, in auth.de nupt. Roland.cons.50 n 4.
lib.1. Thes.decis.130.n.4. Seraph.decis.1415.n.1. Rota
decis.706.n.3.p.1.recent.* Et fuit dictum *in Romana seu
Interamnen. separationis Thori, 11. Decembris, 1601.
coram Pamphilio, & in Romana Diuortij, 14. Martij,
1618. & in Romana Restitutionis Dotis, 5. Decembris*
2 *eodem anno, coram Cardinali Sacrato*; † ita pariter
deberi fructus, tam dotis, quàm lucri dotalis; cùm
illi veniant in consequentiam, vt in specie tradit *Rota
decis.292. n.2. p.1. recent. & in Romana Dotis seu fru-
ctuum, 27. Aprilis, 1600. coram Cardinali Millino,
impress. penes Marches. de commiss. pars.1. fol.909. n.6.*
Quòd autem separatio contigerit culpa Domini Du-
cis, dicebatur probari, eo ipso quòd Papa decreuit il-
lum esse compellendum, ex tunc ad dotis restitutio-
3 nem; † Cùm regulariter de iure dos non sit resti-
tuenda mulieri, nisi separatio contingat culpa mariti,
vt *in dicto §. mitiores, Roland. Thesaur. & Rota vbi
suprà.*

Neque obstare prædictum *Statutum Vrbis c.131. lib.1.*
4 dum defert vxori lucrum dotale, decedente viro, †
quòd ideò non videtur comprehendere casum sepa-
rationis Thori, viuente marito, iuxta *cons. Anchar.
273. per tot.* quod in his terminis, stante etiam culpa
viri, fuit sequuta *Rota in Romana Lucri Dotis, 28.
Martij, 1624. coram Reuerendissimo D. meo Decano,*
atque ideò si in casu nostro lucrum non fuit debi-
tum, neque etiam illius fructus deberi, Quia respòn-
5 debatur, † quòd contraria opinio est verior, & com-
muniter recepta, nempe quòd si l. x, statutum, aut pa-
ctum deferunt vxori lucrum dotis, in casu mortis,
procedunt etiam in omnibus aliis casibus, in quibus
aliàs de iure communi dos, & eius lucrum restitui
debent, & sic etiam in casu separationis, ob culpam
viri: ita vt casus mortis in lege, statuto, aut pacto non
censeatur expressus ad limitandum, sed vti casus à
communiter accidentibus magis frequens, *l. Deo no-
bis*, vbi *Bart. & Paul. de Castro, C. de Episc. & Cleric.*
latè *Roland de lucr. dot. quæst.95. n.10. & seqq.* vbi re-
probat prædictum consilium *Anchar. Natt. cons.283.
n.7. Rota* multos referens *decis.92. part.2. diuers. & de-
cis.292. p.1. recent. & in d. Romana Dotis seu fructuum
coram Cardinali Millino.*

Verùm Domini contrarium resoluerunt, videlicet
prædictos fructus non deberi. Et fundamentum reso-
lutionis non fuit factum *in d. decisione Romana Lucri
Dotis coram R. D. meo Decano*, cùm illa fundetur in
prædicto *cons. Anchar* quod communiter reprobatur,
& Rota sæpius contrarium resoluit; Et hodie aliqui
ex Dominis antiquioribus, qui tunc Rotæ interfue-
runt, attestati sunt, quòd illicò post captam d. resolu-
tionem, agnouit Rota eam non posse subsistere, &
consequenter, nec etiam fuit factum fundamentum
in *dicto Statuto Vrbis*, cùm imò, vt dictum est, Statutum
deferens lucrum dotis, in casu mortis, procedat etiam
in casu separationis. Sed ratio resolutionis fuit, quòd
non probatur separationem contigisse culpa mariti, † 6
prout necessariò eius culpa probari debet, ad effectum
vt dos, & eius lucrum mulieri debeantur, statim secu-
ta separatione; Et in his terminis loquuntur iura
DD. & decisiones supra exaduersò allegatæ: Quod
adeo verum est, † vt super culpa viri requiratur sen- 7
tentia, cùm agatur de incurrenda pœna *Host. Ioan.
Andr.* & alij *in cap. porrò, de Diuortiis, Sanchez* qui
plures allegat, *de Matrimonio lib. 10. disput. 8.
numero 13.*

Neque esse verum dicebant Domini, quòd San-
ctissimus visus fuerit implicitè declarare separatio-
nem contigisse culpa mariti, eo ipso, quòd decreuit
eum esse compellendum ad Dotis restitutionem, ex
quo si separatio non contigisset eius culpa, ad dotis
restitutionem, de Iure non teneretur, ex allegatis. † 8
Quia vltrà quòd non sufficit, ad hunc effectum, con-
stare de culpa viri per argumenta, præsumptiones, &
coniecturas, seu aliàs, sed debet etiam, vt dictum fuit,
desuper sententia ferri: & ex eo, quòd Papa voluit
dotem restitui, non sequitur vt non potuerit moueri
ex alia causa, quàm ex culpa mariti, vt ad sensum pa-
tet, & signanter in casu nostro, in quo potius motus
fuisse videtur, vt Domina Ducissa possit cum sua
Dote honorificè viuere, prout illustrium eius Nata-
lium qualitas exigebat: † Et cùm in omnem casum 9
fuissent debita D.Eleonoræ alimenta, *Clar.* qui de
communi attestatur *in §. adulterium col penult. in vers.
facta autem Thori separatione, Surd. de alim tit.1. q.32.
num. 33.* facilè credendum est Papam loco illorum,
dotem restitui iussisse, cuius fructus fortè non exce-
debant quantitatem alimentorum, ad quorum præ-
stationem, iuxta qualitatem D.Ducissæ, Dux teneba-
tur; Quod tantò magis dicendum est, cùm Papa in
Breui, relatis vtriúsque coniugis ad inuicem dissidiis,
ex hoc, & aliis causis animum suum mouentibus, mo-
tu proprio, & ex certa scientia, Thori separationem
concessit; qui propterea, † dum disposuit motu pro- 10
prio, voluit non esse de causis vlterius inquirendum,
nec disputandum, ad text. *in c si motu proprio, de præ-
bend. in 6. Mart. de claus. part.1. claus.138. Cassad. de-
cis.4. n.9. de prob.*

Vnde minùs obstat; † Quòd appellatione Dotis 11
veniat etiam lucrum, sub illiúsque dispositione com-
prehendantur, *l. etiam, & ibi Bart. & Bald. in princ. &
n.4. C. de iur. Dot. Natt. cons.273. n.4. Grat. discept.823.
n.16. & Rota decis.448. part.2. recent.* atque ideò dum
Papa præcepit D.Duci vt Dotem restitueret, & inte-
rim fructus solueret, etiam eidem mandasse visus
fuerit, vt solueret lucrum, eiúsque fructus; Quia, vl-
trà quòd non est præsumendum, quòd Papa, non con-
stito, nec adhibita causæ cognitione super culpa viri,
voluerit illum, vltrà Dotis restitutionem, etiam com-
pellere ad restituendum lucrum, Mentem Papæ in
casu nostro fuisse de sola dotis restitutione, obseruan-
tia subsecuta demonstrauit: tum ex eo quòd, viuente
Duce nunquam D Ducissa egit ad lucrum, eiúsque
fructus: tum, & etiam, quia illa in Instrumento cele-
brato, in executionem dicti Breuis, emanati super se-
paratione, sibi reseruauit iura lucri dotalis in casu
mortis, ibi, *si come anco la Signora Duchessa non si in-
tende per questo Instrumento pregiudicato alla preten-
sione*

sione del Quarto in caso di morte di detto Signor Duca, né alli facoltà di disporre della decima parte conforme
12 *allo statuto di Roma.* † Quæ verba videntur excludere reseruationem, siue prætensionem lucri dotalis, extra casum mortis, *l commodissimè* cum vulgat. *ff. de lib. & post.* & in simili ita arguit *Rota in Romana Iurisdictionis, 21. Iunij, 1621. coram bon. mem. Buratto.*

Nec releuat quòd post supradicta verba, *si come anco la Signora Duchessa, &c.* subsequantur hæc alia verba, *de qualsiuoglia altra raggione, che oltre le cose*
13 *come sopra accordate si potessera competere de Iure*, † Per quæ videtur sibi Domina Ducissa reseruasse omnia alia Iura sibi de Iure competentia, & sic ius petendi fructus lucri dotalis in casu separationis, *Paris. cons. 23 num 142. lib. 2.* cum aliis per *Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib.* ... *claus. 142. n. 1. lib. 1.* Quia præterquam quòd hoc ius sibi non competit de Iure ex supradictis, cùm præcessit specialis reseruatio lucri in casu mortis; illa verba sequentia, *& di qualsiuoglia oltra raggione, &c.* non comprehendunt ea, de quibus fuit facta iam particularis mentio, prout est lucrum Dotis, expresè reseruatum in casu mortis, sed solùm includunt omissa in parte præcedenti; maximè stantibus illis aliis verbis, *Che oltre le cose come di sopra accordate, &c. Paris. consil. 79. n. 21. lib. 2. Soccin. Iun. cons. 107. n. 45. & 47. lib. 3.* Et idem dicendum est de Clausula *sine præiudicio. Oldrad. cons. 14. aliàs 330. in fine. Paris. cons. 70. num. 12. lib. 1.*

Et ita decisum, &c.

Maceraten. Diuisionis Bonorum.

Lun. 20. Iunij, 1633.

ARGVMENTVM.

Si duo obligati sint ad inuicem rationem reddere, & vnus eorum agat contra alterum obligatum, tenetur prius adimplere ex parte sua, reddendo rationem: Et an sufficiat obligatio verbalis de rationem reddendo.

SVMMARIVM.

1 *Obligati si duo sint ad inuicem rationem reddere, & vnus eorum agat contra alterum obligatum, vt rationem reddat, tenetur prius adimplere ex parte sua, reddendo rationem, aliàs repelli potest, exceptione non implementi.*

2 *Exceptio non implementi repellit actorem à limine Iudicij, donec ipse doceat ex parte sua cum effectu adimpleuisse.*

3 *Oblatio verbalis, de reddenda ratione, non releuat, sed debet esse realis, & cum effectu.*

4 *Obligatus adimplere, non excusatur per simplicem oblationem, sed debet de reali adimplemento docere.*

5 *Reus non prohibetur cumulare plures exceptiones, ad fundandam suam intentionem.*

6 *Exceptio non implementi nunquam censetur remissa, aut reiecta.*

DECISIO CCCC.

FRANCISCVS, & Salustius, fratres de Philippucis, cùm deuenerint ad diuisionem bonorum, communiter retinuerunt portionem Alexandri, alterius Fratris dementis, tunc superuiuentis, & dicti Franciscus, & Salustius ad inuicem promiserunt & se obligarunt de portione Alexandri (quam inter se æqualiter diuiserunt) rationem reddere: Cùm autem filij, & hæredes præfati Francisci conuenerint Salustium, ad reddendam rationem bonorum Alexandri, pro rata per eum administratorum; Et Salustius prætenderet se non teneri, ex eo quòd tenebantur priùs filij dicti Francisci, vti actores, ex eorum parte adimplere, reddendo similem rationem: Ideò dubitaui hodie, An dictis filiis, & hæredibus Francisci obstet exceptio non implementi, super prætensa redditione rationis: Et fuit affirmatiuè resolutum. Ratio resolutionis fuit, † Quia cùm Franciscus 1
eorum Pater, & ipsi etiam administrauerint, pro medietate, bona dicti Alexandri, & ex persona d. Francisci, quorum sint hæredes, obligati existant ad reddendam prædictam rationem, ipsos teneri priùs implere ex eorum parte, reddendo rationem medietatis bonorum, per eos administratorum, aliàs meritò repelli possunt exceptione non implementi, vt in his terminis *Castr. cons. 126. n. 1. vers. nam qua ratione lib. 2. Rimin. sen. cons. 300. n. 51. & seqq. Crauet. cons. 259. n. 15, & 16. Cost. cons. 58. n. 29. & seqq. Gratian. discept. 760. n. 9. Bero quæst. fam. quæst. 32. n. 1. ad vers. med. Ex quibus infertur, Felician. de societ. cap. 37. n. 16.* & fuit resolutum *in Romana redditionis rationis, 14. Decembris, 1618. coram Cardinali Sacrato*; Et ratio est, † Quia excep- 2
tio non implementi repellit actorem à limine Iudicij, donec ipse doceat ex parte sua cum effectu adimpleuisse, *Roland. cons. 69. num. 9. lib. 4. Crauett. cons. 151. num. 10. vers. & adeò, agere, Mantic. decisione 4. numero 18.*

Non obstat quòd filij dicti Francisci se obtulerint paratos reddere prædictam rationem; † Quia cùm di- 3
cta oblatio fuerit tantùm verbalis, non releuat, sed debet esse realis, & cum effectu, vt in puncto *Bero.* vbi supra; Et est regulare † quod obligatus adimplere, 4
non excusatur per simplicem oblationem, sed debet de reali adimplemento docere; iuxta doctrinam *Bart. in l. Prætor ait, §. si quis paratus, num. 1. de nou. oper. nunc. Anchar. cons. 331. num. 1. Roland. cons. 50. num. 35. & seqq. lib. 1.*

Minùs obstat si dicatur quòd pro parte Salustij fuerit recusatum adimplementum; ex quo ipse opposuit alias exceptiones; † Quia Reus non prohibetur cu- 5
mulare plures exceptiones ad fundandam suam intentionem, *l. nemo prohibetur, de except. l. nemo ex his,* vbi *Dec. in princ. ff. de reg. Iur.* Vltrà quòd † exceptio 6
non implementi nunquam remissa, aut reiecta censetur, *Bart. in l. 1. §. & pauci. ff. quòd vi, aut clam, Surd. cons. 350. n. 32.* cum aliis relatis *per Rotam in causa Romana pensionis Domus, 16. Nouembris, 1611. coram R. P. D. meo Pirouano,* impress. *apud March. de com p. 1. fol. 1016.*

Et ita decisum, &c.

Ariminen. Saluiani.

Lun. 20. Iunij, 1633.

ARGVMENTVM.

Saluiani requisita quæ sint; Et quomodo probentur. Clausula Constituti an probet possessionem debitoris, ad effectum Saluiani, & an illa comprehendatur in Clausula cæterata, *Et interim, &c.* Præscriptio

ſcriptio Decennalis in Saluiano quando non intret.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum intrat, probatis tribus requiſitis, hic ennumeratis.*

2 *Ratificatio Inſtrumenti quid operetur.*

3 *Creditum cum hypotheca in iudicio Saluiani probatur ex Inſtrumento impoſitionis cenſus.*

4 *Ceſſionarius ſuccedit etiam in hypotheca, & ideò poteſt agere Saluiano, quod cedenti competebat.*

5 *Hypotheca eſt mater Saluiani.*

6 *Clauſula Conſtituti probat poſſeſſionem conſtituentis, etiam ad effectum Saluiani, quando agitur contra habentem cauſam ab eo.*

7 *Cenſus imponi non ſolet, niſi ſuper rebus, quas poſſidemus, & ideò præſumitur debitor Cenſus poſſediſſe fundum cenſuatum, etiam ad effectum Saluiani.*

8 *Clauſula Conſtituti continetur ſub clauſula cæterata,* Et interim, &c.

9 *Et præſertim procedit quando clauſula,* Et interim, &c. *non poteſt intelligi de conſtitutione Procuratoris, dum ille fuit in alia parte eiuſdem Inſtrumenti conſtitutus.*

10 *Poſſeſſio Rei conuenti ex quibus probetur remiſſiuè.*

11 *Cenſum imponens ſimul cum alio, ſi deinde obtineat à Creditore dicti Cenſus ceſſionem, agere poteſt contra Correum ſolùm pro ſumma, quæ ſupereſt, dempta rata ipſius Ceſſionarij.*

12 *Saluianum præſcribitur ſpatio decem annorum.*

13 *Declara quòd præſcriptio decennalis, reſpectu fundi cenſuati non incipit currere niſi à die quo debitor Cenſus ceſſat ſoluere.*

14 *Mala fides obſtat ad præſcribendum, quæ reſultat ex eo, quod quis intendit præſcribere fundum cenſuatum, cuius Cenſum in ſe accollauit.*

DECISIO CCCCI.

DOMINI dixerunt dandam eſſe immiſſionem Boniceello, ex remedio Saluiani, ſuper Domo, de qua agitur; † iuſtificantur enim omnia requiſita; Creditum,
1
nimirum Bonicelli, cum hypotheca, poſſeſſio Nigroni debitoris, de tempore conſtituti debiti, vel poſteà, & moderna poſſeſſio Almetij Rei conuenti: Quibus concurrentibus certum eſt, intrare Saluianum, *Menoch. de adipiſc. remed. 3. quæſt. 29. n. 161. cum ſeqq. Put. decif. 201. lib. 1 Rota decif. 324. n. 3. & decif. 456. n. 1. p. 2. recent. & in Romana Saluiani, 10 Iunij, 1626. coram me,* & alibi paſſim.

De credito enim, cum hypotheca conſtitit ex publico Inſtrumento, in quo apparet dictum Bonicellum, tam nomine proprio, quàm nomine dicti Nigroni, impoſuiſſe annuum Cenſum ſcutorum 90. ad fauorem Ioannis Antonij Leſſij, & ibi bona vtriuſque ſui ſcilicet, & dicti Nigroni, in ſolidum obligaſſe, &
2 hypothecaſſe; † Quod Inſtrumentum, cum fuerit à Nigrono ratificatum, habetur, ac ſi ab ipſomet, & præcedente eius mandato factum eſſet, *l. cum mandati, in fin. C. mandati, l. ratihabitio, ff. de reg. iur. Gabr. conſ. 195. n. 5. lib. 1. Surd. decif. 159. n. 16.* † Et conſe-
3 quenter bene probat creditum, cum hypotheca, ad fauorem dicti Leſſij qui Cenſum emit, *Rota decif. 13. & decif. 15. n. 1. apud Pacif. de Salu. & in dicta Romana Saluiani coram me:* Cùm autem Bonicellus ſolueris ſcuta . . . . dicto Leſſio creditori, & ceſſionem ab eo reportauerit, vtique poterit, pro conſecutione crediti ceſſi, agere Saluiano, ſicuti potuiſſet ipſemet cedens;

† Quia Ceſſionarius ſuccedit etiam in hypotheca, 4
Neguſ. de pignor. 3. membr. 5. p. n. 13. † Et hypotheca 5
eſt Saluiani mater, *Rota decif. 299. apud Pacif. de Saluiano,* & latè idem *Pacif. inſpect. 3. c. 2. n. 899.*

Poſſeſſio verò eiuſdem Nigroni debitoris, de tempore contracti debiti, probatur ex Inſtrumento venditionis dictæ Domus, quam ipſe fecit Almetio dum
in eo adeſt clauſula Conſtituti, † ex qua etiam, ad ef- 6
fectum Saluiani, benè probatur poſſeſſio conſtituentis, quando prout hîc, agitur contra habentem cauſam ab eo, *Pacif. de Saluian. inſpect. 1. c. 6. n. 39. & inſpect. 3. c. 1. n. 1020. Cenc. de cenſ. p. 2. c. 2. q. 5. art. 9. n. 18. Seraph. decif. 1425. n. 1 Greg. XV. decif. 491. n. 10. & decif. 624. n. 3. in fin. p. 1. recent.* & fuit dictum *in Eſina Saluiani, 19. Iunij, 1627. coram R. P. D. meo Dunozetto, & in Romana Officij, 13. Maij, 1631. coram R. P. D. meo Verolpio:* Quæ poſſeſſio coadiuuatur etiam ex eo, quod d. Domus eſt illámet ſuper qua fuit impoſitus Cen-
ſus, † Et à communiter accidentibus Cenſus non im- 7
ponitur, niſi ſuper rebus, quas poſſidemus, vt in puncto, ad probandam poſſeſſionem ad effectum Saluiani, firmauit *Rota decif. 35. n. 4. verſ. quoad Saluianum, in Addit. Cenc. de cenſ.*

Non obſtat, ſi dicatur quòd in d. Inſtrumento non
adeſt Clauſula conſtituti, † Quia imò continetur ſub 8
illa Clauſula cæterata, *Et interim, &c.* quæ iuxta ſtylum Notariorum, de quo *Saluſt. in formular. Inſtrum. de clauſ. Inſtrum. p. 1. clauſ. 19.* ſic extenditur. *Et interim*
conſtituit ſe nomine illius poſſidere & retinere: † Præſer- 9
tim, quia d. Clauſula non poteſt intelligi de conſtitutione Procuratoris, dum ille fuit in alia parte eiuſdem inſtrumenti, explicitis verbis, conſtitutus; & ideò non poteſt aliter extendi.

Poſſeſſio tandem Almerij † Rei conuenti proba- 10
tur ex litis ſuſtentatione, iuncto adminiculo, deſumpto ex d. clauſula Conſtituti, & ex reſponſione ad poſitiones, vbi fatetur locaſſe dictam Domum, *Cenc. de cenſib. d. art. 9. n. 19. Rota decif. 25. n. 4. & ſeqq. & decif. 98. n. 9. apud Pacif. de Saluiano.*

Non obſtat, quòd tam Bonicellus, quàm Nigro- 11
nus conſtituerint Cenſum, ad fauorem Leſſij, † ſicque ſint duo Rei debendi, & ideò nequeat Bonicellus agere pro tota ſumma ſcutorum . . . . ſibi ceſſa, ſed pro ea duntaxat quæ ſupereſt, dempta rata ſua, *gloſſ. in l. Modeſtinus, in verbo actionum,* & ibi *etiam Bart. n. 8. ff. de ſolut. Rota decif. 190. n. 1. apud Greg. XV.* Quia obiectum tollitur ex facto; quia apparet ex quodam Laudo, lato inter eos, & ab eis emologato, & ex eodem Inſtrumento venditionis Domus, quòd onus ſoluendi dictum Cenſum fuit in totum iniunctum Nigrono, qui etiam curauit, vt Almerius accollaret illum in ſe, ad computum pretij.

Non obſtat quòd Almerius poſſederit hanc Domum per decennium, ſicque tutus præſcriptione ad-
uerſus agentem Saluiano, † Quòd regulariter decen- 12
nio præſcribitur; Quia fuit benè reſponſum, † Quod 13
præſcriptio non incipit currere, niſi à die quo debitor Cenſus ceſſat ſoluere, vt latè in his terminis *Roder. de ann. reddit. quæſt. 9. n. 64. Cenc. de cenſib. p. 2. c. 2. q. 5. art. 9. n. 49. Pacif. de Salu. inſpect. 3. p. 2. n. 198.* In caſu autem noſtro, à die vltimæ ſolutionis non ſunt effluxi decem anni: Et accedit quòd Almerio poſſeſſori dictæ Domus (quia ipſemet accollauit in ſe onus ſol-
uendi illúmmet cenſum) † obſtat ad præſcribendum 14
manifeſta mala fides, vt in puncto idem *Cenc. de cenſ. part. 3 cap. 1. quæſt. 8 art 1. num. 21.* Et fuit reſolutum *in Romana officij, 23. Maij, 1631. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Et ita, &c.

Aſculana

Asculana Emphyteusis.

Lun. 27. Iunij, 1633.

ARGVMENTVM.

Emphyteuta, An, & quando cadat ab Emphyteusi, ob non petitam illius renouationem in temporeconuento. Vniuersitas an restituatur in integrum, etiam post lapsum quadriennium, aduersus aliam Vniuersitatem. Caducitas incursa ab Emphyteuta, ob alienationes factas, irrequisito Domino directo, an censeatur remissa per renouationem Emphyteusis posteà secutam.

SVMMARIVM.

1 *Renouatio Emphyteusis, si non fuit petita intra tempus conuentum, Dominus directus cogi non potest ad renouandum, sed intrat deuolutio.*
Declara procedere in Emphyteusi temporali secus in perpetua, num. 7.
2 *Concessum ad tempus, post illud denegatum censetur.*
3 *Emphyteuta alienans, irrequisito Domino directo, cadit ab Emphyteusi.*
4 *Emphyteusis alienari non potest in potentiores.*
5 *Emphyteuta cadit à iure suo ob Canonem non solutum.*
6 *Emphyteusis durare debet in perpetuum prout fuit conuentum, si non constet de contrauentione Emphyteuta.*
8 *Restitutio in integrum competit Vniuersitati ob non petitam in tempore renouationem Emphyteusis, & num. 10.*
9 *Vniuersitas vtitur iure minoris.*
11 *Restitutio in integrum peti debet per Vniuersitatem intra quadriennium.*
Declara quod peti potest, & competit etiam post quadriennium, quando est vehementer lesa, n. 13.
12 *Restitutio in integrum quando petita censeatur.*
14 *Restitutio in integrum competit Ecclesia enormiter lesa, ex lapsu temporis.*
15 *Ecclesia, & Vniuersitas aequiparantur.*
16 *Priuilegiatus non gaudet priuilegio contra aequè priuilegiatum: declara vt n. 18.*
17 *Vniuersitas non restituitur aduersus aliam Vniuersitatem, intellige, vt n. 19.*
20 *Lapsus temporis in petenda renouatione Emphyteusis, non rigorosè attenditur, si sit modicus, & maximè si non fuit secutus per dolum, aut per latam culpam.*
21 *Probatio dubia, & aequiuoca non releuat.*
22 *Caducitas incursa ab Emphyteuta ob alienationes factas, irrequisito Domino directo, censetur remissa per renouationem Emphyteusis, postea obtentam: Et an in Domino requiratur ad hunc effectum scientia, num. 23.*
24 *Census imponi possunt ab Emphyteuta in re emphyteotica, si hoc non fuit illi prohibitum sub poena caducitatis.*
25 *Debitor cessus si soluat cessionario, periade est ac si solueret ipsi cedenti.*
26 *Instrumentum signatum linea transuersa an probet, vide* Mascard. in loc. cit.
27 *Rota solet excusare Emphyteutas, ex leuioribus causis à caducitate.*

DECISIO CCCCII.


NIVERSITAS Ciuitatis Asculi, concessionem in Emphyteusim, Tenimenti, de quo agitur, aliàs de anno 1430. per ipsam factam, Communitati, & hominibus Castri Spineruli, renouauit die 16. Februarij, 1572. pro anno canone Salmatum sex frumenti, cum pacto quòd dicta concessio Emphyteusis renouati deberet in perpetuum de 25. annis in 25. annos, & quòd Communitati dicti Castri non liceret dictum Tenimentum vendere, nec alienare, sed tantùm inter homines dictae Communitatis illud locare, prout ei placuerit, non tamen vltra tempus nouem annorum; Cùm autem elapsis 25. annis, & octo mensibus, à die dictae renouationis, Communitas Spineruli renouationem petiisset, Vniuersitas Asculi illam facere denegauit; coepitque praetendere Tenimentum fuisse deuolutum; Vnde introducta desuper lite coram Gubernatore dictae Ciuitatis, & posteà Rotae commissa, fuit in ea dubitatum; An constet de deuolutione: Et pro parte affirmatiua triplex erat Vniuersitatis Asculi fundamentum.

Primum fundamentum erat quòd renouatio petita non fuit intra tempus 25. annorum, † quo casu 1
Dominus directus cogi non potest ad renouandum, etiam si in inuestitura adsit pactum de renouando; Quia illud intelligitur, quatenus renouatio fuerit petita intra tempus conuentum; eo enim elapso, est finita Emphyteusis, & intrat deuolutio; † Quia conces- 2
sum ad tempus post illud denegatum censetur, ad text. *in l. si vnus, §. 1.* vbi *Bald ff. de pact.* Et in his terminis tradunt, *Angel. cons. 184. n. 2. Bero. cons. 116. n. 15. & 16. lib. 1. Corbul. de caus. priuat. ob non petit. inuest. n. 6. vers. Extenditur. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 23. n. 15. vers. illud etiam puto, Mares. var. resol. lib. 2. c. 144. num. 17. Rota decis. 215. num. 1. & seqq. part. 1. recent. Gregor. decis. 348.*

Secundum fundamentum fuit; Quia Communitas seu homines Spineruli, contra pacta conuenta, & irrequisita Vniuersitate Asculi, fecerunt plures alienationes in extraneos, de Terris praedicti Tenimenti;
† Certum autem est, Emphyteutam ob alienationes 3
factas, irrequisito Domino directo, cadere ab Emphyteusi, illámque ad Dominum reuerti, *l. fin.* & ibi *DD. C. de Iur. Emphyt. Clar. in §. Emphyteusis, quaest. 13. in princ.* cum multis congestis *per Corbul. de caus. priuat. ob alien. irreq. dom. fact. in princ.* Quòd eo fortius in
casu nostro procedere dicebatur; † cùm nonnullae 4
ex dictis alienationibus factae fuerint in Potentiores, in quos fieri de Iure prohibentur. *d. l. fin. §. fin autem duorum*, vbi *Ias. num. 18. C. de Iur. Emphyt. Bald. in Auth. quas actiones, num. 13. vers. Tertio modo, C. de Sacrosanct. Eccles. Gregor. decis. 529. num. 5.* Et fuit dictum *in Mutinen. Emphyteusis, 26. Aprilis, 1632. coram me.*

Tertium, & vltimum fundamentum fuit; Quia vt praetendebatur, Communitas Spineruli per plures
annos Canonem non soluit, † Et clarum est ob Cano- 5
nem non solutum, Emphyteutam cadere à Iure suo, & Emphyteusim ad Dominum redire, *l. 2. C. de Iur. Emphyt. Ruin. cons. 110. num. 1. vol. 1. Rimin. Iun. cons. 94. n. 1. Surd. decis. 180. num. 1. & Rota apud Crescent. decis. 5. de locat. & cond.*

Quibus tamen non obstantibus Domini, causa saepè saepius proposita, & maturè discussa, contrarium censuerunt; nempe non constare de deuolutione, Ra-
tio resolutionis fuit; † Quia cùm Emphyteusis, ex pa- 6
cto contrahentium in dicta renouatione, de anno 1572. fuerit in perpetuum concessa, & non constet de contra

contrauentione pactorum inuestituræ, sed imò illa
fuisse seruata, & adimpleta, vt ex inferius dicendis
comprobabitur, consequenter adhuc in suo esse de-
bet durare, & perseuerare, prout fuit conuentum, ad
text. *in l. 1. in princ. ff. de pact. cap. 1. & 2. extra de pactis,*
l. 1. vers. item, C. de Iur. Emph.

Neque obstant tria fundamenta pro contrauen-
tione, ad fauorem Vniuersitatis Asculi supra deducta:
Et imprimis non obstat, Quòd renouatio petita fue-
rit post lapsum tempus 25. annorum, & octo men-
sium; Quia fuit dupliciter responsum. Primò nempe,
quòd DD. & decisiones, in dicto primo fundamento
allegatæ, loquuntur in Emphyteusi ad tempus con-
cessa, non autem in Emphyteusi perpetua, in qua ver-
7 samur; † Quandoquidem in perpetua, renouatio cen-
setur tantùm requisita ad faciliorem probationem
Domini directi, non autem pro substantia contra-
ctus, vt in Emphyteusi temporali, *Alciat. cons. 42. lib. 8.*
idem *Bero. d. cons. 216. n. 19. vol. 1. Cerbul. de caus. priuat.*
ob temp. fin. n. 17. Et non dissensit *Marescot. vbi supra:*
prout nec etiam *Rot. d. decis. 215. num. 3.* Et clarè *de-*
cis. 438. n. 3. part. 2. recent. Addent. ad Greg. decis. 348.
num. 6. Secundò fuit responsum, quòd in omnem ca-
8 sum, † Communitati Spinetuli competeret restitu-
tio in integrum, aduersus non petitam in tempore
9 renouationem; † Cùm enim Vniuersitas vtatur iure
minoris, vt de communi testatur, *Odd. de restit. in in-*
10 *tegrum, part. 1. q. 3. art. 9. n. 61.* † prout in hoc casu mi-
nori competit restitutio, pariter, & Vniuersitati,
Soccin. Iun. cons. 115. num. 23. & Corbul. vbi pro-
ximè.

Neque obstat, si contra dictam secundam respon-
11 sionem opponatur, † quòd restitutio debuerit peti
per Vniuersitatem, intra quadriennium, *Bartol. in l.*
Rempublicam, n. 3. C. de iur. Reip. lib. 11. Ias. in l. 2. n. 49.
vers. & intra quantum tempus, C. de iur. Emphyt. Nat.
cons. 45. n. 1. Odd. de restit. in int. q. 19. art. 3. n. 24. & 25. &
quæst. 20. art. 1. n. 13. Et quòd in casu nostro non fuit
intra quadriennium petita, Quia imò constat fuisse
petitam in primo anno quadriennij, nempe post octo
12 mensesà die lapsi temporis. † Siquidem Communi-
tas Spinetuli, die 16. Octobris 1572. implorauit offi-
cium Iudicis, videlicet Cadinalis Marchiæ Legati,
exponens quòd attento, quòd ipsa pluries petiit, &
institit pro renouatione, & Vniuersitas Asculi eam
denegauit, ei ordinanit, vt prædictam renouationem
faceret, per quam petitionem renouationis, inspecta
qualitate facti, & attentis in ea narratis, visum fuit
Dominis satis fuisse petitam restitutionem, saltem
per æquipollens, ex traditis per *Rol. cons. 58. n. 17. lib. 2.*
& per Odd. de restit. in int. part. 1. quæst. 1. art. 7. Sed
quidquid esset de prædictis, communis, & verior opi-
13 nio est, † quòd Vniuersitati, quando est vehementer
læsa, competit restitutio, etiam post lapsum quadrien-
nium, *Couar. var. resol. c. 1. tit. de minor. 25. ann. num. 22.*
14 *vers. illud, part. 2.* † Prout in simili, quòd Ecclesiæ
enormiter læsæ, ex lapsu temporis, competat restitu-
tio. probat text. *in Clem. 1. vbi gloss. de rest. in integrum,*
15 *Alex. cons. 150. n. 2. circa med. lib. 7. Rom. cons. 123. n. 3.* †
Ecclesia autem, & Vniuersitas æquiparantur, *l. fin. C.*
de Sacros. Eccles. & tradit *Odd vbi supra.* Quòd autem
Communitas Spinetuli fuerit læsa, ob non concessam
ei renouationem, & non petitam restitutionem intra
quadriennium, patet ad sensum.

Non obstat etiam, quòd cùm Communitas Spine-
tuli agat contra aliam Vniuersitatem, pariter priuile-
giatam, non debeat gaudere beneficio restitutionis, ex
16 regula, † quòd priuilegiatus contra æquè priuilegia-
tum non gaudeat priuilegio, *l. sed & milites, in princi-*
pio, ff. de excus. tut. l. verum, § item quæritur, & l. si mi-
nor 25. annis, la seconda, in princ. ff. de min. Alex. cons. 43.
n. 18. lib. 5. † Et in specie quòd Vniuersitas aduersus 17
Vniuersitatem non instituatur *Grat. dec. Marchiæ 196.*
n. 18. † Quia procedit quando vtriusque priuilegiati 18
est per se causa, videlicet, à vterque certet de dãno vi-
tando, secus tamen quando, prout in casu nostro, vnus
agit de damno vitando, & alter de lucro captando,
quia tunc agens de damno vitando restituitur, con-
tra alterum æquè priuilegiatum, qui certat de lucro,
l. fin. ff. ex quibus caus. mai. Roman. cons. 166. n. 14. Castr.
cons. 37. lib. 2. latè *Odd. de rest. in integ. part. 1. q. 18. art. 5.*
Cancer. var. resol. p. 2. c. 1. tit. de min. 25. ann. n. 241. † Et 19
in puncto, quòd Vniuersitas, quæ agit de damno vi-
tando, restituatur aduersus aliam Vniuersitatem, quæ
certat de lucro, tradit *Odd.* vbi proximè, & *art. 10.*
num. 64. In casu autem nostro, vt dictum est, Commu-
nitas Spinetuli agit de damno vitando, & patet quòd
Vniuersitas Asculi agit de lucro captando: Quæ eo
magis procedere videntur, cùm in Inuestitura seu re-
nouatione, in casu contrauentionis, nulla fuerit adie-
cta pœna caducitatis, & agatur de modico lapsu tem-
poris, † qui in hac materia non ita rigorosè attendi 20
debet: & maximè si non labatur per dolum, aut per
latam culpam, *Guidep. decis. 165.* Et fuit resolutum *in*
Romana Vinea 17. Decembris 1632. coram me, & benè
conducunt tradita per *Giurb. decis. 80. per tot.* Et præ-
sertim *num. 25.* Et tantò minùs contra Vniuersitatem,
quæ vt dictum est, vtitur iure minoris, & in omnem
casum, prima responsio ad hoc primum fundamen-
tum videtur irrefragabilis.

Non obstat pariter secundum fundamentum, quòd
Communitas Spinetuli ceciderit à d. Emphyteusi,
propter prætensas alienationes in extraneos factas;
Quia cessat ex facto. Etenim, aut loquimur de alie-
nationibus factis ante dictam vltimam renouationem
de anno 1572. & non obstant, triplici de causa. Prima
est, quia non probatur identitas Tenimenti videli-
cet, quòd aliæ alienationes fuerint factæ de terris,
comprehensis in dicto tenimento, imò dictæ terræ
alienatæ discordant in nomine, & confinibus à Teni-
mento de quo cantat inuestitura. Secunda est, quia
quando probaretur quòd Terræ alienatæ essent dicti
Tenimenti, tamen est aduertendum, quòd ex d. prima
concessione emphyteusis, facta de anno 1450. apparet
non fuisse concessum totum Tenimentum, sed tan-
tùm duas ex tribus partibus illius. Vnde cùm per Vni-
uersitatem Asculi non probetur terras alienatas, esse
ex illis comprehensis, in prædictis duabus partibus,
in Emphyteusim concessis, sed imò locus, & confinia
in illis descripta benè etiam conueniant tertiæ parti,
quæ supererant, & non fuit in Emphyteusim conces-
sa; † Propterea, cùm probatio sit dubia, & æquiuoca 21
non releuat, ad *l. non hoc, C. vnde legit. cum vulg.* Ex
quibus infertur nihil relauare testes examinatos ad
instantiam Vniuersitatis Asculi, deponentes super
dictis alienationibus; Quia cùm nihil concludant
super identitate, nullum in eis potest fieri fundamen-
tum. Tertia, & vltima est; Quia quidquid sit, an
dictæ alienationes sine Beneplacito Apostolico fue-
rint validæ, etiam quòd interuenisset consensus Vni-
uersitatis Asculi, siue tacitus siue expressus; in om-
nem casum, † quoad Vniuersitatem Asculi, caducitas 22
censeretur remissa, per dictam renouationem ab ea
postea factam, de dicto anno 1572. vt post *Bald.* tradit
Dec cons. 185. n. 8. & seqq. & cons. 350. n. 11. Et in fortio-
ribus terminis *Fulg. cons. 138. n. 2. vers. opponitur subse-*
quẽter, & n. 3. vers. palam est, † Nec dicatur, ad dictum 23
effectum remissionis caducitatis, esse probandam
scientiam Vniuersitatis Asculi, de eo tempore, Quia
ex obseruantia alienationum, per lapsum decennij,
maximè attenta locorum vicinitate, & aliis facti
circumstantiis, præsumitur scientia, eo ipso quòd

præsumitor consensus Domini directi, qui per necessarium antecedens, supponit scientiam qualitatis Emphyteoticæ, *Corbul. de cauf. priuat. ob alien. irreg. dom. fact. lim. 31. Menoch. lib. 3. praf. 133. num. 48.* Aut verò loquimur de prætensis alienationibus, factis post dictam renouationem de anno 1572. & illæ non releuant. † Cùm solùm fuerint simplices impositiones

24 censuum, quæ cùm non fuerint prohibitæ sub pœna caducitatis, le iure fieri potuerunt, *Modern. Perus. de Cens. part. 1. cap. 1. quæst. 2. num. 15. Seraph. decis. 794. num. 8. & 9.*

Tandem minùs obstat tertium obiectum, de ea caducitate, incursa ob Canonem non solutum; Quia cessat etiam ex facto, quandoquidem constat, Communitatem Spineruli annuatim Canonem soluisse Fratribus Sancti Francisci Ciuitatis Asculi, vigore cessionis de dicto Canone illis factæ per Vniuersitatem prædictæ Ciuitatis, mediante publico Instru-

25 mento, celebrato de anno 1536. † Qua cessione stante, perinde haberi debet, ac si Communitas Spinetuli Vniuersitati Asculi soluisset, *l. non abstulit, C. de nouat. Bart. Alex. Soc. & alij, in l. 2. §. creditum, ff. si certum pet. Gurt. alleg. 1. n. 30.* Et fuit latè deductum *in Mediolanen. pensionis 25. May 1529. coram me.*

26 Nec releuat si dicatur, † quòd dictum Instrumentum cessionis (vt apud partes est in confesso) appareat signatum siue lineatum lineá transuersa, Quia vltra quòd meritò dubitari posset, an nihilominùs dictum Instrumentum faciat fidem, dum non constat quòd dicta linea fuerit facta de consensu partium, nec per Notarium rogatum, aut aliàs per legitimam personam, iuxta plenè tradita per *Mascard. de probat. conclus. 156. & conclus. 257.* In omnem casum stantibus obseruantia in contrarium, cùm solutiones canonum, vsque ad præsens, fuerint factæ Fratribus, & pluribus enunciatiuis, quæ habentur in Notulis desumptis ex libris dictorum Fratrum, in quibus fit mentio de dicta cessione, Et tandem reuelationibus testium, vigore Monitorij Ecclesiastici sub pœna Censurarum, examinatorum, qui fuerunt posteà formiter repetiti, cum interrogatoriis, datis pro Vniuersitate Asculi, qui deponunt de fama dictæ cessio-

27 nis, † Communitas Spinetuli esset meritò excusanda, vt non intret deuolutio, prout passim ex leuioribus causis, ad dictum effectum Rota solet Emphyteutas excusare.

Extracta hinc inde deducta non indigent discussione.

Et ita decisum vtraque, &c.

Ventimilien. Beneficij.

Lun. 27. Iuny 1633.

ARGVMENTVM.

Paret ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio à Censuris concedenda est, constito de paritione.*

2 *Patientia habetur pro sufficienti paritione.*

Depositio vnius Iuly cum oblatione soluendi residuum, quando fructus fuerint liquidati, quando sufficiat.

DECISIO CCCCIII.

FVIT resolutum D. Micheli Angelo dandam esse absolutionem à Censuris, contra eum relaxatis in sententia, lata per Executorem Litterarum Apostolicarum, ob non dimissionem possessionis Cappellæ, & fructuum restitutionem, de quibus agitur, ad fauorem Caroli prouisi Apostolici; † Quandoquidè hodie constat de paritione 1

ne dicti Michelis, qua stante, venit absoluendus, *Rot. decis. 2. de sent. excom. in nou. decis. 147. num. 1. part. 2. impress. post Farin.* † Paritio visa fuit clara, ex patien- 2

tia eiusdem, resultante ex pacifica possessione, capta per Carolum, quæ sufficit pro paritione, *Rot. decis. 319. part. 2. recent. Caual. decis. 332.* Et fuit dictum *in S. Marci Abbatia 27. Iunij, & 4. Iuly 1631. coram me.*

Neque obstat quòd fructus non fuerint restituti, iuxta condemnationem in sententia; Quia fuit responsum, quòd cùm causa fuerit commissa cum clausula, *sine præiudicio Litterarum Apostolicarum*, non autem cum clausula, *parito Breui*, & fructus percepti, non fuerint liquidi, sufficit, quòd Carolus deposuerit vnum Iulium, & obtulerit soluere fructus, quando fuerint liquidati, *Angel. in l. 4. §. ait Prætor, ff. de re iud. Alexand. cons. 24. num. 9. lib. 4. Mart. de claus. part. 1. claus. 88. num. 5. & 6. Seraph. decis. 655. num. 1. & 2.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Romana Pecuniaria.

Lun. 27. Iuny, 1633.

ARGVMENTVM.

Cedens qui se obligauit semper manutenere verum creditum cessum, tenetur illud continuò, & effectiuè verum præstare, etiamsi cesserit Iura talia qualia.

SVMMARIVM.

1 *Cedens tenetur præstare verum creditum cessum, non solùm de iure, sed etiam ex pacto, de quo in cessione, & num. 2.*

3 *Fructus census non debentur pro tempore quo Dominus census fuit etiam Dominus fundi censuati.*

4 *Mandatum est exequendum, stante obligatione Camerali.*

5 *Cedens Iura talia qualia tenetur præstare creditum verum, ac sine exceptione; quoad sui substantiam.*

6 *Cessio specialis, facta de fructibus census, quando intelligatur.*

7 *Res iudicata imponit finem liti.*

8 Semper, *dictio includit omne tempus.*

9 *Cedens, obligatus manutenere verum creditum cessum, tenetur continuò, & effectiuè illud verum præstare.*

10 *Promissio damnorum, in casu contrauentionis, quando intelligenda.*

11 *Compensatio opponi non potest in obligatione Camerali, quæ est posterior debito, quod prætenditur compensari.*

DECISIO CCCCIV.



GASPAR Garzonius, cum recognitione bonæ fidei Mutij Gilij, & fideiussione Horatij Sabelli, imposuit super suo Casale *Fusam* nuncupato, censum scutorum centum ceorum, & viiius, quem vendidit Laurentio Gauotto, pretio scutorum mille, & quingentorum, & deinde vendidit Casale Nicolao, & aliis de Gauottis, filiis, & hæredibus dicti Laurentij, cum pacto redimendi, prout redemptum fuit post decem annos: Et secuta redemptione iidem Gauotti cesserunt, translatiuè, non autem extinctiuè, Iura dicti censûs, talia qualia, Ioanni Baptistæ Garzonio, soluenti, de proprio similem summam scutorum 1500. pro sorte principali, & scuta mille ducenta quinquaginta octo pro fructibus, qui dicebantur decursi, & promiserunt, sub obligatione Camerali cessionem esse bonam, benéque validè, & legitimè factam, & pro tali semper eam manutenere, aliàs teneri voluerunt ad omnia damna, &c. Vigore cuius cessionis, cùm Ioannes Baptista institerit contra Mutium pro dictis fructibus, Mutius excepit illos non deberi pro dicto decennio, quo Gauotti habuerunt dominium, & possessionem Casalis: Et huiusmodi exceptione notificata Gauottis, eisque citatis, obtinuit à D.A.C. absolui à fructuum solutione pro d. tempore: Vnde Ioannes Baptista egit contra Gauottos cedentes ad damna, & interesse, & eorum loco, ad restitutionem scutorum mille, & quatuor, in dicta maiori summa scutorum 1258. solutorum, in actu cessionis ibi factæ, pro dd. fructibus, & desuper obtinuit ab eodem D. A. C. mandatum: A cuius decreto, fuit appellatum: Et Commissa mihi causa appellationis, interpositæ per Gauottos, cum clausula *si quid exequendum*: Dubitaui hodie in Rota, An illud exequendum sit, Et fuit affirmatiuè resolutum.

Quandoquidem validitas mandati non controuertebatur, Et de Iustitia dubitari non potest; † Nam
1 Gauotti tenentur præstare verum creditum fructuũ, per eos cessum, non solùm de Iure, *l. si nomen, & l. &*
2 *quidem, ff. de hered. vel act. vend.* † Sed etiam ex conuentione, de qua in Instrumento cessionis, ibi *cessionem esse bonam, & legitimè factam, & c.l. Graccus, C. ad l. Iuliam de adult. Bald. in d. l. si nomen, in princ. vers. concl. Men. conf.* 778. *n.* 2. *& Rot. Iand. d.* 156. *n.* 3 Et tamen
3 illud pro d. rata scut. 1004. verum nõ præstant, † Quia de dicto tempore, quo Gauotti hæredes Laurentij, & Domini Censûs fuerunt etiam Domini fundi censuati, fructus Census non debentur, *l. Vranius, ff. de fideiuss. l. neque pignus, ff. de reg. Iur. Bened. Rom. de Cens. art.* 64. *n.* 102. Et sæpius firmauit *Rota*, *vt in decisionibus* relatis *à Modern. Perus. de censib. p.* 3. *c.* 1. *quæst.* 5. †
4 Quo fit, vt dictum mandatum relaxatum pro dd. scutis 1004. sit iustum, & exequendum, stante obligatione Camerali, *Galles. de oblig. Camer quæst.* 1. *num.* 9. *& Zacch. n.* 4. *Card. Canal. decis.* 64. *n.* 1. *& Reuer. Dominus meus Decanus decis.* 56. *n.* 4.

Neque obstare visum fuit, Quòd Gauotti cesserint
5 Iura talia qualia; † Quia nihilominùs tenentur præstare creditum verum, & sine exceptione, quoad sui substantiam, *Card. Mant. de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit* 13. *n.* 9. *Greg. XV. decis.* 579. *n.* 3. Maximè, † quia non fuit
6 cessio generalis, sed specialis, de fructibus Census, & pro dicta rata, referrur per necesse ad fructus dicti temporis, vt benè *Alex. cons.* 103. *n.* 6. *& per totum, lib.* 6.

Neque etiam visum fuit obstare, quòd sit expectandus exitus litis cum Mutio; Quia vltra quòd Mutius
7 pro se habet sententiam iustam, † & rem iudicatam, quæ liti finẽ imponit, *l. cum quæritur, ff. de iudic.* placuit enim alia responsio, quòd cùm Gauotti, non solùm promiserint creditum verum, sed etiam illud semper tale manere, Ioannes Baptista potuit contra eos agere statim, ac intimauit litem, & ill s citatis, fuit lata dicta sententia super non veritate crediti, quia tunc Gauotti cessarunt à manutentione promissa, & potuerunt conueniri ex eorum obligatione pura, & effectiua, stantibus dictione, † *semper*, quæ omne tempus includit, *l. semper, ff. de Iur. immunit. l. t.* cum ibi notatis, *ff. solut. matrim. Paris. cons.* 90. *num.* 28. *&* 29. *lib.* 2. *& cons.* 74. *n.* 85. *lib.* 3. *& Rot. decis. n.* 4. *part.* 2. *rec.* 8
Et verbo, *Manutenere*, † Quod importat, vt Gauotti continuò, & effectiuè præstent veritatem crediti à principio promissam, *Clem. de Iur. Iur c. vnic. §. nos eodem, circa finem*, Et in terminis de obligatione manutenendi creditum exigibile, *Barz. decis. Bonon.* 110. *num.* 1. *Mart. de claus. part.* 1. *claus.* 75. *num* 1. *Gratian. discept.* 517. *n.* 35. 9

Tandem non obstare dixerunt Domini, quòd Gaspar impositor Census in venditione Casalis facta cum consensu etiam Ioannis Baptistæ, promiserit Casale esse liberum ab omni censu, aliàs ad omnia damna, &c, & illud fuerit repertum, hoc Censu grauatum; iidem Gauotti emptores possunt prætendere damna, ex quo cessant currere fructus Census, & illa possunt compensari eum damnis, quæ vt supra, prætendit Ioannes Baptista; Quia fuit dupliciter responsum, nempe: † Primò, quòd dicta promissio damnorum, tanquam subsequens obligationi tradendi Casale liberum, restringitur ad damna super ipso Casale vendito, super quo tamen nullum damnum Gauotti passi fuerunt, ex quo illud quietè, & pacificè possederunt vsque ad diem retrouenditionis, non autem extenditur ad damna extrinseca, & non promissa, *ad l. si extraneus, ff. de condict. caus. dat.* Et benè conducunt, quæ *Bald. in l. fin. in princip. C. de fals. caus. adiect. leg. Gabr. cons.* 95. *n.* 17. *lib.* 2. *Rot. decis.* 50. *n.* 5. *part.* 1. *recent.* 10
Secundo fuit responsum, quòd in omnem casum, † cùm Gauotti post obligationem, ad eorum fauorem factam in Instrumento venditionis Casalis, se obligauerint, ad fauorem Ioannis Baptistæ in Instrumento cessionis, tenentur propriam obligationem adimplere, neque possunt opponere compensationem, *Zacch. ad Galles. d. tract. de oblig. Camer. quæst.* 18. *n.* 18. *& Rot. in Romana, seu Carthaginen. pensionis* 18. *Iuny* 1618. *coram me.* 11

Et ita decisum, &c.

Romana de Marescottis.

Lun. 27. *Iulij*, 1633.

ARGVMENTVM.

Possessio ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio non probatur verè apprehensa ex Instrumento, in quo quis dicit se possessionem capere, nisi etiam sequantur, & probentur actus possessionis: Declara, vt n.* 2. *& seqq.*
3 *Possessio probatur ex propria confessione, etiam non constito de actibus possessoriis.*
4 *Monitorium probat veram possessionem contra eum, qui illud porrexit.*
5 *Possessio non probatur adepta, ex sententia lata super immissione, & mandato de immittendo: intellige, vt numeris seqq.*
6 *Retentio non competit ei, qui non detinet.*

7 *Possessio probatur ex sustentatione litis, iunctis adminiculis, etiam ad effectum spolij.*

8 *Possessio ex quibus probetur, remissiuè.*

9 *Possedens potest de nouo immitti pro confirmanda priori possessione.*

10 *Præsumptio cedit veritati, & tollitur contraria efficaciori præsumptione.*

11 *Solemnitates statutariæ requiruntur, etiam in liberationibus factis per mulieres, & quando hoc procedat, ibidem.*

12 *Vxor compelli non potest, constante matrimonio, dotem recipere, & quietantiam facere.*

13 *Versio pecuniarum in vtilitatem alicuius non præsumitur, si ille se obligauit sine solemnitatibus statutariis, sed ab allegante probari debet.*

14 *Nouatio prioris obligationis non inducitur per aliam posteriorem obligationem.*

DECISIO CCCCV.

PLVRES sunt iam anni per quos in hac causa fuit vnum continuò disputatum, ad quod solùm huius causæ difficultas fuit restricta; nempe An vltimum creditum DD. de Marescottis, quod fuit declaratum liquidum, in scutis 2350. vel vt ipsi prætendunt in scutis 2700. impediat immissionem Dominis de Balleonibus. Cùm autem *in decis. 25. Iunij 1632.* & in aliis fuerit resolutum, illud esse compensandum cum alio credito liquido DD. de Balleonibus, dotis, & paraferni D. Iuliæ scutorum 4000. & vltra, ad quod soluendum Marescotti tenentur, vti hæredes Marci Antonij: iidem Marescotti, vti hæredes cum beneficio l. & Inuent. obtulerunt reddere rationem d. hæreditatis Marci Antonij. Vnde die 30. Maij præteriti dubitaui, An, præsuppositis decisionibus Rotalibus, in hac causa facti, suffragentur Marescottis exceptiones oblationis redditionis rationis, & subsidiariæ, ad impediendum immissionem DD. de Balleonibus in bonis cantantibus sub nomine Iuliæ, Et fuit negatiuè resolutum, Et hodie desuper causa proposita Domini persliterunt in decisis, ex eisdem duobus fundamentis decisionis.

Primum fundamentum fuit, quòd dictæ exceptiones, in omnem casum, non possunt iuuare Marescottos; cùm ipsi ab anno 1608. possederint bona hæreditaria D. Iuliæ, vti illius hæredes ab intestato, & signanter societates officiorum, & Census, de quibus agitur, valoris circiter scut. 18 millium in proprietate, atque ideo prædictum vltimum eorum creditum prætensum; ex quo ipsi de anno 1619. illud soluerunt pro Domina Iulia ex pecuniis propriis, cessare penitus; cùm imò soluerint, vel ex pecuniis dd. Censuum & societatum, casu quo fuerunt extinctæ, vel ex fructibus, si extinctæ non fuerunt.

Quod autem Marescotti possederint à dicto anno 1608. prædictos Census, & societates officiorum,
1 videtur clarum, † inprimis ex Instrumento possessionis, dicto anno per eos captæ, omnium, & singulorum bonorum, & præsertim dd. Censuum, & societatum
2 officiorum: Siquidem, † licet ex eo solùm quòd ipsi in dicto Instrumento dicant, quòd capiebant possessionem, &c. non concludatur vera apprehensio, nisi sequantur, & probentur actus possessionis, *ad l. quoties, cum aliis ff. de seruitutibus*: Tamen quia in eodem Instrumento Marescotti conftientur, & expresse asseruerunt quòd dictam possessionem capiebant, continuando possessionem, in qua existere asserebant, & illi adhærendo, & ex abundanti, &c. inde resultat probatio veræ possessionis, † ex propria eorum confes-
3 sione, per quam vera possessio probatur etiam quòd aliàs non constet de actibus possessoriis, *gl. in l. ab emptore, in vers. constituatur*, Et ibi *Angel n. 4. ff. de pact. & in l. 2. in verb. tradit*, & ibi *Bald. C. de acquir. possess. Ludou. Roman. conf. 379. n. 11.* vbi quod per confessionem factam in Instrumento probatur possessio contra confitentem, *Rot. decis. 802 in princ. p. 1. diuers. & dec. 305. n. 2. p. 1. & 325. n. 2. p. 2. recent. & apud Greg. XV. diuers. 200.* & ibi *Add. & in Romana Domus prima Iulij 1625. coram Eminentissimo Domino Cardinali Pamphilio.*

Deinde, & secundò probatur eorundem posses-
sio † ex Monitorio per eos dato, & executo die 7. 4
Octobris 1608. contra Pirrum hæredem Testamentarium D. Iuliæ, vbi ipsi expresse confessi sunt, & asseruerunt reperiri in quieta, & pacifica possessione omnium bonorum, & signanter Censuum, & societatum officiorum Alphonsi, vti hæredes Marci Antonij donatarij, Cessionarij R. Cameræ Apostolicæ: Quæ confessio in dicto Monitorio facta, necessariò intelligenda est de societatibus, & Censibus, cantantibus sub nomine Iuliæ, de quibus agitur, quæ ipsi prætendebant spectare ad hæreditatem Alphonsi, dum hoc expresse declararunt Marescotti in articulis cum dicto Monitorio datis; Per Monitorium autem probari veram possessionem, contra eum qui Monitorium porrexit, probat text. vulg. *in l. cum per eum, C. de liber. caus.* & egregiè *Ludou. Roman conf. 70. n. 10. cum seqq. & d. conf. 229. d. n. 11. vers. verba enim prolata, Gregor. XV. decis. 458. n. 1.*

Tertiò & vltimò probatur possessio DD. de Ma-
rescottis ex † sententia, ad eorum fauorem lata super 5
immissione omnium bonorum hæreditatis D. Iuliæ, & ex mandato de immittendo, in executione dictæ sententiæ eis concesso de anno 1617. in quo singulariter describuntur census, & Societates officiorum, de quibus agitur. Quandoquidem licèt ex sola sententia, & mandato de immittendo non constituatur quis possessor, atque ideo non probetur possessio adepta, *Bart. in l. 3. §. missum, n. 4. vers. & potest esse, ff. de Carbon. edict. Rot. decis. 569. n. 1. p. 3. diu. & Greg. XV. dec. 546 n. 10.* Tamen quia deinde Pirrus, vti fideicommissarius, agens contra Marescottos, petiit immitti in possessionem dd. Censuum, & societatum, & postquàm fuit sæpius decisum eum esse immittendum, Marescotti per tot annos litem sustinuerunt, contradicendo immissioni per Pirrum petitæ, & manuteneri petierunt: ac deinde quod plus est, & tollit omnem difficultatem, prætenderunt pro dicto vltimo credito eis
competere retentionem; † quæ non competit ei, qui 6
non detinet, *Vinc de Franch. decis. 527. num* 11. & latè *Surd. decis. 46. per tot.* & patet ad oculum: Et tandem Marescotti litem etiam acerrimè super dicta retentione per eos prætensa, per plures annos sustinuerunt, possessio per dictos de Marescottis controuerti non
potest; † cùm illam ex sola litis sustentatione, iunctis 7
adminiculis probarit millies Rota, etiam ad effectum Spolij, & sic in fortioribus terminis, resoluerit, *Cæsar. de Graff. decis 4. num. 2. de rest. Spoliat. Verall. decis. 399. part. 2. Gregor. XV. decis. 136. num. 2. & in recent. decis. 107. n. 2. part. 1.*

Vnde non obstat, quòd à principio Pirrus petierit Marescottis inhiberi Executoresque deputari, & quòd Marescotti petierint immitti, quæ petitio præsupponere videtur eos tunc non possidere; Quia inprimis dicta inhibitio fuit reducta ad viam iuris, & Marescotti contra Pirrum obtinuerunt aliam inhibitionem, vigore cessionis fisci: Et cessat penitus; cùm ex supradictis constet, quòd deinde Marescotti possiderunt, possessionemque vsque ad præsen-
tem diem continuant, † videlicet ex propria confes- 8
sione facta in dicto Instrumento adeptionis possessionis, & in Monitorio, de quo supra, & ex mandato de

immit

immittendo, & litis sustentatione, iunctis adminiculis resultantibus ex sententia, & mandato de immittendo,& ex manutentione, & retentione per eos petitis, & aliis de quibus latiùs in actis, & datis in Summatio Dominorum de Balleonibus. Deinde autem quòd Marescotti petierint immitti, retorquetur, tum quia cum effectu obtinuerunt immitti, & probatur, quòd fuerunt immissi ex litis sustentatione, manutentione, retentione, & aliis adminiculis supra proximè ponderatis,quo fit,vt quando non probaretur eorum possessio antequam obtinuerint immitti; ea tamen probatur postea capta, &
9 benè compatitur, † vt possidens possit de nouo immitti pro confirmanda, & corroboranda priori possessione,vt latè *Menoch.de adipisc.rem.4.n.348*. Et clarum est quòd fructus à Marescottis percepti à die immissionis de dicto anno 1617. sufficerent, & multò superabundant pro satisfactione dicti vltimi crediti.

Tandem non obstat, quòd aliàs Rota dixerit Marescottis competere retentionem pro dicto vltimo credito,illú lque eos præsumi soluisse de propriis pecuniis,*vt in decis.15.Iunij* 1632. Et in aliis;Quia hoc non tollit quin Balleoni potuerint postea opponere, tam de compensatione dotis, & Parafernі, quàm etiam quòd Marescotti solutionem fecerunt de pecuniis dd.Censuum,& Societatum, aut de fructibus
10 earum; † Cùm præsumptio veritati cedat, & contraria efficaciori præsumptione tollatur,*leg.fin.ff.quod met. caus.* prout passim videmus fieri resolutiones ad fauorem hæredum, quòd eis competit immissio ex Edicto Diu. Adrian. & deinde si opponatur de validis retentionibus,aut de anteriori fideicommisso,denegatur immissio, & resolutio super immissione capta reuocatur, aut declaratur.

Secundum fundamentum fuit,quòd etiam in omnem casum, Marescotti possident bona Alphonsi, multò maioris quantitatis,quæ, non obstante cessione Cameræ, sunt obligata pro Dote, & Parafernо Dominæ Iuliæ, vt fuit iam bis resolutum; Quod fundamentum minimè tollitur, ex eo quòd Alphonsus in vita Iuliæ dotem restituerit, & Iulia, ex pecuniis in dictam causam sibi restitutis, censum emerit: Nec pariter ex eo quòd Marcus Antonius pro Dotis, & Parafernі restitutione postea se obligauerit; Quia primum de restitutione dotis, facta per Alphonsum,cessat, ex quo hodie animaduersum fuit, quòd postmodum eadem Iulia,præsente,& acceptante Alphonso, cum solemnitatibus Statuti Vrbis, declarauit, eam in dicto censu non habere nisi nudum nomen,& in rei veritate censum,& pecunias spectare ad Alphonsum, vt ex Instrumento dictæ declarationis,factæ die 14 Maij 1602. Quam declarationem deinde eadem Iulia ratificauit die 4. Augusti 1601. Quo fit, vt Alphonsus nunquam fuerit liberatus, dum d.dotis,& Parafernі restitutio,ac census impositio fuerunt factæ sine solemnitatibus Statutariis †
11 quæ etiam in liberationibus factis per mulieres desiderantur, quando mulier non potest compelli recipere solutionem,& quietantiam facere,prout in præ-
12 senti † quòd Iulia, constante matrimonio non poterat compelli dotem recipere, & maritum quietare, iuxta ea,quæ notat *Pic.ad stat.Vrb.gloss.9.num.4.vers. tutius tamen*. Et benè concludunt, quæ in simili tradunt *Ias.in l. fine apud acta,n.4. cum seqq. C. de transact. Campeg.de dot.part.5. quæst.*107. *& 109. Cancer. var.resol.lib.6.cap.1. num.*125. Nec releuare, si dicatur, Alphonsum fuisse liberatum, dum pecuniæ fue-
13 runt versæ in vtilitatem Vxoris: † Tum quia eo ipso, quòd non interuenerint solemnitates non præsumitur versio, sed eam Marescotti probare tenentur, *l. prædium,C.de præd.minor. Ias.in l.nam postea,§.si minor, ff.de furt. Menoch.de præs.lib.6.præs.27.in fine*, & fuit dictum *in Romana nullitatis obligationis, 16. Ianuary 1626. coram me*: Tum & etiam, quia imò probatur non versio, dum ex dictis pecuniis fuit emptus census, qui non habuit effectum, ad fauorem Iuliæ, sed ad fauorem Alphonsi, vt in supradictis declarationibus D.Iuliæ. † Secundum autem, quòd Marcus 14
Antonius se obligauerit, non induxit nouationem prioris obligationis Alphonsi,ad text.*in l.fin.C.de noxal cum vulg.*

Nec pariter releuare,quòd in decisione, quæ tenderet,dictum fuerit, quòd dicta confessio D. Iuliæ, quòd ipsa non habebat nisi nudum nomen in dicto Censu, debet intelligi, & restringi ad vitam Alphonsi eius Viri: tum quia etiam hoc stante, Alphonsus non fuisset liberatus ex supradictis; tum & etiam, quia illud dictum fuit in illa decisione, non animaduerso, quòd dicta declaratio fuerit per Iuliam facta cum solemnitatibus statutariis,præsente,& acceptante Alphonso.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Corduben. Cappellaniæ.

Ven. 14. Nouembris, 1633.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore subrogationis gratiosæ quando sit concedenda. Et quando Papa non veniat sub nomine Prælati.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore subrogationis gratiosæ conceditur, constito de Clericatu subrogati, de obitu defuncti in possessione, & tandem de reseruatione.*
2 *Clericatus probatur ex testibus de publica voce, & fama.*
3 *Item ex confessione partis aduersæ.*
4 *Obitus probatur ex fide Parrochi, extracta ex libro mortuorum.*
5 *Beneficium de Iurepatronatus Ecclesiastico cadit sub reseruatione, si vacet in mense reseruato: & quid si in fundatione fuerit cautum,quod in Collatione illius, neque Episcopus seu alius Prælatus possit se intromittere, num.6.& seqq.*
7 *Papa non venit sub appellatione Prælati in præiudicialibus.*
8 *In concessione non censetur comprehensa persona loquentis.*
9 *Papa non præsumitur voluisse præiudicare suis reseruationibus, nisi id specialiter expresserit.*
10 Regula nona Cancellar. *tollit omne priuilegium, etiam concessum in limine fundationis.*

DECISIO CCCCVI.

FVIT resolutum, D.Melchiori dandam esse immissionem, vigore subrogationis gratiosæ; † Quia constat de tribus 1
requisitis, necessariis ad eam obtinendam, videlicet de Clericatu dicti Melchioris, de obitu Andreæ in possessione, ad quam idem Melchior fuit subrogatus, & tandem de reseruatione; quibus concurrentibus non denegatur immissio,*Greg.XV.decis.*32.*& Rot. decis.*509. *num.primo, part.1.recent.*

Clericatus, ad effectum de quo agitur †, probatur 2

7 *Possessio probatur ex sustentatione litis, iunctis adminiculis, etiam ad effectum spolij.*

8 *Possessio ex quibus probetur, remissiuè.*

9 *Possidens potest de nouo immitti pro confirmanda priori possessione.*

10 *Praesumptio cedit veritati, & tollitur contraria efficaciori praesumptione.*

11 *Solemnitates statutariae requiruntur, etiam in liberationibus factis per mulieres, & quando hoc procedat, ibidem.*

12 *Vxor compelli non potest, constante matrimonio, dotem recipere, & quietantiam facere.*

13 *Versio pecuniarum in vtilitatem alicuius non praesumitur, si ille se obligauit sine solemnitatibus statutariis, sed ab allegante probari debet.*

14 *Nouatio prioris obligationis non inducitur per aliam posteriorem obligationem.*

DECISIO CCCCV.



PLVRES sunt iam anni per quos in hac causa fuit vnum continuò disputatum, ad quod solùm huius causae difficultas fuit restricta; nempe An vltimum creditum DD. de Marescottis, quod fuit declaratum liquidum, in scutis 2350. vel vt ipsi praetendunt in scutis 2700. impediat immissionem Dominis de Balleonibus. Cùm autem *in decis. 5. Iunij 1632.* & in aliis fuerit resolutum, illud esse compensandum cum alio credito liquido DD. de Balleonibus, dotis, & parafernorum D. Iuliae scutorum 4000. & vltra, ad quod soluendum Marescotti tenentur, vti haeredes Marci Antonij: iidem Marescotti, vti haeredes cum beneficio l. & Inuent. obtulerunt reddere rationem d. haereditatis Marci Antonij. Vnde die 30. Maij praeteriti dubitaui, An, praesuppositis decisionibus Rotalibus, in hac causa factis, suffragentur Marescottis exceptiones oblationis redditionis rationis, & subsidiariae, ad impediendam immissionem DD. de Balleonibus in bonis cantantibus sub nomine Iuliae, Et fuit negatiuè resolutum, Et hodie desuper causa proposita Domini persisterunt in decisis, ex eisdem duobus fundamentis decisionis.

Primum fundamentum fuit, quòd dictae exceptiones, in omnem casum, non possunt iuuare Marescottos; cùm ipsi ab anno 1608. possederint bona haereditaria D. Iuliae, vti illius haeredes ab intestato, & signanter societates officiorum, & Censuum, de quibus agitur, valoris circiter scut. 18 millium in proprietate, atque ideo praedictum vltimum eorum creditum praetensum; ex quo ipsi de anno 1619. illud soluerunt pro Domina Iulia ex pecuniis propriis, cessare penitus; cùm imò soluerint, vel ex pecuniis dd. Censuum & societatum, casu quo fuerint extinctae, vel ex fructibus, si extinctae non fuerunt.

Quòd autem Marescotti possederint à dicto anno 1608. praedictos Census, & societates officiorum,
1 videtur clarum, † inprimis ex Instrumento possessionis, dicto anno per eos captae, omnium, & singulorum bonorum, & praesertim dd Censuum, & societatum
2 officiorum: Siquidem, † licet ex eo solùm quòd ipsi in dicto Instrumento dicant, quòd capiebant possessionem, &c. non concludatur vera apprehensio, nisi sequantur, & probentur actus possessionis, *ad l. quoties*, cum aliis *ff. de seruitutibus*: Tamen quia in eodem Instrumento Marescotti confitentur, & expressè asseruerunt quòd dictam possessionem capiebant, continuando possessionem, in qua existere asserebant, & illi adhaerendo, & ex abundanti, &c. inde resultat probatio verae possessionis, † ex propria eorum confes-
3 sione, per quam vera possessio probatur etiam quòd aliàs non constet de actibus possessoriis, *gl. in l. ab emptore, in verf. constituatur*, Et ibi *Angel. n. 4. ff. de pact. & in l. 2. in verb. tradit*, & ibi *Bald. C. de acquir. possess. Ludou. Roman. consil. 319. n. 11.* vbi quod per confessionem factam in Instrumento probatur possessio cõtra confitentem, *Rot. decis. 802. in princ. p. 1. diuers. & dec. 305. n. 2. p. 1. & 325. n. 2. p. 2. recent. & apud Greg. XV. diuers. 200.* & ibi *Add. & in Romana Domus prima Iulij 1625. coram Eminentissimo Domino Cardinali Pamphilio.*

Deinde, & secundò probatur eorundem possessio † ex Monitorio per eos dato, & executo die 7. 4
Octobris 1608. contra Pirrum haeredem Testamentarium D. Iuliae, vbi ipsi expressè confessi sunt, & asseruerunt reperiri in quieta, & pacifica possessione omnium bonorum, & signanter Censuum, & societatum officiorum Alphonsi, vti haeredes Marci Antonij donatarij, Cessionarij R. Camerae Apostolicae: Quae confessio in dicto Monitorio facta, necessariò intelligenda est de societatibus, & Censibus, cantantibus sub nomine Iuliae, de quibus agitur, quae ipsi praetendebant spectare ad haereditatem Alphonsi, dum hoc expressè declarauit Marescotti in articulis cum dicto Monitorio datis; Per Monitorium autem probari veram possessionem, contra eum qui Monitorium porrexit, probat text. vulg. *in l. cùm per eum, C. de liber. caus.* & egregiè *Ludou. Roman consil. 70. n. 10. cum seqq. & d. consil. 129. d. n. 11. vers. verba enim prolata, Gregor. XV. decis. 458. n. 1.*

Tertiò & vltimò probatur possessio DD. de Marescottis ex † sententia, ad eorum fauorem lata super 5
immissione omnium bonorum haereditatis D. Iuliae, & ex mandato de immittendo, in executione dictae sententiae eis concesso de anno 1617. in quo singulariter describuntur census, & Societates officiorum, de quibus agitur. Quandoquidem licet ex sola sententia, & mandato de immittendo non ennstituatur quis possessor, atque ideo non probetur possessio adepta, *Bart. in l. 3. §. missum, n. 4. vers. & potest esse, ff. de Carbon. edict. Rot. decis. 569. n. 1. p. 3. diu. & Greg. XV. dec. 546 n. 10.* Tamen quia deinde Pirrus, vti fideicommissarius, agens contra Marescottos, petiit immitti in possessionem dd. Censuum, & societatum, & postquàm fuit saepius decisum eum esse immittendum, Marescotti per tot annos litem sustinuerunt, contradicendo immissioni per Pirrum petitae, & manutenenti petierunt; & deinde quod plus est, & tollit omnem difficultatem, praecederunt; ro dicto vltimo credito eis competere retentionem; † quae non competit ei, qui 6
non detinet, *Vinc. de Franch. decis. 527. num 11.* & latè *Surd. decis. 46. per tot.* & patet ad oculum: Et tandem Marescotti litem etiam acerrimè super dicta retentione per eos praetensa, per plures annos sustinuerunt, possessio per dictos de Marescottis controuerti non potest; † cùm illam ex sola litis sustentatione, iunctis 7
adminiculis probarit millies Rota, etiam ad effectum Spolij, & sic in fortioribus terminis, resoluerit, *Cesar. de Graff. decis. 4. num. 2. de rest. Spoliat. Verall. decis. 399. part 2. Gregor. XV. decis. 136. num. 2. & in recent. decis. 107. n. 2. part. 1.*

Vnde non obstat, quòd à principio Pirrus petierit Marescottis inhiberi Executoresque deputari, & quòd Marescotti petierint immitti, quae petitio praesupponere videtur eos tunc non possidere; Quia in primis dicta inhibitio fuit reducta ad viam iuris, & Marescotti contra Pirrum obtinuerunt aliam inhibitionem, vigore cessionis fisci: Et cessat paenitus; cùm ex supradictis constet, quòd deinde Marescotti possiderunt, possessionémque vsque ad praesentem diem continuant, † videlicet ex propria confes- 8
sione facta in dicto Instrumento adeptionis possessionis, & in Monitorio, de quo, supra, & ex mandato de immit-

immittendo, & litis sustentatione, iunctis adminiculis resultantibus ex sententia, & mandato de immittendo,& ex manutentione, & retentione per eos petitis, & aliis de quibus latiùs in actis, & datis in Summatio Dominorum de Balleonibus. Deinde autem quòd Marescotti petierint immitti, retorquetur, tum quia cum effectu obtinuerunt immitti, & probatur, quòd fuerunt immissi ex litis sustentatione, manutentione, retentione, & aliis adminiculis supra proximè ponderatis, quo fit, vt quando non probaretur eorum possessio antequam obtinuerint immitti; ea tamen probatur postea capta, &
9 benè compatitur, † vt possidens possit de nouo immitti pro confirmanda, & corroboranda priori possessione, vt latè *Menoch. de adipisc. rem. 4. n. 348.* Et clarum est quòd fructus à Marescottis percepti à die immissionis de dicto anno 1617. sufficerent, & multò superabundant pro satisfactione dicti vltimi crediti.

Tandem non obstat, quòd aliàs Rota dixerit Marescottis competere retentionem pro dicto vltimo credito, illúque eos præsumi soluisse de propriis pecuniis, *vt in decis. 25. Iunij* 1632. Et in aliis; Quia hoc non tollit quin Balleoni potuerint postea opponere, tam de compensatione dotis, & Parafernis, quàm etiam quòd Marescotti solutionem fecerunt de pecuniis dd. Censuum, & Societatum, aut de fructibus
10 earum; † Cùm præsumptio veritati cedat, & contraria efficaciori præsumptione tollatur, *leg. fin. ff. quod met. caus.* prout passim videmus fieri resolutiones ad fauorem hæredum, quòd eis competit immissio ex Edicto Diu. Adrian. & deinde si opponatur de validis retentionibus, aut de anteriori fideicommisso, denegatur immissio, & resolutio super immissione capta reuocatur, aut declaratur.

Secundum fundamentum fuit, quòd etiam in omnem casum, Marescotti possident bona Alphonsi, multò maioris quantitatis, quæ, non obstante cessione Cameræ, sunt obligata pro Dote, & Paraferno Dominæ Iuliæ, vt fuit iam bis resolutum; Quod fundamentum minimè tollitur, ex eo quòd Alphonsus io vita Iuliæ dotem restituerit, & Iulia, ex pecuniis in dictam causam sibi restitutis, censum emerit: Nec pariter ex eo quòd Marcus Antonius pro Dotis, & Paraferni restitutione postea se obligauerit; Quia primum de restitutione dotis, facta per Alphonsum, cessat, ex quo hodie animaduersum fuit, quòd postmodum eadem Iulia, præsente, & acceptante Alphonso, cum solemnitatibus Statuti Vrbis, declarauit, eam in dicto censu non habere nisi nudum nomen, & in rei veritate censum, & pecunias spectare ad Alphonsum, vt ex Instrumento dictæ declarationis, factæ die 14. Maij 1601. Quam declarationem deinde eadem Iulia ratificauit die 4. Augusti 1603. Quo fit, vt Alphonsus nunquam fuerit liberatus, dum d. dotis, & Paraferni restitutio, ac census impositio fuerunt factæ sine solemnitatibus Statutariis †
11 quæ etiam in liberationibus factis per mulieres desiderantur, quando mulier non potest compelli recipere solutionem, & quietantiam facere, prout in præ-
12 senti † quòd Iulia, constante matrimonio non poterat compelli dotem recipere, & maritum quietare, iuxta ea, quæ notat *Pet. ad stat. Vrb. gloss. 9. num. 4. vers. tertio tamen.* Et benè concludunt, quæ in simili tradunt *Iasan l. fine apud acta, n. 4. cum seqq. C. de transact. Campeg. de dot. part. 5. quæst. 107. & 109. Cancer. var. resol. lib. 6. cap. 1. num. 125.* Nec releuare, si dicatur, Alphonsum fuisse liberatum, dum pecuniæ tur-
13 runt versæ in vtilitatem Vxoris: † Tum quia eo ipso, quòd non interuenerint solemnitates non præsumitur versio, sed eam Marescotti probare tenentur, *l. prædium, C. de præd. minor. Iasan l. nam postea, §. si minor,* *ff. de furt. Menoch. de præs. lib. 6. præs. 27. in fine,* & fuit dictum *in Romana nullitatis obligationis, 16. Ianuary 1626. coram me:* Tum & etiam, quia imò probatur non versio, dum ex dictis pecuniis fuit emptus census, qui non habuit effectum, ad fauorem Iuliæ, sed ad fauorem Alphonsi, vt in supradictis declarationibus D. Iuliæ. † Secundum autem, quòd Marcus Antonius se obligauerit, non induxit nouationem prioris obligationis Alphonsi, ad text. *in l. fin. C. de noxal. cum vulg.* 14

Nec pariter releuare, quòd in decisione, quæ retinetur, dictum fuerit, quòd dicta confessio D. Iuliæ, quòd ipsa non habebat nisi nudum nomen in dicto Censu, debet intelligi, & restringi ad vitam Alphonsi eius Viri: tum quia etiam hoc stante, Alphonsus non fuisset liberatus ex supradictis; tum & etiam, quia illud dictum fuit in illa decisione, non animaduerso, quòd dicta declaratio fuerit per Iuliam facta cum solemnitatibus statutariis, præsente, & acceptante Alphonso.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Corduben. Cappellaniæ.

Ven. 14. Nouembris, 1633.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore subrogationis gratiosæ quando sit concedenda. Et quando Papa non veniat sub nomine Prælati.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore subrogationis gratiosæ conceditur, constito de Clericatu subrogati, de obitu defuncti in possessione, & tandem de reseruatione.*
2 *Clericatus probatur ex testibus de publica voce, & fama.*
3 *Item ex confessione partis aduersæ.*
4 *Obitus probatur ex fide Parrochi, extracta ex libro mortuorum.*
5 *Beneficium de Iurepatronatus Ecclesiastico cadit sub reseruatione, si vacet in mense reseruato: & quid si in fundatione fuerit cautum, quòd in Collatione illius, neque Episcopus seu alius Prælatus possit se intromittere, num. 6. & seqq.*
7 *Papa non venit sub appellatione Prælati in praeiudicialibus.*
8 *In concessione non censetur comprehensa persona loquentis.*
9 *Papa non præsumitur voluisse præiudicare suis reseruationibus, nisi id specialiter expresserit.*
10 Regula nona Cancellar. *tollit omne priuilegium, etiam concessum in limine fundationis.*

DECISIO CCCCVI.

FVIT resolutum, D. Melchiori dandam esse immissionem, vigore subrogationis gratiosæ; † Quia constat de tribus requisitis, necessariis ad eam obtinendam, videlicet de Clericatu dicti Melchioris, de obitu Andreæ in possessione, ad quam ideo Melchior fuit subrogatus, & tandem de reseruatione; quibus concurrentibus non denegatur immissio, *Greg. XV. decis. 32. & Rot. decis. 509. num. primo, part. 1. recent.* 1

Clericatus, ad effectum de quo agitur †, probatur 2

7 *Possessio probatur ex sustentatione litis, iunctis adminiculis, etiam ad effectum spolij.*

8 *Possessio ex quibus probetur, remissiuè.*

9 *Possidens potest de nouo immitti pro confirmanda priori possessione.*

10 *Presumptio cedit veritati, & tollitur contraria efficaciori præsumptione.*

11 *Solemnitates statutariæ requiruntur, etiam in liberationibus factis per mulieres, & quando hoc procedat, ibidem.*

12 *Vxor compelli non potest, constante matrimonio, dotem recipere, & quietantiam facere.*

13 *Versio pecuniarum in vtilitatem alicuius non præsumitur, si ille se obligauit sine solemnitatibus statutariis, sed ab allegante probari debet.*

14 *Nouatio prioris obligationis non inducitur per aliam posteriorem obligationem.*

DECISIO CCCCV.



PLVRES sunt iam anni per quos in hac causa fuit vnum continuò disputatum, ad quod solùm huius causæ difficultas fuit restricta; nempe An vltimum creditum DD. de Marescottis, quod fuit declaratum liquidum, in scutis 1350. vel vt ipsi prætendunt in scutis 2700. impediat immissionem Dominis de Balleonibus. Cùm autem *in decis. 15. Iunij* 1652. & in aliis fuerit resolutum, illud esse compensandum cum alio credito liquido DD. de Balleonibus, dotis, & parafernis D. Iuliæ scutorum 4000. & vltra, ad quod soluendum Marescotri tenentur, vti hæredes Marci Antonij: iidem Marescotti, vti hæredes eum beneficio l. & inuent. obtulerunt reddere rationem d hæreditatis Marci Antonij. Vnde die 30. Maij præteriti dubitaui, An, præsuppositis decisionibus Rotalibus, in hac causa factis, suffragentur Marescottis exceptiones oblationis redditionis rationis, & subsidiariæ, ad impediendum immissionem DD. de Balleonibus in bonis cantani bus sub nomine Iuliæ, Et fuit negatiuè resolutum, Et hodie desuper causa proposita Domini perstiterunt in decisis, ex eisdem duobus fundamentis decisionis.

Primum fundamentum fuit, quòd dictæ exceptiones, in omnem casum, non possunt iuuare Marescottos; cùm ipsi ab anno 1608. possederint bona hæreditaria D. Iuliæ, vti illius hæredes ab intestato, & signanter societates officiorum, & Census, de quibus agitur, valoris eiceiter scut. 18 millium in proprietate, atque ideo prædictum vltimum eorum creditum prætensum; ex quo ipsi de anno 1619. illud soluerunt pro Domina Iulia ex pecuniis propriis, cessare penitus; cùm imò soluerint, vel ex pecuniis dd. Censuum & societatum, casu quo fuerunt extinctæ, vel ex fructibus, si extinctæ non fuerunt.

Quòd autem Marescotti possederint à dicto anno 1608. prædictos Census, & societates officiorum, 1 videtur clarum, † inprimis ex Instrumento possessionis, dicto anno per eos captæ, omnium, & singulorum bonorum, & præsertim dd. Censuum, & societatum 2 officiorum: Siquidem, † licet ex eo solùm quòd ipsi in dicto Instrumento dicant, quòd capiebant possessionem, &c. non concludatur vera apprehensio, nisi sequantur, & probentur actus possessionis, *ad l. quoties*, cum aliis *ff. de seruitutibus*: Tamen quia in eodem Instrumento Marescotti fatentur, & expressè asseruerunt quòd dictam possessionem capiebant, continuando possessionem, in qua existere asserebant, & illi adhærendo, & ex abundanti, &c. inde resultat probatio veræ possessionis, † ex propria eorum confes-3 sione, per quam vera possessio probatur etiam quòd aliàs non constet de actibus possessoriis, *gl. in l. ab emptore, in verf. constituatur*, Et ibi *Angel. n. 4. ff. de pact. & in l. 2. in verb. tradit*, & ibi *Bald. C. de acquir. possess. Ludou. Roman. cons. 319. n. 11.* vbi quod per confessionem factam in Instrumento probatur possessio côtra confitentem, *Rot. decis. 802. in princ. p. 1. diuers. & dec. 305. n. 2. p. 1. & 325. n. 2. p. 2. recent. & apud Greg. XV. diuers. 200.* & ibi *Add. & in Romana Domus prima Iulij 1655. coram Eminentissimo Domino Cardinali Pamphilio.*

Deinde, & secundò probatur eorundem posses-sio † ex Monitorio per eos dato, & executo die 7. 4 Octobris 1608. contra Pirrum hæredem Testamentarium D. Iuliæ, vbi ipsi expressè confessi sunt, & asseruerunt reperiri in quieta, & pacifica possessione omnium bonorum, & signanter Censuum, & societatum officiorum Alphonsi, vti hæredes Marci Antonij donatarij, Cessionatij R. Cameræ Apostolicæ: Quæ confessio in dicto Monitorio facta, necessariò intelligenda est de societatibus, & Censibus, cantantibus sub nomine Iuliæ, de quibus agitur, quæ ipsi prætendebant spectare ad hæreditatem Alphonsi, dum hoc expressè declararunt Marescotti in articulis cum dicto Monitorio datis; Per Monitorium autem probari veram possessionem, contra eum qui Monitorium porrexit, probat text. vulg. *in l. cum per eum, C. de liber. caus.* & egregiè *Ludou. Roman. cons. 70. n. 10. cum seqq. & d. cons. 229. d. n. 11. verf. verba enim prolata, Gregor. XV. decis. 458. n. 1.*

Tertiò & vltimò probatur possessio DD. de Marescottis ex † sententia, ad eorum fauorem lata super 5 immissione omnium bonorum hæreditatis D. Iuliæ, & ex mandato de immittendo, in executione dictæ sententiæ eis concesso de anno 1617. in quo singulariter describuntur census, & Societates officiorum, de quibus agitur. Quandoquidem licèt ex sola sententia, & mandato de immittendo non constituatur quis possessor, atque ideo non probetur possessio adepta, *Bart. in l. 3. §. missum, n. 4. verf. & potest esse, ff. de Carbon. edict. Rot. decis. 569. n. 1. p. 3. diu. & Greg. XV. dec. 546 n. 10.* Tamen quia deinde Pirrus, vti fideicommissarius, agens contra Marescottos, petiit immitti in possessionem dd. Censuum, & societatum, & postquàm fuit sæpius decisum eum esse immittendum, Marescotti per tot annos litem sustinuerunt, contradicendo immissioni per Pirrum petitæ, & manuteneri petierunt: ac deinde quod plus est, & tollit omnem difficultatem, prætenderunt pro dicto vltimo credito eis competere retentionem; † quæ non competit ei, qui 6 non detinet, *Vinc. de Franch. decis. 527. num. 11.* & latè *Surd. decis. 46. per tot.* & patet ad oculum: Et tandem Marescotti litem etiam acerrimè super dicta retentione per eos prætensa, per plures annos sustinuerunt, possessio per dictos de Marescottis controuerti non potest; † cùm illam ex sola litis sustentatione, iunctis 7 adminiculis probarit millies Rota, etiam ad effectum Spolij, & sic in fortioribus terminis, resoluerit, *Cæsar. de Graff. decis. 4. num. 2. de rest. Spoliat. Verall. decis. 399. part. 2. Gregor. XV. decis. 136. num. 2. & in recent. decis. 107. n. 2. part. 1.*

Vnde non obstat, quòd à principio Pirrus petierit Marescottis inhiberi Executoresque deputari, & quòd Marescotti petierint immitti, quæ petitio præsupponere videtur eos tunc non possidere; Quia in primis dicta inhibitio fuit reducta ad viam iuris, & Marescotti contra Pirrum obtinuerunt aliam inhibitionem, vigore cessionis fisci: Et cessat penitus; cùm ex supradictis constet, quòd deinde Marescotti possiderunt, possessionémque vsque ad præsentem diem continuant, † videlicet ex propria confes- 8 sione facta in dicto Instrumento adeptionis possessionis, & in Monitorio, de quo, supra, & ex mandato de immit

immittendo, & litis sustentatione, iunctis adminiculis resultantibus ex sententia, & mandato de immittendo, & ex manutentione, & retentione per eos peritis, & aliis de quibus latiùs in actis, & datis in Summario Dominorum de Balleonibus. Deinde autem quòd Marescotti petierint immitti, retorquetur, tum quia eum effectu obtinuerunt immitti, & probatur, quòd fuerunt immissi ex litis sustentatione, manutentione, retentione, & aliis adminiculis supra proximè ponderatis, quo fit, vt quando non probaretur totum possessio antequam obtinuerint immitti; ea tamen probatur postea capta, &
9 benè compatitur, † vt possidens possit de nouo immitti pro confirmanda, & corroboranda priori possesione, vt latè *Menoch. de adipisc. rem. 4. n. 348*. Et clarum est quòd fructus à Marescottis percepti à die immissionis de dicto anno 1617. sufficerent, & multò superabondant pro satisfactione dicti vltimi crediti.

Tandem non obstat, quòd aliàs Rota dixerit Marescottis competere retentionem pro dicto vltimo credito, illúdque eos præsumi soluisse de propriis pecuniis, *vt in decis. 25. Iuny* 1632. Et in aliis; Quia hoc non tollit quin Balleoni potuerint postea opponere, tam de compensatione dotis, & Paraferni, quàm etiam quòd Marescotti solutionem fecerunt de pecuniis dd. Censuum, & Societatum, aut de fructibus
10 earum; † Cùm præsumptio veritati cedat, & contraria efficaciori præsumptione tollatur, *leg. fin. ff. quod met. caus.* prout passim videmus fieri resolutiones ad fauorem hæredum, quòd eis competit immissio ex Edicto Diu. Adrian. & deinde si opponatur de validis retentionibus, aut de anteriori fideicommisso, denegatur immissio, & resolutio super immissione capta reuocatur, aut declaratur.

Secundum fundamentum fuit, quòd etiam in omnem casum, Marescotti possident bona Alphonsi, multò maioris quantitatis, quæ, non obstante cessione Cameræ, sunt obligata pro Dote, & Paraferno Dominæ Iuliæ, vt fuit iam bis resolutum; Quod fundamentum minimè tollitur, ex eo quòd Alphonsus in vita Iuliæ dotem restituerit, & Iulia, ex pecuniis in dictam causam sibi restitutis, censum emerit: Nec pariter ex eo quòd Marcus Antonius pro Dotis, & Paraferni restitutione posteà se obligauerit; Quia primum de restitutione dotis, facta per Alphonsum, cessat, ex quo hodie animaduersum fuit, quòd postmodum eadem Iulia, præsente, & acceptante Alphonso, cum solemnitatibus Statuti Vrbis, declarauit, eam in dicto censu non habere nisi nudum nomen, & in rei veritate censum, & pecunias spectare ad Alphonsum, vt ex Instrumento dictæ declarationis, factæ die 14. Maij 1602. Quam declarationem deinde eadem Iulia ratificauit die 4. Augusti 1603. Quo fit, vt Alphonsus nunquam fuerit liberatus, dum d. dotis, & Paraferni restitutio, ac census impositio fuerunt factæ sine solemnitatibus Statutariis †
11 quæ etiam in liberationibus factis per mulieres desiderantur, quando mulier non potest compelli recipere solutionem, & quietantiam facere, prout in præ-
12 senti † quòd Iulia, constante matrimonio non poterat compelli dotem recipere, & maritum quietare, iuxta ea, quæ notat *Pic. ad stat. Vrb. gloss. 9. num. 4. vers. tutius tamen*. Et benè concludunt, quæ in simili tradunt *Ias. in l. siue apud acta, n. 4. cum seqq. C. de transact. Campeg. de dot. part. 5. quæst. 107. & 109. Cancer. var. resol. lib. 6. cap. 1. num. 125*. Nec releuare, si dicatur, Alphonsum fuisse liberatum, dum pecuniæ fue-
13 runt versæ in vtilitatem Vxoris: † Tum quia eo ipso, quòd non interuenerint solemnitates non præsumitur versio, sed eam Marescotti probare tenentur, *l. prædium, C. de præd. minor. Ias. in l. nam postea, §. si minor, ff. de furt. Menoch. de præs. lib. 6. præs. 27. in fine*, & fuit dictum *in Romana nullitatis obligationis, 16. Ianuary 1626. coram me*: Tum & etiam, quia imò probatur non versio, dum ex dictis pecuniis fuit emptus census, qui non habuit effectum, ad fauorem Iuliæ, sed ad fauorem Alphonsi, vt in supradictis declarationibus D. Iuliæ. † Secundum autem, quòd Marcus 14
Antonius se obligauerit, non induxit nouationem prioris obligationis Alphonsi, ad text. *in l. fin. C. de noxal. cum vulg.*

Nec pariter releuare, quòd in decisione, quæ reuidetur, dictum fuerit, quòd dicta confessio D. Iuliæ, quòd ipsa non habebat nisi nudum nomen in dicto Censu, debet intelligi, & restringi ad vitam Alphonsi eius Viri: tum quia etiam hoc stante, Alphonsus non fuisset liberatus ex supradictis; tum & etiam, quia illud dictum fuit in illa decisione, non animaduerso, quòd dicta declaratio fuerit per Iuliam facta cum solemnitatibus statutariis, præsente, & acceptante Alphonso.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Corduben. Cappellaniæ.

Ven. 14. Nouembris, 1633.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore subrogationis gratiosæ quando sit concedenda. Et quando Papa non veniat sub nomine Prælati.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore subrogationis gratiosæ conceditur, constito de Clericatu subrogati, de obitu defuncti in possessione, & tandem de reseruatione.*
2 *Clericatus probatur ex testibus de publica voce, & fama.*
3 *Item ex confessione partis aduersæ.*
4 *Obitus probatur ex fide Parrochi, extracta ex libro mortuorum.*
5 *Beneficium de Iurepatronatus Ecclesiastico cadit sub reseruatione, si vacet in mense reseruato: & quid si in fundatione fuerit cautum, quod in Collatione illius, neque Episcopus seu alius Prælatus possit se intromittere, num. 6. & seqq.*
7 *Papa non venit sub appellatione Prælati in præiudicialibus.*
8 *In concessione non censetur comprehensa persona loquentis.*
9 *Papa non præsumitur voluisse præiudicare suis reseruationibus, nisi id specialiter expresserit.*
10 Regula nona Cancellat. *tollit omne priuilegium, etiam concessum in limine fundationis.*

DECISIO CCCCVI.

FVIT resolutum, D. Melchiori dandam esse immissionem, vigore subrogationis gratiosæ; † Quia constat de tribus 1
requisitis, necessariis ad eam obtinendam, videlicet de Clericatu dicti Melchioris, de obitu Andreæ in possessione, ad quam idem Melchior fuit subrogatus, & tandem de reseruatione; quibus concurrentibus non denegatur immissio, *Greg. XV. decis. 32. & Rot. decis. 509. num. primo, part. 1. recent.*

Clericatus, ad effectum de quo agitur †, probatur 2

7 *Possessio probatur ex sustentatione litis, iunctis adminiculis, etiam ad effectum spolij.*

8 *Possessio ex quibus probetur, remissiuè.*

9 *Possedens potest de nouò immitti pro confirmanda prioris possessione.*

10 *Præsumptio cedit veritati, & tollitur contraria efficaciori præsumptione.*

11 *Solemnitates statutariæ requiruntur, etiam in liberationibus factis per mulieres, & quando hoc procedat, ibidem.*

12 *Vxor compelli non potest, constante matrimonio, dotem recipere, & quietantiam facere.*

13 *Versio pecuniarum in vtilitatem alicuius non præsumitur, si ille se obligauit sine solemnitatibus statutariis, sed ab allegante probari debet.*

14 *Nouatio prioris obligationis non inducitur per aliam posteriorem obligationem.*

DECISIO CCCCV.

PLVRES sunt iam anni per quos in hac causa fuit vnum continuò disputatum, ad quod solùm huius causæ difficultas fuit restricta; nempe An vltimum creditum DD. de Marescottis, quod fuit declaratum liquidum, in scutis 1350. vel vt ipsi prætendunt in scutis 2700. impediat immissionem Dominis de Balleonibus. Cùm autem *in decis. 25. Iunij* 1632. & in aliis fuerit resolutum, illud esse cumpensandum cum alio credito liquido DD. de Balleonibus, dotis, & paraferni D. Iuliæ scutorum 4000. & vltra, ad quod soluendum Marescotti tenentur, vti hæredes Marci Antonij: iidem Marescotti, vti hæredes cum beneficio l. & Inuent. obtulerunt reddere rationem d. hæreditatis Marci Antonij. Vnde die 30. Maij præteriti dubitaui, An, præsuppositis decisionibus Rotalibus, in hac causa facti, suffragentur Marescottis exceptiones oblationis redditionis rationis, & subsidiariæ, ad impediendum immissionem DD. de Balleonibus in bonis cantantibus sub nomine Iuliæ, Et fuit negatiuè resolutum, Et hodie desuper causa proposita Domini perstiterunt in decisis, ex eisdem duobus fundamentis decisionis.

Primum fundamentum fuit, quòd dictæ exceptiones, in omnem casum, non possunt iuuare Marescottos, cùm ipsi ab anno 1608. possederint bona hæreditaria D. Iuliæ, vti illius hæredes ab intestato, & signanter societates officiorum, & Census, de quibus agitur, valoris circiter scut. 18 millium in proprietate, atque ideo prædictum vltimum eorum creditum prætensum; ex quo ipsi de anno 1619. illud soluerunt pro Domina Iulia ex pecuniis propriis, cessare penitus; cùm imò soluerint, vel ex pecuniis dd. Censuum & societatum, casu quo fuerunt extinctæ, vel ex fructibus, si extinctæ non fuerunt.

Quòd autem Marescotti possederint à dicto anno 1608. prædictos Census, & societates officiorum,
1 videtur clarum, † inprimis ex Instrumento possessionis dicto anno per eos captæ, omnium, & singulorum bonorum, & præsertim dd. Censuum, & societatum
2 officiorum. Siquidem, † licet ex eo solùm quòd ipsi in dicto Instrumento dicant, quòd capiebant possessionem, &c. non concludatur vera apprehensio, nisi sequantur, & probentur actus possessionis, *ad l. quoties,* cum aliis *ff. de seruitutibus:* Tamen quia in eodem Instrumento Marescotti cõfitentur, & expresse asseruerunt quòd dictam possessionem capiebant, continuando possessionem, in qua existere asserebant, & illi adhærendo, & ex abundanti, &c. inde resultat probatio veræ possessionis, † ex propria eorum confes-
3 sione, per quam vera possessio probatur etiam quòd aliàs non constet de actibus possessoriis, *gl. in l. ab emptore, in vers. constituatur,* Et ibi *Angel. n. 4. ff. de pact. & in l. 2. in verb. radit,* & ibi *Bald. C. de acquir. possess. Ludou. Roman. cons. 319. n. 11.* vbi quod per confessionem factam in Instrumento probatur possessio cõtra confitentem, *Rot. decis. 802 in princ. p. 1. diuers. & dec. 305. n. 2. p. 1. & 325. n. 2. p. 2. recent. & apud Greg. XV. diuers.* 300. & ibi *Add. & in Romana Domus prima Iulij 1605. coram Eminentissimo Domino Cardinali Pamphilio.*

Deinde, & secundò probatur eorundem posses-
sio † ex Monitorio per eos dato, & executo die 7. 4
Octobris 1608. contra Pirrum hæredem Testamentarium D. Iuliæ, vbi ipsi expressè confessi sunt, & asseruerunt reperiri in quieta, & pacifica possessione omnium bonorum, & signanter Censuum, & societatum officiorum Alphonsi, vti hæredes Marci Antonij donatarij, Cessionarij R. Cameræ Apostolicæ: Quæ confessio in dicto Monitorio facta, necessariò intelligenda est de societatibus, & Censibus, cantantibus sub nomine Iuliæ, de quibus agitur, quæ ipsi prætendebant spectare ad hæreditatem Alphonsi, dum hoc expressè declararunt Marescotti in articulis cum dicto Monitorio datis; Per Monitorium autem probari veram possessionem, contra eum qui Monitorium porrexit, probat text. vulg. *in l. cùm per eum, C. de liber. caus.* & egregiè *Ludou. Roman cons. 70. n. 10. cum seqq. & d. cons. 229. d. n. 11. vers. verba enim prolata, Gregor. XV. decis. 458. n. 1.*

Tertiò & vltimò probatur possessio DD. de Ma-
rescottis ex † sententia, ad eorum fauorem lata super 5
immissione omnium bonorum hæreditatis D. Iuliæ, & ex mandato de immittendo, in executione dictæ sententiæ eis concesso de anno 1617. in quo singulariter describuntur census, & Societates officiorum, de quibus agitur. Quandoquidem licèt ex sola sententia, & mandato de immittendo non constituatur quis possessor, atque ideo non probetur possessio adepta, *Bart. in l. 3. §. missum, n. 4. vers. & potest esse, ff. de Carbon. edict. Rot. decis. 569. n. 1. p. 3. diu. & Greg. XV. dec. 546 n. 10.* Tamen quia deinde Pirrus, vti fideicommissarius, agens contra Marescottos, petiit immitti in possessionem dd. Censuum, & societatum, & postquàm fuit sæpius decisum eum esse immittendum, Marescotti per tot annos litem sustinuerunt, contradicendo immissioni per Pirrum petitæ, & manuteneri petierunt; ac deinde quod plus est, & tollit omnem difficultatem, prætenderunt pro dicto vltimo credito eis
competere retentionem; † quæ non competit ei, qui 6
non detinet, *Vinc. de Franch. decis. 527. num* 11. & latè *Surd. decis. 46. per tot.* & patet ad oculum: Et tandem Marescotti litem etiam acerrimè super dicta retentione per eos prætensa per plures annos sustinuerunt, possessio per dictos de Marescottis controuerti non
potest; † cùm illam ex sola litis sustentatione, iunctis 7
adminiculis probari millies Rota, etiam ad effectum Spolij, & sic in fortioribus terminis, resoluerit, *Cæsar. de Graff. decis. 4. num. 2. de rest. Spoliat. Verall. decis. 399. part 2. Gregor. XV. decis. 136. num. 2. & in recent. decis. 107. n. 2. part. 1.*

Vnde non obstat, quòd à principio Pirrus petierit Marescottis inhiberi Executoresque deputari, & quòd Marescotti petierint immitti, quæ petitio præsupponere videtur eos tunc non possidere; Quia in primis dicta inhibitio fuit reducta ad viam iuris, & Marescotti contra Pirrum obtinuerunt aliam inhibitionem, vigore cessionis fisci: Et cessat penitus; cùm ex supradictis constet, quòd deinde Marescotti possiderunt, possessionémque vsque ad præsen-
tem diem continuant, † videlicet ex propria confes- 8
sione facta in dicto Instrumento adeptionis possessionis, & in Monitorio, de quo supra, & ex mandato de immit

immittendo, & litis sustentatione, iunctis adminiculis resultantibus ex sententia, & mandato de immittendo,& ex manuteotione, & retentione per eos petitis, & aliis de quibus latiùs in actis, & datis in Summario Dominorum de Balleonibus. Deinde autem quòd Marescotti petierint immitti, retorquetur, tum quia cum effectu obtinuerunt immitti, & probatur, quòd fuerunt immissi ex litis sustentatione, manutentione, retentione, & aliis adminiculis supra proximè ponderatis,quo fit,vt quando non probaretur eorum possessio antequam obtinuerint immitti; ea tamen probatur postea capta, & 9 benè compatitur, † vt possidens possit de nouo immitti pro confirmanda, & corroboranda priori possessione,vt latè *Menoch.de adipisc.rem 4.n.348.* Et clarum est quòd fructus à Marescottis percepti à die immissionis de dicto anno 1617. sufficerent, & multò superabundant pro satisfactiune dicti vltimi crediti.

Tandem non obstat, quòd aliàs Rota dixerit Marescottis competere retentionem pro dicto vltimo credito,illúque eos præsumi soluisse de propriis pecuniis,*vt in decis.25.Iunij* 1632. Et in aliis;Quia hoc non tollit quin Balleoni potuerint postea opponere, tam de compensatione dotis, & Paraferni, quàm etiam quòd Marescotti solutionem fecerunt de pecuniis dd.Censuum,& Societatum, aut de fructibus 10 earum; † Cùm præsumptio veritati cedat, & contraria efficaciori præsumptione tollatur,*leg fin.ff.quod met. caus.* prout passim videmus fieri resolutiones ad fauorem hæredum, quòd eis competit immissio ex Edicto Diu. Adriao. & deinde si opponatur de validis retentionibus,aut de anteriori fideicommisso,denegatur immissio, & resolutio super immissione capta reuocatur, aut declaratur.

Secundum fundamentum fuit,quòd etiam in omnem casum, Marescotti possident bona Alphonsi, multò maioris quantitatis,quæ, non obstante cessione Cameræ, sunt obligata pro Dote, & Paraferno Dominæ Iuliæ, vt fuit iam bis resolutum; Quod fundamentum minimè tollitur, ex eo quòd Alphonsus in vita Iuliæ dotem restituerit, & Iulia, ex pecuniis in dictam causam sibi restitutis, censum emerit: Nec pariter ex eo quòd Marcus Antonins pro Dotis, & Paraferni restitutione posteà se obligauerit; Quia primum de restitutione dotis, facta per Alphonsum,cessat, ex quo hodie animaduersum fuit, quòd postmodum eadem Iulia,præsente,& acceptante Alphunso, cum solemnitatibus Statuti Vrbis, declarauit, eam in dicto censu non habere nisi nudum nomen,& in rei veritate censum,& pecunias spectare ad Alphonsum, vt ex Instrumento dictæ declarationis,factæ die 14 Maij 1602. Quam declarationem deinde eadem Iulia ratificauit die 4. Augusti 1604. Quo fit, vt Alphunsus nunquam fuerit liberatus, dum d.dotis,& Paraferni restitutio,ac census impositio fuerunt factæ sine solemnitatibus Statutariis † 11 quæ etiam in liberationibus factis per mulieres desiderantur, quando mulier non potest compelli recipere solutionem,& quietantiam facere,prout in præ 12 senti † quòd Iulia, cunstante matrimonio non poterat compelli dotem recipere, & maritum quietare, iuxta ea,quæ notat *Pic.ad stat.Vrb.gloss.9.num.4.vers. tutius tamen.* Et benè concludunt, quæ in simili tradunt *Ias.in l. fine apud acta,n.4. cum seqq. C. de transact. Campeg.de dot.part.5. quæst.107.& 109. Cancer. var.resol.lib.6.cap.1.num.125.* Nec releuare, si dicatur, Alphunsum fuisse liberatum, dum pecuniæ fue 13 runt versæ in vtilitatem Vxoris: † Tum quia eo ipso, quòd non interuenerint solemnitates non præsumitur versio, sed eam Marescotti probare tenentur, *l. prædium,C.de præd.minor.Ias.in l.nam postea,§.si minor, ff.de furt. Menoch.de præs.lib.6.præs 27.in fine,* & fuit dictum *in Romana nullitatis obligationis, 16. Ianuarij 1626. coram me:* Tum & etiam, quia imò probatur non versio, dum ex dictis pecuniis fuit emptus census, qui non habuit effectum, ad fauorem Iuliæ, sed ad fauorem Alphonsi, vt in supradictis declarationibus D.Iuliæ. † Secundum autem, quòd Marcus 14 Antonius se obligauerit, non induxit nouationem prioris obligationis Alphonsi,ad text.*in l.fin.C.de noxal.cum vulg.*

Nec pariter releuare,quòd in decisione, quæ reuidetur, dictum fuerit, quòd dicta confessio D. Iuliæ, quòd ipsa non habebat nisi nudum nomen in dicto Censu, debet intelligi, & restringi ad vitam Alphonsi eius Viri: tum quia etiam hoc stante, Alphonsus non fuisset liberatus ex supradictis; tum & etiam, quia illud dictum fuit in illa decisione, non animaduerso, quòd dicta declaratio fuerit per Iuliam facta cum solemnitatibus statutariis,præsente,& acceptante Alphonso.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Corduben. Cappellaniæ.

Ven. 14. Nouembris, 1633.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore subrogationis gratiosæ quando sit concedenda. Et quando Papa non veniat sub nomine Prælati.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore subrogationis gratiosæ conceditur, constito de Clericatu subrogati, de obitu defuncti in possessione, & tandem de reseruatione.*

2 *Clericatus probatur ex testibus de publica voce, & fama.*

3 *Item ex confessione partis aduersæ.*

4 *Obitus probatur ex fide Parrochi, extracta ex libro mortuorum.*

5 *Beneficium de Iurepatronatus Ecclesiastico cadit sub reseruatione, si vacet in mense reseruato: & quid si in fundatione fuerit cautum,quod in Collatione illius, neque Episcopus seu alius Prælatus possit se intromittere, num.6.& seqq.*

7 *Papa non venit sub appellatione Prælati in præiudicialibus.*

8 *In concessione non censetur comprehensa persona loquentis.*

9 *Papa non præsumitur voluisse præiudicare suis reseruationibus, nisi id specialiter expresserit.*

10 Regula nona Cancellar. *tollit omne priuilegium, etiam concessum in limine fundationis.*

DECISIO CCCCVI.

FVIT resolutum, D.Melchiori dandam esse immissionem, vigore subrogationis gratiosæ; † Quia constat de tribus 1 requisitis, necessariis ad eam obtinendam, videlicet de Clericatu dicti Melchioris, de obitu Andreæ in possessione, ad quam idem Melchior fuit subrogatus, & tandem de reseruatione; quibus concurrentibus non denegatur immissio,*Greg.XV.decis.32.& Rot. decis.509. num.primo, part.1.recent.*

Clericatus, ad effectum de quo agitur †, probatur 2

immittendo, & litis sustentatione, iunctis adminiculis resultantibus ex sententia, & mandato de immittendo, & ex manutentione, & retentione per eos petitis, & aliis de quibus latiùs in actis, & datis in Summario Dominorum de Balleonibus. Deinde autem quòd Marescotti petierint immitti, retorquetur, tum quia cum effectu obtinuerunt immitti, & probatur, quòd fuerunt immissi ex litis sustentatione, manutentione, retentione, & aliis adminiculis supra proximè ponderatis, quo fit, vt quando non probaretur totum possessio antequam obtinuerint immitti; ea tamen probatur postea capta, &
9 benè compatitur, † vt possidens possit de nouo immitti pro confirmanda, & corroboranda priori possessione, vt latè *Menoch. de adipisc. rem. 4. n. 348.* Et clarum est quòd fructus à Marescottis percepti à die immissionis de dicto anno 1617. sufficerent, & multò superabundant pro satisfactione dicti vltimi crediti.

Tandem non obstat, quòd aliàs Rota dixerit Marescottis competere retentionem pro dicto vltimo credito, illú lque eos præsumi soluisse de propriis pecuniis, *vt in decis. 15. Iunij* 1632. Et in aliis; Quia hoc non tollit quin Balleoni potuerint postea opponere, tam de compensatione dotis, & Parafernì, quàm etiam quòd Marescotti solutionem fecerunt de pecuniis dd. Censuum, & Societatum, aut de fructibus
10 earum; † Cùm præsumptio veritati cedat, & contraria efficaciori præsumptione tollatur, *leg. fin. ff. quod met. caus.* prout passim videmus fieri resolutiones ad fauorem hæredum, quòd eis competit immissio ex Edicto Diu. Adrian. & deinde si opponatur de validis retentionibus, aut de anteriori fideicommisso, denegatur immissio, & resolutio super immissione capta reuocatur, aut declaratur.

Secundum fundamentum fuit, quòd etiam in omnem casum, Marescotti possident bona Alphonsi, multò maioris quantitatis, quæ, non obstante cessione Cameræ, sunt obligata pro Dote, & Parafeino Dominæ Iuliæ, vt fuit iam bis resolutum; Quod fundamentum minimè tollitur, ex eo quòd Alphonsus in vita Iuliæ dotem restituerit, & Iulia, ex pecuniis in dictam causam sibi restitutis, censum emerit: Nec pariter ex eo quòd Marcus Antonius pro Dotis, & Parafeni restitutione postea se obligauerit; Quia primum de restitutione dotis, facta per Alphonsum, cessat, ex quo hodie animaduersum fuit, quòd postmodum eadem Iulia, præsente, & acceptante Alphonso, cum solemnitatibus Statuti Vrbis, declarauit, eam in dicto censu non habere nisi nudum nomen, & in rei veritate censum, & pecunias spectare ad Alphonsum, vt ex Instrumento dictæ declarationis, factæ die 14. Maij 1601. Quam declarationem deinde eadem Iulia ratificauit die 4. Augusti 1603. Quo fit, vt Alphonsus nunquam fuerit liberatus, dum d. dotis, & Parafeni restitutio, ac census impositio fuerunt factæ sine solemnitatibus Statutis †
11 quæ etiam in liberationibus factis per mulieres desiderantur, quando mulier non potest compelli recipere solutionem, & quietantiam facere, prout in præ-
12 senti † quòd Iulia, constante matrimonio non poterat compelli dotem recipere, & maritum quietare, iuxta ea, quæ notat *Pic. ad stat. Vrb. gloss. 9. num. 4. vers. tantum tamen.* Et benè concludunt, quæ in simili tradunt *Iaf. in l. fine apud acta, n. 4. cum seqq. C. de transact. Campeg. de dot. part. 5. quæst. 107. & 109. Cancer. var. resol. lib. 6. cap. 1. num. 125.* Nec releuare, si dicatur, Alphonsum fuisse liberatum, dum pecuniæ fue-
13 runt versæ in vtilitatem Vxoris: † Tum quia eo ipso, quòd non interuenerint solemnitates non præsumitur versio, sed eam Marescotti probare tenentur, *l. prædium, C. de præd. minor. Iaf. in l. nam postea, §. si minor, ff. de furt. Menoch. de præs. lib. 6. præs. 27. in fine,* & fuit dictum *in Romana nullitatis obligationis, 16. Ianuarij 1626. coram me:* Tum & etiam, quia imò probatur non versio, dum ex dictis pecuniis fuit emptus census, qui non habuit effectum, ad fauorem Iuliæ, sed ad fauorem Alphonsi, vt in supradictis declarationibus D. Iuliæ. † Secundum autem, quòd Marcus 14
Antonius se obligauerit, non induxit nouationem prioris obligationis Alphonsi, ad text. *in l. fin. C. de nouat. cum vulg.*

Nec pariter releuare, quòd in decisione, quæ retinetur, dictum fuerit, quòd dicta confessio D. Iuliæ, quòd ipsa non habebat nisi nudum nomen in dicto Censu, debet intelligi, & restringi ad vitam Alphonsi eius Viri: tum quia etiam hoc stante, Alphonsus non fuisset liberatus ex supradictis; tum & etiam, quia illud dictum fuit in illa decisione, non animaduerso, quòd dicta declaratio fuit per Iuliam facta cum solemnitatibus statutariis, præsente, & acceptante Alphonso.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Corduben. Cappellaniæ.

Ven. 14. Nouembris, 1633.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore subrogationis gratiosæ quando sit concedenda. Et quando Papa non veniat sub nomine Prælati.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore subrogationis gratiosæ conceditur, constito de Clericatu subrogati, de obitu defuncti in possessione, & tandem de reseruatione.*
2 *Clericatus probatur ex testibus de publica voce, & fama.*
3 *Item ex confessione partis aduersæ.*
4 *Obitus probatur ex fide Parrochi, extracta ex libro mortuorum.*
5 *Beneficium de Iurepatronatus Ecclesiastico cadit sub reseruatione, si vacet in mense reseruato: & quid si in fundatione fuerit cautum, quòd in Collatione illius, neque Episcopus seu alius Prælatus possit se intromittere, num. 6. & seqq.*
7 *Papa non venit sub appellatione Prælati in præiudicialibus.*
8 *In concessione non censetur comprehensa persona loquentis.*
9 *Papa non præsumitur voluisse præiudicare suis reseruationibus, nisi id specialiter expresserit.*
10 Regula nona Cancellar. *tollit omne priuilegium, etiam concessum in limine fundationis.*

DECISIO CCCCVI.

FVIT resolutum, D. Melchiori dandam esse immissionem, vigore subrogationis gratiosæ; † Quia constat de tribus 1
requisitis, necessariis ad eam obtinendam, videlicet de Clericatu dicti Melchioris, de obitu Andreæ in possessione, ad quam idem Melchior fuit subrogatus, & tandem de reseruatione; quibus concurrentibus non denegatur immissio, *Greg. XV. decis. 32. & Rot. decis. 509. num. primo, part. 1. recent.*

Clericatus, ad effectum de quo agitur †, probatur 2

ex testibus,deponentibus de publica voce,& fama,& communi reputatione,*Rot.decis.10.num.1.& decis.35.*
3 *n.1. coram eodem Greg.XV.* † Et ex confessione Ferdinandi Aduersarij in eius mandato Procuræ;qua nulla est maior probatio,*l.cum precum, C.de liber.caus.Mohed.decis,1.de regul.*

4 Obitus autem Andreæ in possessione, † probatur ex testibus,desuper examinatis, benè deponentibus, & ex fide Parrochi, extracta ex libro mortuorum, *Rot.decis.321.num.3. part.1.recent. & coram Greg.XV. decis.78.n.2.* & ibi latè *Add.*

5 Tandem de Reseruatione apparet; † ex quo Cappellania, de qua agitur, est de iurepatronatus Ecclesiastico Capituli Corduben. & vacauit de mense Aprilis,qui est reseruatus, vigore *regula 9. Cancellariæ*,reseruatoriæ octo mensium *Rota decis.740.num.2. part.2.recent.*

Non obstat, quòd reseruatio videatur cessare, eo
6 ipso, † quòd in limine fundationis dictæ Cappellaniæ cautum fuit,quòd collatio illius ad Decanum, & Capitulum dictæ Ecclesiæ pertinere debeat, quódque Episcopus seu alius Prælatus non possit in eo aliquo modo se intromittere,prout habetur *in Litteris Alexandri VI.* confirmatoriis huiusmodi fundationis:Papámque sub nomine Prælati comprehendi, & sic cessare reseruationem; Quia obiectum visum fuit Dominis non posse in iure subsistere;cùm verius sit ad effectum de quo agitur, & sic in præiudiciali-
7 bus, † Papam non venire sub appellatione Prælati, sed illa verba ,*seu alius Prelatus*, intelligi debent de alio Prælato simili Episcopo, prout est Archiepiscopus,& alij huiusmodi,non autem de alio longè maiori,& supremo prout est Papa,ad text.*in cap.sed et,cum*
8 *ibi not.de rescript.*præsertim cùm regulare sit,† Quòd in concessione non censetur comprehensa persona loquentis,*cap.petitio,iuncta gloss.fin. de iur.iur. Gabr.de verb.signif.conclus.9.Garz.de reg 9.§.2.prob.num.38. &*
9 *seqq.* † Et in specie,quòd Papa non censeatur voluisse præiudicare suis reseruationibus,nisi id specialiter expresserit,*Rot.decis.666.n.8 p.1.& decis.569. num.6. part.2.recens. Et in Cæsaraugustana Canonicatus, prima Iuly 1630. coram me.*

Et cessat difficultas;Quia quatenus etiam Papa in dd.literis dixisset, quòd dicta Cappellania non cade-
10 ret sub reseruationibus Apostolicis, † Tamen adhuc intraret dicta *Regula 9.*cùm tollat omne priuilegium, etiam in limine erectionis concessum,vt expresse disponit *eadem regula*, & decidit *Rota in Cæsaraugustana Parrochialis de Mayezza 6. Nouembris 1619. coram D.meo Decano*, quam referunt *Add.ad Greg.dec.240. num.2.*

Minùs obstat, quòd hæc Cappellania sit beneficium Manuale, & ideo non cadat sub reseruatione, *Simonet.de reseru.quest.8. Gonzal.ad reg.8. gloss.5. §.6. n.9.Greg.decis.48.n.5.*Quia respondetur de Manualitate nihil fuisse cautum in fundatione,neque in confirmatione Apostolica, sed solùm per executionem *Literarum Alexandri VI.* qui non potuit excedere illarum formam, alterando naturam dicti Beneficij, quod erat prius collatiuum, & sic perpetuum, iuxta vulgata iura.

Et ita vtraque, &c.

Cusentina Beneficij.

Lun. 14. Nouemb. 1633.

ARGVMENTVM.

Donatio Iurispatronatus, in qua interuenit solùm consensus Vicarij, absque speciali mandato Episcopi, an valeat: Et an satis sit quòd consensus Episcopi interueniat post donationem: Et quando ille interuenisse præsumatur. Et nonnulla notanda in materia manutentionis, quæ patent ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio Instrumentalis est manutenibilis, alio non existente in possessione.*
2 *Possessio posterior,vti turbatiua non attenditur.*
3 *Mandatum iniustè relaxatum non priuat possessione.*
4 *Manutentio conceditur à Rota, etiam sine iustificatione.*
5 *Iuspatronatus existens penes personam potentem, quando non sit aptus probari cum requisitis, quæ desiderantur à* Conc.Trident. *in familia potenti.*
6 *Donatio Iurispatronatus est iustus titulus ad illud acquirendum.*
7 *Vicarius non potest præstare consensum donationis Iurispatronatus,absque speciali mandato Episcopi.*
8 *Declara,quòd consensus Episcopi sufficit,quòd interueniat post donationem quandocumque: Et præsumitur interuenisse ex lapsu temporis 30. annorum,iuncta obseruantia subsecuta,& num.9.*
10 *Episcopus instituens ad præsentationem eorum, quibus fuit donatum Iuspatronatus, videtur consentire tali donationi,& consensus sic modo præstitus sufficit.*
11 *Immissio,vigore subrogationis gratiosæ, non datur, si non constet de reseruatione.*
12 *Iuspatronatus laicale non cadit sub reseruatione.*
Possessio iniusta non suffragatur possidenti.

DECISIO CCCCVII.

DVBITAVI, An mandatum de manutenendo in quasi possessione Beneficij Sanctæ Catharinæ, Terræ Montisalti,de quo agitur aliàs concessum Felici de Iuso,sit confirmandum,vel potius concedendum Marco Antonio Petrono: Et fuit ad fauorem Felicis pro confirmatione resolutum;Quia de eius anteriori possessione constat per Instrumentum adeptæ possessionis, mediante Procuratore, de cuius mandato satis constare dictum fuit *in decis. in hac causa facta 17. Maij 1627. coram D. meo Dunozetto;* † Quæ instru- 1
mentalis possessio, alio non existente in possessione, manutenibilis est,ad *l pradia,ff.de acquir.poss. Rot. decis.618.n.1.p.1.recent. & in dicta decisione in hac causa facta*, & fuit millies decisum: † Stante autem ante- 2
riori possessione Felicis,possessio Petroni, vti turbatiua,non est attendenda *Caputaq.decis.186.p.3. Cas.de Grass.dec.prima,num.4. de Constit.Greg.XV.decis.105. n.22.& Rota in recent.decis.319.sub num. primo,part.2.* Etiam quòd dicta posterior possessio, fuerit capta vigore mandati de immittendo; † Quia cùm illud fue- 3
rit relaxatum in contumaciam,& d.Felice absente,ad instantiam Petroni, qui deduxit solùm sibi fauorabilia,& ex nunc deductis pro Felice,appareat iniustum, non fuit Felix priuatus sua possessione,*Corn.cons.193. n.4.lib.3.Rot.decis.807.n.7.part.1. diuers. & in recent. decis.85.n.9.part.2. & coram Greg.XV. decis.11.num.5. & 6.decis.43.n.2.*

Neque obstat,quòd Felix habuit præsentationem, & desuper obtinuit Litteras Apostolicas, cum clausula,*verificato Iurepatronatus*, & tamen illud non fuit

verifica

vetificatum; Quia huic obiecto fuit iam responsum *in alia decisione in hac causa, facta super Declaratoria.29. May 1628. coram eodem Domino meo Dunozetto,*
4 † quòd Rota nihilominùs sine iustificatione tituli concedit manutentionem, Cùm solùm in hoc Iudicio summarissimo attendatur merum factum possessionis: Et in omnem casum visum fuit DD. satis de Iurepatronatus constare, saltim ad hunc effectum, ex instrumento fundationis huius Beneficij, de quo in actis, prout etiam constat idem Iuspatronatus fuisse donatum per Buccerios Patronos familiæ de Sperantiis, & deinde dictam familiam de Sperantiis illud donasse Excellentissimo D. Duci Montisalti à quo Felix præsentatus fuit: Quibus sic stantibus cùm de Iurepatronatus constet ex Instrumento fundationis, non est opus illud probari cum requisitis in familia po-
5 tenti, de quibus *Sac. Conc. Trident.* † Quia esto quòd D. Dux Montisalti sit de familia potenti, & beneficium fuerit fundatum in Territorio suæ Iurisdictionis, tamen quia illud habuit vigore d. donationis à Pa-
6 tronis ordinariis, qui fundarunt; † & dubium non sit quin donatio sit iustus titulus acquirendi Iuspatronatus, *c.3. extra de Iurepat. cap.1. eod. tit. in 6. Lamber. de Iurep. lib.1. part. 2. quæst.1. art.2.* Propterea non intrat Concilium ad fauorem Perroni, sed potius intrat ad fauorem Felicis.

Nec pariter obstat, quòd in d. donatione, quam Buccerij fecerunt Sperantiis, interuenit consensus Vi-
7 carij duntaxat, † qui absque speciali mandato Episcopi non potest talem consensum præstare, *Cald. cons.1. de offic. Vicar. & cons.2. de Constit. cap. vnico, de Iurepatronatus, in 6. Mantic. decis.86.* Et propterea dictam donationem non suffragari: multóque minùs donationem factam D. Duci per dictam familiam de Sperantiis, cum in ea nec Episcopi nec Vicarij consensus
8 interuenerit; † Quia fuit responsum satis esse quòd consensus Episcopi ante vel post donationem, quandocunque interuenerit, *Calder. cons.6. de Iurep. Rocc. in*
9 *verb. pro eo, num 9. quæst.4.* † Quòd autem consensus Episcopi ex post facto, hoc casu, interuenerit, præsumitur ex lapsu temporis 30. annorum, iuncta obseruantia subsecuta, de qua docetur, *Alex. cons.135. n.17. l.4. Rot. decis.407. part.1. & decis.139. part.2. diuers.* & in pluribus decisionibus, quas cumulant *Modern. Pisani in praxi Iurispatr. part.1. lib.4. cap.4. sub n.5. vers. &*
10 *ex lapsu temporis;* † Et quia Episcopus post dictam donationem sæpius cum effectu instituit ad præsentationem Donatariorum; instituendo, videtur consentire, & huiusmodi consensus hoc casu præstitus sufficit, *Lamb. de Iurep. lib.1. part.1. quæst.1. art.7. in fin. & art.8* & fuit dictum *in Bonon. Iurisp. 27. Nou. 1587 coram Giptio, Additio ad decis.420. n.7. Greg. XV.* vbi aliæ decisiones cumulantur. Stante autem Iurepatronatus D. Excellentissimi Ducis Montisalti, qui præsentauit Felicem, non potuit dari immisso Perrono, vigore
11 subrogationis gratiosæ; † Quia non constat de re-
12 seruatione, imò de contrario; † cùm Iuspatronatus laicale non cadat sub reseruatione, Et possessio inde secuta, vti iniusta non debet ei suffragari ex vulgatis. Et accedit quòd in Gratia, cui hodie nititur Perronus, adest clausula (*dummodo non sit intrusus*) qui tamen intrusus erat, vt probatur ex decisionibus, & sententia declaratoria desuper emanatis, contra dictum Perronum, coram dicto Domino meo Dunozetto.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Compostellana Parrochialis.

Merc. 16. Nouemb. 1633.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

Executoriales debent intimari intruso, & in actis reproduci, ac seruatis quatuor terminis, & non docto de paritione expeditur Declaratoria, & possessio aliter capta dicitur attentata: Fallit si possessio erat vacans; Quia tunc supradicta non requiruntur, num.1.

Sequestrum appositum in vim Clem. 1. de sequestr. poss. & fruct. *priuat possessione.*

DECISIO CCCCVIII.



FVIT resolutum Possessionem Parrochialis, de qua agitur, captam per Bernardum Gonzalez, vigore litterarum executorialium, in vim trium conformium, relaxatarum, non fuisse attentatam; † etiam quòd Executoriales non fuerint intimatæ, nec deinde reproductæ, & seruati quatuor termini; Quandoquidem licèt iuxta Rotæ stylum Executoriales debeant intimari intruso, & in actis reproduci, & seruatis quatuor terminis, & non docto de paritione soleat expediri Declaratoria, ita vt possessio aliter capta, dicatur attentata, *Gomez super reg. de subrog. quæst.4. vers. tamen Rota, & in reg. de ann. quæst.44. vers. accedit. Vestr. in prax. lib 8. cap. vlt. n.16. in fin. Cassad. decis.6. n.10 de caus. poss. Seraph. decis.1116. n.1. & 2.* Attamen cùm in hoc casu, pendente causa coram R. P. D. Merlino, fuerit possessio dictæ Parrochialis sequestrata in vim *Clement.1. de sequestr. possess. & fruct.* consequenter Gundisaluus intrusus, fuit priuatus sua possessione, vt fuit resolutum *in Calagurritana Beneficij de Armilla 11. Ianuarij 1608. coram Cardinali Sacrato, & Carthaginen. Canonicatus 25. May 1609. coram Cardinali Lancellotto,* Quas referunt *Addentes ad Greg. decis.9. n.13.* † Vnde cùm possessio esset vacans, & sic non adesset aliquis, qui resisteret, non fuit opus intimare d. Executoriales, nec ad seruationem d. terminorum deuenire, sed potuit nihilominùs possessio capi absque vitio attentatorum, vt dixit *Rota in Barbasten. Parrochialis 27. Nouembris 1609. coram Reuerendissimo Domino meo Decano;* quæ in impress. est *decis. 492.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Romana Dotis de Buccardinis.

Sabbat. 26. Nouembris, 1633.

ARGVMENTVM.

Confessio mariti de dote recepta, An, & quando probet veram receptionem.

SVMMARIVM.

1 *Executio non præsumitur, si illa non probatur.*
2 *Solutionem allegans eam probare debet.*

10 nihilominùs, † cùm exactio, constante Matrimonio,
principaliter spectaret ad Sfortiam Maritum, *l. si pro te Pater, la prima, C. de dot. promiss. Boer. decis. 328.*
11 *num. 2. Guidop. decis. 475.* † præsumitur ad ipsum solum totam pecuniam peruenisse, iuxta doctr. *Bald. in auth. si qua mulier, num. 63. C. ad Vell. Crauett. cons. 91. num. 34. & 11. Honded. cons. 45. num 26. & 31. lib. 1. Boer. decis. 11. num. 3.* Et in his ferè terminis *Menoch. præs. 22. num. 1. lib. 3.* Et fuit resolutum *in Imolen. repetitionis dotis, 14 Martij 1594. coram Penia.*

Nec pariter releuat, quòd dicta verba, *Da essi riscossi*, intelligantur conditionaliter, id est si exigentur, Quia hoc dicere repugnat sensui, & lecturæ verborum, quæ clarè cantant de præterito tempore, id
12 est de exactis, † Et ideo non possunt interpretari conditionaliter, nempe de exigendis, *l. si stipulatus fuerim, §. cum stipulamur, ff. de verb. obligat.* latè *Surd.*
13 *cons. 127. vsque ad num. 50.* † Præsertim cùm verba in dubio censeantur stare demonstratiuè, non autem conditionaliter, *Bart. l. Centuria, num. 39 vers. quod in dubia, ff. de vulg. & pupill. Paris. cons. 4. num. 36. lib. 4.* Et benè facit doctrina *Bart. in l. 1 num. 35. ff. de condit. & demonstr. Alex. cons. 119. num. 5. lib. 1.*

Non etiam refragatur, quòd præfata verba, *Da essi riscossi*, contineant confessionem dotis receptæ, quæ facta à Marito, constante matrimonio, præsumitur in fraudem prohibitæ donationis inter virum, &
14 vxorem; † Quia fuit primò responsum, hoc non procedere quando confessioni dotis receptæ præcessit, prout hîc, promissio dotis, vt supra probatum
15 fuit, † Secundò fuit responsum id non procedere quando confessio Dotis fuit facta à viro, non ad fauorem vxoris, sed tertij, prout hîc, *Maresc. d. lib. 1. cap. 8. num. 8.* qui testatur ita fuisse decisum *in Camerinen. pratensa dotis, 12. Nouembris 1599. coram Litta.* Tertiò, & tandem responsum fuit, quòd cùm fuerint lapsa tempora ad apponendum exceptionem non numeratæ dotis, dicta confessio Mariti benè probat realem exactionem in præiudicio Sfortiæ, & suorum hæ-
16 redum †; Et quod magis est, in præiudicium etiam creditorum; ita vt eo ipso non præsomatur facta in fraudem prohibitæ donationis, *Bart in l. assiduis*, vbi etiam *Bald. C. qui pot. in pign.* cum aliis congestis per *Grat. discept. 362. n. 16. per Marescot. d. cap. 8. num. 17. & per Rot. decis. 48. n. 1. & d. decis. 145. n. 3. apud Pacif. de Saluiano Interdict.*

Non obstat denique quòd dicta verba sint enunciatiua; Quia nihilominùs plenè probant inter eas-
17 dem partes; † Maximè quando, vt hîc, sunt emissa principaliter propter se, *l. optimam, C. de contrah. Stip. Dec. cons. 118. n. 5. & cons. 389. n. 9. Ruin. cons. 141. n. 8. in fin. vers. quibus tamen, lib. 1. Rota coram Domino meo Decana, decis. 242. num. 3. & decis. 136. num. 3. part. 4. re-*
18 *cent.* † Et præsertim fauore dotis, quia tunc inter ipsas partes faciunt plenam probationem, *l. 2.* vbi *glass. C. de dot. promiss. Bartol. cons. 123 lib. 1. Io. de Amic. cons. 136 num. 5. Peregr. cons. 100. num. 11. lib. 3. Mant. de contract. lib. 2. tit. 6. num. 15. Put. decis 409. lib. 1. in correct. Caputaq. decis. 388 part 1.* vbi ampliat procede-
19 re, † etiam si essent verba enunciatiua inter diuersas partes: Quod etiam dixerunt, *Bart. d. cons. 123. n. 1. & 2. lib. 1. & Mant. vbi proximè.*

Secundum fundamentum resolutionis fuit; Quia circumscripta etiam dicta Sfortiæ confessione, resultante ex illis verbis, *Da essi riscossi*, Tamen adhuc probatum extitit illum exegisse plures pensiones domorum, & vsumfructum Vineæ, quæ omnia fuerunt eidem Virginiæ in dicto Instrumento transactionis assignata, & reseruata, pro satisfactione suæ dotis, tanquam credita hæreditaria Iacobi, quarum pensionum quantitas, & vsusfructus valor, longè excedunt d. summam scutorum 669.

Nec dicatur exactionem dictarum pensionum, &
Vsusfructus fuisse à Sfortia factam in causam dotis, † 20
Quia sufficit, quòd quietantiæ per ipsum factæ aliam causam non exprimant, ad hoc vt censeantur factæ in dictam causam, cùm hæc sola causa appareat, *l. si cum dotem, §. si pater, ff. solut. matrim. Aym. cons. 158. Maresc. d. c. 8. n. 16. Greg. d. decis. 62. n. 9.*

Supradictis accedunt etiam tres coniecturæ se- 21
quentes, † Prima desumitur ex solutione partis dotis, eidem Sfortiæ facta in Instrumento dotali, mediante consignatione tot mobilium, qui ideò præsumitur de residuo satisfactus, *Crauet. cons. 158 num. 6. Nat. cons. 147. n. 6. Maresc. d. c. 8. n 14. Grat. discept. 362. n. 18. Rota in Camerinen. Bonorum, 28. Iunij, 1627. coram Eminentissimo Cardinali Vbalda, & 16. Iunij, 1631.*
coram R.P.D. meo Motmanna: † Secunda oritur ex 22
diuturna præstatione alimentorum, quam Sfortiæ fecit Virginiæ vxori suæ, quæ solet à DD. potissimum considerari, ad effectum, vt dos præsumatur integrò viro soluta, *Bald. in l. 1. sub n. 4. C. de priuil. dota. Aretin. in §. fuerat, instit. de act. sub n. 45. Dec. cons. 330. post num. 60. Purpur. cons. 461. post num. 11. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 20. num. 17. Maresc. vbi supra num. 12. Gratian. d. discept. 362. num. 21. cum seqq. & Rota apud*
Greg. d. decis. 62. num. 5. † Tertia & vltima desumi- 23
tur ex generali consuetudine, nempe quòd mulieres non solent duci indotatæ. Quam coniecturam in proposito considerat *Marescot.* vbi supra. *Gratian. d. decis. 362. n. 20. & Rota in Imolen. præallegata.*

Quæ omnia præterea † adminiculantur ex præce- 24
denti promissione dotis, & ex lapsu temporis ad op- 25
ponendum exceptionem non numeratæ dotis, & ex aliis quæ ad hunc effectum benè perpendunt *Maresc. d. cap. 8. per tot.* & alij *DD.* supra citati.

Quibus coniecturis, & adminiculis tantò magis deferendum est; Quia cùm constet fuisse Sfortiæ in dotem assignata dicta credita hæreditaria, & tantum tempus fuerit elapsum, videtur ipsi esse non leuiter imputandum, quòd dicta credita non exegit; cum debuisset in hoc diligens esse, *l. Socer. §. Lucius, vbi Bart. num. 3 vers. oppono, & Castr. ibidem n. 7. ff. solut. matrim. Ruin. cons. 125. num. 4. lib. 1. Corn. 14, num. 13. vol. 3.* cum aliis *per Rotam in dicta Camerinen. Bonorum, coram Vbaldo, & Motmanno.*

Et in omnem casum visum fuit non posse dubitari, quin ex supradicta confessione Sfortiæ resultante ex illis verbis, *Da essi riscossi*, de quibus in primo fundamento, & ex tot coniecturis, & adminiculis. de quibus in secundo fundamento, insimul iunctis iudicia animus induci debeat, ad perfectè credendum, Sfortiam verè, & realiter, prædictum residuum Dotis exegisse.

Vnde non obstat, † quòd dum confecit inuenta- 26
rium hæreditatis Virginiæ, descripserit creditum suæ dotis, exigendum ab hæreditate primi viri, Quia fuit
responsum quòd cum dicta † confessio emanauerit à 27
dicto Paulo non informato de dicta transactione, & hodie constet de errore, ex supradictis, ei non præiudicat, *Greg. XV. decis. 125. num 10. & decis. 521. num. 14.* Et in his terminis dixit Rota *in Ariminen. Legatorum, 14. Maij. 1632. coram me.*

Et ita vtraque, &c.

Florentina Affrancationis.

Lun. 28. Nouemb. 1633.

ARGVMENTVM.

Facultas francandi bona Emphyteotica, quæ data fuit patri, quando censeatur etiam filiis concessa.

SVMMARIVM.

1 *Facultas francandi bona Emphyteotica, quæ data fuit patri, quando censeatur etiam filiis concessa, &* num. 4.

2 Ipsius, *dictio est personalissima.*

3 *Declara quòd non semper stat restrictiuè, sed aliquando demonstratiuè, iuxta subiectam materiam.*

5 *Emphyteusis ex pacto, & prouidentiâ dicitur illa, qua stipulatio sunt pro filiis, & descendentibus, ad quam filij non concurrunt cum Patre, sed vocantur ordine successiue, num. 6. Et iure proprio, non autem transmisso, & num. 7. & tot censentur concessiones, quot sunt gradus, num. 8.*

9 *Correxisse se incontinenti quis non præsumitur.*

15 *Perplexio est vitanda.*

11 *Stipulatio transit ad hæredes, quamuis de eis nulla mentio fiat.*

12 *Amplius procedere etiam quòd illa fiat cum dictione taxatiua ipsorum contrahentium.*

DECISIO CCCCX.

FVIT resolutum Francisco filio q. Euphrosini de Ruffolis competere facultatem francandi bona in Emphyteusim à Rectore Ecclesiæ S. Thomæ concessa dicto Euphrosino, & eius filiis, & descendentibus masculis in infinitum; Quia in Instrumento dicta facultas fuit concessa etiam filiis, ibi, *cum pacto, quòd si dictus Euphrosinus, vel eius filij acquirent, seu acquirerent dictæ Ecclesiæ vnum annuum redditum Flor. 16. eo casu dicta bona intelligantur francata, & libera ipsius Euphrosini:* ponderando verba illa, *si Euphrosinus vel eius filij acquirent, seu acquirerent, &c.*
1 quæ † cum tribuant tam filiis Euphrosini, quàm ipsi Euphrosino facultatem acquirendi Ecclesiæ dictum annuum redditum, tribuunt pariter facultatem francandi, non solùm Euphrosino, sed etiam eius filiis, tanquam effectum, seu emolumentum proueniens ex dicta acquisitione, ad text. *in l. 2.* & ibi *Bartol. ff. de iurisd. omn. Iud. & l. eum qui iurauit, in princ. ff. de iure iuran.*

Neque obstat, si dicatur, quòd licèt filij Euphrosini, iuxta dictam concessionem possent etiam francare acquirendo Ecclesiæ prædictum annuum redditum, esse tamen intelligendum, vt hoc possent in vita Euphrosini eorum Patris, & ad commodum illius
2 duntaxat, ob dictionem, † *Ipsius*, quæ est personalissima, ad text. *in l. 1. §. adipiscimur,* & ibi notant DD. *ff. de acquir. poss. Bald. cons. 304. n. 2. lib. 4* ac ideò, eo iam defuncto, non esse locum francationi; Quia fuit benè
3 responsum, quòd † illa dictio seu pronomen, *Ipsius*, non stat semper restrictiuè, sed aliquando demonstratiuè, iuxta subiectam materiam, *Roland. cons. 5. n. 54. & sequent. 3. lib. Becc. cons. 88. n. 38. & 39.* In præsenti autem, subiecta materia suadet, vt stet demonstratiuè, cùm † facultas francandi concessa filiis, censeatur collata ad tempus habile, nempe ad tempus, quo filij erant successuri, & in eis verificari poterat quòd essent cum effectu Emphyteutæ, ex trad. per *Surd. decis. 39. n. 2.* & sic post mortem Patris, † cum versemur 5
in Emphyteusi Ecclesiastica, & ex pacto, & prouidentia, stante stipulatione pro filiis, & descendentibus masculis, *l. stipulatio ista, §. si quis ita, ff. de verb. obligat. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 16. sub n. 1. vers. tertius est;* † 6
ad quam propterea filij non concurrunt cum Patre, Sed vocantur ordine successiuo, *Bart. & Angel. in l. Gallus, §. quidem rectè, ff. de liber. & posthum*, † Et qui- 7
dem iure proprio, non autem transmisso, ad text. *in c. 1. in princ. de concess. feud. in vsib. feud. Bart. in l. Iusiurandi, §. si liberi, ff. de oper. libert. Couar. var. lib. 2. c. 18. n. 6.* † Ita vt tot censeantur concessiones, quot sunt 8
gradus succedentium, *Castr. cons. 164. n. 5. lib. 2. Caldas. de nomin. emphyt. lib. 1. quæst. 15. n. 1. Menoch. cons. 1153. n. 4. Grat. discept. for. c. 231. n. 1. & sequent.* Quo fit, vt per dictum pronomen, *Ipsius*, demonstretur persona Euphrosini, quoad commodum francationis, ipsi viuenti permissæ, sed inde non sequitur, vt eius filij excludantur à commodo francationis, eis quoque ex propria persona concessæ post mortem illius; † alio- 9
quin, vel Rector, qui concessit, se correxisset incontinenti, auferendo filiis facultatem francandi tunc eis concessam, quod non est præsumendum, *l. cum ad eu, ff. de verb. oblig.* vel concessio esset perplexa: nimirum, quòd filij possent francare post obitum Patris, ad commodum Patris viuentis: † Perplexio autem est 10
vitanda *ad l. quoties in stipulationibus, ff. de verb. obligat. l. vbi est, ff. de reb. dub. Oldrad. cons. 109. sub num. 2.*

Tandem videtur cessare difficultas; Quia in omnem casum dicti filij post mortem Euphrosini eorum Patris possent francare ad commodum hæredum ipsiúsmet, vti hæredis Euphrosini, cùm † Stipulatio 11
transeat ad hæredes, quamuis nulla de eis mentio fiat, *l. si pactum,* & ibi *gloss. ff. de probat. l. veteris, in princ. ff. contrah. & commit. stipul. Menoc. præs. 57. n. 1. & 2. lib. 3. Surd. cons. 540. n. 31. & 32. & decis. 322. n. 27.* † Etiam 12
quòd illa fiat cum dictione taxatiua ipsorum contrahentium, *l. si necessarias, §. de vendendo, ff. de pignor. act. Bart. in l. stipulatio ista habere, ff. de verb. obligat. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloss. 6. num. 4. Menoch. cons. 90. num. 103. Surd. cons. 133. sub num. 15. & d. decis. 322. num. 38.*

Sed quia informantes pro Rectore allegabant præscriptionem, voluerunt Domini de ea particulariter videre in alia disputatione.

Et ita decisum vtraque, &c.

Florentina Subdecanatus.

Ven. 2. Decembris, 1633.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus quando censeatur hæreditarium, non autem Gentilitium.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus acquiritur ex assignatione dotis.*

2 *Iuspatronatus in dubio præsumitur hæreditarium.*

3 *Iuspatronatus non acquiritur, si quis donet aliquid beneficio iam fundato, & dote destituto, nisi exprimat quòd dat pro dote, aut expressè sibi reseruet Iuspatronatus.*

4 *Fallit stantibus coniecturis in contrarium, quæ plures numerantur, num. 5.*

6 Bene

6 *Beneficium dotari an possit ex Distributionibus quotidianis.*
7 *Dos Beneficij, quæ dicatur.*
8 *Titulus validus allegari potest ab eo, qui titulum inualidum non produxit.*
9 *Iuspatronatus quod remansit indotatum, acquiri non potest, nisi prius requisito primo patrono an redotari velit.*

DECISIO CCCCXI.



HODIE Domini persistendo in deci-
sis die 22. *Maij* 1618. coram me, resol-
uerunt ad fauorem D. Octauiæ, Iuspa-
tronatus, de quo agitur, esse hæredita-
rium. Fundamenrom fuit idem, quod
x tunc; scilicet † quòd ex actuali assignatione duode-
cim prædioru pro Distributionibus quotidianis Sub-
decanatus, de qua in conuentione Antonij cum Ca-
pitulo, cum præsumpta confirmatione Apostolica, fuit
DD. de Puccis acquisitum Iuspatronatus pro se suis-
2 que hæredibus, & successoribus, † illúdque in dubio
præsumi hæreditarium, iuxta naturam Iurispatrona-
tus, *Clem. plures, de Iurepatr. & Ioannes Andreas, in cap.*
cum sæculum, extra *eod. tit.* cum aliis latè deductis in
Discursu, de ordine DD. in hac causa coram me fa-
cto 27. *Nouemb.* 1630 *in secunda part. in vers. ex aduerso.*
Neque obstare Domini dixerunt, quòd prædicti
de Puccis in dicta conuentione non reseruauerint si-
bi Iuspatronatus, atque ideò assignationem prædio-
rum non intelligi factam pro dote; sed Puccios ha-
bendos esse solùm vti benefactores, attento quòd as-
signatio non fuit facta in limine fundationis Subde-
canatus, cùm ille esset iam per multos annos ante ere-
3 ctus per Xistum IV. ex Regula, † quòd si aliquis be-
neficio iam fundato, & dote destituto aliquid donat,
aut confert, quidquantumque illud sit, non acquirit
Iuspatronatus, sed censetur nudus Benefactor, nisi ex-
primat quòd dat pro dote, aut expressè sibi reseruet
Iuspatronatus, *c. filius, 16. quæst. 7. glos. in cap. pia mentis,*
eadem quæst. 7. Abb. cons. 59. n. 2. vers. vnde si quis, Lam-
bert. lib. 1. part. 1. quæst. 6. art. 1. n. 9. Garz. de Benef. p. 5.
4 *cap. 9. num. 60. Seraph. decis. 1103. sub n. 1.* † Quia pla-
cuit responsio quòd à dicta Regula receditur ex con-
iecturis, ex quibus appareat, animúsque sapientis in-
ducatur ad perfectè credendum, quòd dotans, aut le-
gans aliquid, beneficio iam dotato, & dote penitus
destituto, velit potiùs dotare, quàm simpliciter dona-
re, & sic esse dotator, & non simplex benefactor, ad
text. *in l. cum citra fidem, C. de Iur. dot.* vbi *Bald. in se-*
cunda lectura, num. 1. Rocch. in vers. & dotauit, quæst. 6.
num. 11. in fin. Lambert. de Iurepatronatus, lib. 1. part. 1.
quæst. 6. art. 1. n. 16. cum aliis Iuribus, quibus in 4. parte
prædicti Discursus, circa principium, in responsione
ad primum obiectum, in *vers. Et quidem primò.*
In hoc autem casu habuerunt Domini, ad dictum
5 effectum, † pro coniecturis sufficientibus quinque
illas coniecturas ex facto resultantes, & ponderatas
in prædicta quarta parte Discursus, in responsione ad
dictum primum obiectum, in vers. *in casu autem, vs-*
que ad vers. præterea. Nimirum, Quòd in dicta con-
uentione, & assignatione prædiorum, Antonius so-
lemniter promisit ibi contenta, de euictionéque in
perpetuum teneri voluit, non solùm nomine pro-
prio, sed etiam Alexandri sui genitoris, ac Francisci, &
Raphaëlis suorum Fratrum, nec non Laurentij, &
Ruberti, & Petri Fratrum, filiorúmque respectiuè
quondam Antonij: & quòd idem Antonius in eadem
conuentione fuit stipulatus, Distributiones non so-
lùm sibi, sed etiam Subdecanis pro tempore, hancque
stipulationem fecisse ad fauorem hæredum, & suc-
cessorum prædictorum de Puccis; ita vt etiam illi in
posterum obnoxij essent ad soluendum expensas in
occurrentia litium super dictis Distributionibus: ac
tandem ex natura ipsa assignationis immobilium,
quæ in dubio præsumitur pro dote ex obseruantia
subsecuta, prout latius in discursu, vbi proximè.
Nec pariter obstare dixerunt Domini † quòd di- 6
cta assignatio fuerit facta pro Distributionibus, quæ
vti incertæ, & debitæ ratione seruitij quotidiani non
sunt de corpore Beneficij, sicque non debent habe-
ri pro dote Subdecanatus; Quia cùm ille esset tunc
penitus indotatus, dicta assignatio habetur pro do-
te sufficienti, etiam quòd cantet pro Distributioni-
bus, itaut ex ea fuerit Antonio, & aliis de Puccis
acquisitum Iuspatronatus, cùm ad dictum effectum, † 7
dos dicatur indistinctè quicquid Beneficio assignatur
pro sufficienti victu Rectoris: siue illud Rectori ac-
quiratur ex certis redditibus, siue ex Distributioni-
bus, *Lambert. de Iurepatr. lib. 1. quæst. 5. art. 22. n. 16. cum*
seqq. Et experientia comprobat in Canonicatibus
trium Basilicarum Vrbis, & in pluribus Hispaniæ
Ecclesiis, & fuit latè comprobatum in d. 4. parte dis-
cursus, in responsione ad tertium obiectum, in vers.
vlterius etiam. Quòd autem Subdecanatus de tempo-
re dictæ assignationis prædiorum esset penitus dote
destitutus, redditur indubitatum, ex deductis in di-
cta 4. parte discursus in responsione ad secundum
obiectum, in vers. *præterea fidem reformantis.*
Nec similiter obstare Bullam Iulij II. obtentam per
eundem Antonium paulò post dictam assignationem
prædiorum, quæ cantat de Gentilitio; Tum quia, † 8
cùm illa non fuerit producta per D. Octauiam, & ver-
semur in Beneficialibus, potest illa allegare alium
meliorem titulum, vt fuit dictum in *d. decis. 22. May,*
& in eodem discursu in secunda parte, in vers. *nec ob-*
stare in eadem decis. dictum fuit; Tum & etiam, quia
dicta Bulla vti nulla & subreptitia non est attenden-
da, ex vulgat. Quod verò sit subreptitia, fuit clarè,
latéque comprobatum in d. 4. parte discursus in res-
ponsione ad quartum obiectum, in vers. *Secundò res-*
pondebant vsque *ad vers. Demum non obstare dicebant,*
vbi habetur quatuor contineri in Bulla ex diametro
contraria contentis in præcedenti conuentione An-
tonij cum Capitulo, ex qua Puccia fuerat iam ac-
quisitum Iuspatronatus hæreditarium, nihilque ideò
mouere quòd in dicta Bulla cautum fuerit, vt, Sub-
decani pro tempore tenerentur Consulibus Artis
Lanæ, qui cesserunt Puccis Iuspatronatus, tradere
vnam candelam ceræ albæ in die Purificationis, eám-
que deinde fuisse traditam dd Consulibus, vigore di-
ctæ Bullæ; itaut ex dicta traditione candelæ probetur
obseruantia Iurispatronatus, iuxta dictam Bullam, &
sic pro Gentilitio; Quia vltrà quòd probatio tradi-
tionis dictæ candelæ visa fuit turbida, & æquiuoca,
ex alleg. in d. 4. parte discursus, in responsione ad
quartum obiectum, in vers. *præterea nec subreptiones,*
Quicquid de ea sit, Dominis visum fuit parum, aut
nihil releuare, stantibus tot claris, & ineuitabilibus
subreptionibus dictæ Bullæ, de quibus supra, quæ
nedum multò præponderant, sed etiam faciunt vt
nullo modo, nullaque ratione dicta traditio cande-
læ sit attendenda, tam vti facta vigore Bullæ nullæ,
& subreptitiæ, vt latiùs in responsione ad d. quartum
obiectum in d. vers. *præterea cum seqq.* quàm etiam,
quia facta fuit à Rectore, siue Subdecanis, qui nullo
modo potuerunt interuertere Ius, & possessionem Pa-
tronorum, iuxta vulgata Iura. Nec præterea obstare,
quòd † stante Iurepatronatus apud Artem Lanæ, an- 9
te dictam assignationem prædiorum, non potuerit
Iuspatronatus ex ea acquiri Puccis, nisi priùs requi-
sita dicta Vniuersitate, an vellet dotare, *Abb. in cap. 3.*
num

num.9.in vers.item debet requiri. extra *de Iurepatronatu*, cum aliis alleg. in 3. parte discursus, in vers. 5. *& vltimò*. Quia vltra quòd non videtur sufficienter probati, quòd vnquam Vniuersitas Artis Lanæ fuerit patrona, cùm solùm probetur ex dicta Bulla, quæ vti subreptitia, vt dictum est, non est attendenda; in omnem casum Iuspatronatus iam non erat penes dictam Vniuersitatem de tempore dictæ Bullæ, cùm esset tunc iam reuocatum per Constitutionem Innocentij, ex latè deductis *in d.4. part. discursus in vers. Secundò respondebant, vsque ad finem*, quam in præsenti intrare est penitus absque dubio, cùm Iuspatronatus si quod erat apud Vniuersitatem, esset ex mero priuilegio, ita vt non intret distinctio inter priuilegia Iurispatronatus, ad beneficia iam diu erecta, & concessiones Iurispatronatus in ipsa erectione, quæ nullo nititur fundamento, vt fuit dictum *in eodem discursu, vbi proximè*: Prout pariter nihil releuare visa fuerunt alia hodie deducta; Quia sunt leuia, & non applicantur, quæ ideo non egent vlteriori discussione.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Anconitana Censuum.

Ven. 2. Decembris, 1633.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Creditor posterior vti non potest retentione bonorum debitoris contra creditores anteriores cum hypotheca.*

DECISIO CCCCXII.

PRÆTENDEBANT Leonij retentionem quatuor Salmarum Terræ vineatæ in Contrata *Comburani*, ex duplici capite: nempe pro expensis factis in lite cum Cappella Burghesia, & Rectoribus antecessoribus, pro recuperandis dictis quatuor Salmis: nec non pro credito scutorum 400. quæ Petrus habuit pro extinctione ratæ partis Census, de quo agitur, *Et die 9. May præteriti* fuit contra eos resolutum, neque pro expensis, neque pro credito prædictis competere eis retentionem, vt *in decis. dicta die coram me facta*.

Quia autem hodie iidem Leonij, omisso capite expensarum, instarunt iterum audiri super retentione pro dicto credito scutorum 400. Proposui desuper causam; Et Domini steterunt in decisis, non solùm ex fundamentis *dictæ decisionis in fine*, sed etiam ex alio fundamento irrefragabili, nimirum quòd Leonij prætendunt dictam retentionem, vti creditores Petri; Quia nimirum ille erat debitor in dicta summa hæreditatis Hieronymi, cuius Leonij sunt hæredes: Quod creditum ortum habuit de anno 1585. in quo Petrus vendidit S. Domui Lauretanæ totum prædium Lumbriani illi, & Hieronymo commune, & exegit integrum pretium: Triumphi autem, vt ex actis constat, sunt creditores anteriores Petri cum hypotheca in multò

1 maiori summa; Creditor † autem posterior non potest vti retentione contra creditores cum hypotheca, ad text. *in reg. qui prior. de reg. Iur. in 6.* & ex deductis *per Surd.* in fortioribus terminis, *cons. 4. n. 41. lib. 1.* Et est in Iure adeò indubitatum, vt non egeat vlteriori discussione.

Et ita vtraque, &c.

Legionen. Parochialis.

Lun. 5. Decembris, 1633.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Præsentandi quasi possessio quando sufficiat, ad obtinendam institutionem.*

2 *Iuspatronatus probatur ex præsentationibus effectuatis per 40. annos, vna cum fama, si non adest præsumptio vsurpationis, aliàs requiritur probatio per immemorabilem, & continuatas præsentationes per 50. annos, n. 4.*

3 *Sententiis, & confessionibus Ordinariorum valdè defertur in probatione Iurispatronatus.*

5 *Vsurpatio Iurispatronatus non præsumitur in Ecclesia, Domina Iurisdictionis temporalis, licèt secus sit in Magnatibus secularibus. Et quare.*

DECISIO CCCCXIII.

FVIT resolutum confirmandam esse sententiam Ordinarij Legionen. qua fuit pronunciatum esse instituendum Gomesium de Gliano, vti præsentatum ab Abbatissa, & Monialibus Monasterij de Otero, ad Parochialem de qua agitur. Quandoquidem validitas patet ex reuolutione actorum: Iustitia verò videtur clara, quia d. Gomesius fuit præsentatus à prædictis Abbatissa, & Monialibus existentibus in quasi possessione præsentandi; † Quæ sola quasi 1
possessio (cùm inter partes non dubitetur de Iurepatronatus, sed solùm de pertinentia, neque Episcopus neque aliquis ab eo prouisus sit in causa) sufficit ad obtinendam institutionem, *cap. consultationibus*, vbi communiter *Canonistæ, de iurepatr. c. querelam, de elect. Gonzal. super reg. 8. gloss. 45. §. 2. n. 14. & seqq. Calder. cons. 23. de preben.* Et fuit resolutum *in Trident. Iurispatr. de anno 1572. coram Rombusterio, & in Romana Cappellania 20. May 1594. coram Blanchetto.*

Sed ex abundanti fuit probata † existentia Iurispatronatus ad fauorem Monialium, iuxta formam 2
Conc. Trid. sess. 25. cap. 9. de reform. nempe ex pluribus præsentationibus effectuatis per spatium 40. annorum, & vltra, iuncta fama desumpta ex pluribus enunciatiuis; ex quibus, cùm non versemur in personis suspectis de vsurpatione, benè probatur Iuspatronatus, *Bald. in l. cum semper, C. de rei vend. Achill. decis. 6. de Iurepatr. Seraph. decis. 1141. num. 6. Mans. decis. 318. n. 5. Rot. decis. 148. n. 1. p. 1. recent.*

His accedit sententia Ordinarij Legionensis lata vsque de anno 1606. qua fuit declaratum, Iuspatronatus d. Parochialis spectare, & pertinere ad Abbatissam, & Moniales dicti Monasterij de Otero, & illas ab immemorabili tempore esse in pacifica possessione præsentandi: nec non plures confessiones Ordinariorum Legionensium emanatæ in institutionibus factis ad præsentationem prædictarum Abbatissæ, & monialium: † quibus sententiæ, & confessionibus 3
Ordinariorum in hac materia multùm deferendum

est;

est; cum Ordinarij soleant esse difficiles in canonizando Iuspatronatus, & in admittendis præsentationibus, in præiudicium libertatis Ecclesiæ, *Rot. decis. 11. de Iurepatr. in nou. Put. decis.* 243. *lib.* 2. *& decis.* 236. *n.* 3. *coram Ren. D. meo Decano.*

Non obstat quòd Villa de Cintor, vbi sita est hæc Parochialis, sit in dominio temporali Abbatissæ, & monialiū de Oterojex quo dicta Villa de anno 1240 fuit illis donata per Comitissam de Guzman; & †
4 ideò intrare præsumptionem vsurpationis, & consequenter requiri probationem Iurispatronatus per immemorabilem, & continuatas præsentationes per spatium 50. annorum, iuxta dispositionem Concilij
5 vbi suprà. Quia fuit responsum † præsumptionem vsurpationis non cadere in Ecclesia Domina Castri, aut iurisdictionis temporalis, cum sit Iustitiæ cultrix, & subiiciatur suis superioribus: Licet secus sit in Magnatibus sæcularibus, quibus eùm Ordinarius ob illorum potentiam contradicere non possit, inde oritur præsumptio vsurpationis, *Put. decis.* 55. *lib.* 1. *& decis.* 5. *&* 8. *de Iurepatr.* & in his terminis fuit resolutum *in Lauden. Iurispatronatus* 28. *Iunij*, 1630. *coram Reuerendissimo Domino meo Pirouano.*

Et cessat difficultas, quia etiamsi d. Iuspatronatus præsumeretur ex vsurpatione, ac ideo in eo requireretur probatio Concilij, vt suprà: tamen adhuc illa non deficeret, cùm ex testibus datis probetur immemorabilis quasi possessio præsentandi, ad fauorem monialium, vna cum præsentationibus continuatis per spatium 50. annorum, ex quibus tollitur omnis difficultas.

Et ita decisum, &c.

Ventimilien. Cappellæ.

Ven. 9. Decembris, 1633.

ARGVMENTVM.

Executio facta pendente appellatione, interposita à sententia executoris mixti est attentata, & potest reuocari, non obstante clausula, *sine praeiudicio executionis Litterarum Apostolicarum.* Et quando executor mixtus dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Attentata est possessio, capta appellatione pendente.*
2 *Executor fit mixtus, si Littera Apostolica sint in forma* Dignum, *& cum clausula* dummodo à data præsentium non sit alterius quæsitum, *& cum clausula* Amoto, &c. *& ab eius sententia datur appellatio suspensiua. Et executio ea pendente facta est attentata.*
3 *Clausula* sine præiudicio executionis Litterarum Apostolicarum *non impedit reuocationem attentatorum.*
4 *Sequestrum apponi debet, constito de attentatis.*

DECISIO CCCCXIV.



CAROLVS Pitrus obtinuit à Sede Apostolica prouideri de hac Cappellania, cum derogatione Iurispatronatus, sub narratiua vacationis apud Sedem. Et cùm ab executore fuerit in possessionem immissus, expulso Michaelangelo Spetono, prouiso ab Ordinario, non obstante appellatione intra legitima tempora ab eo interposita: Dubitaui bodie, An constaret de attentatis, & An esset apponendum sequestrum: Et affirmatiuè responderur.

Attentata enim visa fuerunt clara; Quia sententia ab Executore, lata fuit 9. *Iulij*; & appellatio fuit interposita 17. eiusdem mensis: Possessio verò capta fuit 6. Augusti subsequentis, & sic appellatione pendente, † Et propterea fuit manifestè attentata, *tot. tit. nihil innou. appell. pend. Rot. decis.* 10. *de appell. in antiq. Seraph. decis.* 1045. *num.* 4. 1

Nec dicatur Litteras Apostolicas non admittere appellationem suspensiuam, Quia imò, † cum sint in forma *Dignum*, & habeant in ventre clausulam, *dummodo de tempore data præsentium non sit alteri ius quæsitum*, & clausulam, *amoto*, *&c.* executor erat mixtus, & ab eius sententia dabatur appellatio suspensiua: Et consequenter executio, illius vigore facta appellatione pendente, fuit attentata, *Stapl. de Lit. Grat. tit. de non. for. mandat. num.* 3. *Scacc. de appell. quæst.* 12. *limit.* 11. *num.* 11. *Gonzal. ad reg.* 8. *in adnot. nullit. & attent. nu.* 136. *Seraph. d. decis.* 1045. *num.* 4. *Gregor. XV. decis.* 91. *nu.* 2. *&* 3. 2

Non obstat † quòd in Commissione fuerit à Signatura apposita clausula, *sine praeiudicio executionis Litterarum Apostolicarum.* Quia dicta clausula non impedit quin de iure non sit locus executioni, nec possit deueniri ad reuocationem attētatorum, *Mart. de clausul. claus.* 159. *nu.* 4. *Seraph. decis.* 845. *nu.* 2. *&* 3. *Greg. XV. decis.* 91. *nu.* 11. & ibi *Add. nu.* 13. *& in Bertinorien. Canonicatus* 6. *Martij*, 1626. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.* 3

Stantibus † autem attentatis, locus est sequestro, *Cassad. decis.* 3. *in fin. de testam. spoliat. Caputaq. decis.* 152. *par.* 3. & fuit sæpissimè decisum. 4

Et ita vtraque, &c.

Interamnen. Iurispatronatus.

Ven. 9. Decembris, 1633.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Donatio Iurispatronatus facta à Patrono valet, si confirmata sit ab Episcopo, aliàs secus.*
Declara quod potest confirmari post celebratam donationem, imò, & post mortem donantis, n. 5.
2 *Vicarij, & Episcopi idem est Tribunal.*
3 *Vicarij consensus, præstitus in donatione Iurispatronatus, non suffragatur sine speciali mandato Episcopi.*
4 *Donatio Iurispatronatus nulla, non impedit quin confirmari possit ab Episcopo altera donatio antea facta.*
6 *Fratres Regulares præsentari non possunt ad beneficium sæculare.*
7 *Et præsertim procedit, si testator mandauit ad illud præsentari vnum Cappellanum duntaxat, non autem plures.*

DECISIO CCCXV.



PLINIVS Placeuolus in suo vltimo Testamento hæredem instituit Liuiam Placeuolam eius amitam, cui vulgarit. substituit Iulium Pellechium: mandauitque, & declarauit, vt post mortem alterius prædictorum, qui hæres suus esse contigerit, omnia sua bona deuoluerentur ad Cappellam Sancti Francisci fundatã in Ecclesia eiusdem Sancti, Ordinis Minorum Conuentualium, Ciuitatis Interamnæ; quodque ex illis dotaretur d. Cappella, & fundaretur Iuspatronatus, & nominaretur Cappellanus ipsi hæredi benè visus. Liuia hæres extitit, & Iuspatronus donauit familiæ quondam Ascanij Pellecchij, stipulante, & acceptante pro ea dicto Iulio, quem in Cappellanum nominauit, & deinde Iuspatronatus, cum Decreto Vicarij Episcopi, donauit Fratribus dicti Conuentus, eosque in Cappellanos in genere nominauit. Et tandem ea defuncta, Iulius primam donationem per Episcopum confirmari, & approbari, ipsũmque in Cappellanum ab eodem Episco institui obtinuit, mandatũmque de manutenendo in possessione omnium bonorum dictæ Cappellæ, vti talis Cappellanus, contra Fratres ab A. C. reportauit: Et deuoluta causa in Rota, institit disputari dubium, Quæ donatio sit attendenda, nimirum prima ipsius familiæ facta, an verò secunda, facta Fratribus: Et fuit hodie resolutum, standum esse primæ
1 donationi, † ex quo illa fuit ab Episcopo approbata,
non autem secunda per *tex. in cap. suggestum*, vbi
Abb. n. 1 & 2. de Iurepatr. & fuit sæpius decisum.

Neque obstat quòd secunda donatio facta Fratribus, fuerit facta cum consensu, & approbatione Vi-
2 carij, † cuius, & Episcopi idem est tribunal: Quia
3 dum non docetur † quòd Vicarius habuerit ad hoc
speciale mandatum, illius consensus non suffragatur,
Calder. cons. 1. de off. Vicar. Ferret. cons. 327. n. 1. & seq. & cons. 343. num. 7. Rebuff. in prax. tit. de form. Vicar. Archiep. n. 184 Rot. decis. 576. n. 1. par. 1. & decis. 337. nu. 4. & 5. par. 2. recent. Greg. XV. decis. 420. num. 2. & ibi *latè addentes, num. 8.*

Vnde non releuat si dicatur, quòd medio tempore facta fuit donatio Fratribus; & quòd in præiudicium eorum, consensus Episcopi, qui postea fuit se-
4 cutus, non debeat Iulio suffragari; † Quia stãte quòd
secunda donatio fuit nulla, non præstitit impedimẽtum, ex *Regula, non præstat, de regul. Iur. in 6.* & ferè in his terminis, *Mantic. decis. 86. nu. 11. vers. Neque obstat.*

Non obstat etiam, quòd in donatione Iulij non interuenerit consensus Episcopi in actu celebrationis illius, sed ex post facto, & post mortem Liuiæ dona-
5 tricis. † Quia sufficit quòd interuenerit ex post facto,
capitulo vno, vbi *glos. in verb. consensum*, & ibi *Ioan. Andr. nu 5. Abb. nu. 2. vers. item nota de Iurepatronatus, Dec. cons. 639. num. 3. Rota decis. vlt. nu. 4. de Iurepatron. in antiq.* Vbi quod potest etiam interuenire post mortem donantis.

Præterea dicebant Domini secundam donationem non esse attendendam, ex quo in illa præsentantur ad d. Beneficium, sed Cappellaniam præfati Fratres
6 Sancti Francisci, & quidem in genere, † qui vti Re-
gulares præsentari non poterant ad beneficium sæculare, quale est hoc, de quo agitur, *Rot. decis. 3. nu. 3.*
7 *de Iurepatr. in nou. Bellam. decis. 172.* † Et præsertim
attenta mente testatoris, mandãtis ad illud præsentari vnum Cappellanum duntaxat, non autem plures: si autem d. Beneficium vigore secundæ donationis ad Fratres spectaret, à pluribus illud obtineretur, cõtra expressam testatoris voluntatem, vt ad sensum patet.

Et ita decisum, &c.

Colonien. Librorum.

Lun. 12. Decembris, 1633.

ARGVMENTVM.

Libri mercatorum an, & quando probent. Socij an possint ad inuicem se obligare. Et ex quibus Societas inter eos probetur. Ac plura alia notatu digna quæ patent ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ plenè probant contra scribentem, & n. 3.*

2 *Socij præsumuntur habere mandatum, in rebus socialibus, promiscuè per eos gestis, & ideo in solidum obligantur.*

3 *Receptio rei probatur ex litteris recipientis.*

4 *Libri mercatorum probant pro scribente concurrentibus adminiculis, quæ plura numerantur, vt num. 5.*

6 *Recipiens scripturas sine aliqua protestatione in contrarium, videtur approbare omnia contenta in illis.*

7 *Notulæ mercatorum transmissæ aliis mercatoribus, & ab eis sine protestatione receptæ, de consuetudine probant pretia in illis contenta, esse iusta, & soluenda, & n. 20.*

8 *Mercatorum fidibus, licèt extraiudicialibus, deferendum est, circa eorum consuetudinem stantibus adminiculis.*

9 *Societas ex quibus probetur. & n. 11. & 13.*

10 Nunc, *dictio denotat extremitatem temporis.*

12 *Enunciatiua verba probant solùm inter ipsos contrahentes, non autem ad fauorem tertij. Declara vt num. 14.*

15 *Societas non excluditur, ex quo vnus ex sociis soluit creditoribus, & retinet clauem capsæ, & quare.*

16 *Solutio vnius ex sociis, facta creditori cedit in extinctionem debiti proprij, non autem socialis, quamuis antiquioris.*

17 *Debitor si soluat, & non exprimat in quam causam, est in arbitrio accipientis, cui potius debitu acceptum esse velit, ita vt secuta illius declaratione, ante declarationem debitoris, non cedat in aliud debitum, quamuis antiquius, & n. 18.*

19 *Libri mercatorum probant stante loci consuetudine.*

21 *Socius præsumitur scripsisse litteras nomine sociali, stante societate.*

DECISIO CCCCXVI.



CORAM lite inter Ioannem Gimnicum mercatorem librorum Colonien. actorem ex vna, & Vincentium Castellanum, ac Hieronymum Pelagallum, etiam mercatores, librorum Vrbis, reos conuentos ex altera, A. C. condemnauit prædictos Vincentium, & Hieronymum in solidum vti Socios ad soluendom dicto Ioanni scuta 625. baioccos 95. pro residuo pretij librorum, illis transmissorum ab ipso Ioanne, ex nundinis Paschatis, & Autumnalibus, anni 1623. & Paschatis anni 1624. citra tamẽ præiudiciũ pretij aliorũ librorum, debitorum à dicto Hieronymo dicto Ioanni: A qua sententia Vincentius, & Hieronymus appellarunt. Et

causa

causa mihi commissa; dubitaui hodie, An sententia A. C. sit confirmanda: Et fuit affirmatiuè resolutum. Et ratio resolutionis fuit; Quia constitit Vincentium, & Hieronymum dedisse ordinem Ioanni Gymnico, vt ille eis transmitteret libros, de quorum pretio nunc agitur: Et Ioannem, iuxta ordinem ei datum libros transmisisse, illosque Vincentium, & Hieronymum recepisse, & in eorum apotheca vendidisse, & pretium ad manus Vincentij peruenisse. Vnde cum pretium librorum fuerit scutorum 1386. & baioccos 85. & solùm fuerint soluta scuta 760. remanent Ioanni soluenda dicta scuta 625. & baioccos 95. prout in dicta sententia, quæ ideò est confirmanda.

Nec dubitarunt Domini quin omnia supradicta sint legitimè probata; Quia ordo datus dicto Ioãni,
1 vt transmitteret libros de quibus agitur, † probatur ex litteris scriptis, modò ab vno, modò ab alio prædictorum Vincentij, & Hieronymi, quæ plenè probant, *l. publica, §. fin. ff. depos. cum vulgat.* Etiam cõ-
2 tra vtrumque, cum illi essent Socij, & † in rebus socialibus promiscuè per Socios gestis, alter ab altero mandatum habere præsumatur, ad inuicemque Præpositi Societati videantur, itaut propterea in solidum obligentur, ne in plures distinguatur is, qui cum vno contraxit, *l. ne in plures, vbi gloss. ff. de exercit. Bart in in l. eandem, in pr. & in fin. ff. de duob. Reis. Bald. in rubr. n. 25. vers. sed hoc intellige, C. de exercit. & in l. cum te, in fin. vers. caue tamen, C. si cert. pet. Castr. in l. 1. §. si plures il x. nu. x. vers. breuiter iste textus ff. eod. tit. Sard. decis. 213. n. 1. Rot. Ianuen. decis. 185. nu. 2. & Greg. XV. decis. 302. nu. 1.*

Quòd verò Ioannes, iuxta prædictum ordinem sibi datum, libros transmiserit, illosque Vincentius, &
3 Hieronymus receperint; probatur pariter, † tum ex ipsorum litteris, per quas receptionem probari non est dubium, ex dicta *l. publica, & Rot. Ianuen. decis. 175. n. 4. vers. ad probandum verò, Seraph. decis. 150. nu. 1.* Tum etiam ex pluribus testibus, qui de tempore receptionis inseruiebant Vincentio, & Hieronymo in dicta apotheca, qui etiam deponunt de prædictorum librorum venditione in eadem apotheca.

Tandem de valore eorundem librorum in dicta summa scutorum 1386. constat ex partitiis formiter extractis, vigore compulsorialium ex libris dicti
4 Ioannis, † Partitis autem similium librorum mercatorum, standum esse pro scribente, concurrentibus adminiculis, inducentibus animum Iudicis ad perfectè credendum ita rem se habere, dixerunt *Crauet. de antiq. tempor. par. 1. §. vidimus abunde, nu. 19. Magon. dec. Flor. 95. n. 5.* Quos secuta fuit *Rot. decis. 650. n. 4. cũ*
5 *seqq. par. 1. recent.* Et alibi sæpius. † Quæ adminicula hic concurrunt, nempè, Primum, consuetudo habendi fidem libris mercatorum, etiam pro ipsis in Belgio, & Germania, de qua attestatur *Rota in d. decis. 650. n. 5.* Secundum; quia Vincentius, & Hieronymus alias partitas huius generis, in eisdẽ libris descriptas approbarunt, soluendo pretium, iuxta illarum continentiam, ad text. *in reg. quod semel, de reg. iur. in 6. Surd. cons. 245. num. 16.* Tertium, & vltimum, Quia cum dictis partitis conueniunt Notulæ librorum, & pretiorum, vulgò *fattura* nuncupatæ à dicto Ioanne
6 transmissæ ad Vincentium, & Hieronymum, † quas cùm ipsi simpliciter, & sine aliqua protestatione in contrarium, receperint, visi fuerunt approbare omnia in eis contenta, *Bart. Bald. Castr. & alij in l. si filius, ff. ad Macedon. latè Rota decis. 811. d. num 9. par. 1. diuers.*
7 † Stante maximè desuper consuetudine mercatorum, iuxta quam huiusmodi Notulæ siue facturæ transmissæ, & deinde sine protestatione receptæ, probant pretia in eis contenta, esse iusta, & soluenda, *Paris. cons. 93. num. 8. & 15. lib. 1. & Rot. in d. decis. 650. n. 5.* De huiusmodi autem consuetudine, vltra testes examinatos, tam pro Ioanne, quàm etiam pro Hieronymo, & Vincentio, de ea deponentes, † fidem faciunt 8 plures mercatores, tã Vrbis quam de partibus. Quorum fidibus, quamnis priuatis, & extraiudicialibus, nõ parum in casu nostro Domini detulerunt propter fomentum, quod ex depositione prædictorum testiũ, & ex aliis adminiculis recipiunt, *ad l. Instrumenta, vbi Bald. nu. 1. C. de prob. Ias. cons. 129. col. 1. nu. 1. vers. primo quia, lib. 1. Enerard. cons. 164. nu 4. Rot. in decis. vltimo nu x. & seqq. part. x. diuers.*

Neque obstat præcipuum fundamentum Vincentij, & Hieronymi, nimirum non probari societatem inter eos de tempore ordinis dati, & receptionis librorum ab vno eorum; atque ideò confessionem vnius alteri non præiudicare; Quia imò † Societas in- 9 ter eos, de dicto tempore, visa fuit Dominis concludenter probari. Primò ex Instrumento diuisionis dictæ societatis, & venditionis iurium, siue eff. ctuum illius factæ de anno 1624 post ordinem, & receptionem librorum, in quo Instrumento ipsi confitentur extitisse in Societate vsque ad d. diem diuisionis, & venditionis. Secundò, quia in eodem Instrumento affirmant se tunc ad diuisionem deuenisse, qui ideò supponunt per necessariũ antecedens eos anteà fuisse Socios, *l. 1. ff. Fam. ercisc. Paris. cons. 16. num. 46. lib. 2. Greg. decis. 308. nu. 1.* Et quidem vsque addiem celebrati instrumenti, per illa verba, † ibi *nunc vero diuisa*, 10 quæ denotant temporis extremitatem, *l. 1. ff. de condit. indebit. d. 1. §. nũc tractemus, ff. de tutel. & ration. distrah.* † Tertiò, & vltimò, Quia in eodem Instrumento im- 11 ponitur Hieronymo onus soluendi pretium octo sarcinarum librorum è Colonia transmissorum, qui sunt illimet libri, quos Ioannes ad eos transmisit, Quæ onetia impositio ostendit libros istos, emptos fuisse communi nomine, quia alioquin immunctio talis oneris fuisset superflua. Ex emptione autem communi nomine facta benè probatur societas, *l. nihil. ff. commun. diuid lib. 2. C. pro Socio gloss. in l. vt in conditionibus ff. eod. tit. Bart. cons. 45. n. 1. vers. & ratio, Alex. cons. 38. nu. 1. lib. 5. Soccin. Sen. cons. 87. num 11. lib. 1. & Decian. cons. 96. nu. 55. lib. 2.*

Neque obstat si dicatur, † quòd enunciatiuæ di- 12 cti Instrumenti diuisionis, & emptionis probant solùm inter Vincentium, & Hieronymum contrahentes, non autem ad fauorem tertij, nempè Ioannis; Quia quicquid de hoc sit, de quo latè *Genu. de verbis enunciatiuis, lib x. quæst. 1. au. 17. & seqq.* Visa fuerũ Dominis † dicta verba in casu nostro probare socie- 13 tatem, attentis omnibus supradictis, scilicet litteris missiuis, notulis siue facturis transmissis, testium depositionibus supradictis, ac demum aliis facti circũstantiis ex actis causæ resultantibus. Et in omnem casum, † dicta verba enunciatiua maximè cum sint 14 geminata, ibi *causa, & occasione societatis dictæ apothecæ*, & ibi *nunc vero diuisa*, faceret talem probationem Societatis de dicto tempore, quæ transferat in Hieronymum, & Vincentium onus probandi contrarium, *Crauet. de antiq. tempor. par. 1. sect. 3. incipit propositum nostrum, num. 30. & 59. Menoch. cons. 207. num. 11.*

Ex quibus non sunt attendendi testes pro parte Hieronymi examinati, † dum ad effectum excluden- 15 di Societatem deponunt quòd Vincentius scribebat litteras, soluebat Creditoribus, & clauem capsæ pecuniarum penes se retinebat; Quia huiusmodi actua non excludunt Societatem, maximè cum de ea constet ex dicto Instrumento, & aliis supradictis

sed solùm concludunt præcipiam curam, & admini-
strationem Societatis,quæ ob faciliorem administra-
tionem potest, & solet à communiter accidentibus
esse penes vnum ex Sociis, fuisse penex Vincentium,
*Nat.conf.134. n.9. in fin. cum seqq. & conf. 567. n. 1.
Rot. Ianuen. decis. 39. num.3. & decis 46.n.2.& decis.
176. num.7.*
Minus obstant quædam partitæ solutionum à
Hieronymo. vt prætenditur,factæ, quæ ideo debent
16 etiam Vincentio prodesse; † Quia quicquid sit, an
illæ probentur, cùm factæ fuerint de anno 1625. &
sic post finitam Societatem, debent cedere in extin-
tionem debiti proprij Hieronymi duntaxat, distincti
à debito Sociali, pro quo in eadem sententia A. C.
fuit Ioanni ius reseruatum,non autem extinctionem
debiti Socialix, quamuis antiquioris, *l.1. & l.cum ex
pluribus, in princ. ff. de solut. Menoch. præsumpt 136.
num.8 lib 3.* Et præsertim cum dictæ solotiones fue-
rint simpliciter factæ, & Ioannes eas apposuerit ad
creditum solius Hieronymi, nec Vincentiux osten-
17 dat Hieronymum soluisse in causam socialé; † Quã-
do autem debitor non exprimit caosam socialem, in
quam soluit, est in arbitrio accipientis, cui potius
18 debito acceptum esse velit, *l. 1. ff. de solut* †. ita vt
secuta illius declaratione, ante declarationem debi-
toris non cedat in aliud debitum,quamuis antiquius,
*Rot. apud Greg.decis 366. num.4. & Canal. decis.165.
num. 5.*
Non obstat præterea quod ex supradicto pretio
librorũ sit facienda defalcatio, iuxta stylum merca-
torum; Quia ex partitix, vigore compulsorialium,
formiter extinctis ex libris Ioannis, benè constat de-
19 falcationem fuisse iam factam, † Quibus libris, vt
dictum est, debet stari, iuxta consuetudinem merca-
torum illarum partium,& dixit *Rota in d.decis 650.
num.1. recens.* Et cessat difficultas, quia de dicta de-
falcatione constat etiam ex supradictis facturix seu
20 Notulis transmissis à Ioanne † Quas cum dicti Socij
acceptauerint simpliciter, & sine protestatione in
contrarium, probant contra eos defalcationem,
Rot. in dicta decis.811. nu. 9 par.1.diuers.
Tandem non obstat, quòd non sit attendenda re-
ductio monetæ Germaniæ ad monetam Romanam,
facta à Ioanne, & detrahendum esse pretium libro-
rum prohibitorum transmissorum.Quia primum tol-
litur, ex quo dicta reductio à Ioanne facta, obserua-
tur de consuetudine, & quia Vincentius, & Hiero-
nymus eam simpliciter acceptarunt, dum receperũt,
facturas,seu notulax in quibus reductio continebatur
ex allegatis. Secundum autem de pretio librorum
prohibitorum cessat penitus; Quia ex propria con-
fessione Vincentij constat Ioannem, omnes libros
transmisisse in executionem litterarum scriptarum à
21 Hieronymo, Societate durante; Vnde cum † stante
Societate librorum, de qua supra, dictas litteras vi-
sus fuerit Hieronymus scripsisse nomine sociali,
*Alciat. reg.2. præsumpt. 24. nu.1. Menoch.lib.3.præs.
56. num. 8. & 10.* sibi imputent, tam Vincentius,
quàm Hieronymus quod ordinem rei sibi prohibitæ
dederint; Et maximè cum ex testium depositioni-
bus constet quòd omnes libri, de quibus agitur,fue-
runt venditi in apotheca sociali.

Es ita decisum vtraque parte informante, &c.

Romana Pecuniaria.

Lun. 12. Decembris, 1633.

Hæc Decisio non indiget Argumento, nec Summario.

DECISIO CCCCXVII.

DOMINI steterunt in decisis 7. *Iunij proximè preteriti coram me*, iterum firmantes,Mandatum ab A. C. relaxatum contra bona hæreditaria q.Ioannis Francisci Gauotti esse exequendum,ex rationibus adductis in decisione,tunc desuper extensa.

Neque relenare dixerunt quòd Nicolaus,& Carolus,pariter de Gauotris, quorum etiam nomine dictus Ioannes Franciscus contraxit, non ratificauerint Instrumentum; Quia fuit responsum, quòd mandatum cantat contra bona hæreditaria Ioannis Francisci proprio nomine, & insolidum obligari;vnde cum solùm agatur de dicti mandati executione, obiectum de non ratificatione aliorum est contra dubium.

Et ita decisum fuit vna tantùm parte informante, in contumaciam alterius sæpiùs eitatæ.

Tarraconen. Administrationis Capellarum.

Ven. 19. Decembris, 1633.

ARGVMENTVM.

Consensus superioris quando requiratur, vel non in reseruatione Iuris nominandi Capellanum: Et An dictus consensus interuenire debeat in actu reseruationis, vel possit posteà quandocumque subsequi.

SVMMARIVM.

1 *Fundatoris dispositio seruari debet.*
2 *Re ernatio Iuris nominandi Capellanum non valet, si in ea non interuenit consensus superioris.*
Declara procedere si Cappellania sit beneficium Ecclesiasticum, secus si sit officium temporale, n.5. 6.
3 *Nemo authorizare potest ad sui fauorem.*
4 *Administratio bonorum Ecclesia Cathedralis spectat de iure ad Capitulum.*
7 *Consensus superioris non requiritur in actu reseruationis Iuris nominandi Capellanum, sed potest ex post facto quandocumque subsequi.*
8 *Amplia, vt subsequi possit etiam post mortem fundatoris.*

DECISIO CCCCXVIII.

FVIT hodie resolutum, Ius nominandi Capellanum spectare ad Venerabilem Confraternitatem Presbyterorum Ecclesiæ Terraconen. non autem ad Capitulum eiusdem Ecclesiæ; Quia † cùm bon.mem. Archiepiscopus Ioãnes Teres cõstruxerit,& erexerit cappellas,easq; dotauerit

& Ius

& Ius nominandi Cappellanum claris verbis, dictæ Archiconfraternitati reseruauerit, omnino standum est eius dispositioni, *l.1. C. de Sacros. Eccles. cap porrò, extr. de Priuil Peregr. conf. 33. num. 12. lib. 1. Menoch. cons 535. num 2 Rota decis. 155. num 1. p. 2. & decis. 254. num. 1. part. 2. recent. & coràm Gregorio XV. decis. 4. numero 2.*

Nec obstare visum fuit vnicum Capituli funda-
2 mentum, videlicèt, quòd † cum in ista erectione Cappellaniæ, & reseruatione Iuris nominandi Cappellanum, ad fauorem Confraternitatis, non interuenerit consensus superioris, non valuit reseruatio, atque ideò non posse illam Confraternitati suffragari, *Lambert. de Iurepatr. lib. 2. part. 2. quæst. 9. art. 1. & part. 2. quæst. 1. art. 16. Rocc. de Iurepatr lib. 1 in verb. pro eo, quòd de Diœcesani consensu, Mussobr. in princ. haben. concurs. ad vacan. Parro, prælud 7. dub. 6. num. 8.* Et non releuare, quòd idem superior scilicet prædictus Archiepiscopus Teres, qui poterat consentire, erexerit Cappellas, iúsque nominandi sibi viuenti, & post eius mortem Confraternitati reseruauerit, itaut eo ipso
3 constet de superioris consensu; quia, vt dicebatur, † non potuit authorizare ad sui fauorem, & super re, in qua ipse habebat interesse, cùm debeat esse distinctio inter iudicem, & partem: fondatorem, & Superiorem consentientem, & authorizantem, *l. 1 & l. pupillus, ff. de auth. tut.* & facit text. *in l. Præses, & l. fin. ff. de offic. Prætor. & in l. si mandauero tibi, § si tibi decem, ff. mand. Clem. II. vbi gloss. in verb. mense de reb. Eccles. non alienan. Abb. in cap. cum in veteri 52. n. 11. de elect. Seraph. decis. 1027.* & in his ferè terminis, *Rota in Hispalen. Thesaurariæ, 14. Nouembris, 1616. coram Domino meo Pirouano*: Stante autem nullitate reseruationis, Ius nominandi Cappellanum remansisse in terminis Iuris communis, & per consequens spectare ad Ca-
4 pitulum †, ad quod de Iure spectat administratio bonorum Ecclesiæ Cathedralis, *cap. relatum, el secondo, de testam.* vbi *Abb. num 9. & Butr. num. 18. Cæs. de Graff. decis. 4. De his, quæ fiunt à maior. part. cap. Rota decis. 183. num. 1. & decis. 355. num. 5. part. 1. recent.*

Quia fuit dupliciter responsum. Primò nempe, quòd quicquid sit de supradictis, illa non intrant in
5 casu nostro, † Cùm non versemur in erectione Beneficij, cuius Iuspatronatus non potest reseruari sine consensu, & authoritate Superioris, propter spiritualitatem, quam habet annexam, quòd ideò non potest superior illud ad sui fauorem reseruare, vt *in d. Hispalen. Thesaurariæ*; sed versamur in simplici Cappella-
6 nia, † quæ cùm non detur cum institutione Ordinarij, nec in titulum perpetuum; nihilque spiritualitatis habeat, sed sit merè temporalis, amouibilísque anno quolibet, & fundata dumtaxat ad effectum, vt Cappellanus, cui datur, deseruiat Cappellis iam erectis ab ipsümet Archiepiscopo eas mundando, ornando, lampadea accendendo, & alia huiusmodi faciendo, vt expresse cantat Instromentum fundationis, non est beneficium, sed officium merè temporale, habetúrque dumtaxat, veluti quoddam salarium, siue stipendium pro seruitio temporali adhibendo, *Nauar. cons. 5. de Præben. Gonzal. super reg. 8. gloss. 5. in princ. num. 11. cum seqq. Rota diuers. part. 1. decis. 182 num. 1. & part. 2. decis. 264. num. 1. Et in Posthum. Farin. part. 2. decis. 571. num 1. vers. nec vrget.* Quod propterea potest dari, & ius dandi illam, concedi sine superioris consensu, & authoritate, *gloss. in cap. nullus, verb. Ecclesiastici Iuris, de Iurepatr. Gonzal. in d. gloss. 5. in princ. n. 19. & 20. cum seqq. Garz. de benefic. part. 1. cap. 2. §. 1. n. 81. & 102. cum seqq.*

Secundò fuit responsum, quòd eo ipso, quòd Capitulum prætendit nominationem Cappellani, approbat, & magni facit erectionem Cappellaniæ, sine consensu Superioris: si autem quoad Capitulum consistit Cappellaniæ fundatio, consequenter, & necessariò Capitulum approbare tenetur reseruationem Iuris nominandi Cappellanum, cum ius nominandi adhæreat erectioni; Et in omnem casum dicta reseruatio nominandi Cappellanum per Archiepiscopum fundatorem facta, adhuc est in implicito statu validitatis, † itaut Archiepiscopus successor possit hodie 7
eam confirmare, cùm eius consensus non requiratur in ipso actu; sed possit ex pòst facto quandocumque subsequi. *cap. suggestum, in fin & in cap. cura,* & ibi *Abb. in vltimo notabili, de Iurepatr. Dec. cons. 639.* vbi quòd hæc est communis opinio, & in iudicando sequenda. *Silua de benef. 1. quæst. 6. num. 16. cum seqq. Mantic. decis. 86. n. 7. & 8.* † Etiam post mortem Archiepiscopi 8
fundatoris, *Rota in antiq. d. 17. de Iurepatr. incipit. Quidam Laycus alias est, decis. 873.*

Et ita decisum vtráque parte informante, &c.

Romana Spolij Casalis.

Ven. 16. Decembris, 1633.

ARGVMENTVM.

Fructus dotales, si non fuit conuentum solui debere ad certam quantitatem, taxari debent, prout disponit statutum loci contrahentium, non autem taxandi sunt in ea quantitate, in qua fuerunt promissi fructus Paraferni. Fructus non debentur creditori post adiudicationem, & quomodo procedat.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotales taxantur ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario & anno, iuxta* Statutum Vrbis, cap. 13. lib. 1.

2 *Statutum loci seruandum est inter contrahentes in eo.*

3 *Paraferunm differt à dote.*

4 *Paraferum debetur vxori.*

5 *Dos, & fructus illius debentur viro pro sustinendis oneribus matrimonij.*

6 *Fructus dotales, si non fuerint taxati ad certam quantitatem, attendi debet dispositio Statuti.*

7 *Pater non potest præiudicare filio, recipiendo fructus ab eius debitore in minori quantitate, quàm debeantur.*

8 *Creditor exigens certam summam, vti sibi debitam, non adiecta dictione taxatiua, non impeditur deinde petere residuum sui crediti.*

9 *Dominium transfertur per adiudicationem cum possessione subsecuta.*

10 *Debitum extinguitur pro rata soluta.*

11 *Valor rei desumitur ex quantitate pensionis, quæ ex ea percipitur, ad rationem quinque pro centenario.*

12 *Fructus non debentur soluta sorte.*

13 *Confessione iudiciali nulla maior probatio.*

14 *Fructuum perceptio est signum veræ possessionis.*

DECISIO CCCCXIX.

PETRVS Paulus de Fabiis, promisit Bruto Quintilio eius genero pro dote Sulpitiæ eius filiæ scuta quatuor mille, & pro Paraphernis eiusdem Sulpitiæ scuta mille, pacto adiecto, quòd dicta scuta mille paraphernis inuestirentur, aliàs dictus Petrus teneretur soluere illorum fructus ad rationem septem pro quolibet centenario, & annorum computum verò dictorum scutorum quatuor millium dotis, soluit scuta mille quingenta in actu stipulationis Instrumenti dotalis, & reliqua scuta bis mille quingenta soluere promisit infrà certum tempus, quo elapso, & solutione non facta, soluit illorum fructus pro vno anno ad rationem septem: Et deinum Brutus, & Sulpitia coniuges, obtento mandato pro tota summa scutorum ter millium quingentorum, videlicet scutorum bis millium quingentorum residui dotis & millium paraphernorum, factaque executione super duabus domibus, illarù neque adiudicatione pro toto dicto credito, ceperunt actualem possessionem vnius ex dictis domibus adiudicatis, illámque per plures annos locarunt pro annua pensione scutorum sexaginta octo monetæ. Deinde verò iidem coniuges, ob aliud nouo mandato pro scutis quinque millibus septingentis pro dote, & fructibus, obtinuerunt sibi adiudicari Casale, de quo agitur. Vnde hæredes Petri Pauli intentarunt coram A. C. Iudicium Spolij, ex eo, quòd adiudicatio Casalis fuerat facta pro plus debito, prætendentes fructus dotis fuisse debitos ad rationem septem dumtaxat, illósque non currere post dictas domus adiudicationem, & tamen dictos coniuges illos calculasse ad rationem septem cum dimidio vsque ad diem secundi mandati vt supra relaxati pro scutis quinque millibus septingentis: & reportarunt sententiam fauorabilem; A qua fuit appellatum, & mihi causa appellationis commissa, Qua a autem non adsit excessus, nec ne, pendet magna ex parte à calculatione dictorum fructuum, & An illi debeantur post adiudicationem domus: Proposui hodie in Rota desuper dubium; Et fuit resolutum, fructus dotis deberi ad rationem septem cum dimidio, sed post adiudicationem domus pro rata pretij illius non deberi.

1 Quoad primam partem ratio resolutionis fuit; † Quia fructus dotales expressè taxantur ad dictam rationem septem cum dimidio, per Statutum Vrbis cap.
2 137. lib. 1. † quod est seruandum inter contrahentes in Vrbe, Roland. de Lucr. dot. quæst. 19. n. 6. & 7. post Bald. Cagnol. & Curt. Iun. & Phauuc. eodem tract. glos. 9. numero 34.

Neque obstare visum fuit, quòd partes conuenerint vt fructus paraphernorum soluerentur ad rationem septem, non autem ad rationem septem cum dimidio; Quia placuit responsio, quòd ex pacto pherno, illiúsque fructibus promissis vxori, non bene infer-
3 tur ad fructus dotis promissos, & debitos viro; † cùm paraphernum sit omnino quid separatum, & distin-
4 ctum à dote, Ludouis. decis. 80. num. 6. † illúdque attenta Iuris dispositione debeatur vxori. † Dos autem,
5 & illius fructus debentur viro pro sustinendis oneribus matrimonij, l. si marito, ff. Fam. ercisc. cap. salubriter
6 de vsur. † Vnde cùm dicti fructus dotales non fuerint à contrahentibus taxati, debet quoad illos attendi Statuti dispositio, ad l. commodissimè. ff. de lib. & posth. e Man. ic. de tacit. ... ambig. conu. lib. 3. tit. 1. n. 5. Surd. decisione 192. n. 9. Rota decis. 55. sub n. 1. & decis. 403. num 1. part. 1. recent.

Minùs obstat, quòd dicti fructus post dictam dilationem vt supra concessam prætendantur aliquando soluti ad rationem septem dumtaxat †; Tum quia 7
non fuerunt soluti dicto Bruto, sed Paulo Quintilio eius Patri, qui recipiendo non potuit Bruto eius filio præiudicare, ad l. sæpè. vbi DD. ff. de re iud. Dec. in l. 2. C. de eden. Tum & etiam, † quia cùm in quietantiis 8
non fuerit verbis expressis dictum, quòd exactio fiebat ad rationem septem, peti deinde potuit residuum crediti, calculando ad dictam rationem septem cum dimidio, Ludouis. decis. 317. num. 4.

Quo verò ad secundam partem, quòd scilicet fructus dotales non debeantur post adiudicationem pro rata pretij domus adiudicatæ, moti fuerunt Domini, ex eo, quòd † per dictam adiudicationem, cum subse- 9
cuta possessione, fuit in coniuges translatum Dominium dictæ Domus, l. à Diuo Pio, § si pignora, vbi gloss. in verbo abdicantur, ff. de re iudicata, & consequenter, † debitum Petri Pauli ex causa dotis in sorte princi- 10
pali fuit extinctum pro dicta rata pretij, Instit. quib. mod. toll. in princ. gloss. fin. in l. cum plures, in fin. ff. de euict. nimirum pro scutis mille trecentis, quæ fuerant pretium dictæ Domus, † desumpto valore Domus ex 11
annua illius pensione scutorum sexaginta octo, ad rationem quinque pro centenario, iuxta gloss. in auth. perpetua, C. de sacros. Eccles. † Soluta autem sorte, 12
fructus nullo Iure debentur, l. in diem, vbi gloss. ff. de vsur.

Neque obstat si dicatur, quòd dicta adiudicatio non habuerit effectum, Quia effectuatio fuit benè probata, nedum ex propria dicti Bruti confessione iudiciali facta, † Qua maior probatio dari non po- 13
test, leg. cum te, C. de transact. cap. per tuas de probat. † 14
Sed etiam ex perceptione fructuum seu pensionum, quod est indubitatum signum possessionis, Bart. & alij in l. penult. ff. de cond. & demonstr. Bald. in l. 3. n. 3. C. fin. regund.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Narnien. Expensarum.

Lun. 19. Decembris, 1633.

ARGVMENTVM.

Agitur de expensis, quæ refici debent, vel non, victori per condemnatum.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ Iudiciales debent refici victori per condemnatum.*

2 *Expensæ extractionis Iurium quando refici non debeant.*

3 *Expensæ Registri, siue actorum, quæ non fuerunt facta inter victorem, & condemnatum, sed inter alios, non sunt reficiendæ.*

4 *Item refici non debent expensæ, quæ factæ fuerunt ob remouenda impedimenta, quæ non præstitit condemnatus, sed aliunde processerunt.*

DECISIO CCCCXX.

DOMINÆ Helena, & Magdalena de Narsinis, post tres sententias Rotales ad earum fauorem latas; Quibus fuit pronunciatum, Immittendas esse pro duabus ex tribus partibus in possessionem bonorum, spectantium ad Iacobum Fratrem prædefunctum, obtinuerunt à R. P. D. meo Verospio Iudice vltimæ

vltimæ instantiæ taxari expensas in hac causa factas, ad scuta 300. monetæ: A qua taxatione cùm appellarit D. Andreas aduersarius, & mihi fuerit causa commissa, Propositum dubium, An constet de excessiua taxatione; Et Domini exceptis partitis de quibus infrà: Non constare de excessiua taxatione resoluerunt;

1 Et ratio fuit †, Quia constat solùm fuisse taxatas expensas Iudiciales, & notarij mercedes, quas certi Iuris est per D. Andream Condemnatum, esse dictis Helenæ, & Magdalenæ victricibus reficiendas, iuxta textum in l. properandum, § fin autem, C. de iud. Rota in Lunen. Sarzanen. expensarum, 28. Maij, 1627. coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Partitæ verò, quas Domini excipiendas esse cen-
2 suerunt, fuerunt sequentes; † In primis, nempe certæ pecuniarum summæ, quæ asseruntur solutæ pro extractione diuersorum Iurium, vt in lista expensarum D. mei Verospij, in Summario dictarum Sororum n. 4. Etenim non indicantur, quæ iura sint, & ex quibus Protocollis fuerint extracta, nec constat fuisse necessaria ad causam: vltrà quod dicebant Domini dictam extractionem debuisse fieri cum minori impensa, præuia partis citatione, an vellet stare simplici copiæ, vt fuit resolutum in Romana expensarum, 3. Iulij, 1628. coram me.

3 Secunda partita, † Quam pariter demendam esse Domini dixerunt, fuit quorumdam foliorum registri, siue actorum, quæ facta fuerunt inter dictas Helenam, & Magdalenam ex vna, & D. Cleriam Cardonam matrem dicti Andreæ, partibus ex altera, occasione dotis, quam supradicta Cleria ex dictis bonis sibi restitui petebat, nec non acta inter ipsam & sorores facta, ad quorum actorum solutionem d. Andreas non tenetur; cùm in illis non interuenerit, & processum fuerit vigore particularis commissionis Signaturæ.

4 Tertia verò partita, † Quæ subducenda venit, est illa, quæ asseritur soluta pro obtinendis mandatis de exequendo mandata de immittendo, quæ fuerant iam relaxata ad fauorem dd. sororum; Nam cùm Andreas non præstiterit impedimentum executioni dictorum mandatorum de immittendo, sed impedimentum processerit ex inhibitione dotali, obtenta per D. Cleriam; Ideò ille non potuit ad expensas dd. mandatorum de exequendo condemnari.

Et ita, &c.

Maceraten. Census.

Lun. 23. Ianuarij, 1634.

ARGVMENTVM.

Depositum, factum per possessorem, qui vult vti Iure offerendi contra creditorem anteriorem, quando validè factum dicatur: Et ad quid in hoc casu creditor teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Possessor habet Ius offerendi creditori.*
2 *Creditor si recuset recipere suum creditum ipsi oblatum à possessore, est locus deposito, & per illud possessor liberatur.*
3 *Creditor tenetur recipere suum creditum depositatum à possessore, & illi quietantiam facere cum cessione Iurium.*
4 *Declara, quòd si creditor recuset facere dictam quietantiam cum cessione Iurium illa habebitur pro facta ipso Iure, ad fauorem possessoris, licèt posteriores creditoris.*
5 *Depositum conditionale est inualidum, cùm debeat esse purum, & liberum de sui natura.*
6 *Depositum non est conditionale, ex eo, quòd factum fuerit cum protestatione, non consignari, nisi cui de Iure Iudex mandabit, & nisi citato procuratore deponentis, & num. 7. inuicto etiam n. 5.*
8 *Conditio intrinseca non facit actum conditionalem.*
9 *Iure offerendi, vt quis vti possit, tenetur non solùm offerre integrum debitum, sed etiam expensas.*
10 *Cautio de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus præstari non debet à creditore ad fauorem possessoris volentis vti Iure offerendi.*
11 *Depositum non est purum, si fuit protestatum illud non consignari, nisi præstita cautione de restituendo prioribus, & potioribus.*
12 *Cautio de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus præstanda est in actione Tributoria, & inter mercatores, quando contraxerunt ex causa particularis negotiationis.*
13 *Item præstanda est in concursu aliorum creditorum.*

DECISIO CCCCXXI.



Dominus de Vbaldis, vti Creditoris q. Antonij Francisci Pellicani pro fructibus Census in sorte principali scutorum termillium quingentorum, obtinuerunt ab A. C. mandatum de assiciando pro scutis noningentis, & decem, ad possessionem tenutæ Petauiæ, contra Venerabile Collegium Societatis Iesv, & Hieronymum Martellum tertios possessores, qui ad effectum liberandi d. tenutam, sèque à molestijs eximendi, obtulerunt soluere dicta scuta 910. prædictis Dominis de Vbaldis, sed eis recipere recusantibus, fuit de mandato Rotæ ordinatum, vt deponerentur: Et hodie fuit disputatum, An depositum suffragetur, Et fuit affirmatiuè resolutum.

Resolutionis ratio fuit, † quia cùm Collegium, & Hieronymus, vti possessores habebent Ius offerendi, iuxta tex. in l. Paulus, §. qui pignus ff. quib. mod. pign. vel hypoth solu. Afflict. decis. 159. n. 3. Grammat. decis. 5. t. n. 5. & 6. Negus. de pign. part. 5. memb. 3. n. 26. vers. sed glos. Rota in Romana Vineæ, 15. Decembris 1632. coram me. 1

† Et Vbaldi legitimè interpellati dictum suum creditum illis oblatum recipere recusauerint, vtique fuit locus deposito, dictique deponentes per illud fuerunt liberati, l. acceptam, & ibi Bart. Bald. Castr. & alij, C. de vsur. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 28. n. 5. Rota decis. 137. n. 1. part. 1. recent. 2

† Et Vbaldi tenentur d. depositum recipere, cedendo eorum Iura dicta deponentibus, l. mulier, ff. quæ res pign. Bald in l. iubemus, C. ad Vellean. & cons. 307. lib. 1. Dec. cons. 446. n. 1. Rota in Romana Vineæ de Pannellinis impress. apud Pacif. de Saluian. decis. 276. n. 1. in fin. 3

† Adeo vt si dictam quietantiam cum cessione Iurium facere recusent, illa habeatur pro facta ipso Iure, & Collegium, & Hieronymus confirmabunt hypothecam, quam habent super dicta tenuta, licèt sint creditores posteriores, Negus. d. tract. de pign. 3. membr. 5. p. princ. num. 10. vers. Secundò amplia, & Mantic. vbi proximè. 4

Neque obstat, quòd pro parte Collegij, & Hieronymi fuerit † protestatum, Depositum non consignari nisi cui de iure Iudex mandabit, & nisi citato eorum Procuratore, atque ideò illud fuisse conditionale, & sic inualidum, cùm tamen de sui natura debeat esse purum, liberum, & absque aliquo onere, vt tradunt Bart. in l. si soluturus, n. 5. ff. de solut. Bald. in d. l. acceptam, num. 24. in fin. C. de vsur. Cenc. de Cens. pare. 3. cap. 1. 5

c. 1. quæst. 13. art. 9 n. 28. *Greg XV decis. 505 n 9.* Quia
6 fuit benè responsum, nimirum, † quòd tam dicta clausula, quàm citatio insunt de Iure, & virtualiter; Itaut etiam inuito creditore solutio authoritate Iudicis fieri debeat etiā de Iure, vt in his terminis dixit *Rota in Perusina bonorum 5. Maij 1617. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo relata per Addent. ad Gregor.*
7 *decis. 505. n. 5.* † Et citatio debeat fieri in actu solutio-
8 nis pro quietantia, & cessione habenda; † Conditio autem intrinseca, & quæ inest ex natura rei, non facit actum conditionalem *l. 3. ff. de legat. 2. & l conditiones extrinsecas, ff. de condit & demonstrat.* & in specie *Cenc. de cens.* vbi supra, *num. 19. & Adden. ad Gregor. in d. decis. 505. num. 9.*

Non etiam obstat, quòd depositum non fuerit integrum, ex quo prætenditur non fuisse depositatas expensas factas in Iudicio associationis, de quibus in
9 mandato A C. † cùm tamen volens vti Iure offerendi, teneatur non solùm offerre integrum debitum, sed etiam expensas, vt per *Neguf. de pign. p. 1. memb. 3. p. 5. princ. n. 17. vers. Quartò amplia*; Quia obiectum ex facto cessat, cùm constet, dictas expensas fuisse integrè depositatas in scutis sex, & baioc. 60. vnà cum supradictis scutis noningentis decem.

Quo verò ad cautionem prætensam per Collegium, & Hieronymum à Dominis de Vbaldis de restituendo dicta scuta 910. prioribus, & potioribus creditoribus, censuerunt Domini eam non esse præstan-
10 dam, † cùm nullibi in Iure caueatur eam præstari debere; Imò regula est in contrarium, nempe quòd solutio debet fieri creditoribus primò venientibus, maximè in hoc casu, cum enim Vbaldi illam non præstiterint, quando fuerunt immissi, Collegium, & Hieronymus, dum volunt ab eis auocare possessionem, non possunt exigendo cautioné, efficere eorum conditionem deteriorem, vt aliàs resoluit *Rota in dicta Romana Vineæ de Pannellinis, apud Pacif. & in Romana Census, 5. Iulij, 1633. coram Reuerendissimo D. meo*
11 *Decano*: Quod est adeò verum, † vt si in actu Depositi fuisset protestatum de dicta cautione, Depositum non fuisset purum, & dixit *Rota decis. 66. num. 9. in addit. Cenc. ad tract. de cens.*

12 Neque obstant † Iura *in l. procuratoris, §. vltimo, l. non solum, & l. illud, ff. de Trib. act.* & Doct. exaduersò alleg. Quia, aut procedunt in actione Tributoria & inter mercatores; quando contraxerunt ex causa particularis negotiationis, cùm æqualis sit conditio eorum, quandocumque agentium, *Castr. Alberic.* & alij
13 *in d. l. § vltimò*, quos sequitur *Rota d. decis. 276. n. 3.* † Aut in casu concursus aliorum creditorum, de quo expresse *Reformatio Pauli V. de Iud. Ciuil. § causa omnes, & Salust. Tib. in prax. A.C. cap. 16. n. 4.* in quibus casibus non versamur.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

Melevitana Antianitatis.

Lun. 23. Ianuarij, 1634.

ARGVMENTVM.

Nobilitatis probationes, quando legitimè factæ præsumantur ab Equite Hierosolymitano: Et quando ad Conuentum transmissæ in debito tempore censeantur.

SVMMARIVM.

1 *Secretario creditur in pertinentibus ad suum officium.*
2 *Nobilitatis probationes, ex quibus constet factas fuisse ab Equite Hierosolymitano, remissiuè, & numero 4. & 6.*
3 *Libris Religionis Hierosolymitanæ plena fides adhibetur.*
5 *Probationes præsumuntur factæ in valida, & legitima forma.*
6 *Nobilitatis probationes præsumuntur validè, & legitimè factæ ex obseruantia 40. annorum.*
7 *Eques Hierosolymitanus, reputatus communiter pro tali per 28. annos, præsumitur habuisse dispensationem Magni Magistri ad emittendam Professionem ante completum annum, à die exhibitarum probationum.*
8 *Probationum exhibitio, facienda intra certum tempus, præsumitur facta ex lapsu 40. annorum, cum obseruantia subsecuta.*
9 *Probationes nouæ subrogari debent in locum probationum deperditarum, cum eisdem prærogatiuis: Et quando hoc maximè procedat, n. 10.*

DECISIO CCCCXXII.



AGNVS Magister Militiæ Ordinis Hierosolymitani, vigore facultatis sibi à Capitulo Generali eiusdem Militiæ, concessæ, recipiendi decem Fratres minoris ætatis, etiam absentes, recepit de mense Maij, 1588. in Lingua Italica D. Equitem Antonium Pappacodam Nobilem Neapolitanum in gradum Militum, cum prærogatiua Antianitatis à die completi septennij suæ ætatis, soluendo vt moris est Passagium communi ærariu, & faciendo, atque exhibendo Nobilitatis probationes, iuxta formam Statutorum dictæ Religionis: Qui finito septennio suscepit habitum, & de anno 1606. se contulit ad Conuentum, vbi tanquam verus Miles habuit Tabulas, & Soldeam, repartitúsque in turno suæ Antianitatis cum cæteris Militibus, fecit duas Carauanas; Reuersus autem post aliquot annos in Conuentum, quoniam aliqui milites, ex dicta Lingua Italica controuertebant ei Antianitatem, introduxit causam in Consilio Ordinario, quod per sententiam declarauit eum legitimè numerasse, & numerare dictam Antianitatem, iuxta dispositionem Bullæ dictæ suæ receptionis: Decernens tamen, vt infra annum teneretur conficere Nobilitatis probationes, vigore Commissionis in Conuentu expediendæ, illásque in Lingua Italica exhibere; Quæ sententia fuit postea confirmata per Consilium completum, cùm præfixione biennij ad dictas probationes faciendum, & exhibendum in dicta Lingua: Et tandem deuoluta causa ad Rotam, mihique commissa, Dubitaui, An dicto Equiti Antonio debeatur Antianitas ab initio, idest, à dicta die completi septennij, suæ ætatis; Itaut sententiæ prædictæ sint confirmandæ, vel infirmandæ: Et quia tota difficultas versatur circa probationem Nobilitatis, & Professionis, D.D. hodie reiecto articulo Professionis, & à quo tempore incipiat Antianitas, ad aliam disputationem: Resoluerunt constare de valida probatione Nobilitatis vsque ab initio.

Ratio resolutionis fuit, Quia constat, quòd seruata forma Statutorum dictæ Religionis, *c. 20. tit. de recep. Fratr.* fuit è Conuentu Commissio expedita de mense Nouembris, 1587. quodque Commissarij, illius vigore receperunt Testes super Nobilitate, & quòd completo examine, probationes die 26 Ianuarij, 1588. fuerunt exhibitæ in Assemblea, vel Capitulo Prouinciali Prioratuum Baiuli, & Capuæ, vbi fuerunt lectæ, & per Commissarios, cæteróſque Capitulares, nemine discrepante, approbatæ, vti factæ, iuxta prædicto-

tum

3 dictorum Statutorum dispositionem; † vt attestatur
Secretarius eiusdem Capituli, cui, cùm attestatur de
pertinentibus ad suum officium credendum est, *l. 2.*
C. de ponderat. lib. 10. Seraphin. decis. 792. n. 3. Rot. decis.
100. n. 5. & 525. n. 5. parte 2. recent. Et tantò magis
2 in præsenti: † Tùm quia in libro Tutelari, tento per
q. Ioannem Franciscum Auunculum; & Tutorem
dicti Equitis, legitimè recognito, habetur etiam,
quòd dictæ probationes fuerunt factæ; tùm etiam
quia successiuè fuit solutum Passagium die 25. Mar-
tij, & idem Eques receptus 12. Maij, eiusdem anni
1588. & suscepit habitum, fuitque deinde, nempè
de anno 1606. & 1607. admissus ad Tabulas, & Sol-
deam, & repartitus, Carauanas fecit; vt apparet ex
3 publicis Religionis libris, † Quibus plena fides de-
betur, ita disponentibus Statutis prædictis *in tit. de*
Thesaur. Et dixit *Rota apud Seraphin. decis. 1390. num.*
2. & in Campanien. Prioratus, 18. Maij, 1618. coram
4 *bon. mem. Seleucien.* † Quæ omnia, vti consecutiua,
& ad excludendum falsitatis crimen præsupponunt
probationem Nobilitatis præcessisse; ea regula de
qua in *l. illud, ff. de acquir. hæred. & in l. legatum, ff.*
de procur. & ea alia regula, de qua in *l. merito, ff. pro*
5 *soc.* † Et quidem inualida, & legitima forma, iuxta
Doctrinam *Bart. in l. Stichum, & Manium, §. alterũ,*
n. 2. ff. de adm. tut. Aretin. cons. 13. nu. 10. in fin. vers.
ex capite. Surd. decis. 212. num. 15. & Rot. decis. 285.
nu. 3. par. 1. recent.

6 Et cessat difficultas, † Quia D. Eques nedum sus-
cepit Habitum, vt dictum est, sed etiam illum con-
tinuò gestauit, & pro vero Milite fuit communiter
tentus, & reputatur, tam in Conuentu, & in Lin-
gua Italica, quàm extra, per spatium quadraginta
annorum, & vltra; Ex qua obseruantia quadrage-
naria, probationes præsumuntur validè, & legitimè
factæ, omniaque alia requisita interuenisse, *ad l. si*
filius. C. de petit. hered. l. qui aliena, §. sed si non adie-
rit, ff. de acquir. hered. Innoc. in cap. fin. circa fin. vers.
de solemnitate. De eo, qui furt. ord. suscep. Dec. cons. 409.
per tot. Rot. decis. 607. nu. 4. par. prima diuers. Et in
7 fortioribus terminis, videlicet, quòd † ex communi
reputatione veri Militis Hierosolymitani, in qua a-
liquis fuit per viginti octo annos, præsumatur quòd
præcesserit dispensatio Magni Magistri, ad emitten-
dam professionem ante completum annum, à die ex-
hibitarum probationum, firmauit, *Rota in Vrbeueta-*
na fideicommissi 25. May, 1625. coram bon. mem. Pa-
triarcha Manzanedo.

Vnde non obstat si dicatur dictas probationes
non posse dici validas, & sufficientes, dum non ap-
paret illas fuisse exhibitas in Cõuentu vel in Lingua
infra biennium à die receptionis, prout videtur di-
sponere dicta facultas concessa Magno Magistro, ad
quam se refert Bulla receptionis; Quia tollitur obie-
8 ctum ex supradictis, Quandoquidem, † quatenus
fuisset necessaria exhibitio in Lingua infra dictum
biennium, illa pariter præsumitur ex lapsu tanti tem-
poris, cum obseruantia subsecuta, ex allegatis. Et in
omnem casum cùm dictæ antiquæ probationes non
reperiantur, cum tamen ad illas suscitandas nouæ
probationes, de ordine vtriusque Consilij, nempe
Ordinarij, & Completi factæ legitimè fuerint, dice-
bant Domini multum deferendum esse tantorum
Patrum iudicio, non solum ad effectum præsumẽ-
di probationes fuisse ab initio legitimè factas, reali-
térque exhibitas, & approbatas omniaque alia requi-
9 sita præcessisse; † Sed etiam ad effectũ vt dictæ nouæ
probationes debeant subrogari cum eadem temporis
prærogatiua in locum probationum deperditarum,
ad l. si eum. §. qui iniuriarum, ff. si quis caut. & l. 1. in
10 *princ. ff. de rei vxor. act. cum ibi notat.* † Quæ subro-
gatio tantò magis, vt dictat æquitas, admitti debet,
quia Eques Antonius de tempore suæ receptionis, &
factarum priorum probationum erat infans, & eius
Pater, & Tutor ignorabant huiusmodi onus trans-
mitendi infra dictum biennium probationes ad Lin-
guam, & nihilominus constat de eorum diligentia
pro illis transmittendis, dum factæ, & approbatæ
priùs in dicta Assemblea, fuerunt eum effectu con-
signatæ Equiti Claudio Pagano, vt illas transmitte-
ret ad Linguam soluendo expensas transmissionis, vt
probant testes desuper examinati, & supradictus Li-
ber Tutelaris, itaut Eques Antonius propterea sit
excusandus, ad effectum de quo agitur, vt ferè in his
terminis dixit *Rota in Ciuitaten. Antianitatis 28. No-*
uembris 1607. quæ habetur impressa apud *Gregorium*
XV. decisione 341. vbi etiam *Additio*, & latiùs *in*
Meleuitana Antianitatis, 18. May, præteriti coram
me.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Legionen. Parochialis.

Ven. 27. Ianuarij, 1634.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio effectuata quando dicatur.*
2 *Præsentandi quasi possessio quando sufficiat, ad effe-*
ctum institutionis.
3 *Sententiis Ordinariorum valdè deferendum est, in*
materia probationis Iurispatronatus.

DECISIO CCCCXXIII.

IN Decisione in hac causa facta, sub die 5.
Decembris 1633. fuit resolutum: Confir-
mandam esse sententiam Ordinarij Le-
gionen. qua fuit pronunciatum, esse insti-
tuendum Gomesium de Liano vti præsentatum ab
Abbatissa, & Monialibus Monasterij de Otero; Et
quia dicta Decisio emanauerat, solùm informante
dicto Gomesio, reproposuit hodie causam super eis-
dem, informante etiam Abbate de Beneuiuere aduer-
sario: Et placuit Dominis persistendum esse in de-
cisis: Et quia multa fuerunt opposita contra præsen-
tationes Monialium, & nonnullæ etiam datæ fuerũt
præsentationes, & enunciatiuæ pro parte Abbatis,
ex quibus ipse prætendit se compatronum cum di-
ctis Monialibus: Ideo Domini quidquid sit de præ-
dictis, censuerunt, institutionem Gomesij sustineri
ex hoc vnico fundamento, nempe ex quasi posses-
sione præsentandi Monialium, in qua existere benè
probatur, ex præsentatione per eas facta de anno
1606. de persona Iacobi Aluarez: † de cuius effe- 1
ctuatione dubitari non potest, cum dictus Iacobus
obierit in possessione, & per eius obitum hæc Paro-
chialis vacauerit, † Quæ sola quasi possessio, stante, 2
quòd Ordinarius, neque ab eo prouisus, sunt in causa,
neque deinde inter partes dubitatur de Iurepatrona-
tus, sed solùm de pertinentia, sufficit ad effectum in-
stitutionis, iuxtà text. *vulg. in c. consultationibus, de*
de Iurepatr. c. querelam, de elect. Calder. cons. 23. de
Præb. Rota in Pisana Cappell. 20. May, 1594. coram
Blanchetto, & in mille aliis: Accedente maximè sen-
tentia Ordinarij Legionen. lata de dicto anno 1606.
in

in qua fuit declaratum dictam quasi possessionem præsentandi spectare, & pertinere ad præfatas Moniales, Ordinariorum autem sententiis in hac materia multum deferendum est, *Rota decis. 11. de Iurepatr. in n.n. & decis. 130. nu. 3. coram Reuerendiss. D. meo. Decano.* & alibi sæpiùs.

Et ita, decisum vtraque parte informante, &c.

Romana Pecuniaria.

Veneris 27. Ianuarij, 1634.

ARGVMENTVM.

Fideiussor contractus quando possit conueniri executiuè, & sine nouo processu, vigore sententiæ contra principalem latæ. Et plura de interpertatione, text. *in l. qui Romæ, §. Augerius, ff. de verbor. obligat.*

SVMMARIVM.

1 *Rota non exequitur sententias aliorum Tribunalium, nisi illæ ex actis iustificentur, intellige, vt num. 2.*

3 *Fideiussor contractus quando possit conueniri executiuè, & sine nouo processu, vigore sententiæ contra principalem lata.*

4 *Fideiussor contractus, & fideiussor iudicij, quando non differant.*

Fideiussor contractus potest se obligare si velit, prout fideiussor iudicij.

5 Seraphin. decis. 1477. n. 4. & 5. *declaratur.*

6 L. qui Romæ § Augerius, ff. de verb. oblig. *plenè explicatur, & traduntur plures limitationes, in quibus textus ille non procedit.*

Creditum quomodo probetur.

Libri plenè probant contra scribentem.

7 *Conditio negatiua ab aliquo adimplenda, eius morte adimpleta censetur.*

8 *Mortis instans, vita, & non morti attribuitur.*

DECISIO CCCCXXIV.



OMINI steterunt in Decisis sub die 1. *Maij*, 1933. nimirum sententiam A.C. seu Iudicis ab eo deputati, in qua Arsenius Musca fuit absolutus, esse infirmandam, & ideò euenisse casum obligationis Arsenij ad fauorem Archiconfraternitatis Orfanorum, eamque fuisse purificatam, iuxta formam suæ obligationis, vt latiùs in d. decisione.

Neque obstant hodie deducta per Arsenium, Et 1 in primis, quòd † Rota non solet exequi sententias aliorum tribunalium, nisi illæ ex actis iustificetur. 2 Quia est in se verum, † Sed non applicatur casui nostro; tum quia Confraternitas non tam agit contra Arsenium pro executione sententiæ, seu mandati extra Rotam relaxati contra Dominicum, & fideiussores illius, pro quibus Arsenius se obligauit: quàm, vt contra ipsum Arsenium feratur sententia condemnatoria ad soluendum summam de qua agitur, iuxta formam suæ obligationis: Quam fuisse purificatam, illiusque casum euenisse resoluit Rota in dicta Decisione in hac causa facta coram me, eo ipso, quod seruatis seruandis fuit relaxatum mandatum executiuum contra Dominicū, eiusque hæredes, & fideiussores, qui est casus obligationis Arsenij: maximè quia illud fuit etiam iustificatum in nouo processu huius causæ cum Arsenio, ex partitis librorum Dominici, & ea declaratione per Syndicos Cōfraternitatis facta, cui Dominicus, & illius fideiussores, & consequenter Arsenius omnino stare promiserunt; cum clausula, quòd non possint reclamare, neque appellare, tum, & etiam quia, vt fuit dictum, in dicta Decisione † est 3 speciale, vt etiam fideiussor contractus possit conueniri executiuè, & sine nouo processu, vigore sententiæ contra principalem latæ, quando vt in casu nostro cum obligatione Camerali se obligauit expressè ad soluendum, quidquid contra principalem fuerit liquidatum, & iudicatum, præuia relaxatione mandati contra illum, & eius fideiussores, *Bald. in l. 3. in in finan versic. si tu vis, C. de fideiuss. tut, Roderic. Suar. in l. post rem iudicatam, in declaratione l. Regni, in vers. visum est supra, Escobar. de ratioc. cap. 34. num. 4.* Qui non habent contradictorem, & clarè loquuntur quādo fideiussor sic se obligauit in contractu extra iudicium, † Itaut in hoc casu stante obligatione Came- 4 rali, nulla sit facienda differentia inter fideiussorem iudicij, sed imò, quòd fideiussor contractus habeatur vti fideiussor iudicij: cùm nihil repugnet quin fideiussor possit sic se obligare, & velle teneri, tradit *Marc. Aret. in tract. de fideiuss. in 2. par. princ. cap. 34. vers. limita 2. nu. 7.* † Neque aduersatur Decisio 5 *Seraph. 1477. nu. 4. & 5.* Quia non loquitur de fideiussore contractus, qui cum Camerali obligatione se obligauit expressè ad soluendum, quidquid contra principalem fuerit indicatum, & liquidatum per talem iudicem, vt in casu nostro, sed de fideiussore contractus, qui cum Camerali obligatione se obligauit simpliciter ad id, quod principalis in contractu promisit.

Non obstat etiam † *tex. in l. qui Romæ, §. Augerius,* 6 *ff. de verb. oblig.* vbi quòd ille, qui promisit soluere illud quod constabit Meuium mihi debere, non tenetur si ego in vita Meuij non fecero constare, quòd mihi Meuius debebat, & ibi *Bart. Iaf. Paul.* & alij communiter; Atque ideo conditionem, sub qua Arsenius fuit obligatus, nimirum, pro pecuniis per Dominicum pro tempore exigendis, quibus ille non reddiderit computum, & rationem Confraternitati, &c. defecisse, Quia vltra quòd textus ille, vt inquit ibi *Castrens.* acceptus iuxta communem sensum videtur repugnare naturali rationi, & illum in iudicando reiecit Granatensis Prætorij Senatus, vt attestatur *Emanuel à Costa lib. 2. select. interpret. cap. 37.* aliumque veriorem sensum, *Alciati* sensu reprobato, assignat *Petrus Stella in repet. ad dictum*, §. Qui nedum obstat Dominorum resolutioni; sed illi potius adminiculatur; Et denique alium intellectum omnium veriorem assignat idem *Emanuel a Costa*, vbi supra, iuxta quem tex. ille omninò contra Arsenium retorquetur; in omnem casum etiam; iuxta communem sensum, textus ille nihil obstat, nec applicatur. Primò quia in casu dicti §. non extitit conditio, quia in vita Meuij non constitit de creditore; in casu autem nostro stante quòd ea libris Dominici probatur debitum, iam verificatur per relationem ad dictos libros, quod in vita eius de credito constitit, *Rom. cons. 502. in casu proposito consultationis in fine*, cum enim dictus §. non exprimat, quod in vita debitoris debeat constare per sententiam, aliàs iudicialiter de debito, prout exprimitur in casu, *l. Lucius Titius 82. ff. de condit. & demonstr.* sufficit vt de debito constet in eius vita, per quodcumque legitimum genus probationis, & sic ex eius libris, qui contra eum plenè probant. Vt in puncto *Paris. cons. 121. num. 10. cum seqq. lib 4.* Secundò quia text. *in d. §. Augerius*, debet intelligi, quando liquidario debiti, mortuo debitore, non fuit facta cum fideiussoribus, sed solùm contra hæredes defuncti debitoris, nō autem quando, vt in casu nostro

fuit

fuit facta oedum eum hærede debitoris, sed etiam cum fideiussoribus; *Paris. in eod. cons. 121. in fine.* Tertiò, & vltimò cessat peoitus difficultas. Quia in
7 casu *d. §. Augerius*, conditto erat affirmatiua: † io casu autem nostro eonditio obligationis Arsenij fuit negatiua, nimitum, *si Dominicus exegerit, & rationem non reddiderit*, Quæ ideò motte Dominiei fuit adimpleta, *l. Mutiana cautionis, ff. de condit. & demonstr.*
8 *& l. fin. ff. quando dies leg. eed.* † Et eum instans mortis, vitæ, & non motti attribuatur, *l. qui duos, §. 1. ff. de mann, testam. glos. in d. l. fin. in verb. conditionem, ff. quando dies leg. cedat.* verum est dicete, quòd in vita Dominiei eonditio fuit adimpleta, dum verum est dicere, quod in vita rationem non teddidit.

Tandem non obstat, quòd ex pattita de qoa in declaratione Syndicatorum sint dettahenda salaria debita Dominico, & quædam pattita, quæ dicitut exposita ab eodem de propriis pecuniis in emptionem in Locotum Montium, ad fauotem Archiconfraternitatis, nec non quædam aliæ partitæ huiusmodi, Quia quoad salaria eonstat ex datis per Vniuersitatem, illa fuisse Dominieo persoluta, aliæ verò partitæ sopradictæ oullo modo iustificantur.

Et ita decisum vtráque parte informante, &c.

Gerunden. Sancti Ferrioli.

Luna 30. Ianuarij, 1634.

ARGVMENTVM.

Mandatum de subrogando, quæ requirat iustificanda, vt illius vigore agi possit.

SVMMARIVM.

1 *Per contradictas procedi quande non possit.*
2 *Mandatum de subrogando non suffragatur ad effectum agendi, narratis non iustificatis.*
3 *Et ad dictum effectum probari debet lis super titulo beneficy.*
4 *Item quòd sit beneficium Ecclesiasticum collatiuum.*
Vacatio non inducitur, si non adest beneficium Ecclesiasticum collatiuum.
Subrogatio non subsistit sine vacatione.

DECISIO CCCCXXV.

POSTQVAM Domini bis resoluerunt ioitare Arbitriom pro non exeeutione Breuis de eapienda possessione nomine Cameræ, Cappellæ, de qua agitur, vt in duabus Decisionibus desuper emanatis, 21. *Febr.* 1633 & 13. *May*, eiusdem anni: Proposui hodie dubium, An sententia declaratoria A. C. lata per Contradictas eontra Raphaelem dictæ Cappellæ præpositum,
1 seu possessorem, sit eonfirmanda, vel infirmanda: Et Domini eam esse infirmandam, tam ex capite nullitatis, quàm ioiustitiæ, penitus sine difficultate resoluerunt: Quandoquidem nollitas visa fuit clara. Quia
1 † fuit proceísum ad instautiam Fraocisei prouisi Apostolici per Contradictas, eontta dictum Raphaëlem, existeote in Curia eius legitimo Procuratore, qui pet multos dies antea, mandatum in actis exhibuerat, eum protestatione nihil fieri, nisi ipso eitato in quolibet actu, vnde non potuit aliter validè procedi, *glos. in c. inter quatuor, in verb. citari*, & ibi *DD. de maior. & obed. Greg. XV. decis.* 430. cum aliis latiùs deductis in supradictis duabus deeisionibus in hac causa factis.

Iniustitia verò patet; † ex quo dictus Franciseus 2
egit vigore mandati, de subtogando, nattatis noo iustifieatis. Primò quia † non probauit litem super 3
titulo Beneficij, prout ad hunc effectum tequiritur, *Cassad. decis. 6. num. 2. de rescr. & decis. 4. vt lit pend.* Secundò, quia oon † iustifieauit Cappellam de qua 4
agitur, esse benefieium Eeclesiasticum eollatiuum, prout oportebat, eùm aliàs oon inducatur vacatio, sine qua subrogatio nõ subsistit, *Abb. cons. 47. n. 1. lib. 2. Seraph. decis. 1095. num. 1.*

Ex quibus detegitur d. sententia A. C. manifestè nulla, & iniusta.

Et ita tesolutum Gabriele tantùm informaote.

Florentina Affrancationis.

Merc. prima Februarij, 1634.

ARGVMENTVM.

Ius francandi præscribitur spatio 30. annorum, sed ignoranti dictum Ius sibi competere, debetur restiturio in integrum aduersus completam præscriptionem; Et quando talis ignorantia præsumatur, vel è contra, scientia probetur. Præscriptio interrumpitur contra Ecclesiam præscribentem, stante contestatione litis, & mala fide Rectoris, itaur illa de nouo incipere debeat cum bonæ fidei successore.

SVMMARIVM.

1 *Francandi Ius est præscriptibile, spatio 30. annorum. & n. 5. & 8.*
2 *Facultatiuum Ius quale dicatur.*
Facultatiuum Ius non præscribitur.
3 *Francandi Ius quibus actionibus inhæreat.*
Actiones, quæ competant pro iuribus, ortum habentibus ex contractu, & facto nostro.
4 *Actio, cui inhæret Ius francandi, præscribitur spatio 30. annorum.*
6 *Præscriptio non currit non valenti agere.*
7 *Præscriptio incipit currere in successionibus Iure proprio competentibus, quando fit locus successioni.*
9 *Ignorantia Instrumenti præsumitur in eo, in quo scientia non probatur.*
10 *Præsertim si successit in Ius alterius.*
11 *Præscriptio non incipit contra Pupillum, durante pubertate, etiamsi sit longissimi temporis.*
12 *Præscriptio non currit contra ignorantem, aut quatenus currat, ei competit restitutio: Amplia, vt nu. 13. & seqq.*
14 *Canonis solutio intelligi potest pro re censuata.*
Censuata res in dubio præsumitur, & non Emphyteotica.
15 *Scientia Instrumenti non præsumitur ob litem motam super contentis in eo, si quis non fuit in dicta lite citatus, aliàs secus.*
16 *Scientia certa, & indubitata requiritur, ad effectum amissionis Iuris.*
17 *Scientia Instrumenti non arguit certam, & indubitatam scientiam contentorum in eo.*

18 *Et*

18 *Et præsertim procedit quando agitur de maximo præiudicio.*

19 *Scientia instrumenti, & contentorum in eo præsumitur in illo, qui dictum instrumentum produxit, & dixit de nullitate illius.*

20 *In mala fide constitutus is dicitur, qui in lite succubuit.*

21 *Præscriptio interrumpitur per litis contestationem: & quomodo.*

22 *Præscriptio interrumpitur de Iure Canonico per quemcumque actum qui causat malam fidem, ante finitam præscriptionem, & nu. 26.*

23 *Amplia procedere etiam in Ecclesia præscribente, quando in Rectore perpetuo, qui ad fauorem Ecclesiæ præscribit, superuenit mala fides.*

24 *Excipiens non interrumpit præscriptionem contra actorem præscribentem.*

Limita non procedere, quando propositio exceptionis causat in actore malam fidem, nu. 27.

25 *Mala fides, quæ dicatur.*

26 *Lis contra vnum mota non interrumpit præscriptionem contra alium: Declara, vt n. 29.*

DECISIO CCCCXXVI.

IN Decisione in hac causa facta coram me, die 26. *Nouembris*, 1633. fuit resolutum, Francisco filio q. Euphrosini de Ruffolis competere ex propria persona facultatem francandi bona in Emphyteusim à Rectore Ecclesiæ S. Thomæ in foro veteri, Ciuitatis Florentiæ, concessa dicto Euphrosino, & eius filiis. Sed quia informantes pro Rectore allegabant præscriptionem, voluerunt DD. de ea particulariter videre. Vnde proposui hodie dubium, An d. Francisco volenti hodie francare obstet præscriptio. Et quia desuper plures fuerunt excitatæ difficultates, breuiter vnamquámque earum Domini examinarunt.

1 In primis dubitatum fuit, † An Ius francandi sit
præscriptibile: Et fuit absque difficultate affirmatiuè
tentùm, ea nimirum ratione, quia non est Ius ex se
2 merè facultatiuum, † quale est illud, quod naturaliter
competit absque aliquo facto nostro, prout sunt
facultates eundi ad Ecclesiam, per viam publicam,
per littus maris, & nauigandi per mare, & alia iura
huiusmodi, continentia solùm explicationem actus,
in mero explicantis arbitrio positam, quæ ideò non
præscribitur, *l.* 2. cum ibi notat, *ff. de via publ. &*
3 *itin. publ.* † sed est Ius inhærens actioni ex empto,
vel conditioni ex lege, vel vt aliqui voluerunt, actioni
præscriptis verbis, quæ competunt pro similibus
Iuribus ex contractu, & facto nostro ortum habentibus,
l. si sterilis, §. si sibi fundum, ff. de act. empt. &
& l. 2. C. de pact. int. emptor. & vendit. Bart. in l. Iuris
gentium, §. quinimo. ff. de pact. Roland. cons. 21. nu. 35.
lib. 2. Bursatt. cons. 6. n. 11. lib. 1. Vnde sicuti † spatio
4 30. annorum præscribitur actioni, cui Ius francandi
inhæret, ad *tex. in l. 2. C. de constit. pecun. & l. sicut. C.*
5 *de præscr. 30. vel 40. ann. Roland.* vbi proximè, † ita
& pariter præscribitur facultati affrancandi, quæ est
sequela actionis, vt in puncto, *Felin. cons. 25. nu. 20.*
Bero cons. 135. num. 9. vol. 1. & cons. 63. nu. 33 vol. 1.
Bursatt. vbi supra. Et de magis communi *Ruin.*
cons. 167. num. 15. cum seqq. lib. 1. Rim. sen. cons. 288.
num. 3. lib. 2. Cephal. cons. 329. num. 41. lib. 3. Et bene
Aid Neguſ. cons. 289. num. 35. Balb. de præscr. 4. par.
5. par. princ. quæst. 3. Rota decis. 396. num. 4. par. 4.
recent.

Deinde quia Francisco, vt dictum fuit, competit Ius francandi ex propria persona, & sic non cucurrit
ei tempus decursum in vita Eufrosini eius Patris, sed
debuit ab eo præscriptio inchoari. Tum ex regula † 6
non valenti agere non currit præscriptio, *l. 1. § ad hac,*
C. de annal. except. & l. cum notissimi, §. illud. C. de
præscr. 30. vel 40. annorum. Tum, & etiam † quia in 7
successiunibus, Iure proprio competentibus, præscriptio
tunc currere incipit, quando fit locus successioni,
vt resoluunt omnes in *l. filius fam. §. diui. ff. de*
legat. 1. Grat. cons. 101. nu. 43. lib. 2. Anto. Gomez. in
. 40. nu. 90. Pintll. in Authen. nisi triennale, n. 49. c. 10.
nu 3. Ant. Gomez. decis. Lusit. 94. num. 3. cum aliis
quot refert, & sequitur *Valasc. consult. 132. nu. 18. &*
consult. 167. nu. 17. Fuit propterea dubitatum: An à
die mortis Euphrosini, quæ fuit 20. Iunij 1579. vsque
ad diem 26. Februarij 1631. qua præsens lis fuit mota,
† effluxerint 30. anni, quibus hoc Ius francandi, 8
& alia similia Iura præscribuntur, *d. l. 2. C. de*
constit. pecun. & dict. leg. sicut, C. de præscript. 30
annorum.

Et pro Rectore dicebatur, Ecclesiam, ex rei euidentia, facto computo, habere intentionem fundatam, quòd à dicta die 20. Iunij, & sic à die mortis Euphrosini, vsque ad dictam diem 26. Februarij motæ litis, effluxerunt anni 51. menses 8. dies 6. Itaut Francisco excipienti, & prætendenti præscriptionem, nihilominus non intrare, incumbat onus probandi Rectorem non præscripsisse dictum Ius francandi. Vnde pro parte Francisci duæ afferebantur exceptiones contra lapsum dicti temporis quinquaginta vnius anni, mensium octo, & dierum sex.

Prima exceptio fuit ex capite ignorantiæ Fran-
cisci; nimirum, quòd ipse † præsumitur ignorasse 9
Instrumentum Emphyteusis, & pacta in ipso apposita,
eo ipso quòd de contrario pro parte Rectoris
non docetur, *c. præsumitur, de reg. Iur. in 6. & l. ve-*
rius, ff. de probat. † & præsertim ex quo successit in 10
in Ius alterius, *l. qui in alterius, ff. de reg. Iur. Caputaq.*
decis. 207. num. 7. par. 3. Rot. decis. 769. num. 3. par. 4.
diuers. & decis. 538. nu. 4. par. 3. recent. Et de tempore
obitus Patris; & sic delatæ successionis erat Pu-
pillus, † contra quem durante pubertate, nulla in- 11
cipit præscriptio, etiam longissimi temporis, *l. sicut*
C. de præscript. 30. vel 40. annorum. glos. in l. fin. vers.
fin. vbi *Cin. Bart. & Bald. C. quib. caus. in integr.*
restit. non est necess. † Contra ignorantem autem non 12
currere præscriptionem, aut quatenus currat, ei cõ-
petere restitutionem, dixerunt *Bart. in l. 1. §. si quis*
autem, ff. de itin. actúque priuat. & in l. cum filius, §.
in hac, vbi *Alex. ff. de verb. oblig. Decian. cons. 13. n. 83.*
lib. 2. Rom. 149. in fin. Menoch. cons. 231. num. 48. &
cons. 904. num. 58. & alij ferè innumeri, quorum sententia
est communis. Et eam sequuta fuit *Rota di-*
uers. decis. 39. nu. 1. par. 3. & post tractat. de Saluian.
decis. 259. nu. 5. & 6. & decis. 621. nu. 3. par. 1. & decis.
338. vers. & data ignorantia par. 3. recent. & alibi
sæpius.

Quã † exceptionẽ in præsenti DD. admiserunt nõ
obstante, quòd Franciscus solueret canonẽ, illúmque 13
semper soluisse, vigore instrumẽti Liuellarij, cõfessus
fuerit in respõsionibus ad positiones, nec nõ lite post
mortem Euphrosini mota, per dictum Rectorem su-
per nullitate confessionis huius Emphyteusis, contra
q. Ioannem Baptistã, alterum ex filiis dicti Euphro-
sini, & fratrem dicti Francisci, Ex quibus dicebatur
pro parte Rectoris, scientiam Francisci probari. Quia
ad primum de confessione solutionis canonis, fuit
responsum, † quòd dicta confessio est æquiuoca, cùm
possit intelligi de canone debito pro re censuata, quæ 14
in dubio præsumitur, & non emphyteotica, *Alber. in*
l. 2. numero, 13. C. de Iur. emphyt. Mantic. decis.
134. numero, 3. & decis. 307. numero, 2. par. 2.
diuers.

diuers & decis.606.num.1 part.1.recent. Rota in Romana Canonum, seu census 29. Martij 1632. coram R. P. D. meo Merlino. Et non probatur hoc esse, quod ab
15 hoc contingit abesse, *l. non hoc, C. vnde legit.* † Ad illud verò de lite, fuit responsum, quòd licèt ex ea probetur scientia, respectu Ioannis Baptistæ, non tamen dici potest probari, respectu Francisci, qui nunquàm fuit in dicta lite citatus, nec aliter comparuit, *l. sæpè, ff. de re indic. Couar. pract. 99. cap. 13. num. 7.* Et
16 ideò ad vtrumque Domini responderunt, † quòd inde non probatur, quoad Franciscum, scientia certa, & indubitata pacti francandi, qualis requiritur ad effectum amissionis Iuris, *Glos. in cap. concertationi, in vers. sciuerit*, & ibi DD. communiter *de appellat. in 6. Felin. in cap. cum contingat, col. 2. de rescr. Alex cons. 114. sub num. 4. vers. accedit, lib. 1. Natt. cons. 636. num 35. Tiraqnell. de retract. ligna. §. 36. glos. 1. num 30. & de legib. connub. glos. 8. num. 183. Surd. decis. 165. num. 19. Seraphin. decis. 133. num. 3 & decis. 972. n. 10. & dec. 991. num. 1. & 2. Rot. decis. 95. num. 2. & decis. 111. num. 7. & decis. 507. num. 8. part. 1. & decis. 593. num. 4. p. 2. recent.*
17 & alibi sæpiùs. Et in specie. † quòd scientia Instrumenti non arguat certam, & indubitatam scientiam contentorum in eo, firmauit *Corn. in cons. 153. nu-*
18 *mer. 4. lib. 4. Aym. cons. 193. num. 8.* † Et multò minus quando agitur de maximo præiudicio, *Bartol. in d. cap. cum contingat, num. 6. & 30. Felin. num. 2. anso med. de rescr. Baro. cons. 68. num. 86. lib. 1. cum aliis per Gratian. discept. forens. cap. 625. num. 11. & 633. numer. 24. & 25.*

Secunda exceptio Francisci, quam pariter admiserunt Domini, fuit, quòd dicta præscriptio fuit interrupta per dictam litem, quam mouit Rector de anno 1593. contra Ioannem Baptistam filium Euphrosini, & fratrem Francisci, terminatam de an-
19 no 1608. cum eodem Rectore, † ratione cuius non potuit Rector se excusare, quin habuerit scientiam huius concessionis, & pacti de affrancando, dum Instrumentum desuper confectum produxit in Iudicio,
20 & dixit de nullitate illius, † & sic quòd non fuerit
21 constitutus in mala fide, dum in ea succubuit; † Per litis autem contestationem præscriptionem interrumpi, itaut illa debeat de nouo incipere cum alio successore, seu possessore bonæ fidei, clarum est, iuxta text. *in l. fin. C. de præscr. 30. vel 40. annorum, Oldrad.*
22 *cons. 176. Menoch. cons. 207. n. 57. & Afflict. d. 34.* † Quinimò de Iure Canonico interrumpitur per quemcumque actum, qui causat malam fidem, ante finitam præscriptionem, *Abb. cons. 19. col. 2. vers. ex 3. lib. 2. Felin. cons. 2. n. 6. Balb. de præscr. in 3. p. in materia bona fidei 9.*
23 *& seqq. Put. decis. 385. lib. 3.* † Quod procedit etiam contra Ecclesiam præscribentem; quando in Rectore perpetuo, qui ad fauorem Ecclesiæ præscribit, superuenit mala fides, vt in præsenti, *Abb. cons. 54. incipit, videtur primo dicendum, n. 1. in vers. 2. principaliter, & in fin. vers. Ad secundum contrarium, lib. 2.*

24 Neque obstat, quòd † excipiens non interrumpat præscriptionem contra actorem præscribentem, *glos. in cap. 2. vers. exceptiones de ordin. cognit.* & ibi *Panorm. in fin. Felin. in cap. illud, col. penult. vers. 3. conclusio*; Quia in primis fuit benè responsum, quòd hîc præcisè non prætenditur, quòd per exceptiones oppositas in dicta lite per Ioannem Baptistam reum conuentum fuerit interrupta præscriptio contra Rectorem, sed quòd per litem motam per Rectorem, & contestatam per Ioannem Baptistam, & eius prosecutionem in tribus Instantiis, per annos 14. & vltra, vsque ad d. annum 1608. & in quibus Rector succubuit, non potuit non esse, quin ipse Rector habuerit claram, & explicitam scientiam, ac notitiam huius iuris affrancandi Francisci, de quo in dicto Instrumento concessionis, de cuius nullitate, & Ecclesiæ læsione in
dicta lite agebatur; † Et sic quin habuerit malam 25
fidem, quæ nihil aliud est, quàm scientia Iuris alieni,
quod quis prætendit, † Per malam fidem autem, quo- 26
mudocumque de ea constet, interrumpi præscriptionem de Iure Canonico, patet ex allegatis.

Deindè responsum fuit, † quòd conclusio supra- 27
dicta, vt per exceptionem oppositam per Reum conuentum, non interrumpatur præscriptio, contra Actorem; limitatur, vt non procedat, quando propositio exceptionis causat in actore malam fidem, *Bald. de præscr. part. 6. & vlt. part. princ. num 38. vers 2. limita.* Et benè faciunt *d. decis. Put. 385. lib. 3. & alia suprà allegata*, in quo casu, dubio procul versamur; quia vix fieri, & credi potest, quod per exceptiones oppositas per Ioannem Baptistam in tam longa lite, respiciente validitatem dictæ concessionis cum omnibus suis qualitatibus, Rector potuerit ignorare dictum pactum affrancandi competens filiis Euphrosini vigore dicti Instrumenti concessionis; Et præsertim, quia dum agebatur de nullitate dictæ concessionis, ob læsionē, non est verisimile quòd Rector non opposuerit de pacto affrancandi, pro magis fundanda læsione Ecclesiæ. Vnde nec etiam obstat quòd lis prædicta non fuerit inter Rectorem, & Franciscum, contra quem prætenditur præscriptio, sed inter Rectorem, & Ioan-
nem Baptistam, † Et quòd lis contra vnum mota 28
non interrumpat præscriptionem quoad alium, *l. 2.* iuncta *glos.* ibi, *in vers. currat præscriptio, ff. pro donat.*
Bart. in l. cum quis, §. si quis pro eo, ff. de solut. † Quia 29
est verum, quando ex mala fide contra vnum necessariò non infertur ad malam fidem contra alium, secus autem, vice versa, ex allegatis: hîc autem esse non potest, quin Rector per litem motam contra Ioannem Baptistā, super nullitate dictæ concessionis, non fuerit etiam constitutus in mala fide contra Franciscū, respectu Iuris francādi, quod ei, vti filio eiusdem Euphrosini, cui facta fuit concessio, competit claris verbis, vigore eiusdem concessionis, dum cantat pro se, suisque filiis &c. vt in prima decisione huius causæ.

Ex quibus Domini dixerunt præscriptionem non intrare.

Et Ita decisum vtraque parte informante.

Cusentina Beneficij.

Merc. 1. Februarij, 1634.

ARGVMENTVM.

Agitur de pluribus oppositionibus contra personas testium; & in specie, An testis famulus, & salariatus probet pro suo Domino.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ refici debent in Iudicio attentatorum.*
2 *Testes deponentes de attentatis quales esse debeant.*
3 *Testes consanguinei, & affines non probant.*
4 *Testis, qui desiit esse famulus de tempore depositionis, potest testificari pro suo antiquo Domino, aliàs secus, n. 7. Et quomodo hoc procedat, ibidem.*
5 *Testis absens non potest cogi ad comparendum propriis expensis, sed illæ sunt ei subministrandæ, & ideo non repellitur à testificando, & num. 6.*

7 *Testis famulus salariatus non probat, Intellige, vt ibidem, vbi declaratur* Put. decis. 3. lib. 1. & Rot. decis. 294. num. 2. & 9. post secundum volum. consil. Farinac.

DECISIO CCCCXXVII.

DVBITAVI, An sint liquidata attentata, quæ Felix de Iuso prætendit fuisse commissa per Abbatem M. Antonium Peronum, ex quo ille post Inhibitionem Rotalem, obtinuit mandatum executiuum ab A. C. illúdque exequi fecit contra dictum Felicem: Et fuit resolutum, ea esse liquidata, vsque ad summam scutorum 16. baioc. 50. dumtaxat. Quandoquidem benè probatur, dicta scuta sexdecim baioc. 50. fuisse soluta Satellitibus, pro mercede executionis, vigore dicti mandati factæ, vt apparet ex eorum quietantiis datis in *summario Felicis, num. 7.* † Quæ expensæ reficiendæ sunt in Iudicio attentatorum, *Lancellot. de attent. part. 3. cap. 19. num. 32. Rot. decis. 269. num. 1. part. 1. recent.*

1

Quò vero ad bona, quæ Felix prætendit fuisse ablata de eius domo in vim dicti mandati, nec non alias expensas, & damna per eum passa, fuit resolutum non posse ex hodie deductis id aliquam summam liquidari; Quia licèt ad probandum prædicta afferantur tres testes, tamen duo priores non sunt idonei, cùm tamen † testes, deponentes de attentatis, nullam debeant pati exceptionem, sed vndique idonei esse debeant, *cap. 1. de appel. Afflict. decis. 351. num. 9. ad med.* Quòd vero dicti duo testes exceptiones patiantur, ex eo patet, quia vltra quod sunt contrarij in dictis, primus est nepos ex fratre dicti Felicis, secundus ve ò est maritus sororis eiusdem, † Testes autem consanguinei, & affines fidem non merentur, *cap. similiter 3. quæst. 5 cap. absente, il secondo 3. quæst. 9. Natt. consil. 537. num. 57.* Et plures cumulat *Farinac. de Test. quæst. 54. reg. 1. num. 2.*

2

3

Vnde remanet solùm 3. testis, qui visus fuit Dominis esse idoneus; Siquidem † licèt fuerit famulus Felicis, tamen quia de tempore depositionis desierat esse talis, benè potuit testificari pro suo antiquo domino; ex pluribus adductis per *Gabr. de testib. conclus. 10. n. 9. Farinac. de testib. quæst. 55. num. 145. Rot. decis. 249. n. 21. post 2. vol. consil. Farin.* Et non obstat, quòd idem testis fuerit conductus ad Vrbem, ad effectum vt se subijceret examini cum promissione certi salarij pro qualibet die. Quia cùm ille non poruerit cogi ad comparendum proptiis expensis, *c. venturis, 4 quæst. 3. l. quoniam,* vbi *gloss. in verb. sumptus, C. de testib. Rot. decis. 294. num. 9. post se undum vol. consil. Farin.* debuit Felix ea illi subministrare pro viatico, & victu necessariò, † qui ideo repelli non debet, vt post *Rip. in l. 1. n. 37. ff. si cert. pet. & Dec. consil. 189. n. 16.* dixit *Rot. in d. decis. 249. n. 23. in fin.* & clariùs *in d. decis. 294. n. 11. apud Farinac.*

4

5

6

7 Nec adueriantur † *decis. Put. 3. col. 3. vers. dubitatur etiam, in cor. lib. 1. & d. decis. 294. n. 2.* vbi quòd testis famulus salariatus non probat; Quia loquuntur, quando testis de tempore depositionis, est in seruitio actuali sui domini, & percipit etiam salarium, non autem, quando desiit iam esse famulus, etiam quod salarium percipiat, quia tunc non repellitur à testificando, iuxta communem, & veriorem opinionem, quam Rota sequitur, vt benè se declarans distinguit idem *Put. in d. decis. 3. vers. & pro ista parte,* qui ideo retorquetur; sed vlterius in casu nostro sumus extra dubium, ex quo prædictus 3. testis recipiebat salarium à Felice pro expensis viatici, & victus ad effectum eundi ad testificandum pro eo dumtaxat, qui est casus expressè exceptuatus à Iure, de quo non loquitur *Put.* Quia tamen dictus testis est vnicus ideo non fuit habita ratio, iuxta dictum vulgare; Dictum vnius, dictum nullius.

Et ita decisum vtraque parte informante.

Romana Dotis de Buccardinis,

Lun. 6. February 1634.

ARGVMENTVM.

Confessio mariti de Dote recepta, quando probet veram receptionem.

SVMMARIVM.

1 *Confessio mariti de Dote recepta probat veram receptionem, stante præcedente promissione Dotis.*

2 *Et præsertim procedit, quando confessio facta fuit non ad fauorem vxoris, sed tertij.*

3 *Item maximè procedit si lapsa fuerunt tempora ad opponendum exceptionem non numeratæ Dotis.*

4 *Rursus si concurrant coniecturæ, quæ plures numerantur ibidem.*

DECISIO CCCCXXVIII.

CENSVERVNT Domini absque vlla penitus difficultate, confirmandam esse vltimam decisionem in hac causa factam, sub *die 26. Nouembris 1633.* in qua fuit resolutum, Constare, Sfortiam Lucatellum exegisse scuta 669. pro residuo Dotis Virginiæ eius vxoris, & sic Decretum A. C. esse confirmandum, Quandoquidem visa fuerunt solida duo fundamenta in dicta Decisione adducta. Primum videlicet, quòd de dicta exactione constat ex eiusdem Sfortiæ mariti, facta in transactione, celebrata inter ipsum, & Virginiam eius vxorem ex vna, & Parritiam, & Bartholomæum coniuges, partibus ex altera, † Quæ confessio, stante præcedente promissione dotis, probat veram receptionem, & ideò non præsumitur facta in faudem prohibitæ donationis inter virum, & vxorem, *l. in contractibus §. sed quoniam, C. de non numer. pecun. l. vltima, C. de dot. caut. non numeran.* & præter allegatos in dicta Decisione latissimè differit *Fachin. controuerf. Iur. libro 8. capitulo 81. per tot.* Accedente maximè, † Quòd confessio non fuit facta ad fauorem Virginiæ vxoris, sed tertij, quo casu multò magis probat realem exactionem, *Mareţcot. var. lib. 2. cap. 8. num. 8.* † præsertim cùm fuerint iam elapsa tempora ad oppunendum exceptionem non numeratæ Dotis, *Bartol. in l. assiduis, vbi etiam Cald. C. qui por. in pign. Gratian. discept. 362. num. 16.* cum aliis allegatis. 1 2 3

Secundum fundamentum fuit, quia circumscripta etiam dicta confessione Sfortiæ, tamen adhuc benè probatum fuit illum exegisse plures pensiones Domorum, & vsumfructum vineæ, vigore dictæ transactionis ad Virginiam spectantes, quarum pensionum quantitas, & vsusfructus valor longè excedunt dictam summam scuta 669. † Concurrentibus prætereà pluribus coniecturis, arguentibus dictam exactionem; nempe solutione partis dotis, diuturna

præsta

præstatione alimentorum, taciturnitate Sfortiæ per longissimum tempus, & aliis in Decisione ponderatis, quæ DD. placuerunt.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Romana Rescissionis Contractus.

Ven. 10. Februarij, 1634.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Filia præsumitur acquisiuisse ex pecuniis paternis.*
2 *Fallit stante industria illius.*

DECISIO CCCCXXIX.

In Decisione in hac causa facta coram me 10. Decembris 1632. fuit resolutum instrumentum remissionis, seu donationis factæ per Petrum Buttum D. Barbaræ eius filiæ, non suffragari dictæ D. Barbaræ, quoad acquisita per eam proprio nomine, & deinde *in Decisione 17. Iunij 1633.* Domini censuerunt, oes pariter acquisitionea per eam factas proprio nomine post mortem Patris dum erat puella in
1 Domo paterna existens, ei suffragari; † Sed tam acquisita per eam in vita sui Patris, quàm post eius mortem, dum erat Puella, præsumi ex pecuniis paternis; ex latè deductis, & allegatis in prædictis duabus decisionibus.

Sed concessa eidem D. Barbaræ noua audientia super releuantia Testium, & aliorum nouiter examinatorum, & productorum, DD. hodie steterunt in Decisis, tam quoad acquisita per dictam Barbaram proprio nomine in vita Patris, quàm post eius mortem, dum illa fuit puella in domo patris existens, excepta tamen tertia parte. Ratio resolutionis quòad duas partes, pro quibus Domini steterunt in Decisis fuit illamet, de qua in prædictis duabus Decisionibus. Ratio autem resolutionis quoad dictam tertiam partem, pro qua DD. recesserunt à decisis, fuit, quia ex testibus nouiter examinatis, & aliis nouiter deductis constitit, quòd dicta D. Barbara à pueritia sua, & quousque vixit in ædibus paternis, sortita fuit artificium acufactorium, & quòd in eo adeò excelluit, vt longè præcesserit ferè omnes in eadem arte magistras, quódque ex dicto artificio lucrata fuit plures pecuniarum quantitates: Vnde data possibilitate, visum fuit Dominis, quoad dictam tertiam partem excludi præsumptionem, *l. Quintus Mutius, ff. de*
2 *donat. inter vir.* † Itaut non ex pecuniis paternis, quas ipsa administrauit, sed ex propria industria dictam tertiam partem præsumatur acquisiuisse, quæ ideò sibi vti aduentitia fuit acquisita, iuxta *Consil. Baldi 299. num. 4. lib. 1. idem Bald. cons. 159. ad fin. versiculo, si verò dubitetur, libro 5. Crauett. cons. 61. num. 8. in fin. Roland. cons. 90. num. 12. & sequent. lib. 2. Surd. cons. 505. num. 7.*

Vndè non obstare visum fuit, quòd testes nihil in specie concludant de hoc, vel illo lucro, de hac, vel illa pecuniarum certa summa, sed solum in genere, quòd D. Barbara erat excellens in dicta arte, & quòd ex eo artificio lucrabatur, nec pariter, quòd cùm esset occupata in administratione, & gubernio Domus, & bonorum paternorum, & non haberet apothecam apertam, nec familiam conductam pro eo artificio exercendo, sed solùm laborem manuum suarum, vix credi possit, quod ex dicto artificio potuerit lucrari dictam tertiam partem ascendentem ad scuta circiter 1500. quia, vt dictum est, iuxta præcitatos Doctores, sufficit possibilitas, quam DD. verisimiliter arbitrati fuerunt esse ad actum reducendam, vsque ad dictam tertiam partem; tùm attento cursu tot annorum, quo D. Barbara exercuit artem prædictam: Tùm etiam attenta qualitate laborum pro Magnatibus videlicet, & Primatibus Ciuitatis, pro quibus ipsa in apicibus, & supremis dictæ artis laborauit.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Sulmonnen. Beneficij.

Lun. 13. Februarij, 1634.

ARGVMENTVM

Immissio vigore subrogationis gratiosæ, vt concedi valeat, quæ requisita desiderentur, & quomodo illa probentur: Et an subrogatus ad omne Ius defuncti possit ad sui fauorem petere executionem sententiæ, quam super Immissione defunctus obtinuit: Et quando titulus vtriusque litigantis dicatur par, vel non, ad effectum vt Iudicio ordinario vel executiuo sit agendum.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore subrogationis gratiosa conceditur, constito de Clericatu subrogati, Obitu defuncti, & Reseruatione.*
2 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
3 *Obitus probatur ex fide Parochi, extractâ ex libro mortuorum.*
4 *Lis super titulo beneficij ex quibus probetur.*
5 *Res indicata extinguit litem.*
6 *Fallit si illius executio nondum fuit consummata.*
7 *Subrogatus ad omne Ius, & statum litis, in quo defunctus reperiebatur, potest petere sententiam latam, super immissione, ad fauorem illius, exequi ad sui fauorem.*
8 *Titulus par si adsit in vtràque parte, agendum est Iudicio ordinario.*
9 *Titulus vt par dici possit, quæ requirantur, & numer. 10.*
11 *Titulus quando dicatur redactus ad non titulum.*
12 *Immissio vigore subrogationis gratiosa, non retardatur propter nullum Vnionis dubium, & illiquidum ex aduerso oppositum.*

DECISIO CCCCXXX.

DOMINI dixerunt, Domino Abbati Carolo Composto dandam esse immissionem, vigore subrogationis gratiosæ, quam obtinuit ad Ius, & possessionem q. D. Stellæ: † Quandoquidem 1
T 2 proban

probantur omnia requisita necessaria ad dictam Im-
missionem obtinendam; videlicèt Clericatus ipsius
Caroli, Obitus dicti Stellæ, & Reseruatio, resultans
ea lite super titulo beneficij, quibus concurrentibus
non denegatur Immissio, *Greg.XV. decis.32. Rot de-*
cis.509.n.4.p.1.recent.

2 De Clericatu Caroli † constat ex litteris patenti-
bus Ordinarij Puteoli, quæ plenè probant, *c.1.de Cler.*
peregr.Seraph.decis.713.n.1.Rot.decis.715.n.3.p.1.re-
3 *cent.* † Obitus verò Stellæ probatur ex fide Parochi,
extracta ex libro mortuorum, *Rot.decis.311.n.3.p.1.re-*
4 *cent.Greg.decis.78.num.2.*& ibi *Adden.* † Lis denique
super titulo beneficij probatur ex Commissione cau-
sæ, quæ pendebat inter dictum Stellam, & Fratres
Carmelitas, & tandem ex sententia per me lata super
5 Immissione, ad fauorem eiusdem Stellæ. Quæ † sen-
tentia licèt fecerit transitum in rem iudicatam; quæ
regulariter litem extinguit, *l.cum quæritur, cum dua-*
6 *bus seqq ff de re iud.Greg.decis.492. num.3.* † Attamen
cùm illius executio nondũ fuerit consummata, lis ad-
huc durare dicitur, *Sarn.in reg.de ann.quæst.44. Mo-*
*hed.decis.5.post princ.vt lit.pend.*Et fuit dictum *in Sa-*
lamantina Cappellaniæ 5. Iulij 1593. coram Cardinali
Pamphilio, apud Garz. de benef.p.6.c.4 n.41.

Non obstat, quòd non probetur, Stellam appre-
7 hendisse possessionem dicti Beneficij; Quia † cùm
Carolus non sit subrogatus ad solam possessionem,
sed etiam ad omne Ius, & statum litis, in quo repe-
riebatur dictus Stella, potest hodie petere, sententiam
super Immissione latam ad fauorem Stellæ, exequi
ad sui fauorem; Itaut, sicut immissio, non posset de-
negari Stellæ, si adhuc viueret: ita nec pariter Caro-
lo, qui in Iuribus dicti Stellæ fuit subrogatus, vt in
his terminis *Caputaq.decis.187.part.3.Caual.dec.639.*
*n.2.*Et fuit resolutum *in Piscien.Cappellæ 1.Iulij 1630.*
coram R.P.D.meo Verospio.

Non obstat etiam, quòd Fratres Carmelitæ possi-
deant vigore Vnionis, quam Executor Apostolicus
8 de hoc beneficio fecit eorum Domui Regulari, † &
consequenter prætendant se habere parem, & consi-
milem Titulum, & sic eos esse legitimos Contradi-
ctores ad impediendam viam executiuam; prout est
immissio, vigore subrogationis gratiosæ; itaut agen-
dum sit Iudicio ordinario, non autem executiuo,
Zuccard.in l.fin.n.374.C.de edict.diu.Adr. Menoch.de
adipisc.rem.4.n.565.Mohed.d.decis.5.& decis.13.vt lit.
edend. Quia fuit responsum, Tituli paritatem nullo
9 modo probatis; quia † ad effectum, vt titulus par dici
possit, requiritur, vt nedum emanauerit ab eodem
fonte, nempe à Papa, *Roland.cons.78.n.27.lib.3. Mo-*
hed d.decis.5.vt lit.pend.Rot.decis.36.num.1.p.1.recent.
10 Sed † vlterius, vt sit eiusdem speciei, videlicet alte-
rius similis subrogationis gratiosæ, *Mohed.d.decis.5.*
& 13.vt lit pend.Put.decis.294.num.2.lib.1.Mantic.de-
cis.-1.n.7.Rot.in Lucana Mainsculatus 7. Iunij 1585.
coram Brauo, impress.apud Marches de Commiss.part.1.
fol.471.& in Ciuitaten.Beneficij 26.Martij 1632. & 4.
eiusdem mensis 1633.coram R.P.D.meo Merlinanno.

11 Et cessat difficultas, † Quia cùm ex Decisionibus
Rotalibus, & ex sententia desuper lata in iudicatum
transacta, appareat d.Vnionem fuisse nullam, & per-
peram factam, eámque non potuisse impedire, quo-
minùs Stellæ fuisset adiudicandum dictum beneficiũ,
Consequenter præfatus Titulus Vnionis, quem Fra-
tres habere prætendunt, fuit redactus ad non Titu-
12 lum: † Cùm tamen ad dictum effectum sufficiat, vt
Titulus Vnionis dicatur dubius, & illiquidus, vt dixit
Rota in d.Ciuitanen.beneficij coram R. P. D. meo Mer-
linanno.

Et ita decisum, D. Abbate Carolo tantùm infor-
mante.

Romana Domuncularum.

Ven.17.Februarij 1634.

ARGVMENTVM.

Renouatio Emphyteusis concedi debet pro-
ximiori, si Ecclesia nolit pro se retinere: Et
intra quod tempus proximior possit pete-
re dictam renouationem. Et plura alia no-
tanda, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Renouatio Emphyteusis concedi debet proximiori, si Ecclesia nolit pro se retinere, & quando dicatur nolle pro se retinere, num.2.*
3 *Renouatio Emphyteusis peti potest à proximiori intra 30.annos, dum fuit inuestitus extraneus intra annum à die finita Emphyteusis.*
4 *Emphyteusis ex pacto, & prouidentia non requirit qualitatem hæreditariam.*
5 *Emphyteusis ex pacto, & prouidentia qualis dicatur.*
6 *Inuestitura facta extraneo de tempore, quo viuebat aliquis comprehensus in inuestitura, est nulla.*
7 *Emphyteusi concessa pro masculis, & fœminis, fœminæ admittuntur non obstante statuto exclusiuo illarum, si iam omnes masculi prædecesserunt.*
8 *Dominium Ecclesiæ est concludenter probandum, ad effectum deuolutionis.*
9 *Amplia, vt non sufficiant instrumentum concessionis, seu solutiones Canonum.*

DECISIO CCCCXXXI.



VIT resolutum, confirmandam esse
sententiam Locumtenentis Eminen-
tiss. Cardinalis Vicarij Vrbis, qua fuit
pronunciatum, D.Lutium Vincentium
de Vetera esse immittendum in posses-
sionem Domuncularum, quæ olim à Rectore Eccle-
siæ S.Anastasij de Vrbe fuerunt in Emphyteusim con-
cessæ q.Lutio Seniori Proauo D.Vincentij, de quibus
agitur: Quandoquidem validitas visa fuit patens ex
reuolutione processus, non obstantibus nullitatibus
ex aduerso oppositis, quæ cùm sint leues, & ex facto
benè tollantur, non fuerunt habitæ in consideratio-
ne apud Dominos: Iustitia verò est clarior; quia quic-
quid sit, an Emphyteusis fuerit finita ob prætensum
defectum tertiæ generationis, vsque ad quam illa fue-
rat concessa; in omnem casum, † Cùm Ecclesia nolit 1
pro se retinere, non potest dicto Lutio denegari re-
nouatio, vti proximiori, ex Doctr. *Bart. in l.2 §. per-*
mittitur, ff.de aq.quot.& æst.in Roman. qui de Commu-
ni testatur *cons.22.num.5. Gabr.de Iur.Emphyt. con-*
clus.1. num.1. Clar. in §.Emphyteusis, quæst.44.in prin-
cip.Afflict.decis.238.num.2. Rota in Mutinen. Em-
phyteusis 16. Aprilis 1633. coram me. † Quòd autem 2
Ecclesia nolit pro se retinere, patet eo ipso quòd Vi-
gilutium extraneum inuestiuit; Itaut non sit opus alia
probatione. *Alex.in l.si mihi, & tibi, num.21.ff.de verb.*
oblig. Maresc.var.res.c.3.n.11.in fin.Rota in Mutin.Em-
phyteusis præallegata.

Non obstat, quòd lapsus fuerit annus ad peten-
dam renouationem; † Quia cùm intra d. annum In- 3
uestitura iam facta fuerit Vigilutio extraneo, cœperit
dicto Lutio Vincentio, vti proximiori, Ius petendi
renoua

renouationem intra 30.annos, *Alex.cons.295.num.12. Gabr. vbi supra*, qui communem dicit, *Maresc. var. lib.1.cap.3.n.22. Card.Seraph.decis.610. num.1. & decis.650.n.2.* Et fuit dictum in *Imolen. bonorum* 18. *Iunij 1628. coram Reuerendiss.D meo Decano.*

Minùs obstat, quòd D.Lutius Viucentius non pro-
ber se hæredem vltimi iouestiti; Quia quicquid sit de
4 dicta qualitate, † illa noo requiritur in hoc casu,
cùm versemur in Emphyteusi Ecclesiastica ex pacto,
& prouidentia, *Dec.cons.78.n.4.Ruin.cons.12.num.21.&
cons.21.Rota in Foro Sempron. Emphyteusis,29.Nouem-
bris 1631.coram R P. D. Merlino*, Quòd autem in
5 præsenti, † dicta Emphyteusis sit ex pacto, & proui-
dentia, probatur, ex quo cantat pro se, & descendenti-
bus masculis, nulla facta mentione qualitatis hære-
ditariæ, *Clar.in §. Emphyteusis, quæst.16. num.1. vers.3.
& Rota in Florentina Affruncationis 28. Nouemb.1633.*
6 Præterea dicebant Domini †-Inuestituram factam
Vigilutio fuisse nullam; quia facta fuit de tempore,
quo viuebat Fausta neptis ex filia primi acquirentis,
7 comprehensa in Inuestitura, † ad quam, cùm omnes
masculi iam obiissent, spectabat dicta Emphyteusis,
non obstante Statuto Vrbis exclusiuo fœminarum,
quod cessat quando masculi prædecessetunt, vt 10
puncto latè resoluit *Rota coram Cardinali Caualerio,
decis.555.& decis.583.n.2.*

Vlterius addebant Domini, quòd non constat de
8 Dominio directo Ecclesiæ, † Quod tamen ad effe-
ctum deuolutioois esset plenè, & concludenter pro-
bandum, *Bald.in l.omnes,in fin. C. de probat. Crauett.
cons.157.n.53.Rot.decis.150.n.1.& decis.606.n.1.part.1.
recent. Reuerendiss.D.meus Decanus,decis.69.num.1.Ca-
9 ual.decis.269.num.2*, † Itaut non sufficiat Instrumen-
tum concessionis, seu solutiones Canonum, *Caputaq.
decis.280.n.5.Caualer.& Rot.* vbi proximè, *& dec.721.
n.1.p.4.diuers.*

Quibus omnibus noo refragatur prætensa oon solutio Canonum, ob quam prætenditur intrare deuolutionem. Quia qoicquid sit de non solutione, Respondetur, quòd cùm iuxta formam inuestituræ debeat fieri diligentia, & iudicialis requisitio per tres anoos continuos, & de tali requisitiooe oon doceatur, frustra ex hoc capite prætenditor deuolutio.

Et Ita decisum vtraque parte informante, &c.

Ariminen. Molendini.

Ven. 17. Februarij, 1634.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario debetur immissio in possessionem bonorum Testatoris, vel ex remed.* l.fin. C.de edict. Diu. Adr.toll. *vel ex Saluiano, n.seqq. probatis requisitis ibi expressis.*

Fideicommissario competit hypotheca in bonis Testatoris.

DECISIO CCCCXXXII.



DOMINI dixerunt Antonio & litis consortibus de Georginis, & de Fusconis, prooepotibus Caroli ex filiabos, esse dandam Immissionem in tribus ex septem partibus Molendini, cum vna Tornatura terræ de quibus agitur. Quandoquidem cùm *in tribus Decisionibus eorum bon.mem. Card. Caualerio nempe 20. Nouemb.1620. 5. Iulij 1621.& 25. Maij 1622.* fuerit firmatum, Quòd prædictus Carolus in testamento, quo decessit, instituit sibi hæredem Franciscum eius filium legitimum, & naturalem, cui quandocumque decedenti sine filiis, & descendentibus substituit filias ipsius testatoris, & quamlibet ipsarum, si superuixerint, æquis portionibus, sin autem earundem filios legitimos, & naturales in stirpes, cum ampla prohibitione alienationis; ad hoc vt eius bona deuenirent ad ipsius Testatoris descendentes in perpetuum: Et insuper quòd Franciscus hæres institutus decessit sine filiis; & ideò, quòd fideicommissum fuit purificatum, ad fauorem Alexandri, & aliorum de Georginis, & de Fusconis pronepotum Caroli fideicommittentis, ex filiabus substitutis prædefunctis; Propterea cùm hodie benè probetur, quòd prædictus Antonius est filius, & hæres prædicti Alexandri, quódque prædictæ tres partes Molendini, & vna tornatura
terræ, de quibus agitur, erant in bonis Caroli fidei-
committentis de tempore eius mortis, † Consequen- 1
ter dicto Antooio, & aliis de Georginis, & de Fus-
coois litis consortibus ex filiabus testatoris est danda Immissio, vel ex remed. *l. fin. C. de edict. D. Adr. tollen. Rot.decis.131. num.1.part.1.recent.* vel ex Saluiano, ratione hypothecæ fideicommissario competentis in bonis Testatoris, *Gabr. cons.46. lib.1. num.20. Ossasch.decis.26.num.15. & Rota in Bonon.de Manzolis 1.Decembris 1625.coram D.meo Pirouano*, & alibi sæpiùs.

Et ita decisum, &c.

Barchinonen. Beneficij.

Ven. 17. Februarij, 1634.

ARGVMENTVM.

Identitas Beneficij ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria quando sit concedenda.*

2 *Declaratoria non conceditur sine contumacia in non parendo.*

3 *Beneficij identitas ex quibus probetur, remissiuè, & num.seqq.*

4 *Pluralitas non præsumitur.*

5 *Confessione propria, nulla maior probatio.*

6 *Producens scripturas videtur approbare, & confiteri omnia in eis contenta.*

7 *Confessiones procuratorum benè probant, stantibus adminiculis.*

8 *Exceptio respiciens petitorium, non admittitur in summarissimo Iudicio manutentionis.*

9 *Beneficia in dubio præsumuntur simplicia, non autem curata, & ideò asserenti beneficium non esse simplex, incumbit onus id probandi.*

10 *Status vltimus attenditur in cognoscenda qualitate Beneficij.*

11 *Presbyteratus requiritur in habente curam animarum.*

12 *Onus coadiuuandi Rectorem incumbens beneficiato, non tribuit curam in substantia, nec facit eum esse Rectorem, & num.14.*

Parochialitatis requisita, quæ sint, vide decisiones citatas dicto num.12.

13 *Depositiones testium informes non releuant.*

DECISIO CCCCXXXIII.

POST binas Decisiones in hac causa factas sub die 20. May, & 20. Iunij 1633. coram me, in quibus fuit resolutum, Saluatori Prats prouiso Apostolico dandum esse mandatum de manutenendo in possessione beneficij, siti in Ecclesia S. Petri, Oppidi de Tarrassa, Idem Saluator obtinuit expediri dictum mandatum, quod cùm intimari fecerit Iacyntho Serræ aduersario, dicti Beneficij possessori, & ille parere recusauerit: Dubitaui hodie: An contra eum sit danda Declaratoria, Et fuit affirmatiuè resolutum. Ratio resolutionis fuit, quia constat de intimatione dicti mandati Iacyntho personaliter facta, & de seruatione quatuor terminorum ad docendum de paritio-
1 ne; de qua cùm non doceatur, † Declaratoria non potest denegari, *Felin in c. Rodulphus, n. 41. de Rescript. Vestr. in prax. lib. 8. c. vlt. num. 19. Rot. decis. 478. & decis. 591. n. 5. p. 2. recent.*

Neque obstat si dicatur, quòd mandatum de manutenendo, concessum Saluatori, cantat de beneficio simplici, sito in dicta Ecclesia S. Petri: Beneficium verò possessum per Iacyntum existat in Ecclesia S. Mariæ de Tarrassa, sicque non constare de Beneficij identitate, & ideò Iacyntum non debuisse imò nec potuisse parere dicto mandato, dimittendo possessionem dicti beneficij simplicis, de quo agitur, quia illud non possidebat, nec erat in mandato expressum, & consequenter non constare de eius contumacia in non
2 parendo, † sine qua Declaratoria non conceditur, *c. Episcopi, & c. nemo Episcoporum, 11. quæst. 3.*

Quia hoc obiectum visum fuit Dominis manife-
3 sta fuga, cùm ex pluribus euidenter constet, † beneficium possessum per Iacyntum esse idem, de quo Saluator fuit prouisus à Papa, & in cuius possessione obtinuit manuteneri: Primò quia tam Saluator, quàm Iacyntus dictum beneficium obtinuit, vti vacans per obitum Francisci Vines, & vterque de eo, vti vacante per eius obitum, adeptus fuit possessionem, cum eisdem ferè omnibus demonstrationibus: Vnde, dum non constat Franciscum obtinuisse plura beneficia, vtique præsumitur esse idem beneficium, non autem
4 diuersum, † Cùm pluralitas non præsumatur, vt latè *Ias. in l. eum qui, §. in popularibus n. 10. ff. de Iureiur. & in l. non hoc, C. vnde legit.* Et in bis terminis dixit *Rota in Vicen. Cappellania, 15. Iunij 1633. coram me.* Secundò idem comprobatur ex confessione eiusdem Iacynthi, facta in actu intimationis Monitorij A.C. in qua fatetur beneficium per eum possessum existe-
5 re in Ecclesia S Petri, † qua nulla maior probatio, *l. cum precum, C. de liber. caus.* cum vulg. Tertiò ex pluribus collationibus antiquis de d. beneficio factis, per eundem Iacyntum productis, in quibus pariter asseritur hoc beneficium esse fundatum in dicta Ec-
6 clesia S. Petri, † Producens autem scripturas videtur approbare, & confiteri omnia in eis contenta, *glos. in l. 1. §. editiones, in verb. dic. & consul. ff. de eden. Lap. alleg. 119. num. 1. vers. in eo enim, Rota coram Gregorio, decis. 331. n. 11. & in Bonon. Fideicommissi de Manzolis 15. Martij 1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Quar-
7 tò, & vltimò † ex pluribus confessionibus emanatis à Procuratoribus dicti Iacynthi, quæ, stantibus adminiculis supradictis, benè probant, *Greg. dec. 506, num. 7.*

Non etiam releuat, si dicatur, quòd dictum beneficium sit curatum, non autem simplex; Quia vltrà quod, hæc exceptio respicit petitorium, terminandum per tres sententias conformes, † quæ ideo non est admittenda in summarissimo manutentionis Iudicio *Rot. decis. 685. n. 5. p. 1. recent. & coram Greg XV. decis. 549. n. 6. cum simil.* Respondetur etiam ex abun-
danti, Primò, † Beneficia in dubio præsumi simpli- 9
cia, non autem curata; adeò vt onus probandi hoc beneficium non esse simplex, incumbat Iacyntho, contrarium asserenti, *Staphil. de Lit. Grat. & Iustit. de qualit. & stat. benef. in princ. Garz. de benef. p. 1. c. 6. n. 8. Ægid. decis. 676. & Greg. XV. dec. 387. n. 4.*

Secundò quia vltimus status est de beneficio simplici Diaconili, cùm Franciscus Viues per cuius obitum vacauit, illud obtinuerit per resignationem, vti
simplex Diaconile, vt in Literis suæ prouisionis: † In 10
discernanda autem qualitate beneficij vltimus status plurimum attenditur, *c. cum Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & propr. Add. ad Greg. decis. 77. n. 12. & dec. 112. n. 6.*

Tertiò id ipsum valde persuadetur, ex quo in omnibus collationibus de eo factis, nuncupatur Diaco-
nile; Cùm tamen esset incongruum, esse Diaconile, † 11
& curam animarũ habere, in qua requiritur qualitas Presbyteratus, *c. licèt Canon. & c. commissa, de elect. in 6.*

Quartò & tandem cessat difficultas ex confessione eiusdem Iacynthi, qui dictum beneficium obtinuit,
vti simplex Diaconile, † cum narratum, quòd illud 12
pro tempore obtinenti incumbit onus coadiuuandi Rectorem dictæ Parochialis, quod onus non tribuit curam in substantia, nec facit beneficium esse Rectorem, sed simplex nihilominùs reputatur, *Staphil. vbi suprà. Gonzal gloss. 6. n. 68. 69. & 70. Caputaq. decis. 34. n 4. p. 3. Mantic. decis. 48. n. 5. & Rot. dec. 52. n. 16. & seqq* & præsertim, *n. 14. & 15. p. 2. diu.* vbi latè de requisitis ad Parochialitatem, & vt beneficium dicatur curatum, prout etiam de eisdem requisitis *Greg. d. decis. 387. per tot.* Quæ requisita, nedum hîc non probantur, quinimò iuxta seriem facti, & qualitatem beneficij de quo agitur, videntur non posse probari.

Denique non refragantur testes, & prouisiones de hoc Beneficio factæ, ex aduerso datæ ad probandum
illud esse curatum: Quia vltra quòd † depositiones 13
dictorum Testium sunt informes, & simplices attestationes, quæ ideò non sunt attendendæ; Respondetur quòd tàm dicti Testes, quàm prouisiones supradictæ, dum ex eis colligi prætenditur hoc beneficium habere annexa multa onera, personalem residentiam
requirentia, non excludunt, quin illud sit simplex; † 14
Cùm stare simul possint, vt cura principalis spectet ad Rectorem dictæ Ecclesiæ, onus autem coadiuuandi Parochum incumbat Beneficiato; Itaut nihilominùs Beneficium sit simplex, & non curatum, ex latè deductis per *Staphil. Gonz. Mant. Greg. & Rotam diu.* vbi prosimè.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Meleuitana Antianitatis.

Lun. 10. Martij 1634.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Lex, vel statutum non porrigitur ad preterita.*
2 *Statutum non attenditur, stante dispensatione.*
3 *Instrumenti fides, vt minuatur ex eo, quòd persona publica, quæ illud fecit, fuerit ab officio remota, quid requiratur.*
4 *Priuatio officialis publici, non tollit fidem scripturæ, facta ab illo ante priuationem.*

5 *Expressio falsa annorum, quæ verisimiliter non retraxisset concedentem, non vitiat Gratiam.*

DECISIO CCCCXXXIV.

RESOLVTVM fuit, informante etiam Lingua Italica, constare de valida probatione Nobilitatis D. Equitis Antonij Pappacodæ, vsque ab initio, Et sic standum esse in decisis 23. *Ianuarij præteriti coram me*, ex iisdem rationibus, & fundamentis decisionis desuper extensæ, reiecto prout in dicta decisione, articulo Professionis, & à quo tempore incipiat Antianitas, ad aliam disputationem.

Nec obstare visum fuit, quòd probationes in vim Commissionis, emanatæ de mense Nouembris 1587. tunc d. Equite existente in minori ætate, fuerint nullitèr factæ, dum *Statutum* 25. *tit.* 2. *de receptione Fratrum* disponit, quòd non dentur Commissiones minoribus, qui annum ætatis XVI. expleuisse liquidò non docuerint; Tum quia fuit animaduersum dictum Statutum editum fuisse in Capitulo Generali de mense Martij 1603. & sic longè post expeditam supradictam Commissionem, quod ideò non annullat
1 probationes antea factas; † Cum lex, vel Statutum regulariter non porrigatur ad præterita, *l. Leges, la* 1. *C. de legib. c.* 2. *de Constit. Felin. in cap. vlt. n.* 1. *&* 3. *eod. tit. Calcan. cons.* 15. *n.* 13. Tùm & etiam, quia in omnem
2 euentum, † Statutum prædictum non est attendendum in præsenti casu; cùm Magnus Magister ex speciali facultate sibi à Capitulo Generali attributa, dispensauerit super minori ætate, ad text. *in cap. necessaria, prima quæst.* 7. *Oldrad. cons.* 218. *Afflict. decis.* 320. *n.* 13. *Verald dec.* 219. *n.* 5. *p.* 1.

Nec pariter obstare visum fuit, quòd circa exhibitionem probationum Nobilitatis dicti Equitis, illarúmque approbationem, in Assemblea Prioratuum Baiuli. & Capuæ, tenta de mense Ianuarij 1588. non sit standum attestationi Io. Baptistæ Capatij tunc Secretarij Assembleæ, cùm ille fuerit deinde ob sua demerita ab officio remotus; Quia fuit dupliciter res-
3 ponsum: Primò quòd † ad minuendam fidem Instrumenti, ex eo, quòd persona publica, quæ illud fecit, fuerit ab officio remota, non sufficit simplex priuatio; sed requiritur, vt probet quòd priuata fuit ob crimen falsitatis, *Rota post secundum vol. cons. Farinac. decis.* 220. *sub n.* 2. Quæ qualitas in casu isto non proba-
4 tur. Secundò responsum fuit, † quòd prædicta attestatio exhibitionis probationum, illarúmque approbationis præcessit priuationem dicti Secretarij, quæ ideò remansit nihilominùs in antiquo suo robore, non obstante dicta subsequenti priuatione, *Bart. in repet. l. Barbarius, n.* 16. *ff. de offic. Prat. Farin. de falsit. & simul. quæst.* 155. *n.* 43. *&* 64. *Rot. d. decis.* 220. *n.* 2.

5 Denique non releuat, † quòd dictus Eques de tempore receptionis esset constitutus in 30. mense suæ ætatis, & tamen narratum fuit Magno Magistro illum existere in septimo anno, vel circa; Quia vltra quod obiectum non percutit punctum validitatis probationum, sed potius articulum receptionis, Placuit DD. responsio, quòd dum Magnus Magister in Bulla receptionis præfixit terminum, à quo deberet incipere Antianitas, nempe à septennio completo; expressio vnius vel alterius temporis, cum verisimiliter non retraxisset, & consequenter dicta expressio septem annorum, vel circa, non vitiat Gratiam receptionis; per ea, quæ tradunt *Bellam. decis.* 4. *& Rot. decis.* 170. *n.* 1. *post* 2. *vol. cons. Farin.*

Illud autem, quod hodie refricabatur contra validitatem probationum, videlicet non apparere illas fuisse exhibitas in Conuentu, vel in Lingua infra biennium à die receptionis, fuit benè sublatum, ex latè deductis in dicta prima decisione, *vers. Vnde non obstat, &c.* quæ Dominis placuerunt.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Romana Casalis Aguzzani.

Ven. 10. *Martij*, 1634.

ARGVMENTVM.

Accipe ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sumptum authenticum formiter extractum probat, vt Originale.*

DECISIO CCCCXXXV.

POSTQVAM fuit firmatum in duabus decisionibus in hac causa factis coram me, nempe sub *die* 18. *Aprilis* 1628. *& die* 28. *Maij* 1632. Constare de fideicommisso q. Capitanei Francisci Salamonij ad fauorem D. Clerizæ Rebibæ Marchionissæ de Maximis, D. Alexandra de Blanchis aduersaria, opposuit Testamentum dicti Capitanei Francisci non esse in forma probanti, & obtinuit desuper dari particulare dubium: Quo hodie proposito † fuit resolutum dictum testamentum esse in forma probanti: Quandoquidem constat illud esse Sumptum authenticum, extractum per Notarium Archiuistam à suo Originali, existente in Archiuio Capitolino, cum citatione dictæ Alexandræ, vt disponit *Statutum Vrbis c.* 136. *lib.* 1. cui est adhibenda eadem fides, quæ adhibetur ipsi Originali, vt in eodem statuto disponitur. 1

Et ita decisum, &c.

Calaguritana Beneficij.

Lun. 13. *Martij*, 1634.

ARGVMENTVM.

Habes ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio Instrumentalis manutenibilis est, si capta sit alio non possidente.*

2 *Declara quod de iure præsumitur capta alio non possidente, dum contrarium non probatur.*

DECISIO CCCCXXXVI.

FVIT resolutum Domino Ioanni Ibanes dandum esse mandatum de manutenendo in possessione beneficij, de quo agitur; Quandoquidem constat de eius instrumentali possessione, capta sub die 10. Nouembris 1633. † quæ manutenibilis est, alio non existente in possessione, vulg. *l. prædia*, & ibi *Doct. ff. de acquirend. poss. Cassad. decis.* 10. *de preb. Rot. decis.* 660. *n.* 1. *p.* 1. *recent.* 1

Quòd autem † possessio fuerit capta, alio non existente 2

existente in possessione, de iure præsumitur, dum non constat, quòd alius de eo tempore possideret, *Greg. decis. 168. n. 1.*

Et ita decisum Ioanne tantùm informante.

Ventimillien. Beneficij.

Ven. 17. Martij, 1637.

ARGVMENTVM.

Possessio capta pendente appellatione interposita à sententia Executoris Mixti, est attentata. Et quando Executor Mixtus dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Attentata est possessio capta appellatione pendente.*
2 *A sententia Executoris Mixti datur appellatio suspensiua; & ideò possessio capta ea pendente est attentata, num. seqq.*
3 *Executor Mixtus quando dicatur.*
4 *Possessio attentata est sequestranda.*
5 *Possessio Instrumentalis, capta alio non possidente, est manutenibilis.*
6 *Possessio posterior, & attentata non est manutenibilis.*

DECISIO CCCCXXXVII.

1 IN *Decisione in hac causa facta sub die 9. Decembris* 1633. fuit resolutum: † Possessionem Cappellæ, de qua agitur, captam per Carolum Portum prouisum Apostolicum, fuisse attentatam; ex quo idem Carolus immissus fuit in possessionem d. Cappellæ, vigore sententiæ latæ per Executorem Litterarum Apostolicarum, pendente adhuc appellatione interposita pro parte Michaëlis Angeli Speroni aduersarij. Qui fuit de eadem Cappella prouisus ab Or-
2 dinario Vintimillien. † A qua sententia, cùm daretur
3 appellatio suspensiua, ex quo † Executor erat Mixtus, stantibus Litteris in forma *Dignum*, cum clausulis *Dummodo datæ præsentium, Amoto, &c.* non potuit, ea pendente capi possessio, citra vitium attentatorum. *Staphil. de Litt. Grat. tit. de non. feren. mand. n. 3. Gonz. ad reg 8. in annot. nullit. n. 336. Greg. decis. 91. n. 2. & 3.* cum aliis in dicta decis. alleg. Sed quia in eadem
4 decisione dictum fuit, † præfatam possessionem vti attentatam esse sequestrandam. Ideò reproposui hodie causam super eisdem: Et DD. quoad attentata per Carolum commissa, steterunt in Decisis, ex eisdem rationibus in decis. deductis: Quo verò ad sequestrum, recesserunt à decisis, & firmarunt dandum esse mandatū de manutenendo prædicto Sperono: Quandoquidem ex hodie datis constitit de illius Instru-
5 mentali possessione, capta sub die 10. Septēbris 1631. † Quæ Instrumentalis possessio, cùm capta fuerit, alio non possidente de eo tempore, manutenibilis est, vulg. *l. prædia. ff. de acqu. poss. Rot. decis. 661. n. 1. part. 1. recent. Caual. decis. 487. n. 1. & 2.*

Neque obstat possessio Caroli, capta 4. Augu-
6 sti 1632. † Quia vti posterior, & attentata, ex prædictis non est manutenibilis, *Rot. diu. decis. 19. n. 2. part. 2. & part. 4 decis. 164. num. 2. & 7. Reuer. D. Decanus, decis. 492. n. 3.*

Quæ dicuntur de affectione huius Cappellæ; & de præuentione Papæ in conferendo, respiciunt petitorium, & ideò non sunt discutien. in hoc summarissimo manutentionis Iudicio.

Et ita vtraque parte informante, fuit resolutum.

Florentina Subdecanatus.

Ven. 24. Martij, 1634.

ARGVMENTVM.

Plura habes notanda in materia Iurispatronatus Hæreditarij, diuisi in plures voces, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à maiori parte patronorum præfertur præsentato à minori parte.*
2 *Iurispatronatus dotatio si facta fuerit singulariter nomine plurium personarum, illud acquiritur æqualiter singulis earum pro se suisque hæredibus.*
3 *Descendentia probatur ex libris, & instrumentis, præsertim in antiquis.*
Item probatur ex illis translatio bonorum Iure hæreditario.
4 *Obiisse sine filiis quis præsumitur, dum non constat filios habuisse.*
5 *Successio defuncti spectat ad proximiorem.*
6 *Filij possunt acquirere simul cum patre.*
7 *Filius quicquid acquirit Patri acquirit.*
8 *Declara id verum esse, quoad vsumfructum dumtaxat, non autem quoad proprietatem.*
9 *Clausula*, & pro omni portione sibi tangente, *preseruat omnia alia Iura competentia, vltra expressa.*
10 *Enunciatiua erronea non attenditur.*
11 *Patroni si plures præsentent, & non exprimant pro qua parte, præsumitur præsentare pro rata vnicuique tangente.*
12 *Patroni plures præsentantes, repræsentant eam solam partem, quæ Iure hæreditario ad eos peruenit.*

DECISIO CCCCXXXVIII.

CVM inter Dominos de Venturis ex vna, & D. Octauiam Capponam ex altera: nec non inter ab illis præsentatos, fuerit per plures annos coram me disceptatum, An Iuspatronatus Subdecanatus Ecclesiæ Florentinæ sit Gentilitium, vel Hæreditarium, fueritque per plures decisiones resolutum, illud esse Hæreditarium, Tandem, vtraque parte desuper acquiescente, Dubitaui hodie, stante qualitate hæreditaria, quis ex dictis præsentatis sit instituendus; Et fuit resolutum, instituendum esse præsentatum à DD. de Venturis; Ratio resolutionis fuit, Quia cùm ille fuerit præsentatus intra legitima tempora, & eius Clericatus non controuertatur, † 1
Dominique de Venturis, qui illum præsentarunt, habeant plures voces dicti Iurispatronatus Hæreditarij, quàm D. Octauia, Est propterea præferendus alteri præsentato à D. Octauia, *cap. quoniam*, vbi *gloss. Card. & Abb. de Iurepatron. c. sicut, de elect. Lambert. de Iurepatr. lib. 2. p. 3. quæst. 4. art. 1. n. 4. & 6. Mant. decis. 86. n. 4. Rot. decis. 137. n. 1. p. 2. diuers. Seraph. d. 875. num. 1. & seqq.*

Quòd

Quòd autem DD. de Venturis habeant plures voces prædicti Iurispatronatus Hæreditarij, quàm D. Octauia, visum fuit clarè constare ex Instrumento assignationis prædiorum pro dote dicti Subdecanatus; cuius vigore, iuxta hactenus firmata in decisionibus, & Discursu in hac causa factis, fuit ab initio istud Iuspatronatus acquisitum D. de Puccis; Quandoquidem † cùm dicta assignatio prædiorum, vt habe- 2
tur in eodem Instrumento, facta fuerit singulatter nomine septem personarum, nimirum Antonij, qui fuit primus Subdecanus, Raphaelis, & Francisci fratrum eiusdem Antonij, Alexandri Patris prædictorum, ac Laurentij, Roberti, & Petri dicti Alexandri fratrum de Puccis; Propterea eorum singulis fuit æqualiter Iuspatronatus acquisitum pro se, & eorum hæredibus, *Abbas in cap. ad audientiam, t. n. 4. de Eccles. ædific. & in rubr. de Iurepatr. num. 6. Rocc. de Iurep. in verb. & dotauit, quæst. 12. Lambert. eodem tract. part. 1. lib. 1. quæst. 3. art. 5. per tot. Garz. de benef. part. 5. cap. 1. num. 54.* Vnde cùm Domini de Venturis sint hæredes in solidum Alexandri, Antonij, Raphaëlis, & Francisci acquirentium, & deinde sint hæredes pro tertia parte Laurentij, consequenter habent quatuor integras voces, & tertiam partem vnius ex tribus reliquis, & sic habent maiorem partem dicti Iurispatronatus.

Quòd præterea Domini de Venturis sint hæredes, vt supra vltra quòd non controuertebatur, & fuit pro certo admissum inter easdem partes in causa Florentina Canonicatus, nec non in decisionibus in eadem causa factis 14. Maij 1629. & 16. Ianuarij 1630. coram R. P. D. meo Verospio, hodie fuit plenè iustificatum ex datis in summario Dominorum de Venturis, scilicet ex Instrumento prædictæ assignationis, & ex libris publicis Onerum, & Decimarum Ciuitatis Florentiæ, ex Instrumento compromissi, & laudi inde sequuti, & emologati à dictis fratribus de Pucciis, & tandem ex Instrumento præsentationis ad istum Subdecanatum de anno 1577. institutione subsecuta; In quibus clarè habetur, quòd Alexander genuit Antonium, Raphaëlem, & Franciscum, & deinde Franciscus Ioannem Paulum, & Ioannes Paulus Robertum; prout etiam ex eisdem libris, & instrumentis apparet, bona prædictorum nec non tertiam bonorum Laurentij, ordine successiuo peruenisse ad vnumquemque prædictorum; † Quibus libris, & in- 3
strumentis, præsertim cùm versemur in antiquis, standum, est ex illisque descendentia, & bonorum translatio, Iure hæreditario benè probatne, dum de alio Iure non docetur, ex Doctrina *Bald. Salyc. Aretin. & Iason. in l. cum aliquis, C. de Iur. delib. Peregr. de fideic. art. 43. n. 83. Mascard. de probat. conclus. 411. n. 21. Gonna de verb. Enunc. quæst. 33. n. 12. lib. 2. Marescott. var. resol. cap. 7. n. 4. lib. 1. Ricc. in prax. Iurisp. decis. 155. n. 57.* Et fuit dictum *Romana fideicommissi de Victoriis 9. Decembris 1626. coram R. P. D. meo Merlino.* Et in terminis dd. librorum, *in Florentina fideicommissi de Guidoccius, 16. Iunij 1627. coram R. P. D. meo Dunozetto.* Vnde cùm Robertus procreauerit Sibyllam, & Lucretiam, illæque fuerint eius hæredes, vt constat ex publicis Instrumentis testamenti dicti Roberti, & aditionis eius hæreditatis; à tandem non fuerit dubitatum quin DD. de Venturis sint filij, & hæredes d. Sibillæ, vt ex actis processus. A primo ad vltimum patet, quòd DD. de Venturis vna cum D. Lucretia habent maiorem partem vocum huius Iurispatronatus.

Neque obstare visum fuit, quòd Raphaël, vnus ex prædictis septem acquirentibus procreauerit Laurentium, & Alaxandrum iuniores, & consequenter ei non successisse Ioannem Paulum, sed dictos eius
4 filios; † Quia cùm illi obierint sine filiis, prout præsumitur, dum non constat filios habuisse, *Cuman. in l. si potest, ff. de acquir. hæred.* & ibidem *Alex. num. 15. & Iason. n. 58. Surd. cons. 1. n. 6.* † ei successit Ioannes Paulus vti proximior, *Crass. in §. successio ab intestato, q. 33.* 5
Et cessare videtur difficultas, dum ex supradictis libris Onerum, & Decimarum constat, quòd omnia bona Antonij, & Raphaëlis in Ioannem Paulum peruenerunt.

Non obstat etiam si dicatur, ex instrumento d. assignationis non fuisse acquisitum Iuspatronatus omnibus septem supradictis, quorum nomine assignatio prædiorum pro dote fuit per Antonium facta, nimirùm non fuisse acquisitum Antonio, Raphaëli, & Francisco tribus ex dictis septem, sed duntaxat illud acquisitum fuisse Alexandro Patri trium prædictorum, & Laurentio, Roberto, & Petro fratribus dicti Alexandri, itaut Antonius, Raphaël, & Franciscus faciant vnam dumtaxat vocem cum Alexandro eorum Patre; † Quia hoc obiectum caret penitus funda- 6
mento, cùm nullibi in Iure filij prohibeantur acquirere simul cum patre pro rata, imò contrarium, *Bart. & DD. in leg. Gallus, §. & quidem rectè, ff. de lib. & posthum. Gabr. concl. 2. n. 10. de Iur. Emphyt. Vrsil. ad Afflict. decis. 33. n. 1. Hond. cons. 51. n. 10. lib. 1. Menoch. præs. 70. n. 17. in fin. lib. 4.* Et non releuat, quòd † quicquid fi- 7
lius acquirit, patri acquirit; quia vltrà quod non applicatur, † id est verum quoad vsumfructum dumta- 8
xat, non autem quoad proprietatem, vulg. *l. cum oportet, in princ. C. de bon. quæ lib.*

Minùs obstat, quòd prædictus Alexander Pater Antonij, Raphaëlis, & Francisci in quodam mandato procuræ enunciauerit se Patronum pro tertia parte. Vnde inferebant Informantes pro D. Octauia, hoc Iuspatronatus fuisse diuisum in solas tres voces, quarum vna fuit Alexandri, aliæ verò duæ, Roberti, & Petri, à quibus illa causam habet; Quia vltra quod cessat difficultas ex eodem mandato procuræ, vbi post d. enunciatiuam immediatè † subsequitur clausula, *& 9
pro omni portione sibi tangente*, quæ est præseruatiua omnium aliorum Iurium competentium, vltra expressa, prædicta enunciatiua detegitur manifestè erronea, ex prædicto Instrumento assignationis. Tùm quia cum septem fuerint acquirentes, Alexander scilicèt, & tres eius filij, trésque Alexandri fratres prædicti, constat Iuspatronatus in septem partes fuisse diuisum, ex supra alleg. Tum, & quia, dato, quòd Alexander, & eius tres filij non facerent nisi vnam partem, vtique dum Alexander se asseruit patronum pro tertia parte, fuit error; quia in omnem casum ipse, & eius filij fuissent Patroni pro quarta parte; quia quatuor fuerunt fratres acquirentes, scilicet Alexander, Laurentius, Robertus, & Petrus. † Enunciatiua au- 10
tem, quæ ex facti serie detegitur erronea, non est attendenda, *l. non fatemur, ff. de confess. Gregor. XV. decis. 121. num. 10.*

Tandem non releuat, quòd de anno 1577. Robertus q. Pandulphi, & eius fratres, à quibus causam habet D. Octauia, præsentauerint vna cum solo Roberto Ioannis Pauli, à quo causam habent DD. de Venturis, † Quia cùm nec prædicti Robertus q. Pandul- 11
phi, & eius fratres, nec Robertus Ioannis Pauli expresserint pro qua parte vnusquisque præsentaret, præsumendum est eos præsentasse dumtaxat pro portionibus & ratis vniuscuiusque tangentibus. Vnde cùm præfato Roberto, & fratribus solùm spectarent duæ integræ voces, nimirum voces Petri, & Roberti, & tafidnum voeis Laurentij, consequenter pro dictis dumtaxat ratis eos præsentasse præsumi debet; Et ratio est; quia † etiam si fuissent mille per- 12
sonæ, eam solam partem repræsentarent, quæ iure hæreditario ad eos peruenit, *Clem. plures, de Iurepatr. Lambert.*

Lambert. eod. tract. lib. 1. part. 1. quaest. 1. art. 15. num. 19. Riec. in prax. Iurisp. decis. 210. n. 167. Grat. discept. 251. numer. 14. Modern. Pisan. de Iurep. lib. 12. cap. 8. numer. 7.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Meleuitana Antianitatis.

Ven. 24. Martij, 1634.

ARGVMENTVM.

Antianitas quando currere incipiat Equiti Hierosolymitano.

SVMMARIVM.

1 *Tenor Bullae attendi debet.*
2 *Antianitas incipit currere Equiti Hierosolymitano à die quo soluit Traiectum communi aerario.*
3 *Antianitas currit à die antiquioris ingressus.*
4 *Interpretatio ea facienda est, vt contradictio vitetur.*
5 *Dispensatus super aetate ad effectum Antianitatis, censetur etiam ad eundem effectum dispensatus super professione.*
6 *Priuatio praesupponit habitum.*

DECISIO CCCCXXXIX.



FIRMATO iam in duabus decisionibus in hac causa factis die 23. Iannarij, & 10. Martij currentis anni, constare de valida probatione Nobilitatis D. Equitis Antonij Pappacodae, vsque ab initio, Proposui hodie dubium in dictis Decisionibus reseruatum, videlicet: A quo tempore inceperit dicti Equitis currere Antianitas. Et fuit resolutum: Antianitatem incepisse currere à die completi septennij aetatis eiusdem Equitis. Fundamentum resolutionis fuit, quia Magnus Magister vigore facultatis à Capitulo Generali sibi attributae, recipiendi minores, etiam absentes, recepit de mense Maij 1588. dictum Equitem tunc minorem septennio, cum praerogatiua Antianitatis, numerandae à die septennij com-
1 pleti, † vt clarè constitit ex tenore Bullae receptionis, quae est attendenda, *cap. porro, de priuileg. Auth. de mand. Princ. § si quis autem*; Et tantò magis, quia dictus Eques, vel eius Pater pro eo, iam soluerant communi aerario integrum Traiectum, vulgò *Passa-*
2 *gium*, † à cuius solutionis tempore numeratur Antianitas; itaut non possit illa ampliùs controuerti, vt disponunt *Statuta Religionis Hierosolymitanae, cap. 15. tit. 5. de Thesaur.* Et in terminis firmauit Rota coram *Gregor. XV. decis. 341. circa fin. & decis. 499. num. 2. & in Neritonen. seu Meleuitana Antianitatis 15. Aprilis 1612. coram bon. mem. Remboldo.* Et accedit Iu-
3 ris assistentia, † cùm de Iure communi, Antianitas regulariter currat à die antiquioris ingressus, *cap. 1. de maior. & obed. Aretin. cons. 23. num. 3. vers. & primum.* Et in terminis de Milite Hierosolymitano, Rota apud *Seraph. decis. 326. num. 3. & Greg. d. dec. 341. num. 1.*

Nec releuare visum fuit, quòd dictus Eques nondum expressè emiserit professionem, & ideo frustra de Antianitate hodie disputari: Quia vnum est, an possessione nondum emissa possit ille actualiter gaudere Antianitate in conuentu Militum iam expressè professorum. Et in hoc casu forsan procedere obiectum; sed non versamur in eo; quia dictus Miles hoc non praetendit. Aliud verò est, an emissa deinde quandocumque professione, currat dicto Equiti Antianitas ad omnes effectus Religionis à die completi septennij suae aetatis, etiam in conceursu aliorum Militum, ante ipsum expressè professorum, post eundem autem receptorum, in quibus terminis versamur. Et procedunt dubium, & dicta resolutio DD. hodie facta, ad fauorem dicti Equitis; Quia ad effectum regulandi Antianitatem, id est, An ab hoc, vel illo tempore illa currere incipiat, Statuta non se fundant in professione, nulloque modo eam attendunt, sed solutionem *Passagij*, vt in dicto *cap. 15.* vbi etiam, quòd professio emitti non potest ante Traiectum solutum; & tamen haec duo implicarent, quòd scilicet Antianitas, iuxta dispositionem Statutorum, currat à die soluti traiecti, & quòd ad eam requiratur professio, quae ex forma eorundem Statutorum emitti non potest ante traiecti solutionem. † Vnde ad euitandam hanc contradi- 4
ctionem, dicendum est, initium Antianitatis ad effectum, de quo agitur, non esse regulandum à professione, *ad l. quoties in stipulationibus, ff. de verb. oblig. l. vbi est, ff. de reb. dub.* & in simili *Oldrad. cons. 109. sub num. 1.* Et concludit *statut. 33. tit. 2. de recept. fratr.* dum disponit, quòd octo pueris duodecim annorum receptis in quemcumque gradum pro seruitio Magni Magistri, nihil opponi possit circa Antianitatem, cùm tamen in dicta aetate 12. annorum non possent esse professi, iuxta dispositionem *Sacri Conc. Trid. & d. Statutum 15. de recept. fratr.* Et cessare videtur penitus difficultas; quia quatenus professio fuisset aliàs necessaria, tamen in casu nostro, † dum dictus Eques 5
fuit receptus cum dispensatione super aetate, & cum expressa praerogatiua Antianitatis à completo septennio, censeretur etiam per necessarium antecedens dispensatus super professione, ad effectum Antianitatis, iuxta doctrinam *Abbat. in cap. quia in tantum, num. 4. de praeben. Felin. in cap. postulasti, num. 10. de Rescr. Ofasc. in tractat. de incompatib. benefic. part. 1. cap. 17. num. 19. Vinc. Caroc. super reg. cum quid, part. 2. ampl. 1. num. 7. Rebuff. in prax. tit. de non promou. numer. 55. Staphil. de Grat. expect. in 2. form. num. 16. Selua. de benef. part. 9. quaest. 52. num. 1. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 1. num. 19.*

Nec praedictis aduersatur *Ordinatio Religionis 28. tit. 2. de recept. Fratr.* facta de anno 1603. à Capitulo Generali, in qua disponitur, quòd si Nouitius non susceipiat habitum, ac profiteatur expressè intra terminum sibi intimatum, intelligatur amisisse Antianitatem, eo vsque acquisitam, quasi inde, vt praetendebant Informantes pro Lingua Italiae inferri videatur ad effectum dictae Antianitatis requiri omninò professionem; Quia fuit dupliciter, & benè responsum. Primò, quòd dicta Ordinatio emanauit longè post receptionem dicti Equitis, quae ideò ei non praeiudicat, vt fuit firmatum *in secunda decisione in hac causa facta coram me, vers. Neque obstare.* Secundò responsum fuit, quòd dicta ordinatio retorquetur ad fauorem Equitis; quia dum disponit amitti Antianitatem eo vsque acquisitam, praesupponit etiam per necessarium antecedens, eam non regulari à professione; sed imò sine professione acquiri, ex regula quòd † priuatio praesupponit 6
habitum, de qua *in l. dotem, ff. de verb. obligat. cum vulg.*

Tandem non obstat alia Ordinatio Capituli Generalis de anno 1597. per quam fuit concessa facultas receptis in minori aetate, tunc in Conuentu praesentibus, gestandi Crucem habitus, deuotionis causa, professione nondum emissa, & ad patrias redeundi,

cum

cum expressa tamen conditione, quòd à decimo quinto eorum ætatis anno integrè reuoluto, id est completo, vsque per totum annum decimum nonum eiusdem ætatis, reuerti deberent in Conuentum ad faciendum annum probationis, & postmodum professionem ser.ser.emittendam, quòd si prædicta non complerent, censerentur renunciasse suæ receptioni, & Antianitati; Quia dicta Ordinatio non fuit generalis, sed restricta ad minores, qui tunc de tempore illius Capituli generalis fuerunt recepti, & erant præsentes in Conuentu, quæ propterea non est extendenda ad dictum Equitem, sed imò facit ad eius fauorem longè antea recepti cum dispensatione etiam super absentia, & etiam tunc de dicto anno 1597. absentia à Conuentu, & ignari huius Ordinationis, ad text. *in l.eum leg ff. de testam. & l.1. §. quòd autem, ff. de ale.lus. & aleat.*

Cætera, quæ longa serie fuerunt repetita contra validitatem gratiæ receptionis, & antiquarum probationum nobilitatis, illarúmque non exhibitionem in Conuentu, ac etiam contra attestationem Secretarij Assembleæ Prioratuum Baiuli, & Capuæ, & demum contra quadragenariam delationem habitus, & nouas d. nobilitatis probationes in locum dictarum antiquarum subrogatas, sunt extra dubium, & iam fuerunt sublata in dictis duabus decisionibus.

Et ita vtraque, &c.

Pisana Cappellæ.

Lun. 27. Martij, 1634.

ARGVMENTVM.

Comparitio facta coram Capitulo an litem inducat Cessionarius beneficij, quid teneatur probare. Et nonnulla alia notanda, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Comparitio simplex facta coram Capitulo, cum protestatione, quòd quis non instituatur, litem non inducit.*

2 *Et maximè procedit si comparens declarauerit nolle litem contestari.*

3 *Cessionarius beneficij tenetur iustificare Ius cedentis, si non probetur eundem cedentem esse triennalem pacificum possessorem.*

4 *Item tenetur probare publicationem dictæ cessionis,* iuxta Constitutionem Pij V. & Gregorij XIII. *quæ procedunt etiam in prouisione facta in* forma Dignum, *& num.5.*

6 *Litteræ Apostolicæ non iustificatæ, non sunt exequendæ.*

7 *Beneficium Sæculare vacat ipso Iure per professionem emissam in Religione.*

DECISIO CCCCXL.

DVBITAVI An Litteræ Apostolicæ *in forma Dignum*, obtentæ à Bartholomæo Lamberto, super prouisione Cappellæ, de qua agitur, sint iustificatæ, itaut veniant exequendæ: Et quoad vtramque dubij partem fuit negatiuè resolutum. Et in primis, quòd non sint iustificatæ, patet ex eo, quod præfatus Lambertus obtinuit dictas Litteras, cum clausula, quatenus lis (quam narrauit, existere inter ipsum ex vna, & Federicum de Vpezinghis, partibus ex altera) vera sit, & legitimè introducta, quæ lis nullo modo probatur, cum ex reuolutione processus appareat inter eos nullos fuisse factos actus Iudiciales, sed tantùm constat Lambertum comparuisse coram Capitulo Pisano, cùm protestatione, quòd Federicus aduersarius non instiiueretur; † Quæ 1 simplex comparitio litem non inducit, vt in specie tradunt *Rebuff. in prax. part.1. de Rescr. Gratian. si neutri, num. 24. Lancellot. de attent. part.2. cap.4. In præfat. num.686. & seqq.* † Maximè cùm d. compati- 2 tionem facere citra animum litem contestandi, vt in fortioribus terminus dixit *Mant. decis. 204. num. 9. & 10. & Rota in Romana Casalis de Fabijs 125. Februarij 1633 coram me.*

Præterea dicebant Domini, quòd cùm dictæ Litteræ Apostolicæ, quibus nititur Lambertus, fundentur in cessione, quam ei fecit Federicus de Iuribus sibi super dicta Cappella competentibus, † tenetur 3 Ius Federici cedentis iustificare, dum aliàs non probatur eundem Federicum fuisse triennalem pacificum possessorem, *Paris. de resign lib.10. quæst. 4. n.10. & seqq. Ferett. cons. 101. n.8. Cassad. decis.2. de caus. possess. & propr. Ægid. decis. 593. Incipit, licèt possessio, Mant. decis.68. n.8. Rota decis. 309. num.1. p.2. recent.* † Prout 4 etiam Lambertus probare tenetur publicationem dictæ cessionis, vt requirunt *constitutiones Pij V. & Gregorij XIII.* de quibus per *Paris. de Resignat. lib.11. sub n.3. & 5. Rota decis. 663. n.1. p.4. diuers. Gregor. decis. 278. n.2.* Quæ Constitutiones locum etiam habent in pro- 5 uisione facta in forma *Dignum, Rota decis. 186. num.1. part.2. diu.*

Quòd verò † dictæ Litteræ non sint exequendæ, 6 patet eo ipso, quòd non sunt iustificatæ, *cap. 2.* & ibi *Abbat. num.3. de rescr. Rota decis. 251. n.2. part.2. recent.* Et vlteriùs probatur ex quo † dictus Lamber- 7 tus postquam dictas Litteras obtinuit, professionem emisit in Religione Minorum de Obseruantia sancti Francisci, per quam vacauit ipso Iure dictum beneficium seculare, *Gonzal. super reg. 8 glos. 15. n.45. Garz. de benefic. part.11. cap.9. in princ. Gregor. decis. 282.* & ibi *Adden.* & sic prædictæ Litteræ hodie non sunt amplius in statu exequibili.

Et ita vtraque, &c.

Romana Spolij Casalis.

Lun. 27. Martij, 1634.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis taxantur ad rationem septem cum dimidio pro centenario, iuxta statutum Vrbis.*

2 *Creditor non potest pretendere fructus sui crediti postquàm fuit sibi adiudicata res debitoris. Declara, vt num.3.*

DECI

DECISIO CCCCXLI.



RÆSVPPOSITA facti serie prout in *Decisione 16. Decembris proximè præteriti coram me*, Proposui iterum dubium tunc resolutum: Videlicet ad quam rationem sint calculandi fructus dotis, & an illi debeantut post adiudicationem domus; Et quoad primam partem DD. steterunt in decisis: Nimi-
1 rum, † fructus esse calculandos ad rationem septem cum dimidio pro centenario, & anno, iuxta dispositionem *Statut. Vrb. cap. 137. lib. 1.* ex eisdem fundamentis dictæ decisionis, contra quæ Informantes pro Fabiis nihil, quod releuet, de nouo deduxerunt. Quo verò ad secundam partem eiusdem Decisionis, in qua firmatum fuit dictos fructus non deberi post adiudicationem domus, Domini hodie declararunt dictam resolutionem, vt sit in ea persistendum quoad fructus dotales, qui poterant decurrere à die adiudicationis, vsque ad diem, quo Fabij debitores recuperarunt possessionem eiusdem domus adiudicatæ; itaut toto hoc tempore fructus non fuerint debiti; Et ratio fuit eadem, de qua in
2 dicta decisione, scilicet, quòd ex quo † Quintilij creditores, fuerunt consequuti ratam dotis, mediante supradicta adiudicatione domus, non poterant ampliùs prætendere fructus pro illa rata, *l. in diem*, vbi *gloss. ff. de vsur.* à dicta verò secunda decisionis parte recesserunt, quoad ratam scutorum 1300. dotis, pro qua fuerat facta dotis adiudicatio, vt in di-
3 cta prima decisione. † Cum enim fuerit resoluta dicta adiudicatio, & Fabij perceperint fructus, seu pensiones, Quintilius, vice versa, rediit ad primæua Iura dotalia pro supradicta rata, *l. si quis autem, §. si quis conduxerit*, vbi *Ias. num. 1. ff. de acquirend possess. Gabr. cons. 36. num. 66. lib. 1. Rota decis. 634. n. 8. part. 1. recent. & in Romana Census 24. Nouembris 1628. coram D. meo Ghislerio.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Cremonen. Prioratus.

Ven. 31. Martij, 1634.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua facta ad effectum reseruationis, & ad excludendum prouisum ab Ordinario est plenè, & concludenter probanda.*

Ordinarius habet intentionem fundatam super Collatione beneficiorum tam secularium, quam regularium existentium in sua Diœcesi.

2 *Beneficia præsumuntur omnia sæcularia.*

3 *Status vltimus, legitimè præscriptus, est attendendus, itaut non releuet status anterior contrarius, si non sit præscriptus spatio 40. annorum.*

DECISIO CCCCXLII.



VACANTE Prioratu, de quo agitur, de mense Augusti 1629. per obitum q. Caroli Belolij, Eminentissimus Cardinalis Campoteus, authoritate Ordinaria, & vigore indulti, illud contulit Domino Carolo Camporeo, qui deinde fuit in possessionem immissus. Cum autem postea eũdem Prioratum à Sede Apostolica impetrauerit Antonius Guasconus, cum narratiua, quòd ille ad prouisionem Magistri Generalis Cruciferorum, cessantibus reseruationibus, & affectionibus Apostolicis spectaret, obtinuit desuper Litteras Apostolicas in forma Breuis expediri, cum clausula, *constito quod Prioratus ad collationem Generalis Cruciferorum spectet*, quibus præsentatis coram A. C. sententiam fauorabilem super illarum executione reportauit: à qua, interposita appellatione pro parte dicti Domini Caroli Camporei, & causa mihi commissa, Dubitaui hodie an dicta sententia sit confirmanda, vel infirmanda; & fuit pro infirmatione resolutum, ex capite Iniustitiæ.

Quæ visa fuit euidens ex eo, quòd dicta sententia
lata fuit non iustificata narratiua prædicta, † quæ 1
tamen cùm facta fuerit ad effectum reseruationis, & ad excludendum prouisum ab Ordinario, qui de iure habet intentionem fundatam super collatione Beneficiorum, tam sæcularium, quàm regularium existentium in sua Diœcesi, *cap. ex frequentibus, de instiut. cap. coaquerente, de offic. ordin. Abb. in cap. Abbate, n. 3. de verb. signific. Vrcalin. in Clem. unica, n. 16. de supplen. neglig. Prælat. Felin. in cap. cum Venerabilis, num. 31. & seqq. de except. Silua de benef. 1. part. quæst. 26. num. 28. Gonz. ad reg. 8. in 1. 6. probem. num. 21.* erat à Guascono prouiso Apostolico plenè, & concludenter probanda, *Gonzal. ad d. reg. 8. gloss. 11. n. 39. & 40. Put. decis. 265. lib. 3. Capuciq. dec. 10. part. 2.*

Quinimò potiùs constat de non pertinentia Generalis, ex quo benè probatum extitit hunc Priora-
tum esse in statu sæcularitatis, non solùm quia † om- 2
nia beneficia de Iure præsumuntur sæcularia, *Rebuff. in prax. tit. quotuplex sit beneficium, n. 4 Gonzal. gloss. 7. num. 1. Rota decis. 2. n. 2. de praben. in nou.* Verum etiam quia adest vltimus status sæcularitatis cum longeua obseruantia, spatio 60. annorum, & vltra, vt apparet ex pluribus collationibus factis Clericis sæculari-
bus, † Qui vltimus status, cùm sit legitimè præscri- 3
ptus est attendendus; itaut non releuet prætensus status anterior de regulari, quia non probatur legitimè præscriptus spatio 40. annorum, prout requiritur, cum dentur tantùm prouisiones Generalis, seu eius Vicarij ab anno 1501. vsque ad annum 1536. quæ ideo non suffragantur, *c. cum de beneficio de preb. lib. 6. Put. decis. 132. lib. 1.* Et in puncto *Rota dec. 188. num. 2. part. 1. recent.*

Non obstant Bullæ Bonifacij, in quibus prætenditur indulgeri Generali Cruciferorum quòd possit conferre, seu commendare omnia Beneficia suæ Religionis, quia ex illis non concluditur, quòd dictæ Bullæ fuerint effectuatæ, & obseruatæ respectu Prioratus de quo agitur, imò constat de contrario ex supradictis.

Et ita vtraque, &c.

Papien. Pensionis.

Lun. 3. Aprilis 1634.

ARGVMENTVM.

Collige ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Obiisse ab intestato quis præsumitur si de testamento non docetur.*

1 *Proximior quis præsumitur, dum contrarium non probatur.*

DECISIO CCCCXLIII.

CArdinalis Alanus, vigore facultatis sibi concessæ à felic. recor. Clemente VIII. transtulit ad fauorem q. Thomæ Heseler eius nepotis annuam pensionem scutorum, 700. auri in auro, quam idem Cardinalis habebat reseruatam super fructibus Mensæ Episcopalis Papien. Defuncto autem autem ab intestato dicto Thoma, existente creditore Episcopi Papien. pro terminis dictæ pensionis decursis, & non solutis in summa scutorum 1283. auri, ei successerunt Prior, & Fratres Sanctæ Mariæ Gratiarum Ciuitatis Neapolis, mediante persona Fratris Gregorij nepotis prædicti Thomæ in eorum Monasterio professi, qui introducto Iudicio coram A. C. pro consecutione dictæ summæ contra modernum Episcopum Papien. sententiam fauorabilem reportarunt, a qua interposita appellatione proparte dicti Episcopi, & causa mihi commissa, Dubitaui, An prædicta sententia sit confirmanda, & fuit affirmatiuè resolutum; Quandoquidem fuit valida, & iusta. Validitas patet ex reuolutione actorum: Iustitia verò redditur euidens, ex eo, quòd constat de facultate transferendi D. Cardinalis, & de translatione legi-
1 timè facta, † & de obitu Thomæ ab intestato, ex Iuris præsumptione, dum de Testamento non docetur, *Alex. in l. si emācipati, in. 3.* & ibi *Doctores, C. de collat. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 1. nu. 3.* Quòd autem dictus Gregorius sit nepos Thomæ, benè
2 probatur ex datis *in Summario, num. 4.* † & quòd sit proximior præsumitur dum contrarium nō probatur, *Tiraq. de retr. lig. §. 11. gloss. 1. n. 61. & seqq. Corn. cons. 197, nu. 1. vol. 4.* Tandem quod dicti Fratres acceptauerint hæreditatem Thomæ probatur ex aditione illorum, *Summario, nu. 5.* Vnde cum ex præmissis appareat de iustitia sententiæ, meritò fuit pro illius confirmatione responsum.

Et ita, &c.

Tarraconen. administrationis Cappellarum.

Lunæ 3. Aprilis, 1634.

ARGVMENTVM.

Habes ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Administratio bonorum Ecclesiæ spectat ad Capitulum. Declara, vt nu. 2.*

3 *Fundator Beneficij potest relinquere ius nominandi cui vult.*

DECISIO CCCCXLIV.

DOMINI steterunt in decisis 17. *Decembris* præsentis, iterum firmantes Ius nominandi Cappellanum ad Cappellas constructas, & erectas per bon. mem. Archiepiscopum Ioannem Tetes spectare ad Venerabilem Confraternitatem Presbyterorum Ecclesiæ Tarraconen. non autem ad Capitolum eiusdem Ecclesiæ, ex iisdem rationibus, & fundamentis decisionis. Quibus non obstare dixerunt obiectum, quòd scilicet † ad capitulum spectat ad- 1
ministratio bonorum Ecclesiæ, *cap. relatum il 2.* & ibi *Abb. n. 5. de testam. & Rota in Tarraconen. obseruationis statutorum 14. Ianuarij 1632. coram me*: Quia vltra quod ex actis processus, videtur probari, quòd etiam administratio istarum Cappellarum spectet ad Confraternitatem, tam ex tenore fundationis, quàm ex obseruantia subsecuta, in omnem casum, nihil ad rem faceret, cùm ex dicta prætensa bonorum administratione, inferri non possit ad dictum Ius nominandi Confraternitati expressè relictum à fundatore, † qui de Iure potuit illud relinquere, cui voluit, 2
cap. nobis de Iurepa tronatus.

Et ita decisum vtrsque parte informante.

Albanen. Saluiani.

Merc. 3. Aprilis, 1634.

ARGVMENTVM.

Venditio pignoris conuentionalis facta sub hasta extraneo emptori instante priori creditore, censetur facta iure creditoris, & ideo non est locus iuri offerendi ad fauorem secundi creditoris: & plura ad hanc materiam pertinentia dilucidè, & subtiliter explanantur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor posterior cum hypotheca pro confirmando suo credito offerre potest priori creditori, etiam quod illi pignora in solutum data sint, vel vendita per debitorem, nu. 31. 39. 48. & 51. & ratio redditur, nu. 31.*

2 *Amplia vt offerre possit etiam extraneo emptori, cui debitor pignus, seu rem hypothecatam vendidit, seu hypothecauit, etiam si extraneus emptor ex ipsius pecunia soluat priori creditori.*

3 *Creditor posterior agens Saluiano offerre potest contra possessorem habentem iura anteriora, & ratio redditur, nu. 4.*

5 *Venditio pignoris si non fiat per debitorem, sed per priorem creditorem iure creditoris, tunc contra emptorem non competit posteriori creditori ius offerendi, sed emptor illico dominium acquirit, Declara, vt num. 16. sunt lis n. praced. & vide plures rationes sub n. 18. & seqq.*

6 *Limitatur tamen hæc regula pluribus modis de quibus per DD. ibi cit. & præsertim quando prior creditor iure creditoris non vendidit pignus extraneo emptori, sed secundo vel alij creditori eiusdem debitoris, & ratio redditur n. 7.*

8 *Venditio pignoris iure creditoris fieri potest per creditorem via ordinaria, aut executiua, & quādo via ordinaria fieri dicatur, ibid. & quando executiua, n. 17. vbi quòd in hoc casu iuris solemnitates non requiruntur, nec est locus iuri offerendi, n. & 40.*

9 *Creditor vendens pignus, quamuis nullo præcedente pacto dicitur exequi ius creditoris, & in dubio censetur vendere lege pignoris, & sic iure creditoris, nu. 10.*

15 *Facultas vendendi pignus dicitur virtualis quedam accessio pignoris, quæ ei inest, quamuis nihil conuentum sit.*

12 *Creditor vendere non potest quamuis post moram pignus debitoris ex facultate vendendi, quam habet à lege, nisi precedat denunciatio de soluendo, & post eam biennium effluxerit.*

13 *Fallit si creditor habeat à debitore expressam vendendi facultatem, quia tunc creditor constituto debitore in mora soluendi, potest illico pignus vendere nulla praeuia denunciatione.*

14 *Creditor habet facultatem à lege vendendi pignus debitoris, quamuis in illius constitutione expressè cautum sit ne liceat illud vendere, dummodo prius praecedant tres distincta denunciationes de soluendo.*

15 *Creditor tunc vendere dicitur pignus iure creditoris, quando vendit vigore pacti, aut facultatis sibi data à lege.*

18 *Statuta, & stylus Curiarum qua in executiuis seruari solent, subrogantur in locum solemnitatis iuris communis, nec sunt decisoria, sed tantùm ordinatoria Iudicij, n.19. Et ideo licet remittãt solemnitates Iuris in vendendis pignoribus, non tamen immutant Iuris communis dec. imò illa habentur pro insertis in dictis statutis, n.20.*

21 *Ius offerendi competit posteriori creditori contra emptorem pignoris, quoties emptor emit, titulùmque habet à priori creditori vendente non iure creditoris, sed iure venditoris, & n.27. & 31. vbi redditur ratio.*

22 *Venditio pignoris per primum creditorem fieri dicitur iure venditoris, quando prius emerat, sed in solutum acceperat à debitore, & deinde alij vendidit.*

23 *Debitor vendere potest pignus conuentionale quoties, & cui velit eum eodem tamen onere.*

25 *Debitor vendens, aut in solutum dans pignus priori creditori, extinguit debitum solutione eius, quod debet.*

25 *Creditor efficitur verus dominus pignoris quod emit, seu in solutum habuit à debitore, & ideo cum desinat esse creditor, si deinde alij vendat, venditio non dicitur facta iure creditoris, sed iure venditoris, id est iure debitoris, qui ei vendidit, in ipsum postea translato cum eodem onere posterioris hypotheca, & num. 26. & seqq.*

29 *Ius offerendi non datur ei qui caret hypotheca.*

30 *Resoluto iure datoris, resoluitur & ius accepsoris.*

33 *Ius offerendi non competit secundo creditori cõtra priorem creditorem, qui accepit in solutum bona hypothecata debitoris vigore precedentis conuentionis ab initio, & nu.84. secus si dicta conuentio non praecesserit creditum posterioris creditoris, n.34. & 38.*

35 *Creditor habens facultatem vendendi pignus, non potest illud vendere sibi ipsi.*

36 *Facultatem habens substituẽdi quemcumque velit, non potest se ipsum substituere.*

37 *Facultatem habens dandi cui voluerit, non potest se ipsum eligere, sibique dare.*

41 *Venditio pignoris habetur vti facta iure debitoris, quando facta fuit per Iudicem sub hasta instante creditore, & nu.45. & 49. Contrarium n.53. & seqq. & praesertim, n.76. & seqq.*

42 *Iudex procedens iudicialiter nõ potest repraesentare personam creditoris. Declara, vt num. 88. & 89.*

43 *Actor nõ potest esse Iudex in causa propria, & vice versa Iudex actor esse non potest.*

44 *Iudicium consistit solum inter Iudicem, Actorem, & Reum.*

45 *Factum Iudicis reputatur factum debitoris.*

47 *Amplia procedere in quacumque venditione facta publica vtilitate. Declara, vt nu 89.*

50 *Creditor dum vendere potest pignus propria authoritate ex licentia sibi à lege data, si elegit viam iudiciariam, videtur renunciasse facultati vendendi. Declara, vt nu.90. & seqq.*

51 *Ius offerendi sicut competit secundo creditori contra priorem, qui rem obligatam sine Iudicis ministerio ab ipsomet debitore emit, siue in solutum accepit, ita etiam competit quando prior creditor iudicialiter, & sub hasta emit, aut à Iudice in solutum accepit, cum nulla sit differentia quod venditio fiat extraiudicialiter, siue iudicialiter: quod ampliatur procedere non solùm quando venditio sub hasta, aut adiudicatio fit per Iudicem priori creditori, sed etiam quando fit extraneo maiori oblatori non creditori. n.52. Contrarium, n.55. & seqq. & n.76. cum seqq. & praesertim, n.85.87. & 93.*

Pignus vendi, aut in solutum dari potest per Iudicem sub hasta creditori non vti tali, sed vti extraneo oblatori, & in hoc etiam casu competit posteriori creditori ius offerendi.

54 L. cum prior ff. de distract. pignor. *declaratur, & num. 19.*

55 *Hac verba,* si tamen, *quid importent.*

Argumentum à contrario sensu fortissimum est, & quod per illud probatur, dicitur probari per textum, & casum legis.

56 *Pignus vendere, & pignoris venditioni consentire, seu interuenire differunt in aliquibus, nam qui vendit, tenetur de euictione, non autem qui venditioni per alium facta consentit.*

57 *Creditor consentiens, seu interueniens pignoris venditioni facta per debitorem, ius pignoris ita dimittit, sicut si ipsemet pignus venderet, & ideo in hoc casu cessat ius offerendi, nu.59. praesertim si concurrat creditoris instantia positiua vendendi, n. 60.*

58 *Venditio pignoris facta per debitorem interueniente creditore dicitur facta iure creditoris, & quomodo.*

59 *Creditor vendens pignus iure creditoris, siue debitor interueniat, siue non in venditione, illud transfert in emptorem liberum ab onere iuris offerendi.*

61 *Instantia vendendi pignus facta per creditorem, mandatum debitori factum importat.*

62 *Ius offerendi prout cessat quando pignus venditur per debitorem interueniente creditore, ita etiam quando venditio fit per Iudicem sub hasta interueniente, & instante creditore.*

63 *Creditor potest pignus vendere propria authoritate, & per aliam quamcumque priuatam personam, & multomagis Iudicis ministerio, n.66.*

64 *Quis potest per alium quod potest facere per se ipsum.*

65 *Qui per alium facit per se ipsum facere videtur.*

67 *Possessionem capere potens propria authoritate, cautius agit si id agit Iudicis authoritate.*

68 *Pignoris natura minus mutatur ministerio Iudicis quam priuata persona.*

69 *Pignus conuentionale non efficitur Pretorium: seu Iudiciale si vendatur ministerio Iudicis instante creditore, sed adhuc remanet conuentionale, & vendi potest iure creditoris, & ratio redditur nu. 70.*

71 *Pignus conuentionale, si non fuit conuentum quemadmodum distrahi debeat, danda est licentia creditori vendendi, vel ex denunciatione,*

vel

vel sententia iudiciali, iuxta l. fin. § fin autem, il. 1. C. de iur. impetrand. *& de eodem textu vid. sub. n.* 74.

72 *Creditor qui potest vendere pignus iure creditoris, si instet illud vendi iudicialiter, censetur voluisse vendi omni meliori modo, & sic iure creditoris, quo ipse vendere poterat.*

73 *Iuri offerendi non praescribitur minori spatio quam 30. annorum.*

75 *Unum determinabile respiciens plura terminabilia debet aequaliter ea determinare.*

77 *Creditor potest pignus non subhastare, vel subhastationem iam captam suspendere, & impedire, non autem hoc potest debitor.*

78 *Factum creditoris reputatur factum ipsius debitoris.*

79 *Creditor in pignore dicitur procurator debitoris.*

80 *Subhastatio requiritur de consuetudine in venditione pignoris conuentionalis, & ita practicatur in tribunali A. C. num* 81.

82 *Obligatio Cameralis quae contineat.*

83 *Debitor vigore obligationis Cameralis censetur ab initio dedisse licentiam primo creditori subhastandi pignus, & ideo secundus creditor offerre non poterit, quia dicta licentia praecessit obligationem, quam ipse debitor fecit ad fauorem secundi creditoris.*

86 *Primus creditor, quando possidet rem hypothecatam non vti creditor, sed quia illa fuit ei vti tertio, & tanquam plus offerenti à Iudice addicta in publica subhastatione, an competat posteriori creditori ius offerendi, est articulus valde controuersus, &* Felician. *in loc. ibi cit. defendit sententiam negatiuam, & vide rationem ibid.*

89 *Debitor tenetur de euictione in pignore vendito per Iudicem perinde ac si ipse debitor vendidisset.*

91 Castil. decis. 91. *reprobatur.*

92 *Ius offerendi habet locum, quando deliberatio pignoris facta fuit ad fauorem creditoris per suppositam personam, quia emptio ita facta, censetur potius facta tuendi Iuris gratia, quam acquirendi dominij.*

DECISIO CCCCXLV.



Excellentissima Domina Flaminia Columna Principissa Bozzuli, creditrix anterior omnibus aliis creditoribus hypothecariis Martini Fimberti, excepta Erminia eius vxore possedittice cuiusdam domus, & vineae eius mariti pro sua dote, obtinuit à Signatura, Sanctissimi rescribi A. C. vt ad illius instantiam procederet ad subhastationem praedictarum domus, & vineae, Erminia tamen non amota à possessione, donec esset ex pretio satisfacta de suo credito dotis, fuit desuper deuentum ad subhastationem, & tam domus quam vinea fuerunt deliberatae D. Alexandro Rondinino maiori oblatori, & pretium partim fuit solutum dictae Erminiae in causam restitutionis suae dotis, & partim D. Principissae pro satisfactione sui crediti, reportata etiam ab illis tutium ressione. His peractis, haeredesq. Lucae de Vecchis creditores dicti Martini, posteriores autem D. Principissae, praetendentes eis competere Ius offerendi pro confirmatione eorum hypothecae posterioris, obtulerunt dicto D. Alexandro pretium per ipsum solutum, mouerúntque contra eum Iudicium Saluiani, & cum fuerit desuper petitum votũ Rotae, rota difficultas, me proponente, posita fuit in eo, An illis de Vecchis posterioribus creditoribus competat ius offerendi; quia quatenus sic, videtur eis danda immissio ex Saluiano, cum de eorum credito, cum hypotheca, & oblatione legitimè facta non fuerit dubitatum, sin autem non competit Ius offerendi, Saluiano locus non est; quia consequenter fuit extincta eorum hypotheca, quae est mater Saluiani ex vulgatis.

Vnde ad punctum. An competat Dominis de Vecchis Ius offerendi, pro clariori intelligentia resolutionis, tres in hac materia regulae Iuris vulgatae, sunt breuiter praemittendae. Prima est quod † posterior creditor eum hypotheca pro confirmando suo credito potest offerre non solùm priori creditori, etiam quod illi pignora in solutum data sint, vel vẽdita per debitorem, *l. potior, §. fin. ff. qui potior. in pigno. l. 1. & l. prior, C. eodem, l. 1. §. cum autem, C. si anterior creditor,* & ibi *Bart. & Salic. Neguf. in tract. de pignor. in 3. memb. 5. par. princ. nu. 1. & 2.* vbi rationem assignat, *Ludou. Moret in suo eleganti tractatu de iure offerendi, impress. post sua responsa in tit. de poster. Creditor. offerente, n. 12. cum seqq. Menoch praesumpt. 121. n. 1. & 2. lib. 3. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 28. n. 1. & seqq. Marese. lib. 2. var. cap. 135. n. 1. cum seqq. Thes. decis. 157 n. 1. & Vincent. de Franch. decis. 12. in princ. Rot. apud Statil. de Saluian. Interd. decis. 176. n. 6. & decis. 207. num. 8. Caualcr. decis. 65 a. n. 2. & 3.* Sed † etiam offerre potest extraneo emptori, cui debitor pignus, seu rem hypothecatam vendidit, seu hypothecauit; etiamsi hic extraneus emptor ex ipsius pecunia soluat priori creditori, *d. l. cum prior. ff. de distract. pignor. Neguf.* vbi supra, *n. 3. cum seqq. Vincent. de Franch. decis. 134. per tot. Scapucc. de Saluian. l. 2. q. 6. nu. 5. vers. tamen. Gratian. decis. Marchia 525. n. 6. vers. quia distract. cum seqq.* † vbi quod potest fieri oblatio contra possessorem habentem Iura anteriora etiam à secundo creditore agente Saluiano, vt in casu nostro: † quae regula nititur aequitati, quia, vt ad sensum patet, & dicunt *Crauett. cons. 198. in princ. & Moret.* vbi proximè, si pignus plus valet, quàm sit creditum prioris creditoris, aequitas suadet vt illud plus detur posteriori creditori, stante quòd inde priori creditori nihil deperit, dum ille totum suum creditum consequitur, & vice versa posteriori creditori prodest, dum etiam suum creditum conseruat, à damnóque releuatur in eo, quòd res vendita plus valet. 1 2 3 4

Secunda regula, aut, vt alij declarant, limitatio dictae primae regulae est, quod † si venditio pignoris non fiat per debitorem, sed per ipsum priorem creditorem iure creditoris, emptor habens titulum à creditore sic vendente, statim fit securus; Itaut contra eum non competat posteriori creditori ius offerendi, sed dominium illico, & irreuocabiliter transfertatur in emptorem, *d. l. 1. in princ. & l. 2. C. si antiq. credit.* vbi praesertim *Cyn. & Salicet. Fulgos. cons. 127. Cephal. cons. 398. nu. 37. lib. 3. Neguf. in dicto membr. 3. quinta part. n. 4. Roder. de ann. redd. lib. 2. q. 17. nu. 11. Gratia. d. decis Marcb. 525. nu. 3. Vincent. de Franch. decis. 224. per tot. & Thesaur decis. 157. nu. 8.* † Patitur autem haec regula nonnullas limitationes, in quibus etiam, quòd venditio per creditorem fiat iure creditoris, est locus iuri offerendi; quas latè recensent, *Salic. in dicta l. 1. Neguf. in dicto 3. membr. 5. par. in prim. limit. num. 4. in vers. sed ista limitatio, Moret. in dicto tract. de Iur. offer. in dicto tit de secundo creditore offer. nu. 17. in vers. primo declaratur,* & nouissimè, ac fusè *Ant. de Marin. var. resol. cap. 219. à nu. 6. vsque ad n. 21.* Quarum limitationum illa vna dumtaxat ad praesentem causam facit, videlicet quando prior creditor, iure creditoris non vendidit pignus extraneo emptori, sed secundo, vel alij creditori eiusdem debitoris, 5 6

debitoris, in quo casu ipsi secundo, seu alij creditori
ementi, alius posterior creditor offerre potest, *d. l.*
cum secundus, §. fin. l. cum sequente, ff. de distract. pign.
7 † vbi hæc assignatur ratio, quòd secundus creditor,
qui emit à priori non tam causa acquirendi dominij,
quàm seruandi sibi pignoris, videtur emisse, quæ in
extraneo emptore cessat, *gloss. & Salic. in d. l. 1. C. si*
antiq. Cred. Neguf. vbi supra, n. 18. & Anton. de Marin.
ibidem, n. 7.

8 Iure autem † creditoris venditio per creditorem
fieri potest via ordinaria, aut executiua. Via ordina-
ria fit non solùm (vt quidam perperam existimant)
quando creditor ipse pignus vendit ex pacto, & licé-
tia expressa vendendi sibi concessa in pignoris, seu
hypothecæ constitutione, *l. si conuenerit la prima, ff.*
de pignor. act. l. si fundus, §. fi. ff. de pignor. §. contra
autem Instit. quib. mod. alienat. licet, vel non, Morot.
vbi supra, num. 16. in vers. Primus casus est, Vrsill. ad
Afflict. decis. 16. in princ. sed etiam ex tacita licentia
creditori à lege data vendendi pignus, etiam quod
in illius constitutione nihil de facultate vendendi
cautum sit, *d. l. si conuenerit,* ibi. *sed & si non conuene-*
rit de distrahendo pignore, hoc tamen iure vtimur, vt
9 *liceat, l. si pupillorum, §. 1. ff. de rebus eorum,* † vbi
quòd creditor vendens pignus etiam nullo præcedē-
te pacto, dicitur exequi ius creditoris, *l. & si is, qui*
10 *lege pignoris, ff. de distract. pignor.* † vbi creditor ven-
dens pignus dicitur in dubio vendere lege pignoris,
& sic Iure creditoris. Vnde, vt rectè dixit *Franciscus*
11 *Balduinus in tract. de pignor. cap. 18.* † facultas ven-
dendi pignus dicitur virtualis quædam accessio pi-
gnoris, quia ei inest, etiam quod nihil conuentum
sit, itaut pro conuento habeatur etiam quod nomi-
natim non conuenerit, *Oinotom. in d. §. 1. post gloss. &*
Baldum. ibi Instit. quib. alien. licet, Hugo Donel. in
tract. de pignor. c. 10. col. 3. in princ. vers. Ergo eum,
qui pignus dedit: sed iste secundus casus differt à præ-
12 cedenti † quia in isto, etiam post moram non potest
creditor de Iure communi, viaque ordinaria exer-
cere facultatem vendendi quam à lege habet, nisi
præcedat denunciatio de soluendo, & post eam fa-
ctam effluxerit biennium, *l. 3. §. sin autem nulla pactio,*
13 *C. de Iur. dom. impetr.* † In præcedenti autem casu
creditor, constituto debitore in mora soluendi, potest
illico pignus vendere nulla præcedente denunciatio-
ne de soluendo debitori facta *d. l. 3. §. Sancimus ita-*
que. Morot. & Afflict. vbi supra. Quæ adeo vera
14 sunt, vt † competat etiam creditori à lege facultas
vendendi Iure creditoris etiam quod in pignoris cō-
stitutione, expressè tantùm sit ne liceat illud vendere,
præcedentibus tamen priùs tribus distinctis denun-
ciationibus de soluendo, de quibus in *d. l. si conue-*
nerit, in vers. vbi verò, & in d. l. 3. C. de Iur. dom. impetr.
& iuxta omnes supradictos tres casus intelligenda est
15 communis illa Doctorum traditio, quod tunc † cre-
ditor vendit Iure creditoris, quando vendit vigore
pacti aut facultatis sibi datæ à lege, vt eleganter ad-
uertunt *Franc. Balduin. vbi supra, Fran. Canar. in*
Coment. Iur. lib 4 cap. 18. num. 4. ad fin. in vers. idem
16 *est cum Iure, & Morot. vbi supra, d. num. 16.* † Et
consequenter etiam iuxta omnes eosdem tres casus
intelligenda est hæc secunda regula nimirum, quòd
Ius offerendi non competit posteriori creditori, quo-
ties venditio pignoris, seu hypothecæ Conuentio-
nalis fit à creditore tam ex facultate expressa, sibi
data à creditore, quàm à lege, seruatis solemnitati-
bus supradictis.

17 Via verò † executiua, venditio pignoris Iure cre-
ditoris fieri dicitur, quoties pignus venditur per
creditorem vigore Instrumenti quarantigij, aut obli-
gationis Cameralis, quo casu vt vēditio pignoris ritè,
& rectè facta dicatur Iure creditoris, non sunt obser-
nandæ dictæ solemnitates denunciationis, & biennij,
de quibus in dicta *l. si conuenerit, & in d. l. 3.* sed
sufficit obseruare formam Statutorum, stylumque
Curiarum in executiuis seruari solitum. Tum quia
† hæc subrogantur in locum solemnitatis Iuris com- 18
munis. Tum etiam, quia, cum † huiusmodi styli, & 19
statuta, quæ dant paratam executionem similibus In-
strumentis non sint decisoria, sed ordinatoria, *Bald.*
in l. 1. in 4. quest. C. ne Filius pro Patre, Castrens. in
l. Diuo Pio, §. sententiam, num 4. ff. de re iud. Ias. in
l. 1. in 2. lect. nu. 58. C. de summ. Trinit. † remittunt 20
quidem solemnitates Iuris communis in vendendis
pignoribus adhibendas, non autem immutant Iuris
communis decisiones, obligationúmque essentias, &
qualitates substantiales, sed imò circa rectum recipiūt
interpretationem passiuam à iure communi, perinde
ac si omnes leges iuris communis loquentes in ma-
teria pignorum eorúmque distractione, essent insertæ
in huiusmodi statutis, ex Doctrina *Bart. in l. 1. §. lex.*
falcidia ff. ad leg. falcid. Angel. Aretin. cōs. 36. n. 17. & 18

Tertia regula est, † quòd ius offerendi competit 21
posteriori creditori contra emptorem pignoris, seu
hypothecæ conuentionalis, quoties emptor emit
titulúmque habet à priore creditore vendente, titu-
lúmque emptori dante, non iure creditoris, sed iure
venditoris, *d. l. 1. in §. cum autem, C. si antiquior cre-*
ditor vbi *Cyn. & Salyc. q. vltim. Castrens. cons. 332. co-*
lum. 2. post nu. 3. in vers. & sic iste reus, lib. 1. Cranet.
cons. 298. vers. videndum est modo. Neguf. in d. 3. mēbr.
5. p. tr. principalis post num. 2. ampliat. 2. Morot. vbi
supra, num. 3. in vers. secundus casus est, & Afflict. in d.
decis. 16. per tot.

Iure autem † venditoris, & non creditoris ven- 22
ditio pignoris per primum creditorem fieri dicitur,
quando ille priùs emerat seu in solutum acceperat à
debitore, & deinde alij vendidit, *d. l. 1. in 2. par. C. si*
antiquior. cred. cum enim † liceat debitori vendere 23
pignus conuentionale, quoties, & cui velit, cum eo-
dem tamen onere, *l. si creditor, §. fin.* vbi *Bart. ff. de*
distract. pign. Put. d. 260. lib. 5. in correctis, & Rot. decis.
759. num. 3. p. 2. recent. † si vendit aut in solutum dat 24
pignus priori creditori, extinguit debitum solutione
eius, quod debet, *l. si cum venditor, in fin. in princ ff.*
de emction. l. si debitor, §. si in venditione, in vers. sed,
& si ipse, ff. quib. mod. pign. Vnde cum † prior cre- 25
ditor per huiusmodi venditionem aut in solutum
dationem ei factam traditione secuta, effectus fuerit
verus dominus, *§. venditores, & §. tradita. Instit. de*
rer. diuis. cum vulg. † atque ideo desierit esse credi- 26
tor, si deinde alij vendat, talis venditio non potest
dici facta iure crediti, seu hypothecæ tunc iam extin-
ctæ eo ipso quòd desiit esse creditor, *Cranet. in d. conf.*
298. num. 10. ver. ratio igitur. sed dicitur facta iure
venditoris, id est, iure debitoris, qui ei vendidit, in
ipsum per dictam venditionem, seu in solutum da-
tionem translato, cum eodem onere hypothecæ po-
sterioris creditoris, *d. l. p. in 2. respons. C. si antiq. credit.*
† & consequenter secundo creditori contra empto- 27
rem, qui in his terminis emit à priore creditore cō-
petit ius offerendi, sicut competebat contra ipsum
priorem creditorē, qui priùs emerat à debitore. Itaut
dominium fuerit translatū in eum, qui emit à priore
creditore reuocabiliter, & affectum hypotheca secun-
di creditoris, & sic onere Iuris offerendi, prout erat
priùs apud priorem creditorem, qui emit, aut in so-
lutum accepit à debitore, *Morot. Neguf.* vbi proximè,
& Salyc. in d. q. vlt.

Et ex his emanat † ratio differentiæ, quare ven- 28
ditio pignoris, seu hypothecæ conuentionalis fa-
cta per creditorem Iure creditoris non admitit
Ius

Ius offerendi, illud tamen locum habet, si illa fiat ab
ipso debitore, seu per creditorem, Iure venditoris,
seu debitoris: siquidem in primo casu prior creditor
ex licentia vendendi, siue tacita, idest, à lege, siue
expressa, idest, ab homina, quam habuit ab initio
sui crediti transfert in emptorem dominium non
affectum hypotheca secundi creditoris, quia ex ven-
ditione huiusmodi illa fuit penitus sublata, & ex-
tincta, perinde ac si res vendita nunquam fuisset
29 obligata ipsi secundo creditori; † non habenti au-
tem hypothecam non datur Ius offerendi, *l. cum tibi,*
vbi *Salyc. C. qui potiores, l. nulla, C. de solution. Bald.*
cons. 84. post med. vers. restat ergo videre lib. 4. Federic.
de sen. cons. 122 & Cranett. in dicto cons. 298. n. 3. in fin.
quòd autem ex dicta venditione fuerit extincta hy-
potheca secundi creditoris patet ex eo, quòd dicta
venditio fuit facta à priori creditore in vim facul-
tatis vendendi pignus sibi competentis, quæ præces-
sit obligationem, & hypothecam secundi creditoris.
30 Vnde sicuti † per dictam venditionem resoluitur Ius
datoris, nempe venditoris, pariter etiam resoluitur
Ius acceptoris, hoc est secundi creditoris, ex regula,
l. vbi §. Sed & Marcellus, ff. de in diem adiectione, l.
lex vectigalis, ff. de pignor. Bart. & alij *in l. in diem,*
ff. de Aqu. pluuiol. arcend. quam rationem commu-
niter assignant *Doctor. in d. l. 1. C. si antiquior credi-*
tor. & alibi passim, & eisdem ferè verbis *Neguf. vbi*
supra, n. 13. Menoch. præsump. 121. n. 5. lib. 3. & Anton.
31 *de Marin. etiam vbi supra, num. 5.* † quæ non militat,
imò vice versâ, quando venditio fit per debitorem,
seu per primum creditorem Iure venditoris, quia, vt
proximè dictum fuit, tunc dominium transfertur in
emptorem reuocabiliter, & affectum hypotheca se-
cundi creditoris, quæ non fuit extincta per dictam
venditionem, cum debitori non esset data licentia
ab ipso secundo creditore, vt posset vendere pignus,
cui propterea secundo creditori competit in hoc ca-
su Ius offerendi, *Neguf. vbi supra, nu. 4. Gratian. decis.*
March. 66. num. 4. 5. & 6. cum aliis suprà allegatis.

Pari etiam modo per eandem diuersitatis ratio-
32 nem, quamuis † sit locus Iuri offerendi, quando de-
bitor vendit, seu in solutum dat priori creditori rem
hypothecatam, nulla desuper præcedente conuen-
tione ab initio, vt suprà dictum fuit *in vers. prima est,*
33 † si tamen debitor in constitutione hypothecæ con-
uenerit cum priore creditore, vt ei liceat post com-
missam moram accipere in solutū pro satisfactione
sui crediti bona hypothecata, & deinde mora com-
missa, prior creditor vigore dictæ facultatis accipit
bona in solutum, cessat ius offerendi in secundo cre-
ditore, quia dicta facultas accipiēdi in solutum præ-
cessit hypothecam secundi creditoris. Itaut per hu-
iusmodi in solutum dationem vigore anterioris fa-
ctam, sublata, & extincta fuerit hypotheca secundi
creditoris, *Socc. sen. in cons. 211. post num. 6. in vers.*
præterea lib. 3. Moret. vbi supra nu. 36. in vers. secundò
34 *debitor, Thesaur. decis. 157. nu. 2.* † Quando autem ab
initio, vt in primo casu non fuit conuentum, vt li-
ceat priori creditori, commissa mora accipere bona
hypothecata in solutum, si deinde debitor post factū
secundum creditum, illa in solutum tradidit dicto
primo creditori, datio hæc in solutum est omninò
posterior dicto secundo credito, dum fieri non po-
tuit priori creditori vigore simplicis facultatis ven-
dendi expressè, siue à lege sibi competentis, quia
35 † habens simplicem facultatem vendendi pignus
non potest illud vendere sibi ipsi, *Bald. in l. ordo, C.*
36 *de execut. rei iud.* prout † habens substituendi quem-
cumque velit, non potest se ipsum substituere, *Bart.*
in l. ex pacto nu. 33. ff. de vulg. per text. in l. Præses, & l.
37 *final. de offic. Prætor.* † nec habens facultatem dandi
cui voluerit potest seipsum eligere, sibique dare,
l. si mandauero tibi, §. si tibi centum, ff. mandati Bald.
in l. si is cui, C. de solu. Ias. in l. cum filio Famil. n. 19.
ff. de legat. 1. & conducunt, quæ tradit. *Calder. in*
cons. 31. in tit. de testam. † Vnde cum per huiusmodi 38
dationem in solutum priori creditori factam, non
fuerit sublata hypotheca secundi creditoris, compe-
tit ei consequenter Ius offerendi.

Quibus sic in hac subtili, & difficili materia pro
intelligentia præmissis, cum venditio facta esse non
potuerit iure venditoris, dum D. Principissa domū;
& vineam de quibus agitur à Fimbetto debitore
priùs non emit, nec in solutum habuit, nec tandem
fuerunt ei prius adiudicatæ ex supra allegatis *in vers.*
3. regula, propterea tota difficultas stat in eo, † an 39
habeatur vti facta à Fimbetto debitore, quo casu
Dominis de Vecchiis posterioribus creditoribus
competeret Ius offerendi iuxta suprà deducta *in vers.*
prima regula, an verò † censeatur facta à dicta D. 40
Principissa iure creditoris, quia tunc iuri offerendi
locus non erit, etiam quod venditio facta fuerit via
executiua vigore obligationis Cameralis, vt dictum
fuit *in vers. secunda regula, & in vers. iure autem Cre-*
ditoris, & in vers. via verò executiua.

Et quòd † dicta venditio sit habenda vti facta à 41
Fimbetto debitore, non autem à D. Principissa iure
creditoris, quodque propterea habeat locum ius of-
ferendi, contendebant Informantes pro DD. de Vec-
chiis in primis, quia, vt dicebant, versamur in claris,
eo ipso, quòd illa non fuit facta sub nomine Prin-
cipissæ priuata authoritate, sed per Iudicem vti talem
sub hasta, & iudicialiter, publicáque authoritate, in-
stante D. Principissa actrice, † cuius propterea per- 42
sonam Iudex procedens iudicialiter nō potuit repræ-
sentare, † quia sequeretur, quòd actor esset Iudex in 43
causa propria, contra regulam *in l. qui iurisdictioni ff.*
de Iurisd. omn. Iud. l. vnic. C. ne quis in sua causa,
& vice versa Iudex esset actor, quòd pariter esse non
potest, † cum Iudicium non consistat, nisi inter tres 44
personas distinctas, nimirum Iudicem, actorem, &
reum, *C. forus cum vulg. extr. de verb. signific.* Rur-
sus † cùm venditio fuit facta per Iudicem, instante 45
D. Principissa, habetur vti facta à Fimbetto debi-
tore per Iudicem repræsentato, quia † factum Iudicis 46
reputatur factum partis, *l. 1. C. si in ca if. in d. l. si ob*
causam, cum ibi notat. per *Bart.* & alios *C. de euict.*
Cyn. & alij *in d. l. 1. si ant. cred. Bart. in l. ordo, num. 5.*
C. de except. rei iud. & cons. 306. vers. sed certè lib. 1,
& idem in cons. 227. lib. 5. num. 1, vers secundum est;
† vbi factum Iudicis dicitur esse factum partis in 47
quacomque venditione facta publica vtilitate, *Rimin.*
Iun. cons. 30. num. 3. vol. 1. Surd. cons. 39. num. 7,
vol. 1. & Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14.
num. 13. † Vnde sicut ius offerendi absolutè compe- 48
tit secundo creditori in bonis venditis ab ipso debi-
tore, † ita etiam eidem competere debet in bonis di- 49
stractis à Iudice per viam subhastationis, quia perin-
de est, ac si ipsemet debitor illa vendidisset maiori
oblatori, vt in specie dixit *pract. Papien. in form. lib.*
act. hypoth. vers. satisfacere, num. 4. Tertiò, quia eo
ipso † quòd D. Principissa potuit vendere propria 50
authoritate ex licentia, sibi à lege data, vt suprà *in*
vers. iure autem creditoris, & nihilominus elegit viam
iudiciariam instando, vt venditio fieret per Iudicem
sub hasta, visa fuit d. iure vti nolle, renunciaréque
facultati vendendi propria authoritate, quam à lege
habebat, ex doctrin. *Bald. in l. 2. in 10. quæst. C. de*
seruit. & aqu. Alex. cons. 130. num. 12, vol. 4. Ruin.
cons. 57. lib. 4. Bero. cons. 54. n. 12. vol. 3. & in puncto
in nostris propriis terminis resoluit *Franc. de Ca-*
still. decis. 91. numero 19. quem Rota sequi visa fuit

in causa Anconitana predij 17. May, 1627. in vers. quia fuit responsum, & in alia decisione in eadem causa facta 4. February, 1628. coram D. meo Pirouano.

51 Quartò, & vltimò, quia † sicut competit ius offerendi secundo creditori contra priorem, quando ille ab ipso debitore rem obligatam sine Iudicis ministerio emit, in solutum accepit nulla desuper præcedente conuentione, vt supradictum fuit *in vers. prima regula*, & in *vers. pari etiam modo*, illud etiam competit eidem secundo creditori, quando prior creditor rem alienatam iudicialiter, & sub hasta emit, aut à Iudice in solutum accepit; itaut quoad ius offerendi competens posteriori creditori nulla sit differentia quòd prior creditor rem obligatam emat à debitore iudicialiter aut extraiudicialiter, expresśóque proprio nomine debitoris, ac priuata authoritate, aut quod eidem priori creditori fiat venditio, & in solutum datio per Iudicem sub hasta, publicáque authoritate, *Remin. iun. d. cons. 30. nu. 10. & 11. vol. 1. Fabr. de Ann. cons. 37. nu. 3. vers. & cum hac limitatione cum seqq. lib. 1. & in nouissimis additionibus ad singul. 443. Ioann. Vincenty Anna in vers. & quando primus, Morot. dict. tit. de secundo cred. offer. num. 19. & in. 3. quæst. nu. 37. & seqq. Negus. d. par. 5. mem. 3. nu. 7. vers. aut dicta. Mart. vot. 36. nu. 16. Caroc. de oblation. p. 2. q. 11. nu. 62. Carpan. ad statut. Mediolan. cap. 143. gloss. recipere in solutum, nu. 28. & 29. & c. 140. gloss. ad recipiendum in solutum, nu. 7. 8. & 9. Ant. de Marin. in d. cap. 219. nu 8. Vincent. de Franch d. decis. 69. n. 3. & seqq. Franc. Milan. decis. Regn. Sicil. 12. n. 121. & 123. lib. 2. & aly per Felician. alleg. de Cens. lib. 3. cap. 11. num. 12.*

52 Nec quicquam, † releuare videtur si dicatur deducta in hoc quarto obiecto procedere quando venditio subhasta, aut adiudicatio fit per Iudicem priori aut alij creditori, quo casu competit nihilominus posteriori creditori ius offerendi, non autem quando, vt in casu nostro venditio sub hasta fit per Iudicem extraneo maiori oblatori, idest non creditori; Quia si hæc distinctio procederet, sequeretur quod si venditio, aut in solutum datio fieret per Iudicem sub hasta priori creditori, non vti tali, sed vti extraneo oblatori iuxta text. *in l. 2. C. si in caus. Iud.* non competeret posteriori creditori Ius offerendi, & tamen etiam ei in hoc casu Ius offerendi competere dixerunt *Carpan. in d. cap. 133. nu. 29. Caroce. vbi supra, & Vincent. de Franch. in d. decis. 69.* Vnde dictam distinctionem extranei emptoris, non creditoris licitantis, & creditoris emptoris, vt extranei licitatoris, totis viribus impugnauit *Castill. in d. decis. 91. per tot.* quam vt dictum est Rota sequi visa fuit *in dictis duab. decisionibus in Causa Anconitana factis coram D. meo Pirouano.*

His tamen non obstantibus D D. hodie articulo diligenter examinato, & vtraque parte acerrimè, & sæpiùs informante † resoluerunt dictam venditioné
53 factam D. Rondinino extraneo emptori fuisse factá iure creditoris, etiam quòd illa fuerit facta sub hasta per Iudicem, instante D. Principissa creditrice, itaut sola instantia Creditoris qui aliàs de Iure habet facultatem vendendi pignus propria authoritate importet, quòd venditio eiusdem pignoris per Iudicem sub hasta facta extraneo emptori intelligatur nihilominus facta iure creditoris, idest perinde ac si fuisset facta ab ipsomet creditore ad effectum, vt non intret ius offerendi, cuius resolutionis præcipua fundamenta sunt hæc, quæ sequuntur.

Primum fundamentum fuit desumptum ex textu,
54 † qui videtur ineuitabilis, in *l. cũ prior, ff. de distract. pignor.* Cuius hæc sunt verba. *Cum prior creditor pignus iure conuentionis vendidit, secundo creditori non superesse ius offerenda pecunia conuenit: sin tamen debitor non interueniente creditore pignus vendiderit, emptori poterit offerri*, sub quibus verbis tres casus distincti continentur, duo expressi verbis claris, tertius verò virtualiter. Primus casus est, quando solus creditor vendit, eiusque proprio nomine fit venditio: & tunc in primo legis responso expresśè deciditur non esse locum iuri offerendi, & hic non est casus noster, quia venditio non fuit facta sub nomine Principissæ, sed sub nomine ipsius Iudicis. Secundus casus est, quando debitor ipse vendit nõ interueniente creditore, quia vt dictum fuit debitor solus potest pignus vendere, & tunc in secundo legis responso elatè deciditur locum esse iuri offerendi, & neque hic est casus noster, quia Fimbertus debitor non vendidit, sed Iudex. Tertius casus virtualiter in eadem lege contentus est, quando debitor ipse vendit interueniente creditore, & tunc in eodem secundo responso dictæ legis à contrario sensu deciditur non esse locum iuri offerendi, quia dum dicit textus, ibi, *Si tamen debitor non interueniente Creditore pignus vendiderit, emptori poterit offerri*, à contrario sensu præsupponit non posse offerri, quando debitor vendidit interueniente creditore, ponderando verba illa † *si tamen*, quod argumentum fortissimum esse 55
dicit text. in *l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius*: & esse concludens, & necessarium, itaut quòd probatur per huiusmodi argumentum, dicatur probari per textum, & casum legis post alios dixerunt *Bald.* & *Paul. de Castr. in l. qui testamento, §. mulier. ff. de testam. ambo in princ.*

Quod præterea argumentum à contrario sensu in casu nostro ex eo magis vrget, quia non diuersa, sed eadem prorsus versatur ratio, quando creditor interuenit venditioni factæ per debitorem, prout quãdo creditor ipse proprio nomine vendit, quia licèt non per omnia idem sint † pignus vendere, & pi- 56
gnoris venditioni consentire, seu interuenire, *l. aliud est vendere 110. ff. de reg. Iur.* Cum qui vendit teneatur de euictione, non autem, qui dumtaxat venditioni per alium factæ consentit, *l. quidem, ff. de euictio, l. non dubitatur, C. de euiction.* iuncta *gloss. in d. l. aliud est vendere. verb. aliud.* Tamen quia † creditor, 57
qui simpliciter consentit, seu interuenit pignoris venditioni factæ per debitorem non minùs sibi præiudicat, totumq. ius pignoris eo ipso dimittit, quàm si ipsemet pignus venderet, *l. creditor qui permittit 118. ff. de reg. Iur. l. cum te, C. remission. pign. & l. sicut, §. si voluntate, ff. quib. mod. pignus.* Propretereà necessariò
† dicendum est, quòd talis venditio facta per debito- 58
rem interueniente creditore dicitur facta iure creditoris communicata per creditorem ipsi debitori vendenti eo ipso, quòd creditor interuenit, vt eleganter aduertit *Cuiac. in eadem l. cum prior in vers. vnde notandum lib. 3. resp. Papin.* † quod etiam non 59
obscurè innuit idem text. in *l. si prior.* dum non dicit *si* creditor vendiderit nõ interueniẽte debitore; quia tunc cum creditor principaliter vendat, dubiũ non est, quin siue interueniat debitor, aut non interueniat, pignus venditum transferatur in emptorem liberum ab omni onere iuris offerendi, tã quoad debitorem, quàm quoad posteriorem creditorem: sed è contra dicit, si debitor vendiderit, non interueniẽte creditore, itaut debitor (qui solus non potest pignus liberum ab hypotheca posterioris creditoris in emptoré transferre) ponatur pro principali venditore, & creditor pro interueniente, ad denotandũ quòd ex eius interuentu pignus transit liberum in emptorem, hæc enim diuersitas loquendi diuersum, etiam iuris mysterium denotat, & non potest esse aliud iuxta seriem text. & subiectam illius materiam,

quàm

quàm quòd solus interuentus creditoris excludat ius
offerendi etiam quòd venditio fiat per debitorem,
& tanto magis si, vt in casu nostro nuo est simplex
60 interueorus creditoris, sed † etiam concurrit eius
61 Instantia positiua vendeodi, † quæ vt ad sensum pa-
tet, mandatum debitori factum importat, ad text. in
62 *l. 1. ff. mand.* † staote igitur quòd in *d.l. cum prior.* pro-
batur non esse locum iuri offerendi, quando vendi-
tio fit per debitorem interueniente creditore, sequi-
tur idem esse dicendum quando venditio fit per Iu-
dicem sub hasta interuenicore, & instante creditore,
vt in casu nostro, etiam quòd factum iudicis repu-
tetur factuio debitoris, cum non sit ita expeditum
quòd factum Iudicis non excludat ius offerendi ex
iofrà dicendis, prout clarum est, quòd factum debi-
toris illud non excludit, itaut propterea præcipuum
fundamentum DD. de Vechiis contra eos retorque-
atur

63 Secundum fundamentum fuit, quòd dum † Cre-
ditor potest pignus propria authoritate vendere; &
potest hoc idem facere per aliam qoamcumque pri-
64 uatam personam, ex regula; † qoòd quis potest per
alium, quod potest facere per se ipsum, *cap. potest*
65 *67. de reg. Iur. in sexto.* † & ex alia regula, quòd qui
facit per alium, perinde est ac si faceret per se ipsum,
66 *Cap. qui facit 72. eodem tit. in sexto,* † multò magis
dicendum est creditorem posse idem, & cum eisdem
qualitatibus facere ministerio Iudicis, *l. 4. ff. de pign.*
67 *& hypoth.* † vbi quòd qui potest capere possessionem
propria authoritate, cautiùs, & pinguius agit si Iu-
dicis ministerio possessioné adipiscatur, *gloss. Bart.* &
68 alij Doct. cómuniter. † Clarũ auté est, quòd ministeriũ
Iudicis multò minus mutat naturam pignoris, quàm
69 ministerium priuatæ personæ. † Vnde pignus, quod
est conuentionale, & potest vendi iure creditoris per
ipsum creditorem, non efficitur Prætorium, seu Iu-
diciale, nec venditur iure debitoris, si veodatur mi-
nisterio Iudicis instante creditore, sed adhuc rema-
net conuentionale, & venditur cum eisdem qoali-
70 tatibus, & sic iure creditoris, † quia iudex, qui suum
impartitur officium creditori instaoti non intendit
dare pignus de nouo, illiúsque naturam alterare, sed
potius datum confirmare, & exequi, pinguiúsque quã
creditor faceret adimplere, iuxta mentem ipsius cre-
ditoris instantis, vt post *Bart. & Salic.* tradit *Neguf.*
par. 4. princ. nu. 26. quartadecima conclusio, alioquin
sequeretur inconueniens, quòd venditio facta per
solum creditorem haberet maiorem vim, & effica-
ciam dum tollit Ius offerendi, quàm facta instante
creditore, cum authoritate Iodicis, & per subhasta-
tionem, aliásque solemnitates, & accedit bonus text.
71 † *in l. fin. §. sin autem, sl. 1. C. de Iur. dom. impetran.*
dum loquendo de pignore conuentionali dicit, quòd
si nulla pactio interuenit, quemadmodum pignus
debet distrahi, datur licentia creditori vendendi,
vel ex denunciatione, vel ex sententia iudiciali, pō-
derando verba illa, *vel ex sententia iudiciali*, ex qui-
bus apertè colligitur quòd ministerium Iudicis, &
illius sententia non faciunt quominus venditio cen-
seatur facta à creditore, & sic iure creditoris, qui
tex. benè casui nostro applicatur, cum Principissa
vsa fuerit licentia sibi concessa in *d. §. sin autem.* ven-
72 dendi ministerio Iudicis, † stante quòd ipsa institit,
Iudicemque interpellauit, vt faceret d. venditionem,
& dubitandum non est, quin eius intentio fuerit, vt
Iudex venderet omoi efficaciori, & meliori modo
iuxta tradita per *Menoch. præsumpt. 5. per tot. lib. 6.*
& sic iure creditoris prout ipsa poterat vendere, &
procul dubio vendidisset, alias enim non ita de facili
domus, & vinea fuissent venditæ, executióque con-
sumpta, quia verisimiliter, nemo obtulisset iustum
pretium, si esset locus iuri offerendi, † dum illi non 73
præscribitur minori spatio, quam triginta annorum,
totoque eo tempore pignus venditum esset exposi-
tum restitutioni; † ad quod etiam expendi iterum po- 74
test idem text. *in d. §. sin autem.* dum in eo à pari po-
nuntur, quòd, vendat per se ipsum vigore facultatis
sibi à iure concessæ, vel quòd vigore eiusdem facul-
tatis vendat ministerio Iudicis: Itaut creditor ipse,
& facultas vendendi ei concessa sint † vnum deter- 75
minabile respiciens duo terminabilia, nimirum ven-
ditionem propria authoritate, & venditionem mi-
nisterio Iudicis, quæ propterea pariter debent deter-
minari, & si cum eadem qualitate iuris creditoris,
ex regula tex. *in l. iam hoc Iure, ff. de reg. Iur. & l.*
quamuis, C. de impuber.

Tertium principale fundamentum est, quòd po-
tissima ratio, in qua fundatur ius offerendi præten-
sum per DD. de Vecchis nimirum † quòd venditio 76
facta per subhastationem ministerio Iudicis habetur
vti facta à debitore, quia factum Iudicis reputatur
factum partis, id est, debitoris non subsistit, tùm ex
decis. Rota 104. par. 1. in recentiss. vbi sub *numero*, 2.
habetur quòd venditio facta per viam subhastatio-
nis, dicitur magis propriè, & secundùm terminos
legales facta per creditorem, quàm per debitorem,
& quidem merito, quia creditor affectat, & instat
eam fieri, reus autem regulariter recusat, & fugit;
atque ideò fit secundùm voluntatem, & ad commo-
dum creditoris. & contra voluntatem, & incommo-
dum debitoris, † creditórque potest, vt illa non fiat, 77
eamque iam cæptam suspendere, & impedire, quod
nullo modo debitor potest. Tum & etiam, quia, si
dicta ratio, factum Iudicis est factum debitoris, ope-
raretur esse locum Iuri offerendi, sequeretur illi etiam
locum esse, quando vendit ipse creditor, cum etiam
† factum creditoris reputetur factum ipsius debito- 78
ris, vt eleganter dicit *Bald. in l. 1. ad fin. C. credit. de*
emit. pign. non debere, per infra scripta verba, *factum*
creditoris vendentis reputatur factum ipsius debitoris,
idem firmat, *Neguf. post Cyn. Bart. Paul. de Castr. &*
Ias. par. 6. memb. 1. nu. 13. vbi reddit rationem, quia
† creditor in pignore dicitur procurator debitoris, 79
l. creditor, ff. de noui oper. nunciat.

Quartum fundamentum fuit, quòd si venditio
pignoris conuentioonalis facta sub hasta, & Iudicis mi-
nisterio censeretur facta iure debitoris, & non cre-
ditoris; Itaut propterea esset locus iuri offerendi, se-
queretur, quòd non esset dare casum, in quo vendi-
tio posset fieri iure creditoris, iurique offerendi sem-
per locus esset, qoandoquidem de † consuetudine 80
(quicqoid dicat *Neguf. in 1. membr. 6. par. in princ.*
nu. 47. in fin. semper in venditione pignoris etiam
conuentionalis requiritur subhastatio, & sic ministe-
rium Iudicis, *in l. fin. nu. 2. vers. sinè in tempore, C. de*
Iur. dom. impetr. *Iodoc. de subhastatione, cap. 3. num. 33. ad*
med. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 17. nu. 19. ad fin.
vers. secus alias. † & sic practicatur io Tribunali A.C. 81
vbi dicta venditio facta fuit, vt per *Salust. in sua*
prax. A.C. lib. 1. cap. 41. num. 16. & 19.

Quintum fundamentum fuit, quia in casu nostro
fuit processum vigore obligationis Cameralis, † per 82
quam debitor non solùm obligat ipsi creditori om-
nia bona sua; sed insuper illa submittit compulsio-
nibus, iuribus, stylis, & consuetudinibus omnium
Curiarum, consentiens posse cogi, & compelli per
omnes Curias ad soluendum ad libitum creditoris,
& sic † consentit ipsi creditori posse etiam cogi per 83
viam subhastationis, cum hic sit stylus omnium Cu-
riarum, & præsertim Tribunalis A.C. vt dictum est,

quo stante , cum per huiusmodi submissionem , &
consensum censeatur ab initio contractus data licē-
tia creditori , vt possit facere sibi satisfieri per sub-
hastationem , & Iudicis ministerium, quod etiam à
lege tacitè inerat, vt in dicto §. *sin autem, d.l.3.ff. de*
Iur. dom. impetr. consequenter sequitur non habere
locum ius offerendi sequuta subhastatione de debi-
toris consensu præstito ante obligationem factam ad
fauorem secundi creditoris, tum ob illam rationem
propter quam non est locus iuri offerendi , quoties
venditio fit iure creditoris, iuxta superius in præmis-
sis adnotata. Tum etiam propter eandem rationem,
84 ob quā † non intra ius offerendi ; quando bona o-
bligata dantur per debitorem in solutum anteriori
creditori in vim pacti ab initio , vt creditor possit
illa accipere in solutum,nimirum, quia dicta licentia
accipiēdi in solutum præcessit obligationem secun-
di creditoris, vt latiùs supra ex *Moret. Ant.de Ma-*
rin. & aliis dictum fuit. Ex quibus , & aliis rationi-
85 bus, quòd † venditio , per viam subhastationis ex-
traneo emptori facta non tollat quominus venditio
facta sit iure creditoris , quodque consequenter po-
steriori creditori non competat in dicto casu ius of-
ferendi, tenent omnes quotquot sunt Doctores (vno
excepto *Castil.in d. dec.91.*) & præsertim *Ægid. de*
Magistr. in tract.de subhastat. cap. 37. ad fin.Cauar.
var. reso . lib.4. cap.18. num 4.ad fin.vers. Idem est cum
iure, Vincent. de Franch. decis.69. num.2. quod adeo
verum est, vt vix reperiatur inter Doctores fuisse hoc
vnquam in controuersiam deductum, sed solùm, An
86 † quando primus creditor possidet rem hypotheca-
tam, non vti creditor, sed quia illa fuit, ei, vti tertio
& tanquam plus offerenti à Iudice addicta publica
subhastatione , competat posteriori creditori ius
offerendi , qui est articulus multùm dubius , quem
examinant Doctores in *l.1.C.de dolo,& in l.si mādato,*
§. Paulus. ff. mandati,& egregiè illum ad partes dis-
cutit *Felician. in d. lib. 2. C.de Censib. cap.2. num.13.*
vbi *in vers. contrariam tamen sententiam* , motus au-
thoritate *Bal.Ias. Dec. Alex.Tiraquell. Thesaur.* & a-
liorum , magis inclinat pro parte negatiua , quam
dicit esse magis communem,&veriorem sententiam;
qui omnes, & alij Doctores per *Felic. alleg.* dum ra-
tionem decidendi desumunt ex eo, quòd creditor cui
vti extraneo licitatori sub hasta fuit pignus vēditum,
non debet esse deterioris conditionis,quam quilibet
87 alius extraneus licitator; † necessariò supponunt vti
certum , & indubitatum contra extraneum licitato-
rem,cui per Iudicem sub hasta fuit pignus venditum,
non competere posteriori creditori Ius offerendi.

Vnde non obstant supra in contrarium adducta,&
in primis, quòd venditio non fuit facta sub nomine
88 Principissæ, & quòd † Iudex non potuit eam repræ-
sentare; dum illa fuit actrix , & institit venditionem
fieri , quia imò Iudex vsus fuit iure suo, publicáque
authoritate , dum impartitus fuit suum officium D.
Principissæ exequen. quod non est actorem repræ-
sentare,sed partibus Iudicē se exhibere,creditoriq;
vti iure suo;iuxta textum in dicto §. *sin autē, dicta l.*
89 3. Minus obstat, quòd † factum Iudicis dicatur factō
debitoris, quia hoc procedit tantùm quoad obligan-
dum de euictione ipsum debitorem ; quia ex facto
Iudicis perinde manet obligatus , ac si ipsemet de-
bitor vendidisset, vt declarat *Bart. in l. ab hostibus,§.*
sed quod simpliciter, num.7. ff. ex quibus caus.maior. per
text. in *l.1. C. si in caus. Iudic.* Non autem procedit
quoad resoluendum hypothecam aliorum credito-
rum, quia ad hunc effectum , factum Iudicis cense-
tur factum creditoris instantis, itaut venditio quoad
dictum effectum habeatur perinde ac si facta esset ab
ipso creditore , qui facultatem vendendi, quam iure
creditoris habet ; vult Iudicis ministerio exercere ,
prout ipsi à lege concessum est , non minus , quàm
vendere proprio nomine , propriáque authoritate,
d. §. sin autem, & Cuiac. vbi supra.

Non obstat etiam quòd D. Principissa, † dum 90
elegit viam iudiciariam visa fuerit renunciare facul-
tati vendendi propria authoritate, quia quicquid de
hoc sit, quod tamen in casu nostro patitur difficulta-
tem ex latè deductis per *Dec.* in casu simili in *cons.460*
dub.1. In omnem casum non sequeretur , quin nihi-
lominus venditio facta per Iudicem sub hasta in-
stante Domina Principissa censeatur facta iure cre-
ditoris iuxta text. in d. §. *sin autem,* & alia superiùs
latè deducta. Nec † dicta *decis. Castill. 91.* est in hac 91
parte attendenda, vti noua,& contraria communi,&
receptissimæ omnium Doctorum sententiæ , & ful-
cita leuissimis fundamentis, Decisio autem Rotæ in
causa Anconitana , dum in casu de quo ibi,† decidit 92
esse locum iuri offerendi,duabus nititur rationibus,
vna est , quod deliberatio fuerat facta ad fauorem
eiusdem creditoris per suppositam personam, secun-
dùm quam rationem decisio subsistit vti iusta , cum
emptio ita facta censeatur potiùs facta tuendi sui
iuris gratia,quàm acquirendi dominium,*l.cum poste-*
rior,ff.de distract.pign. & Franch. in d.decis.69.per tot.
Nec aduersantur deducta per *Felician.* vbi supra, si
benè eius dicta ponderentur,prout nec etiam *practi-*
ca Papien. in loco supracitato , quia loquitur in eis
terminis *d.legis cum posterior.* Alia ratio d. decisionis
est, quod quando † creditor adit Iudicem pro con- 93
sequendo, quod sibi debetur , cum omnia expedian-
tur per manum Iudicis , venditio non dicitur facta
à creditore , sed ab ipso debitore , quia factum Iu-
dicis reputatur factum debitoris , & ideo esse locum
Iuri offerendi , prout quando vendit ipse debitor,
quæ ratio , quæ est *Castill. in d. decis. 91.* quam
etiam allegat d. decisio Rotæ , hodie DD. articulo
ex professo discusso non placuit , prout nec dicta
decis. Castill. Et ex his , & aliis superiùs adductis,&
præsertim ex dicta decisione *Vincent. & Franc.69.* fa-
cilè etiam soluitur quartum, & vltimum fundamētū
DD. de Vecchiis; itaut non egeat alia discussione.

Et ita decisum vtraque parte informante , &c.

Conuersana Iurisdictionis.

Lunæ 15. Maij , 1634.

ARGVMENTVM.

Manutentio, An , & quando debeatur Episcopo ob solam assistentiam iuris : Et quando confirmatio Apostolica non præiudicet Episcopo successori.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam in tota iurisdictione sua Diœcesis.*
2 *Manutentio debetur ob solam assistentiam iuris, in iurisdictionalibus.*
3 *Et maximè procedit constito de quasi possessione.*
4 *Episcopus iuuatur possessione Vicarij , ad effectum manutentionis.*
5 *Testes examinati per easdem partes,& in eadē causa probant, licèt hoc euenerit in diuerso Tribunali.*
6 *Ordinario quidquid expressè non adimitur,censetur illi reseruatum.*
7 *Confirmatio Apostolica quādo nō præiudicet Episcopo successori,etiāsi illa fuerit ex certa sciētia,& n.8*

9 *Manutentio*

9 *Manutentio debetur ob assistentiam iuris: etiamsi ex aduerso producatur priuilegium in contrarium, dum cũ illo non concurrit quoque possessio.*

DECISIO CCCCXLVI.



IN Decisione in hac causa facta sub die 3. *Decembris*, 1629. fuit resolutum D. Episcopo Conuersano dandum esse mandatum de manutenẽdo, quoad ius cõferendi in Terra Rutilani, sita intra fines suæ Diœcesis, ex rationibus in d. decisione adductis, quæ nunc etiam Dominis placuerunt. Sed quia fuit in ea reseruatum, vt quoad causas ciuiles iterum causa proponeretur, ideo hodie illam desuper repropośui, & DD. resoluerunt; Manutentionem esse concedendam d. Episcopo etiam quoad causas ciuiles. Fundamentum resolutionis fuit,
1 quia † cum probetur d. Terram situm esse intra fines Diœcesis Conuersanæ, Episcopus habet de Iure intentionem fundatam in vniuersa iurisdictione totius
2 Diœcesis: † ex qua sola assistentia iuris, eum versemur in iurisdictionalibus, debetur manutentio, *c. cum persona de priuil. lib. 6. Seraph. decis.* 1104. *Rota d.* 33 *n.* 2. *p.* 1. *recent. Ricc. decis.* 213. *p.* 1. *& in specie Caual. decis.* 306. *n.* 1. *&* 2. Quod eo magis procedit, † Quia
3 constat de quasi possessione Episcopi exercendi iurisdictionem, quoad d. causas ciuiles, tam ex pluribus iurisdictionalib. in d. Terra per eum factis, de quibus constitit in *summ. nu.* 1. vsque ad 6. quàm ex depositionibus testium examinatorum de anno 1628. qui bene deponunt Episcopum cõsueuisse in d. terra tenere Vicarium foraneum, qui ibi ius dicebat, tam
4 in causis ciuilibus, quàm criminalibus: † ex qua possessione Vicarij, Episcopus iuuari debet, ad effectum manutentionis, *Caputaq. d.* 306. *n.* 2. *p.* 1. *Ricc. d. decis.*
5 213. *n.* 4. & licet † dicti testes examinati fuerint in diuerso Tribunali, tamen cum hoc euenerit inter easdem partes, & in eadem causa manutentionis, benè probant, *Bart. in l.* 1. *num.* 21. vbi etiam *Cagnol. n.* 147. *C. de edon. Parif. conf.* 88. *n.* 55. *& seqq. lib.* 3.

Adminiculantur prædictis alij testes examinati, vsque de anno 1561. qui benè concludunt de subiectione dictæ Terræ Rutilani iurisdictioni Episcopi Conuersani, tam quoad causas ciuiles, quàm criminales, referendo in specie casus in quibus Episcopus, siue eius Vicarius iurisdictionem ciuilem exercuit; ex quibus omnibus simul iunctis; visa fuit possessio Episcopi plenè, & concludenter probata.

Quibus non obstat concessio Saxonis olim Episcopi Conuersani facta Archipresbytero d. Terræ, in qua ei indulgetur, vt possit de suis Clericis eutam tenere, & eos pastorali cura corrigere, & alia similia facere, quæ concessio fuit deinde à Sixto 4. confirmata. Quia respondetur primò quòd d. concessio fuit tantùm restricta ad correctionem Clericorum, quæ ideo non est extendenda ad exemptionem in caussis ciui-
6 libus, † cum quidquid expressè ordinario non adimitur, censeatur eidem reseruatum, & sub illius iurisdictione remanere, *Anchar. in cap.* 1. *num.* 10. *vers. quod probo breuiter, de constit. lib.* 6. vbi etiam *Franch. in §. statuto, n.* 10. *vers.* & ita etiam Rota, *d.* 344. *nu.* 5. *p.* 1. *recent. & in Vrbinaten. Iurisdictionis* 7. *Maij*, 1618 *coram bo. mem. Buratto.*

7 Secundò respondetur quòd † cum d. confirmatio Sixti 4. emanauerit longè post mortem Saxonis concedentis, non vocato Episcopo successore cui fuerat medio tempore ius quæsitum, ei non præiudicauit, *c. Apostolica de praeben. lib.* 6. *Tiraquell. de retract. lignag. §.* 1. *gloss.* 10. *nu.* 71. *Afflict. decis.* 286. *n.* 2. *&* 3. *& decis.* 335. *n.* 12. *Rota decis.* 1. *de confirmat. vtil. vel inutil.*
8 † vbi dicit hoc procedere, etiam si confirmatio fuerit ex certa scientia, *Greg. d.* 164. *nu.* 10. & fuit resolutum in *Burgen. decimarum de Scalante* 20. *Iannarij*, 1589. *coram Bubalo.*

Et in omnem casum dicebant Domini, quod cum † Episcopus habeat assistentiam iuris, & doceat etiã 9
de eius legitima possessione. nõ est ei impediẽda manutentio, donec de relevátia d. cõfirmationis discutiatur in petitorio; dum alias cum illa non concurrit etiam possessio, prout ad hunc effectum requiritur, iuxta notata in *c. cum persone, §. pen. vbi Abb. de priuil. Maresc. var. resol. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 5. *Rota decis.* 491. *num.* 4. *p.* 1. *recent.*

Et ita, &c.

Romana Vineæ.

Lunæ 15. *Maij*, 1634.

ARGVMENTVM

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Pignus Pratorium fit per immissionem ex primo decreto.*

2 *Donatio facta per debitorem post immissionem ex primo decreto quando teneat.*

3 *Donatio facta per debitorem ex causa lucratiua in fraudem creditorum est nulla, etiamsi donatarius fraudem ignoret.*

4 *Donatio ex causa onerosa quando facta dicatur.*

DECISIO CCCCXLVII.



FVit hodie resolutum standum esse in decisis 15. *Decembris*, 1632. nimirũ sententiam Rotalem R.P.D. mei Verospij, latam ad fauorem monialium S. Ambrosij de Maxima esse iustam, & non constare de causis restitutionis in integrum prætẽsis per Franciscam Annam Paciosam, causam habentem ab Henrico de Bonis, & moti fuerunt DD. ex eisdem fundamentis dictæ decisionis in principio, & in vers. *neque obstat quod de tempore dictæ donationis.*

Nec obstare dictum fuit, quæ hodie restricantur contra donationem vineæ de qua agitur per Ioannem Baptistam Cacciolam factam dictis monialibus, super qua stat totum fundamentum earum, & præsertim quod de tempore donationis, † dicta vinea erat 1
iam pignus prætorium per immissionem ex primo decreto; Quia vt fuit fuse comprobatum, in eadem decisione in *vers. quia fuit responsum quòd cum immiss. &c.* & in vers. *Quintus, & vltimus casus est*, † potuit 2
nihilominus Ioannes Baptista donare dictam vineam monialibus, in easque per clausulam constituti, de qua in eadem donatione transferre dominium, & possessionem, stante bona fide Monialium; & dum nõ probatur, quòd tunc Ioannes Baptista donator non haberet alia bona, in quibus posset fieri executio; nihilque tunc fieri in fraudem paratæ executionis, & iudicialis auctoritatis.

Nec pariter obstare dictum fuit prætensionẽ, quòd tunc Moniales habebant scientiam paratæ executionis; Quia hoc idem nihil hodie de nouo additũ, fuit iam prætensum, quando emanauit dicta decisio, in qua in vers. *non obstat præterea si dicatur fuisse probari, &c.* fuit plenè satisfactum omnibus argumentis, indicijs, & præsumptionibus scientiæ monialium, quæ tunc, & hodie afferuntur, quæ non est cur reputantur. Non etiam obstat alia prætensio, nimirum quòd Ioannes Baptista de tempore donationis non habebat alia

alia bona, & quòd erat decoctus; Quia desuper nihil releuans probatum fuit, vt etiam de hoc latiùs in eadem decisione in *vers. quia quicquid sit an donatio de qua agitur, &c.* vbi etiam firmatum fuit in omnem casum prætensam decoctionem quo ad Franciscam nihil releuare, ex quo moniales in d. donatione susceperunt in se onus soluendi creditum Henrico, à quo Francisca causam habuit, illudque deposuerunt, itaut Franciscæ ex persona Henrici nihil ampliùs interfit, quam satisfieri de dicto credito, & in omnem casum moniales ex persona Flaminiæ habere ius offerendi priori creditori, vt in eadem decisione in fin. *in vers. tandem dicebant.*

3 Tandē nihil releuare visū fuit prætensionē, quòd † dicta donatio monialibus facta fuit ex causa lucratiua, & ideo dictam donationem, vti factam in fraudem creditorum, fuisse nullam, etiam monialibus ignorantibus fraudem, quia vltra quod non est verum quòd dicta donatio fuerit ex causa lucratiua, cùm
4 imò † fuerit ex causa onerosa, dum moniales in eadem donatione vicissim susceperunt in se onus soluendi hoc creditum, *Iaf. in §. si in fraudem, n. 27. Instit. de action. & ibidem Mising. n. 25.* cessat etiam difficultas, quia in primis nulla fraus potest considerari respectu Henrici, cum in eadem donatione saluum esset ei suum creditum, nec deinde respectu aliorum creditorum de quibus non constat, nec quòd ab illis Ioannes Baptista esset conuentus; & in omnem casum dicto Henrico, & sic Franciscæ obstare ius offerendi ex persona Flaminiæ vxoris dicti Ioannis Baptistæ, quæ iura suæ dotis liquidæ, quæ habebat contra dictum suum maritum, cessit in eadem donatione dictis monialibus.

Et ita decisum vtraque parte informante.

Papien. Pensionis.

Merc. 17. Maij, 1634.

ARGVMENTVM.

Pensio, cuius solutionis dies venit post mortem Pensionarij, An debeatur, vel ne eius hæredibus: Et quatenus sic, An solui debeat pro rata temporis, quo ille vixit, seu pro rata fructuum ante eius obitum per Titularem perceptorum, magistraliter, & dilucidè explanatur.

SVMMARIVM.

1 *Intestatus decessisse quis præsumitur, dum de testamento non docetur.*
2 *Litteræ Apostolicæ concessæ motu proprio non egent iustificatione.*
3 *Item si fuerunt obseruatæ spatio 40. annorum.*
4 *Partem ab initio facit, qui potest admitti ad partem donec sit exclusus renunciatione, vel tempore. Declara vt nu. 10.*
5 *Hæreditas iacens dicitur pro ea parte, quæ spectat ad cohæredes non adeuntes, donec illi sint legitimè exclusi, Intellige, vt nu. 10.*
6 *Consanguineus quomodo quis probetur.*
7 *Instrumentum extractum parte non citata quando probet.*
8 *Proximior quis præsumitur, dum non probatur contrarium.*
9 *Professio ex quibus probetur.*
10 *Cautio de restituendo aliis cohæredibus, quandocumque petentibus, quando detur, & prosit.*
11 *Solutio facienda pluribus hæredibus tota fieri debet adeuntibus per ius accrescendi, siue non decrescendi, si alij cohæredes non compareant, & exclusi sint renunciatione, vel tempore.*
12 *Termini pensionum maturati viuente pensionario, sed non exacti, debentur eius hæredibus.*
13 *Pensio non debetur, nec pro rata temporis, nec pro rata fructuum, si pensionarius obierit ante maturatum terminum: Et ratio redditur nu. 14. & seqq. Contrarium, quòd debeatur pro rata fructuum, & si illi ante mortem pensionarij sint omnes recollecti, quòd debeatur integra pensio, firmatur, nu. 26. 29. & 34. & respondetur stylo ex aduerso allegato. num. 58.*
14 *Transmissio non fit ad hæredes de re non debita defuncto.*
15 *Dies certa non impedit ortum actionis.*
16 *Debitum, seu relictum sub die certa non suspenditur conditione, sed mora.*
17 *Transmissio fit ad hæredes de iure radicato in persona defuncti, antequam adueniat dies certa solutionis.*
18 *Fallit quando dies certa apponitur in his, quæ suaptè natura non transmittuntur ad hæredes, & exemplifica prout ibidem, ac dictam fallentiam declara, vt nu. 37.*
19 *Pensio nō transmittitur ad hæredes, si pensionarius decesserit ante maturatum terminum, cum obligatio adhuc orta non dicatur: Contrarium resoluitur, n. 29. 34. & per tot.*
20 *Pensio debetur hæredibus pensionarij, solum pro rata temporis, quo ille vixit: Contrarium, num. 26. & seqq.*
21 *Pensionarius tenetur recitare officium paruum B. Mariæ, iuxta Constitutionem Pij V.*
22 *Fructus beneficiorum diuiduntur de iure inter hæredes Titularis defuncti, & modernum beneficij possessorem, pro rata temporis.*
23 *Pensio datur pro alimentis.*
24 *Pensio regulatur ad instar dotis, iuxta text.* in l. Diuortio, ff. solut. matrim. *Declara vt n. 52. vbi ratio differentiæ, & num. seqq.*
25 *Argumentum valet de dote ad alimenta.*
27 *Pēsionis Ecclesiastica materia regulatur indistinctè secundum leges loquentes de vsufructu, & sic iuxta text. in* l. defuncta, ff. de vsufr. *Et ratio redditur, nu. 30.*
28 *Pensio promissa à colonis etiam in pecunia pro fructibus vnius anni, est integriter soluenda hæredibus vsufructuarij, quamuis ille decesserit ante diem solutionis post tamen fructus collectos per colonos.*
30 *Pensio subrogatur loco fructuum, sapitque eorum naturam.*
31 *In pensionibus Ecclesiasticis obseruatur distinctio, quæ fit in fructuario circa fructus, prout in iuribus ibi allegatis.*
32 *Pensionis solutio facienda pensionario diuiditur inter antecessorē, & successorem in beneficio pro rata fructuum ab eis perceptorum, non habita ratione temporis, quo est soluenda, fuit, vel non maturata solutio.*
33 *Fructus percepti ante mortem beneficiati spectant ad eius hæredes, si facultatem testandi habuit.*
35 *Actio ad consequendam pensionem totius anni oritur in principio anni, licèt gratia commodioris solutionis fuerit diuisa in duos terminos. Contrarium, n. 41. sed reprobatur, n. 43. & seq. & præsertim. n. 50*
36 *Actio competens pro mercede locationis, incipit à principio competere locanti.*

38 *Pensioni*

38 *Pensionis reseruatio habet respectum ad fructus: & quomodo, & nu. 43.*

39 *Videtur facta sub tacita conditione, si fructus nascantur. Et quando talis conditio purificata dicatur, n.42. Intellige vt n.43.*

30 *Conditio, si fructus nascantur impedit ortum actionis interim, quod fructus non colliguntur.*

35 *Pensitionis materia est adeo executiua, vt eius solutio non retardetur, licet quis fructus non percipiat, quamuis deinde ad repetitionem agi possit.*

45 *Terminus pensionis cuius dies venit post illius translationẽ, non spectat ad transferentem, etiã quod Titularis ante trãslationem fructus perceperit: Et quare, vbi expenditur decisio* Put.14. lib.3. *& vide etiam sub nu.59.*

46 *In necessitatibus nemo liberalis existit.*

47 *Venditio fundi, si facta fuit de tempore, quo ille erat locatus, pensio, cuius dies post venditionem cessit, non est soluenda emptori, sed venditori, qui fundum locauit; Et ratio redditur, n. 49. & 50. Et an venditor mercede postea exacta teneatur eam restituere emptori pro rata fructuum pendentium de tempore venditionis, num. 48.*

49 *Emptor non tenetur stare colono, sed potest eum expellere, & obligare venditorem ad interesse soluendum colono.*

51 *Colonus fisci, re conducta per fiscum vendita, non tenetur pensionem soluere fisco vendendi, sed emptori.*

Emptor expellere non potest colonum fisci ante finitam locationem.

53 *Maritus percipiens fructus dotis, an faciat illos suos, & quomodo.*

54 *Vsufructuarius facit fructus suos, ratione tituli statim atque illos percepit.*

55 *Declara, quod quamuis titulus postea irritetur, tamen acquisitio iam perfecte facta conseruatur.*

57 L. si operas 26. ff. de vsufr. & l. si communis seruus 18. §. fin. ff. de stipul, seru. *declaratur.*

DECISIO CCCCXLVIII.

DIE 3. *Aprilis* præteriti, vnâ tantùm parte informante fuit resolutum, esse confirmandam sententiam A.C. in hac causa latam: & hodie vtraque parte informante, exceptis partibus, & cum moderationibus inferiùs declarandis, Domini perstiterunt in decisis, & pro intelligentia, facti series est iterum breuiter recensenda.

Cardinalis Alanus, vigore facultatis sibi concessæ à fel.rec. Clem. VIII. transtulit ad fauorem q. Thomæ Selet eius nepotis annuam pẽsionem scutorum 700. auri in auro, quam idem Cardinalis à die X. *May, anni* 1591. habebat sibi reseruatam super fructibus mensæ Episcopalis Papien. Defuncto autem ab intestato dicto Thoma die 25. *Octobris anni* 1632. existente creditore Episcopi Papien. pro terminis decursis, & non solutis post terminum Natiuitatis anni 1630. ille enim, & alij omnes præcedentes termini probantur soluti, vt ex quietantiis, successerunt ei Prior, & Fratres Conuentus S. Mariæ Gratiarum Ciuitatis Neapolis, mediante persona fratris Gregorij nepotis præfati Thomæ in eorum Monasterio professi, qui Prior, & Conuentus introducto iudicio coram A. C. pro consecutione dictæ summæ contra modernum Episcopum Papien. sententiam fauorabilem reportarunt in summa scut.1283. auri pro quatuor terminis: nimirum Sancti Ioannis, & Natiuitatis annorum 1631. & 1632. incipiendo annum à die Circumcisionis: A qua sententia interposita appellatione pro parte D. Episcopi, & causa mihi commissa: Dubitaui an sententia A. C. sit confirmanda, & an omnes dicti quatuor termini debeantur: Et in dicta prima decisione, Priore, & Fratribus tantum informantibus fuit affirmatiuè resolutum.

Sed reproposita hodie causa, quia non dubitabatur
de facultate transferendi D. Cardinalis, nec quin
translatio fuerit legitimè facta, † nec deinde de obi- 1
tu Thomæ ab intestato ex iuris præsumptione, dum
de testamento non docetur, *Alex. in l. si emancipati
num.* 3. & ibi *Doct. C. de collat. Mant. de coniect. vlt.
l.* 2. *tit.* 1. *num.* 3. nec tandem † an litteræ reseruatio- 2
nis sint iustificatæ, dum fuerunt concessæ motu pro-
prio, *c. si motu proprio, de praeben. in 6. Gabr. de clauf.
concl. 2, n 59. Seraph. decis. 1484. n. 10. vers. ex quo gratia,
& Rota decis. 656. n. 1. & 2. par. 2. recent.* cum aliis al-
legatis in decisione *Giennen. beneficij* 11. *Iunij.* 1628.
coram me. Et quia † fuerunt etiam obseruatæ per an- 3
nos vltra 40. iuxta decisionem in *Lucana Decacatus
21. Maij. 1578. corã bo. me. Orano, & in Burgen. Pẽsionis
16. Decemb. 1596. corã bon. me. Puteo.* in impressis per
Marchesi. de comm. p. 1. fol. 527. Propterea de duobus aliis fuit dumtaxat dubitatum. Primum est, An Prior, & Conuentus ex persona fratris Gregorij sint personæ legitimæ ad petendum, & exigendum terminos decursos huius pensionis de quibus agitur. Secundum, An omnes dicti quatuor termini annorum 1631. & 1632. debeantur: itaut constet, aut non, de excessu sententiæ A. C.

Quoad primum. An Prior, & Conuentus legiti-
mè agant ex persona Gregorij, dicebatur pro Episco-
po, non probari dictum Gregorium esse fratrem d.
Monasterij professum, nec deinde eum esse nepo-
tem Thomæ, & tandem, quando esset nepos, † adesse 4
alios duos nepotes eiusdem, vnum ex fratre, & altum
ex sorore, qui faciunt partem ab initio, eo ipso quòd
possunt admitti ad partem, donec sint exclusi renun-
ciatione, vel tempore *l. 2. ff. si pars hered. petat.* vbi
etiam *Gloss. in verb. adimpleatur,* communiter recepta,
Alberic. Angel. & alij, itaut Prior, & Conuentus ex
persona Gregorij † interim, quòd alij nepotes non 5
sunt exclusi, non sint hæredes nisi pro tertia parte,
& pro portionibus aliorum hæreditatem esse iacen-
tem, *Surd. conf. 415. num. 17. & seqq.* vbi, quòd hæc
exceptio est de iure agentis, & quod sufficit posse
adire, *Thesaur. decis. 4. num 8. vers. tertio. Rota coram
Cardinali Caualerio decis. 146. num 7. & in Anconitana legitimæ 21. Aprilis, 1632. coram D. meo
Dunozet.*

Sed prædicta fuerunt facili negotio sublata, quia,
† quòd Gregorius sit nepos Thomæ, constitit ex 6
quodam instrumento donationis iuratæ per eun-
dem Thomam factæ dicto Gregorio, in qua vocat
eum suum nepotem, illique tanquam tali donat plu-
ra bona, iunctis aliis pluribus adminiculis, de qui-
bus in actis; † quod instrumentum probat etiam 7
quòd fuerit extractum parte non citata, cùm extra-
ctio, & publicatio factæ fuerint ab ipsomet Nota-
rio de eo rogato, qui ideo potuit illud in publicam
formam redigere, vnique parti tradere, altera non
citata, *Rot. decis. 1. alias 10. sub num. 1. vers. & breuiter
fuit dictum, de fide instr. Verall. d. 170. nu 1. & per tot.
eod. tit.* † stante autem probatione d. consanguinitatis 8
nõ est opus probare Gregoriũ fuisse proximiorẽ, quia
præsumitur, dum non probatur contrarium, *Alex. in
l. si potest, n. 15. vers. conclude igitur, ff. de acquir. hered.*

Rip.

*Rip. in l. in illa, nu.26. verſ. quid tenendum, ff. de verb.
oblig. Corn. conſ. 197. nu.1. vol.4. Tiraquell. de retract.*
9 *lig. nu.11. gloſſ.1. num.6. & ſeqq* † Quòd autem idem
Gregorius ſit frater profeſſus in dictu Conuentu pa-
tet ex ipſamet profeſſiooe de qua in libris eiuſdem
Conuentus, & ex mandato procuræ. in quo inter
alios fratres capitulariter congregatos annumeratur
Gregorius, qui niſi fuiſſet profeſſus, non potuiſſet
facere actus capitulares, ex vulgatis.

10 Tandem, quòd adſint alij Nepotes, & quòd † illi
faciant partem, itaut Prior, & Conuentus non ſint
legitimæ perſonæ niſi pro tertia parte, eſt io ſe verum
ſi de hoc opponatur, *Seraph. d. 1407. nu.4. & ſeqq.*
aut ſi non detur cautio de reſtituendo aliis cohære-
dibus quandocúmque petentibus, non autem eſt
verum; ſi non opponatur, aut ſi detur dicta cautio,
prout eam dari ordinauit A. C. in ſua ſententia, &
Prior, & Conuentus obtulerunt, & date ſunt parati,
iuxta practicam *Surd. in conſ.359. nu.15. & 16.* quam
Rota ſequuta fuit in cauſa *Viterbien. fideicommiſſ. 4.
Decembris 1619. in fin. coram bo. mem. Card Sacrato*
& illa viſa fuit hodie DD. æqua, & rationi multùm
11 conformis, quia Epiſcopo nihil deperit † cum in om-
nem caſum ſoluere teneatur, ſiue aliis nepotibus ve-
nientibus, ſiue illis excluſis tempore, vel renunciatio-
ne, Priori, & Conuentui in vim iuris accreſcédi, vel
non decreſcendi, & Fratribus ſit multùm vtile, vt hæ-
reditas diu non iaceat, nec hæreditati detur curator,
cum totum præiudicio ſaltem euentuali, vt ad ſen-
ſum patet.

Ad ſecundum deueniendo, nimirum: An debean-
tur hæredibus Thomæ omnes dicti quatuor termini
12 decurſi in annis 1631. & 1632. † nulla fuit facta dif-
ficultas quoad tres priores terminos maturatos, ſed
non exactos viuente Thoma penſionario, quia in pũ-
cto eſt deciſio *Theſauri 143. in fin. & deciſiones Rotæ
in Monopolitana penſionis, coram Cardinali Sacrato*
apud *Marcheſ. p.1. fol. 642. & in Carpentoraten. Pen-
ſionis coram Cardinali Caualerio*, quæ in impreſſ. eſt
deciſ.129. vbi penſionarius obiit tertia die poſt ma-
turatum terminum, ſed difficultas poſita fuit quoad
vltimum terminum non maturatum viuente Thoma,
nempe Natiuitatis 1632. incipiendo annum à Cir-
cuncisione, vel *anni* 1633. incipiendo annum à Nati-
13 uitate. Pro parte Domini Epiſcopi dicebatur † quod
attento Thomas penſionarius obiit die 25. *Octobris*,
1632. & ſic antequam veneris, & ceſſerit dies ſolu-
tionis dicti termini, illum penitus non deberi, nec
pro rata temporis nec pro rata fructuum iuxtà ſen-
tentiam *Nauarr. in apologia de reddit. Eccleſiaſt. q.2.
monit.16.* aſſerentis de ſtylo Curiæ ita ſeruari, *Sarmien.
in defenſ. libell. de Redd. q.2. monit. 16.* vbi quòd ita
obſeruatur in Rota, vt non ſoluatur rata penſionis
ſi is cui debetur, decedat antequam dies ſolutionis
venerit, *Caual. conſ. ciuil. 160. nu. 15. & ſeqq vol.1.
Gutier. Canon. quæſt. cap.33. n.53. Barboſ. in l. diuort.
in §. per. num 43 Caſtill. de vſufruct. cap.79. nu. 17.*
14 Cuius ſententiæ fundamentum eſt, † quia terminus
non maturatus ante mortem Thomæ penſionarij nũ-
quam fuit illi debitus, nec etiam pro rata temporis,
quem ideo non potuit ex ſua perſona tranſmittere
ad eius hæredes, ex regula tex. in *l. ſi ex pluribus, in
princ. ff. de ſuis & legit. hær. l ſi infantis, C. de iur. de-
lib. l. vnica, §. in nouiſſ. C. de cadue. toll. Guttier. in
l. vnic. nu.3.* & ibi DD. communiter, *C. quando non
peten.*

Quod autem in caſu noſtro, antequam veniret
dies Natiuitatis, nulla fuerit orta obligatio, nullúm-
que ius acquiſitum Thomæ, nec etiam pro rata tem-
poris, quoad vltimum terminum Natiuitatis, ex eo
15 probari videbatur, quia licet regula ſit † quòd dies
certa non impediat ortum actionis, quia dies non
poteſt non venire, *l. cedere diem, ff. de verb. ſignific.*
† & debitum, ſeu relictum ſub die certa non condi- 16
tione, ſed mora ſuſpendatur, vt dicit tex. in *l. hæres
meus, in princ. ff. de condit. & demonſtr*, ac ideo † ius 17
iam radicatum in perſona defuncti ante terminum
maturatum, eique debitum ſub die certa tranſmitta-
tur ad eius hæredes, *l. à Titio, ff. de furt. l. Sempronius
Attalus, ff. de vſufr. legat. l.1. §. dum igitur, ff de ca-
duc. tollen. & l. ſi dies, ff quando dies leg. ced. Mantic.
de coniect. vlt. vol. lib.11. tit.18. num.21. & 22.* † fallit 18
tamen, vt non procedat quando dies certa apponitur
in his, quæ ſuapte natura non tranſmittuntur ad
hæredes, prout ſunt penſio Eccleſiaſtica, vſusfructus,
& alimenta, quia tunc etiam dies certa impedit or-
tum actionis, & obligationis, & conſequenter tranſ-
miſſionem, *l. 1. ad fin. ff. quando dies legat. vſufruct.
ced.* & ratio aſſignatur in *l.3. ff. quando dies leg. ced.*
& notant DD. in *l. vnic. in §. libertatis, verſ. excepto
etiam vſufructu, C. de caduc. tol. Bart. in l. ita ſtipu-
latus, nu.38. in fin. de verb. oblig. Alciat. reſp. 99. n.22.
& Emanel. à Coſta in tract. de ſucceſſ. Reg. p. 1. n. 14.*
Vnde cum † ante mortem Thomæ penſionarij non 19
fuerit orta obligatio; cum verſemur in his, quæ ſuapte
natura non tranſmittuntur ad hæredes, conſequenter
ex eius perſona terminus Natiuitatis non potuit trã-
mitti ad eius hæredes: & in his terminis ob dictam
rationem, in puncto, viſi fuerunt ſentire *Put. deciſ.
14. lib.3. & Peregr. d.48. lib.2. par.3. diuerſ.*

Deinde dicebat Epiſcopus, quòd quando ſupra-
dicta *Nauarri*, & aliorum ſententia non procederet,
in omnem caſum procederet in hoc caſu ſententia
Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 15. num. 13. quem ſe-
quuntur *Molin. de primogen. lib.3. cap.n. num.4. &
Additio ad deciſ. Theſaur. 143.* & alij plures, ſcilicet
quod † penſio Eccleſiaſtica debetur hæredibus pen- 10
ſionarij, ſolùm pro rata temporis, quo ille vixit, iuxta
diſpoſitionem textus in *l. diuortio, ff. de iur. dot. & l.
ſi operas, ff. de vſufr.* quam ſententiam hodie verio-
rem ſibi videri dixit *Garz. de benef. 2 par. cap.1. n.12.*
† ſtante conſtitutione Pij V. quæ obligat penſiona- 21
rios ad recitandum officium paruum B. Mariæ, itaut
ex hoc penſio hodie dicatur dari propter officium
ſeu beneficium: † fructus autem beneficiorum, cir- 22
cumſcripta conſuetudine, debere de iure diuidi in-
ter hæredes titularis defuncti, & modernum benefi-
cij poſſeſſorem pro rata temporis, iuxta diſpoſitio-
nem dictæ *l. diuortio*, firmant idem *Couar. lib.1. var.
reſol. c.15. nu. 10. & ſeqq. Molin. de Hiſpan. primog.
lib.3. cap.11. num. 4. Sarmient. de reddit. lib.4 cap.6.
nu.14. Guttier. Canon. quæſt. lib.1. quæſt.6. à num. 79.*
cum aliis, quos allegat, & ſequitur *Garz. de benef. in
d. cap. 1. nu.96.* cum pluribus ſeqq. & accedit quòd
† penſio dicitur etiam dari pro alimentis, *Roman. conſ.* 23
348. Vnde † ad inſtar dotis intrat in penſione diſpo- 24
ſitio text. in *d. l. diuortio*; cùm † valeat argumentum 25
de dote ad alimenta, *Bartol. in authen. res quæ, nu. 9.
C. de fideicomm.* & ibi *Caſtr. nu.13. Iaſ. n.31. Curt. Iun.
num. 30.*

His tamen non obſtantibus, puncto maturè diſ-
cuſſo, fuit reſolutum † Penſionem deberi hæredibus 26
Thomæ penſionarij, non pro rata temporis, quo ille
vixit, ſed pro rata fructuum perceptorum per Epiſ-
copum Titularem, vſque ad eius obitum, atque ideo
cum Thomas deceſſerit die 25. *Octobris* 1632. quo
tempore omnes fructus illius anni erant iam in illis
partibus per Epiſcopum collecti, debetur hæredibus
Thomæ integra penſio totius anni, & ſic etiam ter-
minus Natiuitatis dicti anni 1632. incipiendo annum
à Circumciſione, qui venit poſt illius mortem. Ratio
reſolutionis fuit, quia † materia pẽſionis Eccleſiaſticæ 27
eſt

est regulanda tam actiuè, quàm passiuè, secundùm iuris dispositiones loquentes de vsufructu, & sic iuxta text. in l. defuncta, ff. de vsufr. Card. in Clem. 1. §. eadem, n. 4. & ibi Imol. n. 26. de supplen. neglig. Prælat. Seneren. in tract. de Pens. q. 35. Gig. eodem tract. quæst. 44. n. 52.
28. Vnde sicut † tota pensio etiam in pecunia promissa à Colonis pro fructibus vnius anni, est integraliter soluenda hæredibus vsufructuarij, quamuis ille decedat ante diem solutionis, post tamen fructus collectos per Colonos, ex d. l. defuncta,
29 † pariter etiam mortuo pensionario ante diem solutionis, fructibus iam perceptis per Titularem, integra pensio debetur, & solui debet eius hæredibus, & sic in casu nostro hæredibus Thomæ.

30 Ratio † autem quare materia pensionis Ecclesiasticæ regulari debet indistinctè iuxta leges loquentes de vsufructu, & sic iuxta leges loquentes de vsufructu, & sic iuxta d. l. defuncta, est clara, scilicet, quia pensio subrogatur loco fructuum, & eorum sapit naturam, l. mercedes, ff. de petit. hæredit. l. prædiorum, ff. de vsuris.
31 † Vnde distinctio, quæ in fructuatio fit circa fructus in §. his verò, Instit. de rer. diuis. l. in singulos, in fin. ff. ann. legat. pariter, in pensionibus eorum loco subrogatis, est obseruanda, ad text. in l. 1. in princ. cum vulg. ff. de rei vxor. act. & hinc est, quòd imò
32 vice versa † solutio pensionis passiuæ diuiditur inter antecessorem, & successorem in beneficio pro rata fructuum ab eis perceptorum, non habita ratione temporis, quo est soluenda fuit, vel non maturata solutio, Flam. Paris. de resign. lib. 1. quæst. 8. n. 52. Mohed. dec. 6. de locat. & fuit resolutum in vna Romana pensionis 22. Iunij 1594 coram Penia, & alibi sæpiùs: quia etiam secundùm veriorem; & magis communem opinionem inter eosdem, circumscripta consuetudine, habetur ratio fructuum, iuxta distinctionem d. l. defuncta,
33 † itaut fructus percepti ante mortem beneficiati spectent ad eius hæredes, si facultatem testandi habuit gloss. in l. 1. C. de ann. Ciuil. lib. 11. quam ibi sequitur Bart. gloss. in cap. si propter de rescr. Caldas cons. 2, in princ. de pecul. Cleric. Nauarr. in d. Apolog. de reddit. q. 2. monit. 13. & cons. 61. sub tit. de præb. Canalc. dec. 44. num. 1. Thesaur decis. 143. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 33. n. 1. Rota decis. vnic. de Translat. Prælat. in antiq. & in mille aliis.

Quibus, & aliis rationibus moti, quòd in casu
34 nostro † terminus, non maturatus ante mortem pensionarij debeatur pro rata fructuum perceptorum hæredibus pensionarij firmarunt Alex. cons. 15. num. 3. vol. 2. Rimin. Iun. cons. 634. vbi ex professo respondet obiectis in contrarium factis per Couarr. vbi supra Bellon. sen. cons. 3. n. 11. & 12. Ferret. cons. 372. num. 9. post med. vers. hinc succedit alia ratio, Honded. cons. 86. num. 23. cum plur. seqq. lib. 2. vbi optimè ad propositum nostrum distinguit tres casus super termino maturato post mortem pensionarij, & resoluit eius hæredibus deberi pensionem pro modo, & rata fructuum collectorum per Titularem ante eius mortem, Surd. cons. 333. num. 2. in fin. vers. videmus enim, & n. 3. cum seqq. vbi cumulat plures in eandem sententiam; & de rigore iuris hanc esse veriorem opinionem sensit Gabr. cons. 191. num. 13. vers. tametsi de rigore iuris cum seqq. Caccialup. de pens. quæst. 25. qui ponit casum, quòd pensionarius obierat de mense Septembris, & terminus maturabatur in festo Natiuitatis, Gig. de pension. quæst. 53. qui ponit eundem casum; & dicit sic in Curia fuisse iudicatum per peritissimos, quòd verisimiliter non potuit esse nisi in Rota, Gambar. de off. Leg. lib. 6. n. 584. quæst. 25. qui disputat articulum ad partes, Gratian. discept. 548. num. 43. & 44. quam sententiam Rota fuit perpetuò sequuta, vt apud Mantic. decis. 14. num. 10. cum seqq. & in egregia decisione facta in causa Fanen. Pensionis coram Clemente VIII. 10. Iunij 1573. quam ad litteram recenset Garz. de benefic. part. 2. cap. 1. num. 109. quæ est decis. 648. part. 4. diuers. cuius etiam meminit Gabr. in dicto cons. 192. num. 33. quæ licèt non aperiat. An in eo casu venerit, vel ne dies solutionis viuente Pensionario, tamen deinde Rota in supradicta Montepolitana Pensionis apud Marches. num. 3. expressè firmat, quòd in casu illius decisionis, dies solutionis non cesserat viuente pensionario: Et idem fuit de clara mente Rotæ in Bergomen fructuum 11. Decembris 1576. coram Robusterio, & in Cæsaraugustana Pensionis 13. Aprilis 1596. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in decis. 389. num. 3. vers. & ideo, in impressis post Pacif. de Saluian. & in Romana Pensionis 27. Iunij 1598. coram Penia, & in Salernitana Pensionis 4. Aprilis 1601. coram Sacrato, & in Nazaren. Pensionis 15. Ianuarij 1607. coram Reuerendissimo D. meo Decano, quæ in impressis est decis. 317. n. 2. & in d. Carpentoraten. Pensionis 10. Decemb. 1610. apud Caualer. decis. 129. per tot.

Tomus II.

Ex quibus non obstat Primò præcipuum Episcopi fundamentum, nimirum, quòd † actio ad conse- 35
quendum terminum Natiuitatis non fuit orta viuente Thoma, ex quo ille priùs decessit, quia imò fuit orta in principio anni computando à die 10. Maij in qua fuit pensio reseruata, licèt in gratiam debitoris, commodiorisque solutionis diuisa fuerit in duos terminos ad text. in l. nec semel 12. cum ibi notat. per Alber. in vers. aut gratia diuidendæ solutionis, ff. quando dies legat. ced. l. à vobis, ff. de ann. leg. optimus textus in l. si à Colono, ff. de fideiuss.
vbi † quòd actio competens pro mercede locatio- 36
nis incepit à principio competere locatori, quem text. ad hoc expendit Barbos. in d. l. diuortio, in 2. parte, num. 84. in vers. neque contrarium, & in specie notat Ferret. in consil. 372. num. 2. vers. pro qua rata fuit, lib. 1. Gamb. in quæst. 25. n. 598. vers. Ego puto cum sequent. Modern. Roman. de re benefic. lib. 1. quæst. 44. num 2. & 3. Mantic. d. decis. 14. num. 12. Reuerendissimus D. meus Decanus in d. decis. 327. & Caual. in d. decis. 129. num. 1. in fin. vers. & licèt regulariter cum duob. seqq.

Vnde non obstat Secundò si dicatur, † quòd dies 37
certa impedit ortum obligationis, & actionis, & consequenter illius transmissionem, in his quæ suapte natura non transmittuntur ad hæredes, prout est pensio, ex d. l. 1. §. fin. ff. quando dies leg. vsufr. ced. cùm aliis supra allegatis Quia est verum, quando dies certa adiecta est in dispositione hominis, rei non transitoriæ ad hæredes, gratia differendæ solutionis, & in his terminis loquitur Bart. in d. l. ita stipulatus, vt ipse supponit in themate quæstionis ibi propositæ, sub vers. Primo ergo quæro, non autem in die adiecta reseruationi annuæ pensionis, non gratia differendæ solutionis, sed diuidendæ pro tempore, vt illa commodiùs fieri possit, quæ, vt dictum est, non impedit ortum obligationis in principio cuiuslibet anni, iuxta distinctionem Alber. in d. l. nec semel, num. 1. post med. in vers. dic ergo, Modern. Roman. vbi supra.

Non obstat Tertiò, & consequenter, si dicatur,
quòd licet † reseruatio pensionis non sit in quota 38
fructuum, sed in pecunia, habet tamen respectum ad fructus, non demonstratiuè, sed taxatiuè; cùm in vna eademque oratione onus pensionis, cum adiectione fructuum in Bullis exprimatur, vt distinguit Gig. quem omnes sequuntur de pens. quæst. 62. per tot.
atque ideo † quòd illa censetur facta sub tacita 39
X condi

40 conditione si fructus nascantur; † quæ tacita conditio interim, quòd fructus non colliguntur, impedit ortum actionis, *Ias.* & ibi *DD. in l. quod in rerum, in princip. ff. de leg. 1. & DD. in l quod purè* per illum text. *ff. quando dies leg. ced.* & in his terminis *Gig.* ibidem
41 *num. 4 cum seqq.* atque ideo actio non potest dici orta in principio anni, fructibus adhuc non extantibus; Quia in primis hæc difficultas casu nostro non
42 applicatur, † cùm ante mortem Thomæ fuerit conditio iam impleta, quando conditio esset, cùm tunc essent iam fructus percepti pro quibus pensio peti-
43 tur: deinde † etiam quòd in reseruatione mentio fructuum facta fuerit taxatiuè, nihilominus actio fuit orta in principio anni, quia mentio fructuum taxatiuè non fuit quoad actionem, sed quoad exceptionem, seu repetitionem post factam solutionem; quia, in omnem casum, iuxta rigorem litterarum, pensio
44 omninò solui debet, cùm † materia pensionis sit adeo executiua, & fauorabilis, vt de stylo Curiæ non retardetur solutio, quantumcumque quis fructus non percipiat, licèt deinde ad repetitionem, indebitè solutæ pensionis agi possit, iuxta illud vulgare apud Curiales, *solue & repete, Gig. in d. q. 62. n. 10. in fin.* Ergo necessariò dicendum est quòd actio oritur à principio, nimirum conditio ex lege, aut alia huiusmodi; quia alioquin pensio exigeretur sine actione, quod esset absurdum.

45 Non obstat quartò decisio *Put. 14. lib. 3.* vbi quòd † terminus pensionis, cuius dies venit post illius translationem, non spectat ad transferentem, etiam quòd Titularis ante translationem fructus percepisset, ea nimirum ratione, vt inquit; quia ante diem orta non fuit actio. Quia licet vera sit dicta decisio, non tamen vera est ratio in qua fundatur ex supradictis, sed imò vera ratio illius resolutionis est quam etiam ibidem assignat idem *Put.* quòd ideo totus terminus maturandus post translationem spectet ad translatarium, quia translatio est actus meræ volontatis, & liberalitatis, itaut transferens vna cum pensione, ius non exactum sibi ex ea proueniens, multò magis condonare voluerit, iuxta distinctionem *Bartol. in l. fin. in princip. ff. de Iur. fisc. Hieron. Gabr. dicto consil. 191. lib. 2. Garz. in d. cap. 1. part. 2. num. 112.* Quæ ratio non procedit, quando, vt in casu nostro, pensio morte extinguitur, & sic versamur in actu ne-
46 cessario, vt in dicta *l. defuncta*, ex regula, † quòd in necessitatibus nemo liberalis existit, *l. rem gratam, ff. de admin. leg.* Et non obstat text. *in l. Iulianus, §. si fructibus, in vers. si in locatis, ff. de action.*
47 *empt.* vbi † quòd si fundus de tempore venditionis, quæ est actus voluntarius, erat locatus, pensio, cuius dies post venditionem cessit, non est soluenda emptori, sed venditori, qui fundum loca-
48 uit: Quia quicquid sit † an venditor mercede exacta teneatur, tenetur nihilominus eam restituere emptori pro rata fructuum pendentium, de tempore venditionis, ex quo illi videntur pars rei emptæ, iuxta ea, quæ latè tradunt *Barbos. in d. l. diuortio, in 2. part. num. 82. cum plur. seqq. Anton. Gomez 2. tom. var. cap. 2. num. 11. ad fin. & Vincent. de Franch. decis. 76.*
49 *num. 3.* † illud ideo procedit, quia cùm emptor non teneatur stare Colono, sed eum expellere possit, & sic obligare venditorem ad interesse soluendum
colono, *l. emptorem, C. locati, & l. arbores, ff. de*
50 *vsufruct.* † ne claudicare videatur contractus, æquum est, vt venditor totam exigat pensionem, non autem emptor, loco interesse quòd ipse venditor
51 Colono tenetur soluere, *Lasart. de Decim. vendit. 15. n. 35.* † Vnde est quòd Colonus Fisci, re conducta, per Fiscum vendita, non tenetur pensionem soluere Fisco vendenti, sed emptori, quia emptor colonum Fisci expellere non potest ante finitam locationem, *l. fin. ff. de Iur. Fisc.*

Non obstat quintò quòd † pensio sit ad instar do- 52
tis, & alimentorum, & ideo, quòd illa sit regulanda quoad terminos non maturatos, iuxta dispositionem text. in *d. l. diuortio*, & non iuxta text. in d. *l. defuncta.* Quia imò ad effectum de quo agitur, ratio differentiæ est in promptu, quandoquidem titulus dotis dicitur habere causam successiuam, quia † maritus 53
percipiendo fructus dotis non facit eos suos irreuocabiliter, sed tantum pro rata onerum Matrimonij supportatorum, pro quibus ei debentur fructus dotis, *c. salubriter*, cum ibi notatis *de vsur.* titulus autem pensionis habet causam instantaneam, siue momentaneam, prout etiam titulus vsusfructus, quia † vsu- 54
fructuarius vbi primùm percipit fructus, ratione tituli eos facit suos, *l. si vsufructuarius messem, ff. quib. mod. vsufr. amitt.* Vnde † quamuis is titulus postea 55
interierit, tamen acquisitio iam perfectè facta conseruatur, *l. si quis heredem, C. de instit. l. final. ff. vnde liberi,* & argumento text. *in l. 2. de itin. actuq. priuato*, ita distinguunt *Bald. in d. l. diuortio, col. 1. ad fin. Paul. de Cast. n. 6. Soccin. & Zas. vterq. n. 7. Barbos. in d. l. diuortio, in 1. part. in princ. n. 6. vers. non obstat quarta,* quo fit vt pensio, quæ imponitur, super fructibus debeat meritò regulari iuxta *d. l. defuncta*, non autem iuxta *d. l diuortio*,
cum etiam † actio quoad pensionem à principio 56
oriatur pro rata fructuum percipiendorum in vita pensionarij.

Pariter etiam † non obstat sextò textus in *d. l. si* 57
operas, 26. ff. de vsufr. & text. *in l. Communis seruus 18. §. fin. ff. de stipul. seru.* vbi quòd si seruus, cuius aliquis habet vsumfructum operas suas locauit ad tempus pro certa summa, & deinde pendente locatione extinguatur vsusfructus, diuiditur pensio pro rata temporis inter hæredes vsufructuarij, & proprietarium, & sic iuxta text. in *d. l. diuortio*, & non iuxta *d. l. defuncta*, quia est speciale in locatione operarum serui, vt aduertit *gloss. in d. §. final. in verb. pecuniam*, & ibi *Angel. num. 1. Bald. in l. 1. num. 35. C. de iur. fisc. Alex. in d. l. Diuortio, §. non solùm ad finem.* Ratio autem differentiæ est, quia fructus tam naturales, quàm industriales non percipiuntur nisi certa parte anni, & ideo in illis tempus perceptionis attenditur, prout etiam in pensione, quæ imponitur super huiusmodi fructibus, *d. l. defuncta*, secus tamen est in operis seruorum, quæ quolibet die percipi videntur, *l. 1. ff de oper. seru. & l. 1. ff. de oper. libert.* Itaut quolibet die eadem vtilitas proportionabiliter ex illis proueniat, & sic pro tempore quo durauit vsusfructus, tanquam iam perceptæ pertinent ad vsufructuarium, & pro reliquo tempore quasi non perceptæ ad proprietarium. Vnde ob eandem rationem similem differentiam constituit Iurisconsultus inter prædium rusticum, & vrbanum, *l. item quæritur, §. qui impleta, ff. locat.* vbi *Bart. n. 10. Anton. Gom.* post alios 2. *tom. c. 3 n. 5. Barb. in d. l. diuortio, in secunda parte in princ. n. 24 & 25.*

Non obstat septimò, & vltimò † stylus Curiæ, cui 58
innituntur *Nauarr. Sarment.* & alij supra allegati; Quia, vt inquit *Garz. d. 2. part. cap. 1. num. 122.* in isto stylo vis fieri non potest, cùm aliàs non constet ipsum fuisse certum, nec firmum, nullàque adsit decisio Rotæ illi conformis, sed imò *Caccialup. Gig. & alij* antiqui de contrario attestantur: & in omnem casum Rota meliùs rem considerans, innixáque validioribus rationibus suam, more maiorum mutauit sententiam, vt in *d. decis. Fanen.* & aliis supra allegatis.

Quibus sic stantibus dixerunt Domini sententiam

A.C.

A. C. esse confirmandam, prædictósque omnes qua-
tuor terminos deberi, demptis partitis, de quibus in
summario Episcopi constituentibus summam scu-
tor. 300. monetæ, quæ probantur soluta procuratori
dicti Thomæ, & quia idem Thomas die 18. eiusdem
59 mensis Octobris quo decessit, † vigore facultatis
transferendi, quam babebat, transtulit ea d. pensione
scut. 200. auri in personam Gregorij Escher, & alia
scuta 50. auri in personam Michaelis Magooni, abs-
que aliqua reseruatione terminorum, est etiam ex di-
cto termino Natiuitatis anni 1632. deducenda rata d.
pensionis, quæ in vim facultatis ea supradictis spectat
ad d. translatarios. De alia autem pensione scut. 100.
auri, quam pariter eadem die transtulit in personam
Riccardi, nulla est facienda defalcatio, cùm non con-
stet de d. Riccardi acceptatione.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Romana Census de Buccardinis.

Ven. 26. May, 1634.

ARGVMENTVM.

Fructus census non debentur euicto fundo censuato; qui euictus dicitur, si creditor census consentiat fundum restitui vero domino: & plura alia notanda in materia extinctionis census, quæ patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides agnosci potest non expectata sententia, si euictio sequatur.*

2 *Census extinguitur euicto fundo super quo ille est impositus, & ideo fructus postea decursi non debentur.*

3 *Hypothecam habens super fundo videtur illam remittere, si consentiat fundi alienationi.*

4 *Amplia, vt remittere videatur omne ius sibi competens super d. fundo.*

5 *Vsusfructus amittitur, si vsufructuarius consentiat alienationi fundi, in quo vsumfructum habet.*

6 *Census regulatur secundùm naturam vsusfructus, & quomodo.*

7 *Euictio, iuriúmque remissio ex quibus probentur, remissiuè.*

8 *Fructus census exigi non possunt à creditore illius, qui consensit alienationi fundi censuati.*

9 *Census extinctio fieri debet per actum retrosimilem, & quomodo procedat.*

10 *Fructus census ad hoc, vt non currant, non requiritur expressa, & formalis extinctio, sed sufficit tacita, resultans ex actibus positiuis.*

11 *Census translatus de vno corpore ad aliud non extinguitur, sed solum fundus antea censuatus liberatur ab onere census.*

12 *Declara procedere, si translatio fiat in aliam rem fructiferam, & capacem eiusdem census, secus si in mobilia.*

13 *Census imponi non potest super mobilibus.*

14 *Dominus census impositi super fundo non libero habet actionem personalem contra impositorem census, & eius haredes pro consequutione fructuum, vel damnorum, & interesse. Declara, vt num. 15.*

16 *Vxor constante Matrimonio non potest se obligare ad fauorem Viri.*

DECISIO CCCCLIX.

VIRGINIA hæres vsufructuaria Iaco-
bi imposuit censum super domo, seu
fundo d. hæreditatis, ad fauorem Anteæ
eius matris, & deinde idem census deue-
nit ad Sfortiam secundum Virginiæ vi-
rum, inter quem, & Virginiam eius vxorem ex vna,
& Patritiam filiam eiusdem Virginiæ ex Iacobo pri-
mo viro, illiúsque hæredem proprietariam, & Bartho-
lomæum Buccardinum Patritiæ maritum ex altera,
fuit ad sedandas lites inter dd. partes inita Concordia
de anno 1618. & eius vigore Virginia, & Sfortia con-
iuges hæreditatem d. Iacobi, vna cum domo, seu fun-
do censuato dimiserunt, seu restituerunt d. Patritiæ
hæredi proprietariæ Iacobi, in qua transactione inter
alia adest sequens capitulum sub hac forma. *E perche
da detta cessione viene à mancare l'augumento, &c. &
anco il credito di scut. 200. di vn censo già imposto a fa-
uore di Antea con li suoi frutti sin qua decorsi, &c. di qui
é che tanto detto Sign. Sforza, quanto detta Sig. Virgi-
nia circa il credito del censo sopra detto conuengono dette
parti, che per questo s'intendano reseruate le raggioni so-
pra li mobili, che restassero in essere di detta Sig. Virgi-
nia tanto già dati a d. Sig. Sforza in conto di dote, come
sopra, quanto altri.* Decessit Virginia instituto sibi hæ-
rede Paulo Buccardino ex Patritia filia nepote, qui
egit contra Sfortiam secundum virum Virginiæ pro
restitutione dotis d. Virginiæ eius auiæ, & ab A. C.
obtinuit mandatum, in quo inter alia pro pretio mo-
bilium aliàs in dotem datorum, & pro certis aliis cre-
ditis mandauit compensari sortem principalem cen-
sus prædicti, & illius fructus, vsque ad diem trãsactio-
nis decursos, & in hoc partes àcquiescunt d. decreto
A. C. sed quia à die d. transactionis, quæ, vt dictum est,
fuit facta de anno 1618. decursi sunt anni circiter qua-
tuordecim, contendit propterea Sfortia compensare
pariter fructus d. census decursos post d. transactio-
nem, saltem vsque ad diem dicti Decreti A. C. sicque
mandatum non esse exequendum, nisi habita ratione
compensationis dictorum fructuum, postea decurse-
rum; Viceuersa autem Paulus prætendit fructus post
transactionem non decurrisse, quinimò censum præ-
fatum fuisse extinctum, ac ideo mandatum exequen-
dum esse nulla habita ratione dictorum fructuum. Et
cum desuper dubitauerint Domini causa bis proposi-
ta hodie resoluerunt censum per d. concordiam fuis-
se extinctum, fructúsque exinde non decurrisse, &
consequenter mandatum A. C. esse simpliciter exe-
quen. Ratio resolutionis fuit, Quia Virginia debuit
dimittere fundum Patritiæ, ad quam ille spectabat,
cui restituendus erat tanquam hæredi proprietariæ
Iacobi per transitum Virginiæ ad secundas nuptias
iuxta seriem testamenti eiusdem Iacobi, & sic † fun- 1
dus fuit Virginiæ euictus, etiam quòd nulla sententia
lata fuerit, quia stante bono iure Patritiæ super hære-
ditate Iacobi, potuit Virginia agnoscere bonam fi-
dem non expectata sententia DD. communiter *in c.
cum in multis de rescript. Rip. in l. 2. §. volumus, ff. solut.
matr. Achill. dec. 1. de empt. & vend.* Ergo † fructus non 2
debentur, quia euicto fundo, super quo census est im-
positus, extinguitur census, *Modern. Perus. de cens. p. 3.
c. 1. q. 7. n. 1. Rota in Assisien. census apud eundem dec. 17.
& in Romana census 29. Apr. 1630. coram D. meo Dunozet.*
Quam census extinctionem agnouerunt in eadem
concordia tam Virginia, quàm Sfortia eius se-
cundus maritus modernus Dominus census in su-
pradictis verbis, ibi, *Et perche viene a mancare*

augumento di dote, & anco il credito di scu. 200. di vn
censo già imposto à fauore di Madon Antea, & ibi. *Et*
circa il credito del censo sopra lette de Mad. Antea, con-
uengono dette parti che per questo s'intendano riseruate le
ragioni sopra li mobili, che restassero, &c. Itaut ambu
tam Virginia, quam Sfortia intellexerint, & agnoue-
rint fundum censuatum fuisse euictum, ipsique visi
fuerint in dicta concotdia agnoscere bonam fidem,
imò † Sfortia eo ipso, quòd consensit dictæ concor-
diæ, sic vt supra factæ, visus fuit condonare, & re-
mittere nedum hypothecam, *leg. sicut, §. venditiones, &*
leg. Lucius, ff. quibus modis pignus, vel hypot. solu. l. fi-
4 *nal. C. de luit. pign.* † sed etiam generaliter omne ius
sibi competens super dicto fundo, *leg. Codicillis, § pri-*
mò, l. cum pater, § libertis, ff. de leg. 2. l. nihil, §. 1. & l. si
fundum, ff. de leg. 1. l. cùm quadam, ff. de admin. Tut. Me-
noch. cons. 58. n. 20. vsque ad 36. Ludou. conclus. 11. n. 1. &
5 *seqq.* hocque ad instar vsusfructus, quem † vsufru-
ctuarius amittit, & remisisse censetur, si consentit
alienationi fundi, in quo vsumfructum habebat, *l.*
apud Celsum, § quæsitum, ff de dotis except. Tiraq. de re-
tract. o sanguin. §. 1. gloss. 7. num. 36. Menoch. d. cons 58.
6 *n 18. Ludou. concl. 7. in 6. ampliat.* † Census enim re-
gulatur secundùm naturam vsusfructus, itaut quæ-
stiones censuum à communiter accidentibus deci-
dantur per leges loquentes de vsufructu, *Christoph.*
Mart. exam. 18. n 11. Phæb. decis. Lusitan. 58 n. 9. & Ro-
ta in Rauennaten. censuum coram Manzanedo, impres-
sa penes Cincium in vlt. additione, decis. 26. n. 10. vers. &
prædicta.

7 Quæ fundi † enictio iuriúmque remissio ex aliis
etiam pluribus facti circumstantiis elicitur. Prima est
quia in eadem concordia Patritia, & Buccardinus con-
iuges, isto censu excepto, accollarunt sibi omnes alios
census impositos super bonis hæreditariis eis restitu-
tis, ad text. *in l. cùm Prætor, ff. de iudic. & l. nam quòd*
liquidè, §. fin. de penu. leg. Secunda quia d. census, & au-
gmentum dotis à pari in eadem concordia in vno,
eodémque capitulo, & sub vno determinabili recen-
sentur, vnde sicuti penitus defecit dotis augmen-
tum, illúdque prorsus ad nihil redigi contrahentes
intellexerunt ex claris verbis Concordiæ, idem etiam
de censu dicendum est, ex reg. text. in *l. tam hoc iure,*
ff. de vulgar. & l. quamuis, C. de instit. & substit. Tertia
est, quia dum iura d. census talia qualia contrahentes
transtulerunt super mobilibus voluerunt fundum
censuatum liberare, illúmque sine isto onere Patritiæ,
& Buccardino coniugibus restitui, ad text. *in l. 1. &*
tot. tit. ff. de nouat. & de adimend. & transferend. leg.
Quarta, & vltima, quia Buccardinus, & Patritia con-
iuges vicem mutua, multa in d. Concordia remiserunt
Virginiæ, & Sfortiæ, quæ non remisissent, imò Con-
cordia claudicaret, nisi restitutio fundi, siue domus
censuatæ ei fuisset libera, & sine d. onere facienda,
prout verba Concordiæ sonant, prout in simili *Bart.*
cons. 90. num 2. lib. 1. Paulus de Castr. cons. 181. lib. 1.
Curt. Iun. cons. 141. col. 3. Crauett. cons. 192. Dec. cons. 180.
& cons. 181. Soccin. cons. 183. lib. 2. & Bertran. d. con-
sil. 46. n. 6. vol. 2. & dixit *Rota in causa Parmen. transa-*
ctionis 20. Decembris, in vers. neque obstant contraria,
coram me.

Ex quibus sequitur, quòd in omnem casum, quan-
do propter aliquam iuris subtilitatem, census non
8 fuisset mero iure extinctus, nihilominus † Sfortia
non posset post concordiam fructus exigere, dum in
ea agnouit fundum fuisse Patritiæ, illiúsque restitu-
tioni vti de libero consensit, bonamque fidem agno-
uit, & sub eadem bona fide Patritia, & Buccardinus
Concordiæ consenserunt, vicéque mutua plura iura
rem ferunt, ex adduct. per *Nauar. de vsur. n. 118. Boc-*
cac. de cens. p. 2. n. 44. Surd. cons. 318. n. 1. & 6. Gratian.
discept. 44. n. 15. Christoph. Mart. dict. exam. 18. à num. 45.
vsque in fin. Moder. Perus. de cens. p. 1. c. 2. q. 1. art. 1. &
latius Rota apud Seraph. dec. 1333.

Vndè non obstat, quòd † pro extinctione census 9
requiratur actus retrosimilis, quia procedit, quando
census extinguitur per redemptioné, seu solutionem,
non autem quádo prout in præsenti extinguitur, quia
fundus euincitur, cum tunc extinctio sit necessaria, &
fiat ipso iure, ex supra allegatis. Vltra quòd † ad effe- 10
ctum, vt non currant fructus, non requiritur expressa,
& formalis extinctio, sed sufficit tacita, resultans ex
actibus positiuis, de quibus supra, *Seraph. d. decis. 1333.*
& alij supra allegati. Vndè nihil ad rem quòd mobi-
lia Virginiæ super quibus iura census fuerunt reser-
uata sufficiant, vel non sufficiant, & tantò minùs,
quia reseruatio non solùm fuit facta super mobilibus
Virginiæ; sed etiam super aliis rebus in genere, itaut
dici non possit reseruationem non æquare censui.

Minùs obstat si dicatur, quòd † dum census fuit 11
translatus de vno corpore ad aliud, scilicet de prædio,
siue domo ad mobilia remanentia penes Virginiam,
& alia, ille non fuit extinctus, sed solùm fundus libe-
ratus ab onere census, † Quia procederet si transla- 12
tio fuisset facta in aliam rem fructiferam, & sic capa-
cem eiusdem census, qualia non sunt mobilia, † super 13
quibus ideo non potest constitui census, ex Constitu-
tione Pij V. edita super forma creandi census, *Greg.*
de Valent in suis comm. Theol. tom. 3. disp 5 q. 22. de cens.
punct. 2. & 4. Moder. Perus de cens. p. 1. c. 3. q. 1. art 4. per
tot. Nec dicatur, † quòd remansit actio personalis 14
contra hæredes Virginiæ, quæ imposuit censum, &
sic contra Paulum Buccardinum hæredem Virginiæ
pro consecutione fructuum, vel damnorum, & inter-
esse *ex Couar. var. lib. 3. c. 7. n. 6. Cenc. de cens p. 1. c. 3. q. 4.*
n. 18. Quia forte procederet si alienatio, seu enictio 15
fundi fuisset voluntaria, & facta ignorante Sfortia
creditore census, quia tunc nó fieret ei præiudicium,
quoad fructus, vel saltem quoad damna, & interesse,
vigore actionis personalis, *Rot. in Rom. census coram*
Sacr. impress post Cenc. dec. 90. n 6. ex eo nimirum, quia
aliàs esset in potestate debitoris, alienando fundum,
elusorias reddere omnes cautiones instrumenti cen-
sualis, sicque euadere fructuum solutionem, non au-
tem quando, vt in præsenti, extinctio fuit necessaria,
& creditor sciuit, & consensit euictioni, seu alienatio-
ni fundi censuati, quia tunc imponens remanet libe-
ratus, etiam ab actione personali, quoad fructus, aut
damna & interesse, licèt non quoad sortem, *Nauarr.*
de vsur. n. 116. vers. 22. Boccac. de censib. p. 1. n. 59. & ple-
niùs per *Vgolin. de vsur. c. 45. § 4. per tot. & Christopho-*
rus Mart. d. exam. 18. n. 20. 21. & seqq. Quo fit, vt reser-
uatio prædicta intelligi necessario debeat quoad sor-
tem dumtaxat, non autem quoad fructus post concor-
diam decurrendos, prout etiam clarè deprehenditur
ex verbis d. concordiæ supra relatis: siquidem d. re-
seruatio est necessariò intelligenda de eodem censu
prout supra, id est, de credito illo census scut. 200. qui
deficit, ibi. *E perche viene à manchare il credito di scu-*
di 200. d'vn Censo, &c. quæ scut. 200. erant sors princi-
palis prædicti census, non autem fructus, cum fructus
decursi ante concordiam essent scut. 225. fructus verò
decurrendi erant incerti.

Tandem non obstat, quòd Virginia post sex menses
à die concordiæ solidando compura cum Sfortia viro
suo constituerit se debitricem pro fructibus decursis
in scutis 225. quæ promisit soluere ad beneplacitum
viri, vna cum decurrendis, Quia quoad decursos ante
concordiam non adest difficultas quin debeantur, quo
verò ad postea decurrendos, confessio Virginiæ fuit
nulla, & erronea, cum verè census esset extinctus; &
fructus ampliùs non decurrerent † ac ipsa constante 16
matrimo

matrimonio non posset ad fauorem viri se oblig. *toto tit. ff. de donat. inter vir. & vxor.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Maceraten. Fabricæ.

Ven. 26. Maij, 1634.

ARGVMENTVM.

Vicino habenti murum communem cum alio vicino, an liceat in illo ædificare altiùs tollendo, & eius lumina obscurando: Et quando murus communis dicatur, & quid si in muro ædificantis adsit constituta seruitus: & ex quibus illa probetur, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Ædificare, altiùsque tollere quando liceat vicino in muro communi cum alio vicino, etiam quòd inde eius fenestra claudatur, remissiuè, & quid stante consuetudine, num. 2.*

3 *Ædificare altiùsque tollere licet vicino, etiam quod obscuret fenestram alterius vicini, si ei non noceat, cùm possit aliunde lumen habere.*

4 *Murus communis dicitur si intermediat, & diuidit duas domos, & talis præsumitur de iure, numer. 5.*

6 *Muri pars inferior si est communis, etiam pars superior communis iudicatur, saltem secundum quid, & num. 12.*

7 *Declara, vt sit in potestate vicini, vt faciat sibi totum parietem communem mediante solutione pretij illius partis superioris muri nondum communis effecti, & n. 12.*

8 *Ædificare, quis non præsumitur ad æmulationem, & vt alteri noceat, sed vt sibi prosit; incumbitque onus probandi contrarium asserenti, & num. 9.*

10 *Ædificare altiùs non licet in domo propria, habente seruitutem stillicidij.*

11 *Fallit si inde stillicidium non tollatur, sed adhuc illud recipiatur a domo ædificata.*

13 *Seruitus in re communi, neque acquiri, neque imponi potest sine alterius socij consensu.*

14 *Stillicidij impositio facta in re communi per vnum ex socijs, facta censetur nomine sociali, non autem animo acquirendi seruitutem in præiudicium alterius socij.*

15 *Socius amisisse ius suum an censeatur ex eo, quod alter socius diu aliquid fecit in re communi nomine proprio, remissiuè.*

16 *Seruitus stillicidij non censetur constituta ex eo, quòd illud cadat super tectum vicini, dum alia non concurrant de quibus per Doctores ibi citatos.*

DECISIO CCCCL.

DOMINI dixerunt confirmandam esse sententiam A.C. qua fuit declaratum † licere DD. de Troilis eleuare altiúsque extollere quandam domunculam propriam, & construere in ea tectum, & fabricam contiguam, & cohærentem muro communi, siue intermedio, etiam quòd inde claudatur fenestra, quam DD. de Maioranis habent in d. muro, illiúsque luminibus officiatur, soluta priùs per dd. de Troilis rata muri superioris, nondum communis, & dummodo fabrica fiat principaliter, vt eis prosit, non autem ad æmulationem, nec adsit constituta seruitus altiùs non tollendi, *l. cum eo, & l. Imperatores, ff. de damn. infect. & l. altius, C. de seruit. Alex. cons. 174. col. 2. vol. 2. Ias. cons. 31. col. 5. lib. 1. Bero. cons. 134. n. 26. col. 3. Marsil. singul. 154. Menoch. de arbitrar. cas. 156. n. 4. & de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 29. n. 14. Gratian. discept. 3·2. sub. n. 53. cũ seqq.* & in terminis obscurationis fenestræ. *I. s. cons. 98. n. 4. & 9. lib. 1. Honded. cons. 80. num. 31 cum seqq. & cons. 8, n. 35. lib. 1. Cepoll. de seruit. vrb. præd. cap. 72. n. 5.*

Quæ tantò magis † procedunt stante consuetudine Ciuitatis Maceraten. per quam licet cuilibet volenti ædificare, altiú que propriam domum extollere, obscurare lumina vicini, de qua bene deponunt testes; quæ consuetudo in hac re multum attendi debet; *l. 1. & l. Præses, C. de seruit. & aqu. l. 1. in fin.* & ibi *gloss. in verb. seruata sunt, C. de ædific. priuat. Barbat. cons. 111. n. 6. & n. 17. lib. 2. Gratian. discept. 997. num 44. Franch. Marc. decis. 498 num. 18. cum seqq. part. 1. Thesaur. decis. 41. num. 12* & latè *Surd. decis. 108. sub num. 4.* 2

Et accedit etiam quòd ex eisdem testibus † probatur cubiculum, siue mansionem Dominorum de Maioranis, quæ recipit lumen ex dicta fenestra posse aliunde lumen habere, itaut fenestræ obscuratio sit Troilis valdè vtilis, & non sit nociua Maioranis, vnde intrat regula, quod vni non nocet, & alteri prodest, fieri licet, *l. 1. §. denique, & l. 2. §. item varus, vers. quamquam tamen, ff. de aqu. pluu. arcen.* quam in his terminis assetunt *Dec. cons. 144. n. 5. vers. cum ergo, Mns. ard. cons. 47. n. 59. & Surd. d. decis. 168. n. 7. in fin. Grat. discept. 541. n. 8. lib. 3.* 3

Quòd autem † murus sit communis, clarè patet eo ipso, quòd ille intermediat, & diuidit duas domos de quibus agitur, tam naturali ratione, *l. parietem, ff. de seruit. vrb. præd.* † quam etiam iuris præsumptione, ex reg. text. in *l. arbor. in princ. ff. comm. diuid. l. pro regione, ff. de acquir. rer. dom. Soc. cons. 44. n. 2 post med, vers. postremo etiam, lib. 4. Surd. cons. 126. n. 6. Honded. d. cons. 80. n. 19. lib. 1.* Et deinde cessat difficultas ex testibus deponentibus, bonámque assignantibus rationem de communione muri intermedij destinati à fundamẽtis non ad solam clausuram, sed vt altiùs eleuari valeat, illúmque valere nouum opus sustinere, & quòd tectum domunculæ extollendæ cohæret dicto muro infra fenestram, itaut cùm † vsque ad dictum tectum, à quo domunculæ prætenduntur extolli, non possit de communione dubitari, consequenter sequitur vnum de duobus, nimirum, aut totum murum, etiam supra tectum vsque ad summum, esse parti communem, saltem secundùm quid, iuxta magis veriorem opinionẽ. *Socc. in d. cons. 44. ante n. 3. vers. sed ad hoc respondetur,* & plenè *Surd. d. cons. 126. n. 12. & 14. Hond. d. cons. 80. n. 13. Grat. discept. 263 n. 2. cum seqq.* vel saltem † esse in potestate vicini, vt faciat sibi totum parietem communem, mediante solutione pretij illius partis superioris muri adhuc non communis, nempe supra tectum, fenestramque obscurare, *Rebuff. cons. 156. n. 2. Thesaur. d. dec. 41. sub n. 7. vers. sed huic, & dec. 219. sub n. 5. vers. istis sic in facto, Cost. de port. rata, quæst. 50. num. 1. cum seqq.* 4 5 6 7

Præterea quòd Troili † intendant ædificare, vtendo iure suo, vt eis prosit, solúmque ad eorum vtilitatem, non autem ad æmulationem, & vt damnum inferant Maioranis, vltra quòd constat ex testium depositionibus præsumitur etiam de iure, *gloss. in l. fluminum, § fin.* per illum text. *in verb. non teneri, ff. de damn. infect. Ias. in l. ex hoc iure, numer. 11. ff. de iust. & iur. Decius cons. 373. sub num. 3. vers. & in dubium, Bertran. cons. 196. numer. 6. lib. 1. part. 1. R... cons. 74. num. 16. lib. 1. Laurent. de Pinu, cons. 164.* 8

n.3. Menoch.de arbit.d.cas.156.n.8. lib.2. cum aliis per
Hond.d.cons.80.n.34. Rot.dec.530.n.2.p.1.recent. & co-
9 ram *Canal.dec.186.n.4.* Quo fit vt † prætendenti ædi-
ficium extolli, lumináque offuscari ad æmulationem,
incumbat onus probandi, *Gail.lib.2.obseru.69.num.30.
cum seqq.* & firmauit Rota in Romana *Tramontana 7.
Iunij 1623 coram D.meo Pirouano.*
10 Neque obstat si dicatur domum de Maioranis †
habere seruitutem stillicidij, hocque probari ex duo-
bus testibus asserentibus aquam ex tecto domus eo-
rum cadere supra tectum domunculæ de qua agitur,
tectúmque d. domunculæ recipere stillicidia domus
fuæ: stante autem hac seruitute, non licere Troilis al-
tiùs ædificare, *l.ædificia, & l. Imperatores, ff.de seruitut.*
11 *vrban.* Quia in primis † etiam quòd dicta seruitus
probaretur constituta, non propterea Troili prohi-
berentur ædificare, fenestrámque obscurare, dummo-
do eorum domus ædificata, stillicidiū reciperet, & sic
vsque ad dicta stillicidia paulò minùs, *l.seruitutes, quæ
in superficie, § fin. in fin. gl. in §. seruitus eiusdem legis, ff.
de seruit.vrban.præd. Capoll.de seru.vrban.c.28.n.7.q.7.*
Præterea, & in omnem casum cessat difficultas,
12 Quia † aut totus paries est communis, prout talis est,
iuxta magis veriorem sententiam saltem secundùm
quid, licèt Troili teneantur soluere medietatem eius
valoris, vt supra dictum fuit, & non potuerunt Maio-
rani per appositionem stillicidij supra illam acquire-
13 re sibi seruitutem, quia † in re communi, neque ac-
quiri, neque imponi seruitus potest, sine alterius socij
consensu, *l.si vnum, ff.de seruit rustic.præd. l.pro parte,
ff.de seruit.l.si sub vna, §.final.ff.de verb.obligat. Castr.
cons.235.incipit viso puncto, in vers.4 quia lib.2.* Vnde
14 illa impositio stillicidij censetur in dubio facta, &
continuata nomine sociali aut precario, & sic sine
socij præiudicio, non autem animo acquirendi serui-
tutem, ad text. *in l.si quis putans, §. sine autem locando
cum §§. sequentibus* vsque ad finem *ff.comm.diuidun.* &
iuxta Doctr. *Bart.in l.& hæc distinctio, §. cum fundum,
n.2.ff.locat. Decian.in l.si socius in fin.C. si cert. petat.
Menoch.de arbitr. cas.442. per tot.* & est ad hoc opti-
mum *Dec.consil.282.per tot.& consil. Ruin.143 etiam*
15 *per tot.lib.4.* vbi in simili arguit pro, & contra, † an
ius socij censeatur amissum; ex eo, quòd alter socius
diu aliquid in re communi fecit nomine proprio, &
num.6.in vers. sed his non obstantibus, vsque ad fin. re-
soluit, quòd socius sciens rem esse communem, non
potest cum mala fide interuertere ius alterius socij,
& quòd ille alter socius, qui diu tacuit, sibi non præ-
iudicauit, nec eius iura fuerunt diminuta, quia iustè
credere potuit; quòd nomine sociali faciebat. Qui-
bus etiam benè annecti possunt, quæ de domo duo-
bus communi tradunt *Bartol.in l.duo fratres, ff. de ac-
quirend.hered.* & ibidem *Paul.de Castr.per illum text.
num.4. Alexand.in l.serui electione, §. Labeo, num 5 ff.
de legat.1.& Menoch de arbitr.dicto cas.442.* Aut ve-
rò paries supra tectum domunculæ cohærens dicto
16 parieti nullo modo est communis, & † nec pariter ex
eo, quòd reperiantur stillicidia facta, eáque cadere
supra tectum domunculæ censetur seruitus constitu-
ta, dum alia plura requisita non probantur iuxta doctr.
*Bart.in l.si prius ff.de nou.oper.nunciat.in 3.part. in 2.
oppositi. Alciat reg.2.præsump.1.n.2. Ioan.de Amic.cons.50.
n 4.cum seqq.& Bursat.d.cons.241.n.16.lib.3.* vbi etiam
rationem assignant.

Et ita, &c.

Spoletana Bonorum.

Lun. 29. Maij, 1634.

ARGVMENTVM.

Agitur de requisitis reciprocæ fideicommis-
sariæ, & de coniecturis ad illam indu-
cendam.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est nulla, si non sit conformis libello, vt pu-
ta si fuit intentatum iudicium retinendæ, & Iu-
dex pronunciauit super interdicto adipiscendæ,
Declara, vt num.2.*
3 *Reciproca fideicommissaria inducitur, concurrentibus
tribus requisitis, de quibus remissiuè.*
4 *Item inducitur coniecturis.*
5 *Declara, quòd coniectura oritur; si institutus super-
stes est persona verisimiliter magis dilecta à Te-
statore, quàm substitutus.*
6 *Item si Testator voluit bona conseruari in agna-
tione.*
7 *Item si digressus fuit ad plures gradus substitu-
tionum.*
8 *Rursus si apposita fuit clausula,* vulgariter pupilla-
riter, & per fideicommissum.

DECISIO CCCCLI.

IN *Decisione in hac causa facta sub die 17.
Maij 1630.* fuit resolutum, esse locum Ægi-
dianæ, quia sententia A. C. ad fauorem Ba-
ptistæ super immissione in possessionem bonorum de
quibus agitur, lata fuerat in possessorio inter laicos,
& super re prophana, & ideo cum illa esset valida, &
iusta, erat exequenda, iuxta formam d. constitutionis:
& repropusita hodie causa super eisdem Domini ste-
terunt in decisis ex eisdem fundamentis d. decisionis,
quæ nunc etiam placuerunt.
Neque obstare dixerunt prætensam sentētię † nul- 1
litatem deductam ex eo, quòd illa non fuerit libello
conformis, prout probare prætendebatur, ex quo pro
parte d. Baptistæ fuit intentatum iudicium retinen-
dæ, & tamen A.C. pronunciauit super interdicto adi-
piscendæ, contra text. *in l.vt fundus, ff.comm.diuidend.*
Quia † fuit responsum fuisse non solum intentatum 2
remedium retinendæ, sed etiam adipiscendæ, prout
colligitur ex lectura libelli, & præsertim stantibus in
illo prægnantissimis clausulis, nimirum *deducens omne
ius suum omneque remedium sibi vtilius, & expeditius,
&c. & ad hæc, & alia omnia in processu causæ, tam prin-
cipaliter, quàm incidenter, & aliis ob causas, & rationes
deducen. omnibus, & singulis iuris, & facti remediis ne-
cessariis aduersarium adstringi, &c. & aliud quodcum-
que mandatum necessarium, & opportunum decerni, &c.
ius, & iustitiam ministrari, &c. omni meliori modo, &c.*
Vnde cum postea ex prosecutis, & probatis in pro-
cessu causæ appareat Baptistam noluisse copulatiuè
obtinere ex vtroque remedio, sed tantùm ex remedio
adipiscendæ, & in hoc suas fecisse probationes, &
non in alio remedio, per consequēs potuit iudex pro-
nunciare in Iudicio adipiscendæ, in quo ex probatio-
nibus factis constitit sibi de bono iure Baptistæ, vt
benè distinguendo, & Doctores ad inuicem dissen-
tientes conciliando, tradunt *Grat. respons.70. n.31.
& 32.vol.2. Franc.de Aret.cons.96, col 1. & 2.* & benè
etiam *Imol.cons.112.n.6.*

Minus

Minùs releuare visa fuerunt, quæ contra iustitiam sententiæ deducebantur, cum illa reddatur euidens ex eo quòd concedit immissionem Baptistæ in possessionem dictorum bonorū vti reciprocè substitutæ Rentiæ eius matri in testamento q. Sebastiani Bonilli patris eiusdem Baptistæ: Quòd autem tacitè fuerit reciprocè substituta, non potest dubitari; cum † substitutio facta fuerit inter vocatos, in tota hæreditate, & vltimò morienti, vt latè probatum fuit in d. decis. quibus requisitis concurrentibus inducitur reciproca fideicommissaria. *Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 7. tit. 5. n. 15. Surd. cons. 229. Rot. decis. 266. n. 21. & decis. 300. n. 10. & decis. 361. n. 13. & seqq. p. 1. recent.*

4 Accedentibus præsertim pluribus † vrgentissimis coniecturis, ex quibus reciproca inducitur, *Paul. de Castr. in l. potest, & ibi Ias. ff. de vulg. Zanch. in l. haredes mei, § cum ita, n. 558. & 694. ff. ad Trebell. cum aliis per Fusar. de subst. quæst. 471. n. 1.*

5 Prima coniectura desumitur ex verisimili mente testatoris, † qui præsumitur ratione prædilectionis voluisse Baptistam eius filium hæredem superstitem admitti ad portionem Rentiæ cohæredis defunctæ, exclusa Euphrasia sorore substituta minùs dilecta: Quam coniecturam, ad effectum inducendi inter vocatos reciprocam fideicommissariam, ponderant *Couarr. in c. Raynutius 5. n. 4. de testam. Mant. de coniect. vlt. volunt. d. lib. 7. tit. 5. n. 14. Fusar. de substit. quæst. 472. n. 8. &* 10. qui omnes testantur de magis communi, & dixit etiam Rota in *Vrbenetana fideicommissi 14. Ianuarij 1628. coram R. P. D. meo Merlino.*

6 Secunda oritur, ex quo † testator voluit bona conseruari in agnatione; vt in his terminis aduertunt *Gabr. de substit. conclus. 1. n. 13. Fusar. d. quæst. 472. num. 12. Rot. decis. 491. num. 2 p. 4. diuers. & decis. 266. part. 1. recent.*

7 Tertia coniectura elicitur, ex quo † testator digressus fuit ad plures gradus substitutionum, vt post *Bart. Bald. Socc.* & alios tradit *Menoch. cons. 661. n. 1. Fus. d. q. 472. n. 49.*

8 Quarta, & vltima coniectura resultat, ex quo † apposita fuit clausula, *vulgariter pupillariter, & per fideicommissum, Socc. sen. cons. 249. n. 10. vers. secundò moueor, lib. 3. Menoch. cons. 797. n. 19.* quos refert, & sequitur *Fusar. d. quæst. 472. n. 5.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Cusentina Beneficij.

Lun. 29. Maij, 1634.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *In manutentionis iudicio restitui debent fructus percepti.*

2 *Recognitio iurium ex quibus probetur.*

3 *Valor frumenti non probatur ex fide officialis.*

DECISIO CCCCLII.



VM Marcus Antonius Perronus possidet Beneficium, de quo agitur, constituit in diuersis vicibus duos Procuratores ad exigendum illius fructus, nempe Ioannem Franciscum Blasium, & Franciscum Anellum: qui Anellus substituit, vigore facultatis substituendi, in eius locum Franciscum Gerbasium: Deinde iidem Blasius, & Gerbasius procuratorio nomine exegerunt in pecunia ducatos 61. Regni, necnon tumulos 36. frumenti; sed quia fuit postea in Rota declaratum dictam possessionem M. Antonij vti posteriorem, non esse attendendam, sed in illa manutenendum esse Felicem de Iuso, qui docuit de eius anteriori possessione. Propterea dubitaui hodie, † ad quam summam ascendant fructus 1 percepti per Marcum Antonium, qui sint restituendi Felici: Et fuit resolutum, ascendere ad ducatos 61. Regni. Et ratio fuit, quia constat illos fuisse exactos à d. Procuratoribus Perroni, ex eorum receptis. *Summario Felicis, num. 5. & 6.* Quorum mandatum benè probatur ex Iuribus datis in *d. Summ. numer. 4.* Vnde clarum est Marcum Antonium teneri ad illorum restitutionem ex vulgatis.

Non obstat, quòd dictæ receptæ non fuerint recognitæ: Quia obiectum cessat ex facto; † cùm illæ 2 recognitæ fuerint per testes in curia formiter examinatos, accedentibus præsertim attestationibus Archiepiscopi Cusentini, & Episcopi Bisignanen. qui fidem faciunt, illas fuisse scriptas, & subscriptas manu dictorum Blasij, & Gerbasij procuratorum.

Minùs obstat, quòd dictæ receptæ continebant solùm confessiones de recepto. Quia hoc pariter tollitur ex facto, cum ex earum lectura appareat omnes continere veram, & realem solutionem, vt in dicto *Summ. nu. 5. & 6.*

Quo verò ad tumulos XXXVI. frumenti, licèt benè probetur illos fuisse exactos à dictis procuratoribus, vt ex eorū quietantiis, tamen † valor non bene 3 probatur, cū dumtaxat data fuerit super dicto valore fides Cancellarij Montisalti, quæ ex se sola non probat: Et ideo Domini ordinarunt, vt quoad valorem frumenti coadiuuetur probatio.

Et ita decisum vtraque, &c.

Meleuitana Antianitatis.

Ven. 2. Iunij, 1634.

ARGVMENTVM.

Remissoria quando sit deneganda.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur ratione calumniæ, & irreleuantia articulorum, ac numer. 8. & ex quibus calumnia, & irreleuantia probentur, d. numer. 1. & seqq.*

Obseruantia quadragenaria quid operetur, & numer. 3.

2 *Consuetudo probanda est in casu indiuiduo, vt afficiat.*

4 *Interpretationi Statuti non est locus, stante eius claritate dispositione.*

5 *Interpretatio Statuti non spectat ad testes, sed ad Iudicem.*

6 *Remissoria denegatur, cum articulatur contrarium eius, quod probatum est per authentica documenta.*

Instrumenta authentica præualent depositionibus Testium.

7 *Eques Hierosolymitanus existens in statu veri militis, & Religiosi non potest vxorem ducere.*

DECISIO CCCCLIII.

IN propositione dubij. An D. Equiti Anto-
nio Pappacodæ debeatur Antianitas ab
initio, id est à die completi septenni; suæ
ætatis. itant sententiæ Consiliorum Ordi-
narij, & Completi Melitén. sint confirmandæ, vel in-
firmandæ. Domini *die 23. Ianuary currentis anni*, re-
strinxerunt difficultatem ad duo, ad probationem sci-
licet nobilitatis, & ad articulum professionis, & tunc
resoluerunt circa primum constare de valida proba-
tione nobilitatis D. Equitis vsque ab initio, vt in De-
cisione desuper extensa, quæ die *2. Marty proximi
preteriti* fuit confirmata, & *die 24. eiusdem* resolue-
runt secundum dubium, nempe; Antianitatem ince-
pisse currere a die completi septennij suæ ætatis: ne-
que obstare, quòd ipse nondum expresse emiserit pro-
fessionem, vt in tertia Decisione; Quibus stantibus,
cùm nihil superesset ad causæ expeditionem, & con-
firmationem prædictarum sententiarum, fuerunt dati
pro parte Ven. Linguæ Italiæ articuli, de quibus in-
1 fra: Et proposito hodie dubio, † An sit danda Re-
missoria ad Insulam Meliten. fuit negatiue resolu-
tum, ratione calumniæ. & irreleuantiæ.

Calumnia visa fuit Dominis clara: tum quia arti-
culi continent materias ad vnguem contrarias reso-
lutionibus iam factis. Tum, & etiam quia fuit diu agi-
tata lis in eadem Insula Melitæ per duas instantias in
Consiliis Ordinario, & Completo: & licèt plura fue-
rint tunc hinc inde deducta. nihil tamen ex hodie ar-
ticulatis, quæ si essent vera, fuissent verisimiliter tunc
deducta, & de facili probata: stante autem præsum-
ptione calumniæ denegatur Remissoria, vt in his ter-
minis *Rota apud Gregor. XV. decis. 211. num. 6. & de-
cis. 276. num. 3. & in recent. decis. 212. n. 1. & 712. n. 5.
p. 1. & 191. num. 2. part. 2. Put. decis. 195. lib. 1. in correct.
Verall. decis. 63. part. 3.*

Clara etiam visa fuit irreleuantia articulorum. Ete-
nim primus continens consuetudinem immemorabi-
lem circa exhibitionem probationum nobilitatis in-
fra certum terminum in Conuentu, vel in Lingua, &
circa probationem per publica documenta, quòd ta-
lis exhibitio facta fuerit, est omninò irreleuans: non
solùm quia dicta exhibitio in casu nostro, quate-
nus fuisset necessaria, præsumitur ex lapsu 40. anno-
rum cum obseruantia subsecuta per continuam ge-
stationem habitus, & communem reputationem D.
Equitis pro vero milite, tam in Conuentu, & in Lin-
gua, quàm extrà, sed etiam quia in omnem casum
D. Eques tanquam receptus in minori ætate esset ex-
cusandus, ex rationibus, de quibus in dictis tribus
Decisionibus. Secundus est pariter irreleuans, dum
continet consuetudinem, quæ aderat *de anno* 1587.
& 1588. quòd nemo licèt receptus posset suscipe-
re habitum extra Conuentum, neque in Conuen-
tu, nisi priùs ibi expleto anno nouitiatus, & emis-
sa professione infra certum terminum: tum quia
dicta consuetudo non articulatur contra receptum
in minori ætate, qualis fuit Eques Pappacoda in
vim facultatis Capituli Generalis, & cum dispen-
satione super ætate, & absentia, ac etiam cum expressa
præfixione termini, a quo antianitas incipere debebat,
2 & tamen † consuetudo est de iure probanda in casu
indiuiduo, vt afficiat, *Crauett. cons. 96. n. 7. Gabr. cons.
151. num. 10. Cas. de Graff. decis. 117. nu. 5. Rot. decis.
393. nu. 2. & decis. 799. nu. 3. par. 1. diuers.* Tùm &
etiam, quia semper militant superiùs dicta, quod ni-
3 mirum, † ex quadragenaria obseruantia præsumun-
tur omnia necessaria præcessisse, & quòd præd. Eques
venit excusandus. Tertius verò continens interpre-
tationem statutorum disponentium quod antianitas
incipiat à die soluti passagij, scilicet illa debere in-
telligi dummodo infra certum terminum exhibean-
tur probationes nobilitatis in Conuentu, vel lingua,
ibique completo anno probationis fiat professio, &
suscipiatur habitus, ut est nedum irreleuans, verum 4
etiam calumniosus, stante clara dispositione Statuti
c. 15. tit. 5. de Commun. Thesaur. ponderati in dicta
tertia decisione; in quo habetur, quòd Antianitas
currat à die soluti passagij, & professio emitti non
possit ante passagium solutum, quo casu non est lo-
cus interpretationi, *Rot. decis. 39. nu. 11. par. 2. diuers.
& decis. 136. par. 1. & decis. 246. nu. 1. par. 2. recent.*
& in omnem casum huiusmodi † interpretatio non 5
spectaret ad testes, sed ad iudicem, ad tradita per
Crauett. cons. 41. nu. 4. & sæpius resoluit Rota in si-
milibus causis Meleuitanis. Quartus articulus, quòd
D. Eques non se contulerit ad Conuentum nisi de
anno 1607. & ibi non gestauerit habitum, nec fuerit
communiter tentus pro vero Equite, est irreleuans,
cum de contrario constet ex publicis libris Religio-
nis, in quibus fuit descriptus tanquã verus Eques, &
tanquã talis fuit admissus ad tabulas, & soldeã, repar-
titus de carauana, & carauanas fecit. & † Remissoria 6
passim denegatur, dũ articulatur contrariũ eius, quod
probatũ est per authentica documenta, cùm ista præ-
ualeant depositionibus testium, *l. in exercendo, Cod. de
fid. Instr. Rot. apud Mantic. decis. 24. num. 5. & apud Se-
raph. decis. 1460. num. 3. & decis. 285. num. 4. & 589.
num. 2. part. 2. recent.* Et æque irreleuans est, Quintus,
& vltimus articulus continens, quòd dictus Eques
extraiudicialiter dixerit se esse in statu libero, & pos-
se vxorem ducere; tum etiam, quòd probaretur nihil
releuare, quia factis declarauit contrarium in iudi-
cio, dum Melitæ, in vtroque Consilio institit, & ob-
tinuit tanquam vetus Eques ac Religiosus; ac etiam
in Rota, cum non modicis labore, & impensa petiit
confirmationem dd. sentẽtiarum, tum & etiam, quia † 7
eo existente in statu veri Militis, & Religiosi, non
pendebat ab eius voluntate vxorem ducere in præiu-
dicium Religionis, *Mohed. decis. 1. de præsumpt. & Ve-
rall. decis. 185. part. 1.* † Quorum articulorum irrele- 8
uantia attenta, fuit rectè denegata remissoria, *c. cum
contingat, §. verum, de offic. deleg. Cassad. decis. 2. de dilat.
Caputaq. decis. 68. n. 2. p. 3. & Rota in Romana, seu Spo-
letana successionis 30. Maij 1631. coram D. meo Merlino.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

Romana prætensi Spolij Vineæ,

Ven. 2. Iunij, 1634.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Spolium non intrat, si quis facto Iudicis fuit priua-
tus possessione.*

2 *Hæres conueniri potest solùm pro virili, stante alio co-
hærede: fallit duobus modis, vt num. 3. & 5.*

4 *Spolium Iudiciale ad hoc, vt intret, constare debet de
nullitate, vel notoria iniustitia, ex eisdem actis,
non autem ex nouiter deductis.*

6 *In spolio Iudiciali non fit condemnatio ad fructus, nisi
a die motæ litis.*

DECI

DECISIO CCCCLIV.



V i t resolutum sententiam latam per
D. Oliuerium ad fauorem Corneliæ
contra Petrum Cinnm, & Lauten-
tium Iustum, de & super reintegra-
tione ad possessiunem vineæ de qua
agitur, cum condemnatione ad fructus à die præ-
tensi spolij, esse infirmandam ex capite iniustitiæ,
1 quæ visa fuit Dominis patens, quia dum Corne-
lia facto Iudicis fuit priuata possessione, cessat
spulium, *ad l. iustè possid. & Angel. in l. qui vni-
uersos, §. item cùm Prætor. in fin. ff. de acquir. possess.
Mohed. decis.4.num.4. de rest spol. & Rot.decis.85.n.2.
part.2.recent.*

Neque obstare visum fuit, quòd Iudex minùs le-
gitimè deuenerit ad distractionem vineæ ad instan-
tiam hæredum Antonij Iusti, vti creditorum occa-
sione pretij dictæ vineæ, citata tantùm Cornelia
pro tota summa, vti hærede Olimpij debitoris, &
2 tamen † d. Cornelia, ob existentiam Ioannis alte-
rius cohæredis videbatur posse conueniri pro viri-
li portione dumtaxat, *l. pro hæreditariis, ff. de he-
redit. action.* Quia fuit dupliciter, & benè respon-
3 sum, † Primò quòd in Iudicio subhastationis vineæ
non constitit Iudici adesse d. cohæredem, quinimò
ex publico instrumento in illo Iudicio producto,
satis constitit, quòd Cornelia, tanquam sola, &
vnica hæres adepta fuerat possessionem bonorum,
& in specie totius istius vineæ: licèt autem po-
stea in dicto Iudicio spolij doctum fuerit de dicto
alio cohærede, non propterea poterat esse locus
4 reintegrationi: ad hoc enim, † vt intret spolium
Iudiciale, debet constare de nullitate, vel notoria
iniustitia ex eisdem actis, nec sufficit quòd con-
stet ex nouiter deductis, *Abb. in cap. causam, num.4.
de offic. deleg. Felin. in cap. dilectus, el primo, num.1.
de rescrip. & in cap. cætera, num. 2. de re iud. Decian.
cons.449. num. 2. Pontan. de spol. lib. 3. num.107. & se-
quent. Gratian. discept. forens. cap 974. num.17. Rota co-
ram Mantic. decis.41. ad fin. & coram Caualer. decis.5.
num.2. & dec.479. n.1. & a part.2. diuer. & inter recent.
5 dec.646. num.1. &* 2. Secundò responsum fuit, † quòd
dicti hæredes Antonij, egerunt ad vineæ distractio-
nem sibi specialiter hypothecatæ pro consequenda
quantitate debita occasione ipsius vineæ, videlicet
pro pretio conuento, quo casu benè agi potest con-
tra vnum ex cohæredibus totam rem possidentem
titulo hæreditario, *Bursat. cons.6. n.12. lib.1. Gratian.
disc. forens. c.323. n.12. & 13. Salust. Tiber. in prax. lib.1.
cap.5. num.11.*

Augetur iniustitia ex dicta condemnatione ad fru-
6 ctus; quia † in spolio iudiciali non fit condemnatio
nisi à die motæ litis, *cap. grauis*, vbi omnes *de rest.
spoliat. Gratian. discept. forens. cap. 206. num. 14. &
cap.181. num.14. Verall decis.28. num.2. part.2. Canal. de-
cis. 586. ad fin. Reuerendissimus D. meus Decanus, de-
cis.439. n.1. Rot. decis.4. n.1 de restit. spol. in nou. & de-
cis.552. num.3. part.1. diuers. & decis.343. part.1. recent.*
omisso, quicquid dicendum sit in spolio violento, &
attentato.

Et ita decisum, &c.

Tarraconen. administrationis Cappellarum.

Merc. 7. Iunij, 1634.

ARGVMENTVM.

Administratio bonorum Cappellarum, quorum Cappellani sunt amouibiles non spectat ad ipsos, neque ad Capitulum, sed ad Confraternitatem, quæ eosdem Cappellanos nominat, seu deputat.

SVMMARIVM.

1 *Administratio bonorum Cappellarum, non residet penes Cappellanos salariatos, & amouibiles, sed penes Confraternitatem, quæ illos nominat, seu deputat, & num.2.*

3 *Cappellani nominatio, seu deputatio est de præcipuis iuribus administrationis bonorum Cappellaniæ.*

4 *Nominandi facultas relicta alicui eodem modo, quo fit alia nominatio, quid operetur.*

Dictio eodem modo, *quid operetur.*

5 *Administrandi ius ex quibus relictum censeatur.*

6 *Administrandi ius, quod fuit penes defunctum, debet etiam esse penes successorem, habentem eundem titulum.*

7 *Capitulum habet de iure generali administrationem bonorum Ecclesiæ. Declara, vt num.8.*

9 *Fundatoris dispositio est omninò seruanda.*

10 *Testes dicuntur nulliter examinati si iurarunt post terminum præfixum ad iurandum.*

DECISIO CCCCLV.



O N. mem. Ioannes Teres Archiepiscopus Tarraconensis fundauit Cappellas, de quibus agitur, & in assignatione dotis disposuit, & ordinauit, vt Ven. Confraternitas B. Mariæ presbyterorum eiusdem Ecclesiæ inuestiret certam pecuniarum summam per ipsum tunc assignatam, quarum redditus viginti annorum proximè sequentium sibi reseruauit: deinde verò in perpetuum eos distribui voluit per dictam Confraternitatem, seu eius procuratores pro manutenendis Cappellano, & Clerico dd. Cappellis interuientibus, & expensa certæ, nec non in quibusdam puellis maritandis, & demum pro augmento Missarum quotidianarum in illis celebrandarum; ius autem nominandi Cappellanum, sibi viuenti reseruauit etiam in testamento; post obitum verò illius Cappellani, quem ipse viuens nominaret, voluit, vt dicta Confraternitas nominet Cappellanum annis singulis, eodem modo, quo eadem Confraternitas solita est nominare Cappellanum S. Michaëlis in eadem Ecclesia. Postmodum autem idem Archiepiscopus, concessa sibi à Greg. XIV. facultate testandi, condidit Testamentum, & successiuè codicillos, durante adhuc d. termino viginti annorum, & in dictis Codicillis nominauit in administratorem Antonium Teres Presbyterum eius nepotem, & hæredem, cum narratiua, quòd dictus Antonius sciebat intentionem, & voluntatem ipsius, & cum expressa declaratione, quòd quæcunque Antonius faceret, censeantur voluntati ipsius Archiepiscopi conformia, & quòd idem Antonius decedens intra dictos 20. annos,

annos, posset alium nominare. Qui casus euenit, quia Antonius ante eius obitum sequutum intra dictos 20. annos, nominauit in Cappellanum Canonicum Raphaelem Moset, cum simili narratiua, quòd d. nominationem faciebat, quia sciebat intentionem, & voluntatem Archiepiscopi sui patrui, prout idemmet Archiepiscopus attestatus fuerat in codicillis, & insecutus eandem Archiepiscopi voluntatem declarauit, vt elapsis dictis 20. annis Confraternitas nominaret d. Cappellanum, qui mundaret, & clauderet Cappellas, & Sacristiam custodiret, vasa, & supellectilia sacra mundaret, alia peragetet, & seruaret, & obseruari faceret prout erant ordinata secundùm voluntatem dicti Archiepiscopi. Quæ omnia habentur in publicis documentis, datis in *Summario Confraternitatis a num. 1. vsque ad 4.* Denique elapsis supradictis 20. annis dicta Confraternitas coram Archiepiscopo Tarraconen. requisiuit dictum Raphaëlem Moset ad reddendam rationem de administratis, qui comparente, & contradicente capitulo eiusdem Ecclesiæ. Tarraconen. pro suo iure, & interesse, fuit nihilominus condemnatus ad reddendam rationem Confraternitati. Et tandem introducta causa in Rota pro parte capituli, super nominatione dicti Cappellani, & administratione Cappellarum; postquàm fuit iam bis resolutum, nominationem Cappellani spectare ad Confraternitatem, vt in decisionibus desuper factis 16. *Decembris, & 3. Aprilis proximè præteritorum.* Proposui hodie aliud dubium super administratione cappellarum, nimirum: An illa spectet ad Capitulum vel ad Confraternitatem. Et fuit pariter resolutum illam spectare ad Confraternitatem. Ratio resolutionis fuit, quia eo ipso, †
1 quòd Confraternitas annis singulis nominat Cappellanum amouibilem, vt firmatur in dictis duabus decisionibus, ius administrandi, quod penes huiusmodi Cappellanos salariatos, & amouibiles non residet, ex traditis per *Abb. in cap. extirpandæ, §. qui*
2 *verò, num. 6. de præb. & dignit.* † residere debet apud ipsam Confraternitatem nominantem, *Abbat. dicto num. 6. Oldrad. cons. 67. num. 1. ver. ego dic.* quinimò,
3 & † nominatio ipsa, seu deputatio Cappellani est de præcipuis iuribus administrationis, *Rot. decis. 264. num. 265 part. 2. diuers.* Quod tantò magis in præsenti
4 casu procedere debet, ex quo † Archiepiscopus fundator dedit dictæ Confraternitati facultatem nominandi Capellanum prout, eodémque modo, quo eadem Confraternitas nominat Cappellanum Cappellæ S. Michaëlis, qui Cappellanus S. Michaëlis, quem nominat Confraternitas, est amouibilis, & exercet etiam dictæ Cappellæ administrationem, non autem Capitulum; vnde cùm ille non possit administrare iure proprio, sed nomine Confraternitatis, ad quam spectat nominatio, ex allegatis, idem dicendum est de administratione istarum Cappellarum; stantibus supradictis verbis dictæ fundationis, ibi *eodem modo*, vt in simili *Aym. cons. 45. n. 4. Rot. dec. 447.*
5 *n. 5. p. 2. recent.* Quibus accedit quòd † ad confraternitatem, vt dictum est spectat, distributio redditum iuxta fundationem pro sustentatione Cappellani, & Clerici, & pro expensis ceræ, & aliarum rerum necessariarum, prout etiam ad medium Cappellanū, quem nominat, ad eandem spectat custodia rerum sacrarum, & retentio clauium Cappellarum, & Sacristiæ, quæ omnia dubio procul important ius administrandi, *Lambert. de Iure patr. art. 2. quæst. 5. princ. part. 1. primo lib. num. 2. Alciat. cons. 63. n. 1. & 6. lib. 8. Lap. alleg. 5. num 8. & Rota decis. 657. num. 1. part. 1. recent.* & præsertim retentio clauium, quæ sunt pars ipsarum Cappellarum, *Angel. Aret in §. item si quis merces, Instit. de rer. diuis. Grat. discept. 503. num. 2.* Tandem cùm
tam † Antonius nepos Archiepiscopi, quàm Canonicus Moset infra 20. annos, de quibus suprà habuerit totalem Cappellarum administrationem in vim 6
dictæ erectionis, consequenter eandem habere debet Confraternitas, quæ in eorum locum successit, ad text. *in l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut. l. si donator, §. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor. cum vulg.*

Nec quicquam obstare visum fuit obiectum, quòd ad Capitulum de iure spectet generalis administratio bonorum Ecclesiæ; † Quia est verum, vbi aliàs 7
per fundatorem non est de particulari administratore
prouisum, prout fuit prouisum in præsenti, † cuius 8
dispositio in hac parte est omninò obseruanda, ad *l. pen. ff. de leg. primo, Peregr. cons. 33. n. 12. lib. 1. Rota apud Caualer. dec. 639. n. 6.* cum aliis in prima Decisione in hac causa facta allegatis.

Nec pariter obstare visa fuit consuetudo administrandi, quam Capitulum probare prætendit ex depositionibus testium desuper examinatorum, quia vltra quòd eorum † examen fuit nullum, ex quo testes 9
iurarunt post terminum à Iudice præfinitum ad iurandum, *Imol. in c. licèt causam, n. 28. & seqq. de probat.* eorum depositiones nihil concludunt de consuetudine circa particularem administrationem istarum Cappellarum, sed solùm in genere de administratione rerum Ecclesiæ, † cum tamen consuetudo sit 10
probanda in specie, *Aym. cons. 96. num. 4. Cas. de Graff. decis. 6. num. 5. de prab. Rot. decis. 799. part. 1. diuers.*

Et ita decisum vna tantùm, &c.

Calaguritana Beneficij de Biriones.

Ven. 9. Iunij, 1634.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fides simplex non facit fidem.*
2 *Beneficium assequens incompatibile cum alio Beneficio, quod prius obtinebat, amittit omne ius, quod ad illud habebat.*

DECISIO CCCCLVI.

IN Decisione in hac causa facta die 31. *Ianuary* 1633. fuit resolutum, Petro Albeciæ non esse adiudicandum dimidium Beneficium, de quo agitur, etiam quod fuerit ad illud præsentatus à medietate Beneficiatorum Oppidi de Biriones, & ab Ordinario gratificatus. Et ratio resolutionis fuit, quòd ille prætendebat Martinum Vergadam amisisse omne ius, quod habebat ad d. dimidium beneficium per assecutionem alterius incompatibilis, & tamen dictam assecutionem non probabat, nisi per simplicem fidem Notarij, quam dictum fuit non releuare; † Quia simplex fides non 1
facit fidem, ex vulgatis. Sed reproposita hodie causa super eisdem, DD. à decisis recedendo dixerunt Petro esse dictum dimidium beneficium adiudicandum; Quia ex iuribus nouiter compulsatis, & productis benè † constitit dictum Martinum fuisse as- 2
secutum aliud beneficium incompatibile cum d. dimidio beneficio collatum à Vicario Calaguritano,

possessio

possessione etiam subsecuta, & continuata per plures annos, ex qua assecutione expirauit omne ius, quod habebat ad dictum dimidium beneficium, *c. de multa. de probat. cum vulg.* Et fuit millies decisum. Vnde cùm cessauerit ratio Decisionis, & in cæteris ius Petri sit benè fundatum, ex latiùs deductis in prima decisione, nihil est cur ei non sit dictum dimidium beneficium adiudicandum.

Et ita, &c.

Romana Domuncularum.

Lun. 12. Iunij, 1634.

ARGVMENTVM.

Elice ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Monitorij defectus sanatur per seruationem terminorum substantialium.*

2 *Testes examinati super statu personæ, licèt in alio iudicio, & inter diuersas personas probant.*

3 *Renouationem prætendens emphyteusis hæreditariæ vti proximior, an debeat probare se heredem vltimi inuestiti, vel sufficiat, vt sit hæres primi acquirentis, remissiuè.*

4 *Inuestitura alterari non potest à concedente post ius quæsitum acquirenti, & eius descendentibus.*

5 *Inuestitus habens facultatem nominandi, si non nominet, an censeatur voluisse emphyteusim liberè reuerti ad Ecclesiam, itaut cesset renouatio debita proximiori, remissiuè.*

DECISIO CCCCLVII.

PLACVIT Dominis decisio in hac causa facta, sub *die 17. Februarij præteriti*, in qua fuit resolutum, confirmandam esse sententiam Locumtenentis Eminentissimi Cardinalis Vicarij Vrbis, concedentem immissionem Lucio Vincentio de Vetera in possessionem domunculárum de quibus agitur; ex eisdem rationibus in d. Decisione deductis, quæ non est cur repetantur.

Neque obstant duæ nullitates, quæ contra validitatem dictæ sententiæ obiiciebantur. Non prima, vi-
1 delicet, quòd illa † lata fuerit nullo præcedente monitorio contra Vigilutium possessorem; Quia fuit responsum, quòd quatenus adfuisset dicta nullitas, illa fuit sanata per seruationem terminorum substantialium, in quibus adest citatio ad libellandum; quæ loco monitorij deseruit, *Seraph. dec. 1451. n. 4.*

Minùs refragatur alia nullitas deducta ex defectu legitimationis personæ d. Vincentij actoris. Quia vltra quòd hic defectus magis influeret in iniustitiam, quàm nullitatem sententiæ, respondetur, quòd cùm fuerint in hac causa repetiti testes aliàs examinati super legitimatione personæ eiusdem Lucij Vincen-
2 tij, sufficit ad hunc effectum: cùm † testes examinati super statu personæ alicuius, licèt in alio iudicio, & inter diuersas personas benè probent, *l. ingenuum, vbi gloss. & DD. ff. de stat. hom. Bald. & Salicet. in l. 2. C. quibus res iud. non noc. Gregor. XV. decis. 498. num. 9.*

Quæ verò contra iustitiam dicebantur, nihil rele-
3 uare visa fuerunt. Et in primis † non obstat quòd emphyteusis de qua agitur, sit hæreditaria, prout probari prætenditur ex instrumento ratificationis inuestituræ factæ per Rectorem, & quòd ideò Lucio Vincentio prætendenti renouationem, non sufficiat se proximiorem probare, sed etiam doceré teneatur se esse hæredem vltimi inuestiti; Quia quicquid sit de hac quæstione, videlicet an prætendens renouationem emphyteusis hæreditariæ vti proximior, debeat probare se hæredem vltimi inuestiti, vel sufficiat vt sit hæres primi acquirentis, qualis est Lucius Vincentius, quam disputat *Bero. cons. 103. num. 12. vol. 2.* cessat difficultas, quia cùm † inuestitura facta fuerit à legitimo Procuratore Rectoris ad id specialiter constituto ad tertiam generationem masculinam, & fœmininam, nulla facta mentione qualitatis hæreditariæ, & sic ex pacto, & prouidentia, non potuit deinde Rector post ius quæsitum descendentibus ex stipulatione primi acquirentis recedere à contractu, seu eius formam alterare, ad text. in *l. 5. ff. de pact. & in c. 1. extr. eod. tit. cum vulg.* 4

Non obstat Secundò quòd † vltimus comprehensus in inuestitura haberet facultatem nominandi, & ideo cùm neminem nominauerit, censeatur voluisse, quòd emphyteusis liberè reuertatur ad Ecclesiam, & consequenter cessare debeat renouatio; Quia respondetur quòd *Caldas* ad id allegatus in *suo tract. de renou. emphyt. lib. 1. quæst. 9. n. 7. in fin. vers. in alio etiam casu, & n. 8.* solùm dicit, quòd in defectum nominationis, res deuoluitur ad Ecclesiam, non autem quòd proximior non possit petere renouationem si Ecclesia nolit pro se retinere, prout in casu nostro; & ideo non applicatur. 5

Et ita vtraque, &c.

Ariminen. Fideicommissi.

Ven. 23. Iunij, 1634.

ARGVMENTVM.

Identitas ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum competit stante læsione.*

2 *Immissio concedi non potest fideicommissario, nisi constito de possessione defuncti vsque ad obitum.*

3 *Possessio probatur ex testibus deponentibus cum qualitatibus, de quibus remissiuè.*

4 *Identitas probatur ex catastro, iunctis præsertim adminiculis, quæ plura numerantur, num. seqq.*

5 *Præsens legato facto alicui, si taceat, præsumitur rem legatam non esse suam, cùm alias contradixisset.*

6 *Testes dicuntur nulliter examinati, si deficiant citatio ad videndum illos iurare, & Decretum Iudicis committentis receptionem iuramentorum, Declara, vt num. 7.*

8 *Testes sunt ad vnicem reducendi ad concordiam, vt probent.*

9 *Testes deponentes specificè, & aliunde adminiculati præferuntur deponentibus generaliter, iuncto numero præcedenti.*

10 *Testis vnicus licèt specificè deponat postponitur aliis numero pluribus.*

11 *Possessio intelligi potest iure familiaritatis, vel tutorio nomine, si quis possideat, & sit consanguineus, & tutor.*

DECI

DECISIO CCCCLVIII.



RAEVIA sententia Rotali, quæ transitum fecit in iudicatum, data fuit immissio DD. de Georginis super petio terræ tornaturarum duarum in circa, sito in Territorio Ariminen. in contrata *Vergiano fundo gualdo*, vti subiecto fideicommisso q. Caroli de Mercatis: sed commissa mihi causa restitutionis in integrum pro parte DD. de Macronibus, qui dictum petium terræ possidebant. Dubitaui hodie, an constaret de causis dictæ restitutionis in integrum: & constare Domini responderunt, stante iniu-
1 stitia sententiæ Rotalis, † ex qua resultat læsio, quæ est restitutionis causa, *cap.* 1. vbi *Abb. de restit. in integ.* cum aliis in *Ariminen. fideicommissi* 29. *Nouemb.* 1632. *coram me.*

Iniustitia autem sententiæ Rotalis, visa fuit clara,
2 Quia † non poterat concedi immissio dd. Georginis, vti fideicommissariis d. Caroli de Mercatis, nisi constito priùs, quòd dictum petium terræ fuerit possessum à dicto Carolo vsque ad obitum, & relictum in eius hæreditate, *Aym. cons.* 61. *n.* 6. *vers. aut non probatur, Peregr. de fideicomm. art.* 44. *n.* 1. cum aliis *in d. Arimin. coram me, & in alia Ariminen. fideicomm.* 7. *May* 1631. *coram R. P. D. meo Merlino.*

Tantùm autem abest, vt hoc fuerit probatum, quòd imò clarè constat hoc petium terræ, fuisse possessum à Gaspare de Mercatis, qui illud vendidit Andreæ de Cæsena, à quo DD. de Macronibus causam
3 habent, † quod fuit probatum per quatuor testes, qui deponunt de possessione Gasparis huius petij terræ, specificato territorio, contrata, & confinibus, vbi situm est, & sic optimè probant, *Peregrin. de fideicomm. art.* 44. *n.* 13. *Fusar. de substit. quæst.* 618. *n.* 20. *Rot. decis.* 41. *apud Reuerendissimum Decanum, & in Reatina fideicom.* 12. *Nouembris* 1626. *coram Manzanedo.* Et vltra testes adsunt plura, ex quibus idem probatur, & Primum partita catastri publici Ciuitatis Ariminen. vbi cum hoc petium terræ esset descriptum ad partitam Caroli de Mercatis, fuit deletum, vti erroneè descriptum, & positum ad partitam Gasparis
4 de Mercatis †: partita autem catastri probat identitatem, præsertim cum adminiculis, *Peregrin. de fideicomm. artic.* 44. *num.* 7. *Magon. decis. Florentin.* 10. *num.* 6. *& seq. Fusar. quæst.* 618. *num.* 18. Secundum
5 quia † hoc petium terræ fuit legatum eidem Gaspari in testamento q. Pauli Mercati præsente dicto Carolo Mercato, qui vel non permisisset alteri legari, vel saltem non tacuisset, si dictum petium terræ fuisset suum, ne sibi præiudicaret, iuxta not. *in l. quæ dotis, ff. solut. matr.* vbi præsertim *Alex. num.* 28. *Roman. num.* 42. *Ias. num* 85. *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 99. *num.* 18. *& seqq. lib.* 6. Tertium quia de anno 1569. idem Gaspar vendidit hoc petium terræ Andreæ de Cæsena: venditio autem iuxta communiter contingentia fieri solet à Dominis. Quartum quia vnus ex testibus examinatis pro parte Georginorum deponit specificè quòd istæ terræ possessæ à Macronibus, fuerunt possessæ à dicto Gaspare.

6 Non obstat, quòd † in examine dd. testium deficiat citatio ad videndum illos iurare, & deficiat etiam Decretum Iudicis committentis iuramentorum receptionem, & sic illi sint nulliter examinati, *cap.* 2. *de*
7 *testib. l. si quando, C. eodem*; † Quia cum fuerint examinati, præuio iuramento, & cum interrogatoriis partis, & fulciantur prænarratis adminiculis, & probationibus, si non faciunt plenam fidem, faciunt saltem vehementem præsumptionem: quæ ad hunc effectum probandæ identitatis sufficiunt, *Surd. cons.* 414. *n.* 68. *Greg. XV. decis.* 172. *n.* 6. & ibi *Adden. n.* 10. & fuit dictum in hac eadem causa 27. *Iunij* 1629. *coram bon. mem. Cardinali Virili*, & in specie aliorum testium, qui patiebantur eosdem defectus fuit dictum in alia *Ariminen. fideicommissi* inter easdem partes 28. *Februarij* 1633. *coram R. P. D. meo Merlino.*

Non obstant decem testes examinati pro parte illorum de Georginis, quia vno excepto, reliqui deponunt solum in genere, quòd Carolus Mercatus possedit in eod. territorio, & contrata *Vergiano*, nec deponunt specificè quòd possederit hoc petium terræ,
prout deponunt testes supra relati; & sic, † vel sunt 8
intelligendi de possessione aliorum bonorum, quæ verè constat d. Carolum possedisse in eadem contra-
ta, vt sic inuicem reducantur ad concordiam, vel † in 9
concursu essent præferendi testes, qui deponunt magis specificè, & fulciuntur aliis adminiculis, & probationibus, *Alex. cons.* 350. *n.* 17. *lib.* 5. *Aym. cons.* 94. *n.* 5.
Socc. Iun. cons. 54. *n.* 14. *lib.* 4. *Greg. XV. decis.* 449. *n.* 8. † 10
Alter verò testis, qui deponit specificè de possessione huius petij terræ vltra quòd est vnicus, & sic in concursu esset postponendus aliis numero pluribus, *c. licet causam, de probat. l. ob Carmen. §. si Testes*, & ibi *glos.*
de Testib. † potest intelligi de possessione iure fami- 11
liaritatis, vel tutorio nomine, cum dictus Carolus esset consanguineus, & tutor Pauli prædicti.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Elnen. Distributionum.

Ven. 23. Iunij, 1634.

ARGVMENTVM.

Beneplacitum Apostolicum, an, & quando sit necessarium in transactione rerum Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Ex transactione inefficaci, & sine actione agi non potest.*

2 *Solemnitates, & iusta causa requiruntur in transactionibus rerum Ecclesiæ, prout in aliis alienationibus rerum illius.*

3 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in transactione rerum Ecclesiæ; si in ea non interuenerunt legitimæ solemnitates, iuncto dicto num. 2.*

Supplet defectum solemnitatum, cum per illud remissæ censeantur, dicto num. 3.

4 *Necessarium est si in contractu fuit expressè reseruatum, itaut antequam obtineatur, ille nullum producat effectum.*

Ablatiuum absolutum importat conditionem.

5 *Beneplacitum Apostolicum non præsumitur ex lapsu temporis, si nondum effluxerunt 30. anni.*

Beneplacitum Apostolicum si nondum fuit obtentum, potest Ecclesia re integra pœnitere, & à contractu recedere.

6 *Diuisio bonorum Monasterij si fiat inter Abbatem, & eius Conuentum, Abbas potest illam ad libitum reuocare, non sequuto beneplacito Apostolico.*

7 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in transactione facta per Abbatem exemptum à Iurisdictione Episcopi, itaut non sufficiat confirmatio illius.*

8 *Papa in exemptis est loco Diœcesani, & eius authoritate debet fieri omnis alienatio.*

9 *Ratificatio non præiudicat, nisi data plena, & distincta scientia de contentis in actu ratificato.*

10 *Ratò*

10 *Ratificatio censetur conditionalis, si actus ratificatus contineat conditionem.*

11 *Obseruantia concordiæ, qualis esse debeat vt praeiudicet.*

DECISIO CCCCLVIII.



N Decisione in hac causa facta die 25. *Iunij*, 1629. *coram me*, fuit resolutum esse relaxandum mandatum executiuum ad fauorem Capituli, Canonicorum, & Beneficiatorum Collegiatæ Ecclesiæ B. Mariæ de Regali, oppidi Perpiniani, contra modernum Abbatem eiusdem Ecclesiæ pro solutione contentorum in transactione inita cum Abbate prædecessore de *anno* 1603. in qua d. Abbas se obligauit soluere in perpetuum Communitati seu Massæ communi distributionum certas quantitates frumenti, olei, vuarum, & pecuniæ numeratæ; Quæ decisio fuit postea confirmata sub *die* 12. *Nouembris*, 1629. Sed desuper concessa Abbati noua audientia, & causa hodie proposita: Domini à decisis recesserunt. Quandoquidem fuit animaduersum dictam transactionem carere Beneplacito Apostolico, quod necessariò requirebatur, ad hoc vt illa produceret efficacem actionem, vt inferiùs demonstrabitur †; Ex transactione autem inefficaci, & sine actione agi non potest, *Gemin.conf.*53.*n.*3. *Castr.conf.*99. *in princ.lib.*2. *Socc.sen. conf.*78. *sub n.*4 *lib.*3.
1

Quòd autem prædictum Beneplacitum in d. transactione requireretur, patet eo ipso, quòd in ea non interuenerunt legitimæ solemnitates †; quæ tamen præter iustam causam in similibus transactionibus, prout in aliis alienationibus rerum Ecclesiæ desiderantur, *Federic.de Sen.conf.*94. *Aym.conf.*323.*n.*1.*Caputaq. decis.*109. *p.*1. *& decis.* 318. *p.* 3. *Rota in Romana Turris Vergatæ*, 19. *Iunij*, 1600. *coram R.D.meo Decano, & in Piscarien. Transactionis*, 1. *Iulij*, 1633. *coram R.P.D. meo Panzeroto*, † atque ideò fuit opus Beneplacito, quod supplet defectum solemnitatum, & per quod illæ remissæ censentur, *Abb.cons.*41.*n.*3. *& in cap.*1. *de confirmat.vtil.vel inutil. Dec. cons.*341. *Rota in Romana Domus*, 13. *Iunij coram me*: † Et tantò magis illud in dicta transactione requiri videbatur, quia fuit in ea expresse reseruatum, ibi, *saluo tamen semper Sanctissimi Dom. N. Beneplacito, &c.* Quæ verba ablatini absoluti important conditionem, itaut ea pendente; nempe Beneplacito adhuc non impetrato, transactio nullum producat effectum, ex latè deductis, in his terminis, per *Riccium in prax.for. Ecclesiast.tit.de alienat.rer. Eccles. resol.*70. *per tot. Caputaq.decis.*105.*n.*3. *p.*1. *Mohed.decis.*1. *de simonia, & decis.*35. *de renunciat. Seraph.decis.*805.*n.*8. *Rota decis.*624.*n.*12.*p.*1.*recent.* Et fuit dictum in *Terracinen. affictus*, 17. *Ianuarij*, 1627. *&* 27. *Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Pirouano.*
2
3
4

Ex quibus sequitur, quòd cùm beneplacitum non fuerit obtentum, † nec illud præsumi possit ea lapsu temporis, cùm nondum effluxerint 30. anni, vsque ad tempus motæ litis, quæ cœpit de anno 1615. † potuisse Abbatem, re adhuc integra, pœnitere, & à d. concordia recedere, *l.intellecto*, vbi *gloss. in verb. Regni sui, de iureiur.ca. Presbyterorum*, & ibi etiam *gloss. in verb. alienator, de reb.Eccl.non alien. Abb.in c.super eo, de condit.apposit. Marescott. lib.*1.*var.cap.*14.*nu.*1. *& seqq. Rot.d.decis.*624.*num.*12.*par.*1.*recent.* cum alijs latiùs deductis in d. *Romana Domus coram me*: Et ferè in bis terminis, quòd si fiat diuisio bonorum Monasterij inter Abbatem, & eius Conuentum, Abbas possit, non sequuto beneplacito Apostolico, illam ad libitum reuocare, tradit *Nauarr.conf.*9.*de reb.Eccl.non alienan.*
5
6

Et in fortioribus terminis sentire visus fuit idem *Nauarr.conf.*10.*eodem tit.*

Vndè non obstat, † quòd in d. transactione interuenerit confirmatio Episcopi Elnen. Quia quicquid sit an illa aliàs sufficeret, si Abbas non esset exemptus, quia tamen Abbas exemptus est ab Episcopi iurisdictione, vt ea sententijs desuper latis, de quibus in *summario Abbatis num.* 8. necessarium fuit beneplacitum Apostolicum, cùm † Papa in exemptis sit loco Diœcesani, & eius authoritate debeat fieri omnis alienatio, siue sit propria, directa vel indirecta, ex adductis per *Abb.cons.*56.*num.*2.*circa med. vers. & si lib.*1. Et in his terminis *Cardinalis* in *Clement.*1.*q.*34.*& seqq. de reb. Eccl.non alienan.*. 7
8

Neque etiam obstat, quòd Abbas modernus in ingressu † ratificauerit d. concordiam, & iurauerit illam obseruare, quia vltrà quòd non probatur de contentis in ea, Abbatem habuisse plenam, & distinctam scientiam, qualis ad hunc effectum requiritur, *Gabr. cons.*69.*n.*26.*lib.*2. *& cons.*66. *sub n.*60.*lib.*1. *Gratian. discept.*429.*num.*29.*& seqq. Ostasch.decis.*51.*num.*5.*p.*2. *recent.cum alijs per Adden. ad Greg. XV. decis.*208.*n.*9. respondetur etiam, † quòd cùm concordia esset conditionalis ex prædictis, videlicet quatenus subsequeretur Beneplacitum Apostolicum, Abbas censetur illam approbasse, prout iacet, & sic cum reseruatione dicti beneplaciti, & non aliàs, *Paris. cons.*10. *n.*23. *& plur.seqq. Put.decis.*191.*n.*17.*p.*1. & ideò potest semper, & quandocumque ab illa recedere ex allegatis. 9
10

Tandem † non restagatur prætensa obseruantia concordiæ, quia actus, qui afferuntur ad illam probandam non constat fuisse factos de mandato Abbatis, nec apparet de eius scientia, & patientia; Et in omnem casum cùm d. Concordia non sit obseruata per longissimum tempus, & ex se nullius sit effectus, actionémque non producat, non est attendenda, ex supradictis. 11

Et ita decisum vtraque parte informante.

Leodien. Cappellæ.

Merc. 28. *Iunij*, 1634.

ARGVMENTVM.

Canonicus non existens in sacris, licèt habeat Ius optandi, non potest tamen prouidere ratione Turni: Et quando cessio beneficij non suffragetur.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus non existens in sacris non potest gaudere Turno, licèt habeat ius optandi, num.* 2. *& ratio differentiæ habetur num.* 3. *& seqq.*

3 *Optandi ius non competit Canonico ex voce Capitulari, sed vti singulari, ratione Canonia.*

4 *Prouidendi ius competens Canonico, ratione Turni, dicitur ei competere nomine, & vice Capituli, non autem vti singulari Canonico.*

5 *Cessio Beneficij non suffragatur, si non fuit publicata in Ecclesia, vbi illud situm est.*

6 *Cessionarius beneficij tenetur iustificare ius cedentis, si iste non sit triennalis pacificus possessor.*

Y DECI

DECISIO CCCCLX.



Enrico tantùm informante, fuit hodie resolutum non constare de eius bono iure. Ratio fuit, quia aut ille prætendit hoc beneficium, vti nominatus, & de eo prouisus per Hermannum Canonicum Ecclesiæ Collegiatæ de Cortesen. vigore Turni, & fuit iam per binas decisiones resolutum coram me:
1 † Hermannum non potuisse gaudere Turno, ex quo tunc non erat in sacris constitutus, vt latè in dictis decisionibus, & præsertim in prima facta 28. *Iunij*, 1630. vbi respondetur adductis in contrarium per *Rebuff. de nominat. q. 8. n. 4. in decis. 600. p. 4. diuers.*

Neque obstat *Decisio Dertusen. Turni in impress.*
2 *apud Caual. decis.* 109. *num.* 5. hodie allegata, vbi † quòd Canonico non existenti in sacris competit ius optandi.
3 † Quia cum illud non competat ex voce capitulari, sed vti singulari, ratione Canoniæ, iuxta *gloss. in Clem. II. in verb. in capitulo, de ætate, & qualitate*, quam
4 ibi sequuntur *Imol.* & alij, † ex eo non infertur ad ius prouidendi competens Canonico ratione Turni, quod ei competit nomine, & iure Capituli, non autem vti singulari Canonico; itaut prouisio habeatur, ac si à Capitulo capitulariter facta fuisset, *cap. fin. de preb. in* 6. & ibi *gloss. verb. statuto, & Franch. num.* 2. cum aliis iuribus, & rationibus in *d. decis.* 28. *Iunij* coram me adductis.

Aut verò Henricus fundat ius suum in cessione ei facta per Arnoldum collitigantem, & prouisum per Gottifredum eiusdem Ecclesiæ Turni capacem,
5 & dicta † cessio non potest ei suffragari, ex quo illa non fuit publicata in Ecclesia Collegiata de Cortesen. vbi beneficium est fundatum, iuxt. Constitutiones Pij V. & Greg. XIII. latè *Parisf. de resignat. lib.* 11. *quæst.* 5. *n.* 51. & fuit iam resolutum in eadem causa, 20. *Decembris*, 1630. *coram me.* Quibus hodie vnus ex
6 Dominis addebat, & benè, quòd † dum Arnoldus collitigans non erat triennalis pacificus possessor, tenetur Henricus iustificare ius Arnoldi cedentis, vt sibi cessio suffragetur, *Parisf. de resign. lib.* 10. *quæst.* 4. *n.* 10. *& seq. Cassad. decis.* 2. *de caus. possess. & propriet. Ægid. decis.* 593. cum aliis per *Rotam in Pisana Cappelle*, 27. *Martij*, 1634. *coram.*

Et ita decisum, &c.

Romana Saluiani.

Merc. 28. *Iunij*, 1634.

ARGVMENTVM.

Accipe ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Saluiani requisita quæ sint, & quomodo probentur.*
2 *Vsusfructus Patris in dote materna suorum filiorum venit in obligatione per eum facta omnium iurium.*
Saluianum competit creditoribus hypothecariis super commoditate vsusfructus bonorum maternorum.
3 *Debitor præiudicare non potest suis creditoribus tradendo in dotem eius filiæ rem illis hypothecatam.*

DECISIO CCCCLXI.



Omini de Mantellis imposuerunt duos census super quibusdam eorum bonis stabilibus, ad fauorem Archiconfraternitatum S. Petri de Vrbe, & S. Iacobi de Scossacauallo nuncupati, sub fideiussione D. Bernardini Maffei: & cum illæ egerint Saluiano coram A.C. pro consecutione fructuum decursorum, & non solutorum contra Ioannem Paulum Riccium tertium possessorem vnius medietatis census ei cessi per dictum Bernardinum fideiussorem, obtinuerunt sententiam fauorabilem; à qua interposita appellatione pro parte Riccij, & causa mihi commissa, Dubitaui an sententia A.C. sit confirmanda, & Domini cum illa sit valida, & iusta, confirmandam esse censuerunt.

Validitas patet ex reuolutione actorum, iustitia verò est clara, quia † fuerunt benè probata requisita 1
necessaria in Iudicio Saluiani: Creditum námque ad fauorem Archiconfraternitatum cum hypotheca omnium bonorum d. Maffei, constitit ex instrumentis, *Summario*, *n.* 1. Primum verò extremum, videlicet, quòd medietas dicti census possideretur per dictum Dominum Bernardinum apparet ex Instrumento dictæ cessionis, prout ex eodem Instrumento, & sustentatione litis probatur possessio dicti Riccij.

Non obstat, quòd cessio prædicta facta fuerit non solùm à Bernardino, sed etiam ab eius filiis, qui non sunt debitores Archiconfraternitatum, sed prætendunt dictum censum ad eos spectare ex causa dotis maternæ: Quia vltra quòd ex hodie datis hoc non probatur, quòd etiam si hoc esset verum, tamen
† cùm Bernardinus pater obligauerit omnia iura, 2
censetur etiam obligasse vsumfructum istius census, vti ad eum spectantem in dote materna suorum filiorum, itaut inde competat Saluianum creditoribus hypothecariis super commoditate vsusfructus, vt latè per *Pacif. de Saluian. cap.* 2. *num.* 672. *& numero* 794.

Nec dicatur istam cessionem factam fuisse per Bernardinum † in causam dotis D. Plautillæ eius filiæ, 3
Quia stante dicta expressa hypotheca, ille non potuit præiudicare suis creditoribus, *Pereg. de iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 39. *&* 40. *Rota in Bononien. vsusfructus*, 24. *Ianuarij*, 1622. *coram R. D. meo Decano.*

Et ita conclusum, &c.

Meleuitana Antianitatis.

Lun. 3. *Iulij*, 1634.

ARGVMENTVM.

Remissoria denegatur ratione calumniæ, & irreleuantiæ articulorum: Et quando illi dicantur calumniosi, & irreleuantes.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria calumniosè præsumitur petita, si articuli contineant materiam de directo contrariam decisionibus iam factis.*
2 *Item si causa fuit diu agitata in partibus per plures instantias, & non fuit in illis vnquam articulata materia, super qua remissoria petitur.*

Fallit

Fallit primò hec conclusio in reo, cum tantùm procedat in actore, nu. 4. sed ista fallentia reprobatur, n. 10. & seqq. & præsertim, n. 14.

Fallit secundò si ille, qui remissoriam petit, obtinuit in partibus sententiam fauorabilem, & quare, num. 5.

allit tertiò si materia articulata non solùm est releuans, sed datur etiam fumus, quòd illa sit vera, num. 6.

3 *Remissoria denegatur ratione calumnie.*

7 *Testes deponentes de immemorabili quando non probent.*

8 *Testes interessati non probant.*

9 *Testes de Vniuersitate non probant pro ea, stante eorum singulari interesse.*

10 *Reo fauendum est potius, quàm Actori. Declara procedere in dubio, non autem vbi adest calumnia clara, nu. 11.*

Reus est actor in sua exceptione, d. n. 10.

12 *Calumnia nemini prodesse debet.*

14 *Calumnia præsumitur magis in reo, quàm in actore.*

15 *Articuli ex quibus dicantur irreleuantes, & num. seqq.*

Obseruantia 40. annorum quid operetur.

16 *Minori septennio non potest culpa imputari.*

17 *Dispensatus super vno, quando censeatur virtualiter super alio dispensatus remissiuè.*

18 *Articuli sunt irreleuantes si contineant probationem, fama contraria illa, qua fuit probata per testes.*

Fama affirmatina, & bona præponderat negatiuæ, & malæ.

19 *Probatio per testes non admittitur contra ea quæ probantur authenticis scripturis.*

DECISIO CCCCLXII.

POSTQVAM in hac causa fuit denegata remissoria Ven. Linguæ Italiæ, tàm ex capite calumniæ, quàm irreleuantiæ, vt in *Decisione* emanata 2. *Iunij*, proximè præteriti coram me. Pro parte eiusdem Linguæ fuerunt in Curia examinati nonnulli testes super eisdem articulis, ex quibus prætenditur dari fumum de veritate materiæ articulatæ: Nimirum prætensæ consuetudinis immemorabilis; quod probationes factæ in Assemblea debent præsentari in Lingua intra certum terminum etiam per Equitem receptum in minori ætate, & deinde ibidem discuti, & interim, quòd hæc non fiunt, & per publica documenta non probatur exhibitio in Lingua, non currere antianitatem: Nec non, quòd Eques Antonius Pappacoda non se contulit ad Conuentum, nisi de anno 1607. Et tandem contrariæ famæ, quod d. Eques non gestauit habitum, nec fuit communiter tentus pro vero Equite, indeque excludi calumniam, & irreleuantiam, ex quibus denegata fuit remissoria, & consequenter non posse eam denegari. Vnde proposui hodie iterum causam super d. Remissoria: Et Domini nihilominus, imò multò securiùs persistendo in decisis, Remissoriam esse denegandam ex d. vtroque capite calumniæ scilicet, & irreleuantiæ resoluerunt.

In primis quoad caput calumniæ placuerunt Dominis fundamenta d. *Decisionis* in *vers. calumnia, &c.*
1 videlicet, † quod articuli continent materiam de directo contrariam resolutionibus iam desuper factis
die 23. Ianuarij, & 10. & 24. Martij currentis anni,
4 *vt in tribus decisionibus coram me*, nec non † quod
hæc causa fuit diu tractata in partibus per duas instantias, in quibus supradicta non fuerunt articulata,
nec aliàs probata, nec deducta, sed imò in vtroque
Consilio ordinario, & completo, fuit pronunciatum ad fauorem d. Equitis, & idcirco cum tot Viri seniores, & Proceres Religionis, & ideo informatissimi de vsibus, & consuetudinibus illis canonizauerint antianitatem dicti Equitis à tempore completi septennij, non obstante quod probationes factæ in Assemblea non reperiantur registratæ in libris Linguæ, resultare, moraliter loquendo, manifestam probationem quod prætensi vsus, & consuetudines articulatæ non sunt veræ, sed calumniosæ, & idem dicendum esset de prætensa contraria fama, quæ pariter non fuit in supradictis duabus Instantiis in conspectu Religionis deducta, sed imò coram ea fuit probata pro parte dicti Equitis continua gestatio habitus & exercitium militare Equitis Hierosolymitani ex libris eiusdem Religionis, & deinde per testes vigore commissionis emanatæ à Conuentu: si enim dicta contraria fama esset vera, fuisset tunc verisimiliter
deducta, & de facili probata: † vbi autem adest hu- 3
iusmodi præsumptio calumniæ; nunquam conceditur remissoria, quæ conclusio est in Rota trita, & quotidie practicatur: & in his terminis, *Greg. XV. in decis. 211. nu. 6. & in pluribus aliis in d. dec. 2. Iunij*,
de qua hodie agitur, allag. Nec releuare visa fuit † 4
noua quædam, & nunquam aliàs audita prætensa limitatio ad d. conclusionem, nimirum, quæ supradicta sunt de calumnia, & signanter præsumptionem illam calumniæ, quod causa fuit diu agitata in partibus, procedere solum contra actorem, non autem contra reum, & sic non contra Linguam Italiæ ream, ex reg. *fauorabiliores, ff. de reg. Iur.* cum vulgatis decisionibusque Rotæ in hac materia factas loqui in Actore, non autem in Reo: siquidem fuit maturè animaduersum hucusque post tot sæcula duas dumtaxat limitationes fuisse desuper in Palatio auditas,
& practicatas. † Prima est quando dicta causa fuit 5
diu in partibus agitata, sed sententia fuit lata pro eo, qui petit Remissoriam, cui ideo in gradu appellationis illa non denegatur, quia in prima instantia non egebat probatione, & sic cessante eius negligentia, & culpa, cessat etiam in eo præsumptio calumniæ, vt in *causa Romana census 17. Nouembris, 1600. coram b. m. Card. Sacrato.* & in *Augustana sepultura, 10. Nouēb. 1606. coram S. M. Greg. XV.* sed iste non est casus noster, imò retorquetur, quia nedum vna sententia, sed duæ vtriusque Consilij fuerunt latæ contra Linguam,
quæ petit Remissoriam. † Secundus casus est, quādo 6
materia articulata non solum est releuans, sed datur etiam fumus, quòd illa est vera, *Rota. decis. 213. par. 3. lib. 2. & decis. 243. num. 3. parte 3. diu. & Add. ad decis. 176. Greg. XV.* Et pariter non versamur in isto casu, cum materia articulata non sit releuans, vt fuit latè deductum in d. *dec. 2. Iunij*, & dicam inferiùs, nec deinde detur fumus quòd illa sit vera: quandoquidem fumus, qui prætenditur resultare ex depositionibus supradictorum testium nouiter in Vrbe examinatorum, non est fumus veritatis, sed potiùs nouæ calumniæ, inuentus, vt dicebat vnus ex Dominis, non ad rectam causæ defensionem, sed ad defatigandum dictum Equitem, tum quia quæ dicti testes deponunt, nullo modo releuant, prout nec materia
articulata, & quia † deponunt solùm super imme- 7
morabili, cum tamen non habeant legitimam ætatem, nec deponant cum aliis requisitis ad probandam immemorabilem, de quibus *per gloss. in c. 1. de præscript. in 6. & Adden. ad decis. Greg. 196. num. 2.*
Tum, & etiam, quia omnes † testes sunt Equites re- 8
cepti in eadem Lingua, qui propterea tanquam interessati, vti singuli, & principaliter nullū faciūt gradū probationis, *l. nullus, ff. de testibus, Seraph. decis. 768. n. 2.*

Quòd autem illi sint principaliter, & vti singuli interessati, patet ad sensum. Etenim quamuis lis tractetur nomine Linguæ, tamen cum in ea principaliter agatur de antianitate certi, & particularis Militis, nempe dicti Equitis Antonij, & Milites qui deposuerunt, susceperint habitum post antianitatem, quam d. Miles prætendit, nempè à die completi septennij suæ ætatis, per necessariam consequentiam agitur principaliter de eorũ singulari interesse, cũ eos Eques Antonius antecedere intendat quoad Cõmendas, & alios honores Religionis, & dd. testes iuniores cum propsijs depositionibus eum à d. antianitate excludere prætendant: non autem agitur principaliter de interesse Linguæ, imò videtur fuisse eius nomen vti velamen vsurpatum, cum lis non tangat omnes, & quoscumque illius Milites, dum nõ pertinet ad multos eorum, qui in omnem casum habent clarã prærogatiuam antianitatis, quoad d. Equitem Antoniũ, quos ipse nullo modo antecedere intendit: Et maximè cum de prærogatiua, & effectu antianitatis passim, & à communiter accidentibus, non cum Linguis, sed inter ipsos Milites concurrentes ad Commendas, & alios honores Religionis disceptetur; stãto
9 autem principali interesse, vt singulorum. † testes de
Vniuersitate pro ea nihil probant, *Bart. in l. in tantum, §. Vniuersitatis, ff. de rer. diuis. Speculat. de testib. §. 1. vers. sed tunc quid in causa, n. 21. & Rota decis. 230. n. 3. par. 2. recent.*

10 Vnde non officit quidquam † regula supradicta,
quòd reo potiùs sit fauendum, quàm actori quia vl-
11 tra quod † reus in sua exceptione est actor, *l. 1. ff. de
except.* procedit quando versamur in dubio, *c. cum sint
partium, de reg. iur. in 6.* non autem vbi sumus in
calumnia clara, vt in præsenti, *Surd. cons. 112. nu. 96.*
12 *in fin. in vers. & quamuis* †: calumnia enim ex natu-
rali ratione nemini debet patrocinari ex vulgatis, &
13 sæpiùs † causa calumniæ magis viget in reo, quàm
in actore, quia reus semper fugit, *l. inter stipulantem,*
14 *§. 1. ff. de verb. oblig.* † nec vlla desuper potest conueniens ratio diuersitatis assignari inter reum, & actorem. Quòd autem Decisiones in hac materia factæ loquantur in actore petente Remissoriam; quãdo ita, esset nihil ad rem faceret, dum contingentia casuum ita tulit, & nunquam fuit decisum, & nullibi legitur, vt reo petenti Remissoriam non possit obiici de calumnia, ex causis supradictis: sed deinde non est verum, cùm etiam sæpius ob dictas causas Rota denegauerit reo Remissoriam, vt apud *Verall. decis. 36. num. 2. par. 3. Greg. XV. in d. decis. 211. & inter recent. decis. 712. par. 1. allegatis in dicta decis. Iunij in vers. calumnia, & apud eundem Gregorium decis. 29. & in recent. decis. 45. & 571. par. 2.*

Quòd verò attinet ad caput irreleuantiæ, articuli continent tria præcipua, ad quæ etiam informantes pro Lingua coarctabant difficultatem. Primum videlicet consuetudinem immemorabilem circa exhibitionem probationum in Lingua, & quod illa debet probari per publica documenta, etiam per minorem ætate in Lingua receptum, & quòd interim non currit antianitas, etiam quòd passagium fuerit solutum; Alterum quòd Eques Antonius non se contulit ad Conuentum nisi de anno 1607. Tertium, & vltimum, contrariam famam delationis habitus, & communis reputationis veri Militis, in qua d. Eques per annos 40. fuisse, & esse, & probasse per testes, & per scripturas prætendit.

15 Quoad primum † de dicta immemorabili consuetudine quamuis illa plene probaretur, nihil releuaret cùm Eques Antonius, vel præsumatur cuncta adimplenisse ob lapsum 40. annorum cum continua delatione habitus, ac obseruantia, & communi reputatione de vero Equite, vt plenè in prima *Decisione* in hac causa facta 23. *Ianuarij præteriti in vers. Et cessat difficultas*, vel in omnem casum foret excusandus, ex latè deductis in aliis decisionibus in eadem causa factis, & præsertim in *d. prima decisione in fine, & in decis. 1. Iunij*, quæ hodie reuidetur.

Neque obstat replicatio hodie facta pro parte Linguæ; scilicet quod sola præsumptio omnia fuisse adimpleta non tollit contrariam probationem, quia vltra quòd hæc replicatio nullo modo elicit, nec percutit caput calumniæ, de quo supra, fuit tripliciter, & bene responsum: Primò, quòd, vltra præsumptionem ex quadragenaria, adest etiam generalis Constitutio Religionis, disponẽs, vt elapso quinquẽnio nõ possit moueri quæstio super statu, & receptione, vel gradu antianitatis. Secundò, quòd in omnem casum Eques Antonius esset excusãdus, itaut nihilominus gaudere debeat antianitate à die cõpleti septennij, vt latiùs in *Decisionibus* in hac causa factis. Tertiò, & vltimò, quod etiam in omnem casum essent nouæ probationes admittendæ cum eadem temporis prærogatiua à die cõpleti septennij, prout declarauit, & ordinauit vtrũque consilium Religionis, quorum iudicio multùm in hoc, & in aliis similibus deferre conuenit, & Domini detulerunt, vt in *prima Decisione* in hac causa facta, & fuisset decens, & honorabile, vt etiam d. Lingua vti particulare d. Religionis membrum detulisset.

Minùs obstat alia replicatio, quòd Eques Antonius non posset excusari, si probaretur, prout articulatur, quòd etiã ætate minor receptus in d. Lingua tenetur facere dictam exhibitionem, eamque probare per publica documenta, vt illi currat antianitas, atque ideo articulos, qui hoc continent, releuare: Quia in pri-
mis probatio desuper faciend, vel in materia pœnali,
nempe quia exhibitio facta non fuit, † quæ ideo præ- 16
supponit culpã, non procederet in minore circa septennium ætatis suæ constituto, cui nulla potest culpa imputari, dum in specie de tali minore circa septennium non articularetur, & fieret probatio, ad tex. *in l. si quis in suo, §. legis autem,* cum ibi not. *per Bald. Salyc. & alios, C. de inoff. testam.* Deinde etiam quòd d. probatio facienda comprehenderet minorem circa septennium, non inde sequeretur, vt non possit excusari ex iusta causa, dum non versamur in Decreto irritanti ex vulg. Tertiò, quia eo ipso, quòd fuit Antonio concessa antianitas à die completi septennij suæ ætatis, fuit ipse virtualiter dispensatus, vt etiam dictũ, & comprobatum fuit in præcedentibus *Decisionibus*. Quartò, & tandem omnia superat, frustraque facit Decretum vtriusque consilij de faciendis nouis probationibus cum eadem prærogatiua antianitatis à tempore suæ receptionis, & sic à die completi septennij.

Quoad secundum, quòd Eques Antonius non se contulit ad Conuentum, nisi de anno 1607. irreleuantia est etiam clara. Quia ad effectum dictæ antianitatis non erat necessarius anterior, & citior accessus ad Conuentum, sed soluere passagium, & exhi-
bere probationes, † & quando fuisset necessarius, 17
fuit virtualiter super illo dispensatus, eo ipso, quòd fuit receptus cum prærogatiua antianitatis à die septennij, de quo tempore, aut non poterat accedere ad Conuentum ob impedimentum ætatis, aut si accessisset, accessus fuisset nullius effectus, vnde intrat doctr. *Abb. in cap. quia in tantum, num. 4. de prebend. cum aliis alleg. in d. decis. 24. Martij in vers. nec releuare.*

Tandem tertium, & vltimum de † contraria fa- 18
ma delationis habitus, & communis reputationis veri Militis nullo modo potest de irreleuantia excusari,

eacusati, tum stante contraria fama, probata per te-
stes, quæ vti affirmatiua, & bona, præponderaret ex
vulgaris. Tum, & fortiùs, quia cùm ex libris Religio-
nis constet quòd Eques Antonius habuit soldeam,
& fuit repartitus de Carauanis, & eas, & alia plura
fecit, quæ non conueniunt nisi Militibus Hierosoly-
mitanis, & tandem in eisdem libris sit passim descri-
ptus vsque ad annum 1632. cum titulo Equitis Fra-
tris, cessat omnis releuantia; cùm dicti libri Religio-
nis sint authentici, fidémque faciant inter Milites;
maximè cum fuerint pro parte Linguæ compulsati,
19 & producti, & † non admittatur probatio per testes
contra ea, quæ probantur authenticis scripturis, vt
vt fuit millies decisum.

Et ita resolutum vtraque parte sæpius informan-
te, &c.

Interamnen. Iurispatronatus.

Lun. 3. Iulij, 1634.

ARGVMENTVM.

Donatio Iurispatronatus facta Ecclesiæ per Laicum præfertur alteri donationi factæ Laico quamuis anteriori, dummodo careat Ordinarij confirmatione, quæ ad hoc vt valeat, præcedere debet secundam donationem, non autem illam subsequi.

SVMMARIVM.

1 *Donatio Iurispatronatus carens confirmatione Ordinarij est nulla, eique præfertur alia donatio subsequens valida.*

2 *Donatio Iurispatronatus facta solùm cum licentia Vicarij est nulla, cum requiratur consensus Episcopi, vel saltem illius speciale mandatum.*

3 *Fallit in donatione Iurispatronatus facta per Laicum Ecclesiæ, seu loco pio.*

4 *Confirmatio Ordinarij ita requiritur in donatione Iurispatronatus erigendi, prout erecti.*

5 *Confirmatio Ordinarij, quæ interuenit post donationem Iurispatronatus, retrotrahitur ad diem factæ donationis. Contrarium n. 9. & obiectis ex aduerso factis respondetur n. 10. & 11.*

6 *Donatio Iurispatronatus prima, & valida præfertur secundæ.*

7 *Donatio Iurispatronatus si est nulla ex defectu confirmationis, tunc si donans pœnituerit, & donationem reuocauerit, vel alteri donauerit, non potest amplius Episcopus consentire, in præiudicium donantis, vel alterius, cui medio tempore est ius quæsitum.*

8 *Retrotractio non fit quando alteri est medio tempore ius quæsitum.*

10 *Legatarius Iurispatronatus præsentare potest sub spe futuræ confirmationis legati facienda ab Ordinario, cum translatio Iurispatronatus in legatarium fiat à die mortis testatoris, non tamen à die confirmationis.*

11 *Declara procedere ex speciali ratione, de qua remissiuè.*

DECISIO CCCCLXIII.

Livia hæres Plinij donauit Iulio Pellec-
chiæ sine confirmatione Ordinarij Ius-
patronatus, quod ex vltima voluntate
d. Plinij erat erigendum in Cappella
per eum constructa in Ecclesia S. Fran-
cisci Ciuitatis Interamnen. Deinde idem Iuspatrona-
tus cum licentia, seu decreto Vicarij Episcopi dona-
uit Fratribus S. Francisci eiusdem Ecclesiæ. Defuncta
postmodum dicta Liuia, Iulius primus donatarius
impetrauit ab Episcopo confirmationem suæ primæ
donationis: sed orta desuper lite, & disputato dubio
sub *die 9. Decembris præteriti*, quænam ex dictis dona-
tionibus esset attendenda, fuit Iulio tantùm infor-
mante resolutum, attendendam esse primam donatio-
nem ipsi factam: Hodie autem reproposita causa su-
per eisdem, informantibus etiam Fratribus, Domini
à decisis recesserunt.

Et ratio fuit, quia † prima donatio facta Iuliæ, vti 1
carens confirmatione Ordinarij fuit inualida, & pro-
pterea venit præferenda alia donatio subsequens va-
lida, vt in puncto firmat *Lambert. de iurep. par. 2. lib. 1.
quæst. 1. art. 19. per tot.*

Non obstat quòd etiam secunda † donatio vti fa- 2
cta cum solo decreto, seu licentia Vicarij, fuerit inua-
lida, cùm requireretur consensus, seu confirmatio ip-
siúsmet Episcopi, vel saltem illius speciale manda-
tum, *Calder. cons. primo de offic. Vicar. cum aliis in d. de-
cisione allegatis.* Quia † fuit benè responsum dictam 3
conclusionem non procedere in donatione Iurispat.
facta per Laicum Ecclesiæ, seu loco pio, quæ tenet
absque aliquo Episcopi consensu. *cap. illud de iurep. c.
vnic. eod. tit. in 6. Lambert. de iurep. p. 2. lib. 1. quæst. 1.
art. 10. per tot. Suar. de Relig. lib. 4. de Simon. cap. 28. n. 15.
Gerius Spina cons. 56. num. 2. Barbos. allegat. 71. n. 11.
p. 33. Gratian. discept. 177. n. 3. Molin. de Hispan. pri-
mog. lib. 1. cap. 24 n. 13. Greg. Lop ad l. Regn. lib. 8. tit. 15.
part. 1. vers. attergamento. Sanchez cons. moral. lib. 2.
cap. 3. disp. 76. n. 3.*

Non etiam obstat si dicatur, quòd etiam prima
donatio, cum † sit donatio Iurispatronatus erigen- 4
di, non autem erecti, non requirat Ordinarij confir-
mationem, quia imò cum eædem vigeant rationes
confirmationis, tam in erecto, quàm in erigendo, me-
ritò in vtroque casu ad validitatem donationis re-
quiritur confirmatio, vt in puncto determinant *Car-
din. in cap. cum sæculum, n. 2. quæst. 4. de Iurepatr.* qui di-
cit ita fuisse iudicatum *Lambert. de Iurepatr. p. 2. lib. 1.
quæst. 1. art. 21. n. 4. & seqq. Greg. d. l. 8. tit. 15. p. 1. vers. at-
tergamento, Roc. de Iurepatr. in verb. ipse, vel b, quæst. 19.
n. 350. Sanchez cons. mor. lib. 2. cap. 3. d. disput. 76. n. 6.
vers. tertiò nota:* Quæ eleganter, more suo, deduxit
D. Virgilius Crispoltus Reatinus alumnus meus,
vnus ex iunioribus Curiæ Aduocatis, iudicio Domi-
norum nemini secundus.

Nec releuat si dicatur quòd † confirmatio primæ 5
donationis facta per Ordinarium post mortem Li-
uiæ retrotrahatur ad diem factæ donationis, vt vide-
tur de mente *Card. in cap. cum sæculum in 6. quæst. de
Iurepatr.* & sic cum dicta † prima donatio sit valida, 6
vigore d. retrotractionis, & sit etiam prior, veniat præ-
ferenda secundæ donationi factæ Fratribus, ad *leg.
qui balneum, & l. posuit, in principio, ff. qui potior. in pi-
gnor.* Quia respondetur, quòd † quando donatio est 7
inualida ob defectum confirmationis, tunc si donans
pœnituerit, & donationem reuocauerit, vel alteri do-
nauerit, non potest amplius Episcopus consentire in
præiudicium donantis, vel alterius, cui medio tem-
pore est ius quæsitum, *Rocch. de Iurepatr. in verbo, ipse,*

vel iis, n. 36. quaest. 19. Lambert. eod. tract. part. 2. lib. 1. q. 1. art. 19. Sanchez d. disput. 76. in fin. & est de mente Ro-
8 *tae in decisione vltima de Iurepatron. in antiq.* † Nec
aduersatur praetensa retrotractio; qnia respondetur
primò, qnòd retrotractio non fit, quando medio tem-
pore est alteri ius quaesitum, *leg. bonorum, ff. rem rat.*
9 *hab. cap. suggestum, de iurepatr.* Secundò † responde-
tur non esse verum quòd confirmatio retrotrahatur ad diem donationis, quia imò non retrotrahitur, sed donatio incipit valere non à die donationis, sed à die confirmationis, & sic non valet ex tunc, sed ex nunc, *Abb. in cap. cura, & in quaest. Augerius de Iurepatr. Rocch. de Curt. de Iurepatr. in verbo, pro eo quòd dioecesani in 4. quaest. num. 10. Lam-*
10 *bert. eod. tract. p. 2. lib. 1. quaest. 1. art. 17. n. 16. circa med.* †
Nec contrarium dicit *Cardin. in cap. suprà allegato,* quia ille loquitur in legatario Iurispatronatus; Et licèt dicat, quòd legatarius poterit praesentare sub spe futurae confirmationis legati faciendae ab Ordinario, & innuat quòd translatio Iurispatronatus in legatarium fiat à die mortis testatoris, & sic à die purificati
legati, non autem à die confirmationis, † tamen hoc 11
procedit speciali fauore vltimae voluntatis, & ne legatarius eludatur ab haerede, aliud tamen est in donatione, in qua militat diuersa ratio, vt benè declarant *Rocch. de Curt. de Iurepatr. in d. verb. is, vel ipse, num. 16. & in verb. pro eo quòd dioecesani in 4. quaest. circa med. Lambert. eod. tract. part. 2. lib. 1. quaest. 1. art. 17. num. 16. circa med. & art. 18. num. 2.*

LAVS DEO,
AC DEIPARAE VIRGINI MARIAE.

INDEX



INDEX LOCVPLETISSIMVS MATERIARVM, ET CONCLVSIONVM,

QVÆ IN SECVNDO VOLVMINE harum Decisionum continentur.

A.

INDEX.

Renunciasse

INDEX.

Ecclesia

I N D E X.

Confirmatio

INDEX.

Z c Culpa

INDEX.

INDEX.

E

INDEX.

Iii i

F.

sed

Restitui

I N D E X.

Item

I N D E X.

donatum

L.

INDEX.

O.

INDEX.

Creditor

I N D E X.

Minul

Q

R.

INDEX.

Bullarum

col. q